


V. HALLER
HISTORIA
STIRPIUM INDIGENARUM
HELVETIÆ

TOM. I.









ALBERTI V. HALLER
HISTORIA
STIRPIUM INDIGENARUM HELVETIÆ INCHOATA.

TOMUS PRIMUS.

PLANTÆ FLORE COMPOSITO. DIDYNAMIÆ. PAPILIONACEÆ. CRUCIATÆ. MEIOSTEMONES. ISOSTEMONES. DIPLOSTEMONES.



Æternæ glaciei moles, atque aspera METTI
Culmina, non vos Flora sinet, non optima rerum
Libertas, animis unquam decedere nostris.


BERNÆ,

Sumptibus SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ.

M. D. CC. LXVIII.


POLITECHNIKA
Biblioteka
Główna
GDAŃSKA


DER NATURFORSCHENDEN GESELLSCHAFT IN DANZIG
BIBLIOTHEK



GEORGIO III.

BRITANNORUM REGI,

FIDEI DEFENSORI,

BRUNSVICENSIUM & LUNEBURGENSIUM

PRINCIPI ELECTORI

PIO, MUNIFICO, OPTIMO PRINCIPI.

V*Igesimus & sextus annus elabitur, ex quo* DIVI PATRIS TUI NOMINI *hos meos labores dicavi.* EUM *artium patronum, & publicæ felicitatis studiosissimum, adoratum ab omnibus bonis* PRINCIPEM, *mors acerba Britanniæ eripuit.*

Genti undique illuſtriſſimæ, libertatis in Europa vindici, Aſiæ & Americæ per terras, per maria victrici, TE PROVIDENTIA *præfecit, qui ardentes animos* TUA *benignitate temperares, qui crudeliſſimi rerum belli pericula a terrarum orbe averteres, qui artibus & veræ eruditioni beneficam tutelam reſtitueres, qui & Conjux, & Pater, & Rex, virtutum in degenere ſeculo pene deſertarum, unicum & perfectiſſimum exemplum redderes.*

Patere adeo, ut & ego, poſt plurima DIVI AVI TUI, PARENTISQUE INDULGENTISSIMI *beneficia, ex* TUA *Georgia Auguſta ab adverſa valetudine ad patriam repetendam compulſus, hoc ſummæ venerationis, hoc liberi ab omni adulatione cultus, monumentum* TIBI *offeram, quod longo multorum annorum labore perpolivi.*

Non ingrati erunt olim poſteri, quando factionis vox conquievit, quando inquietus meliora bonis quærentium ardor ſubſedit, una erit lacrumis miſta Britannorum vox, quæ TE *veræ felicitatis auctorem,* TE *bonos inter Reges optimum, futuris Principibus imitandum proponet.*

Exſtet etiam ex libera gente, terris maribuſque a TUIS *Britannis diviſa, vox hominis, qui vitam vero impendit,* TE*que vere pium, vere benignum, vere communi generis humani felicitati procurandæ a* SUMMO NUMINE *deſtinatum, & præparatum veneratur.*

BERNÆ Helvetiorum *d.* 17. *Mart.* 1768.

PRÆFA-

PRÆFATIO.

I. DE PLANTIS HELVETICIS.



HELVETIAM vocamus, quæ fœderibus tredecim pagorum, Rhætiæ, Valesiæ, aliisque fœderatis civitatibus, & liberarum civitatum subditis continetur. Modica huic toti regioni est amplitudo, quam quatuor fere gradus longitudinis metiaris, quae vero a septentrione ad meridiem tantum habeat intervalli, quantum est inter 48. gradum, & 46.

Universæ Helvetiæ duas partes facias, quarum altera est cisalpina major, qua principes civitates continentur; transalpina altera, ab Insubria avulsa, tota subditorum.

Verior Helvetia ad septentrionem alpium ponitur, inter ipsa alpium juga. Fines in universum habet, ad meridiem longissimum alpium jugum, quod a lacu Lemano inter Valesiam, vallemque Prætoriam, Sessiam, Antigoriam, aliasque ad Furcam usque montem; inde a Gotthardo, per montem Lucumonium & Adulam, inter Rhætiam liberam & subjectorum ejus Reipublicæ valles, ad Septimum montem; hinc per Prægalliensium orientalia juga, & inter vallem Tellinam atque Oeni vallem, & ad juga usque Burmiensia producitur. Hæc tota alpium longitudo passim quidem aliquantum deprimitur, ut vias præstet in Italiam transituris: sed & eæ valles peraltæ sunt, & asperæ veræque alpes, neque usquam rota ex Helvetia ad Italos accessum invenit. Soleo hoc alpium dorsum, quod centum leucis non multo brevius est, *meridionale* vocare.

Non simplex dorsum est, quod diximus, alia ei parallela, aut varie certe connexa, pene ad eamdem altitudinem adscendentia, ab Occidente ad Orientem decurrunt.

A lacus Lemani utique vicinia, & potissimum a claustris Valesiæ, quæ sunt e regione Agauni, in Bernatium ditione alpium dorsum boreale incipit, quod ad meridiem primum, inde rectius ad orientem solem excurrit, a Bernatibus Valesios dividit, & cum dorso meridionali in Furca monte coalescit. Sed ex monte Gotthardo cum Furca, per alias alpes connexo, aliud dorsum fere ejusdem ductus incipit, *Crispalti* cum nomine, Uraniosque, deinde Glaronenses, a Rhætis longe dividit. Id tamen dorsum in Sarunetibus subsidet, mediocresque in montes deprimitur. Inde iterum adsurgit, asperrimisque jugis inter Abbatiscellanos & atque Toggios, mitioribus inter illos Rhenumque ad lacum usque Bodamicum continuatur.

Deinde ex præcipuo utroque dorso, boreali & meridionali, alia juga breviora, sæpe tamen prææalta, mutato ductu, hinc ad Eurum fere & ad Austrum. inde ad Occasum & Septentrionem se propagant.

Ab Australi dorso principes quidem alpes versus austrum mareque inferum, inter Sabaudos & Prætorios, & Pedemontanos, denique ad Vari ostia pergunt, admiranda passim altitudine.

Aliud dorsum, idemque brevius, ad meridiem descendit, vallemque Prætoriam ab alia Augustanorum valle distinguit. Ejusmodi porro numerosa dorsa Prætorienses valles dissepiunt, & princeps aliud a Furca monte, inde secundum Lepontios, hinc Oscellanos, in Insubriæ planitiem usque descendit.

Ad boream idem excelsum dorsum multa juga, breviora tamen, in præcipuam usque Valesiæ vallem emittit, quæ juga tamquam ramos majoris vallis intercipiunt, a qua universa regio nomen habet. Inter eas valles sunt val-

lis Entremont, de Bagnes, vallis St. Nicolai ſæpe nobis dicta, vallis Erinia, *das Binnenthal*, aliæ.

Ultra Furcam, in Rhætis, adeo multiplicia ſunt juga, quæ ex magno alpium dorſo exeunt, ut vix ullo ſermone poſſint deſcribi. Breve eſt, quod Rhenum inter poſteriorem & medium, aliudque quod inter iſtum & anteriorem Rhenum ad Diſentiſium porrigitur; alia vallem Miſaucam & Calancam, Brenniam, & Lepontiam, continent, ad meridiem emiſſa. Deinde in Averſanis in altiſſimum quaſi cumulum alpes congeruntur. Dorſum boreale verſus Bodamicum lacum Rhætiæ principem vallem comitatur. Aliud ex oppoſito ad meridiem emiſſum Prægallienſes ad occidentem continet.

Duo alia feriſſima & altiſſima dorſo inde ad orientem pergunt, meridionale a Burnienſi jugo quidem inter Tellinam vallem & Venetos: aliud pariter ad orientem, ſed boreæ propius continuatur, & cum priori præcipuo dorſo vallis Oeni initia intercipit. Ab eo ipſo boreali jugo, ad boream, multa non ſatis mihi nota alia dorſa educuntur, inter quæ Rhæticus eſt mons, & inter ea dorſa *decem jurisdictionum* fœdus per valles altiſſimas diſpergitur.

Boreale alpium jugum, quod ab occidente ſole aque Agauno repeto, verſus Bernenſes numeroſa brachia exporrigit, ad Aquilejenſes primum, & breve, quod valli *Ormond* ad meridiem adjacet; alterum, ad ſeptentrionem eidem valli objectum, ad meridiem vallis *les Moſſes*; tertium inter *Etivaz* & *les Moſſes*; quartum inter *Gesteig Etivaz* & Sanenſem vallem; quintum inter *Gesteig* & *Lauwenen*; ſextum inter *Lauwenen* & vallem *Simmiam*: idem inflexum ad orientem longe inter hanc vallem & *Adelboden* porrigitur; ſeptimum inter *Adelboden* & *Canderſteg*; octavum inter *Lauterbrunnen* & *Canderſteg* montes vallis *Kienthal* educit: aliud per *Scheidek* vallem *Grindelwald* a lacu *Brienz* diſſepit; majus aliud a Furca longe inter Bernenſes & Uranios & ſubſylvanos porro, hinc inter *Lucernenſes* & *Subſylvanos* ad orientem, inde ad boream iuter vallem Emmiam & lacum Thunenſem productum, in ſylva *Grauholz* prope Bernam denique planitiem adtingit. Ejus rami valles *Subſylvanorum* diſtinguunt, & ad eos Pilatus mons pertinet. Aliud dorſum tribus vallibus diſtinctum inter *Uranios* & *Glaronenſes* altiſſimum ſe interponit, deinde ad *Switenſes* continuatum *Albium* montem generat, qui *Tigurinum* inter lacum & *Switenſes* & *Tugenos* jacet. Iterum *Glaronenſes* aliud jugum a *Toggiis* diſtinguit, idemque *Toggios* a *Tigurinis* & a *Thurgovia* ſeparat, & verſus lacum Bodamicum ſenſim evaneſcit.

Aliquæ alpes ex ſe ipſis exſtant, undique profundis vallibus interceptæ. Ejuſmodi dorſum eſt, quod a montibus ſupra clauſtra vallis Simmiæ longiſſime verſus occidentem Bernenſium valles Simmiam & Sanenſem a Friburgenſibus diſtinguit.

Ejuſmodi eſt mons *Rigi* Switenſium, undique lacubus circumdatus, cumque alpibus nuſquam continuus. Ejuſmodi etiam eſt dorſum, quod *Abbatis cellanos* a *Toggiis* & *Rhætis*, aque valle Rhenana dividit.

Hæ alpes ſunt; Jura mons ad boream & occidentem ſolem Helvetiam a *Sequanis* & *Alſatis* ſeparat, multo humilior, montiumque aliarum regionum ſimilior, paſſim tamen in plura juga ſibi parallela, aut ad ſe invicem inclinata disjectus, inter quæ valles *Neocomenſis Comitatus*, & *Biennenſium*, & *Baſileenſis Epiſcopatus* interjiciuntur.

Quod inter alpes Juramque montem medium eſt, hactenus planitiei propius, collibus & humilioribus montium jugis paſſim tamen exaſperatur, qualis eſt mons *Legerberg* Badenſium. Neque uſquam lata in Helvetia planaque & campeſtris eſt regio, a qua nullos montes proſpicias. Planior eſt tamen pars aliqua Tigurionorum, tum valles ſubalpinæ majores.

Alpium

Alpium faciem parum recte notam esse video, liceat ergo breviter aliqua eorum adspergere, quæ tot per eas itineribus vidi.

Alpium natura tota scopulosa est, plerisque locis superne nuda, ut medium cingulum pascuum sit, imum pedem abiegnæ sylvæ vestiant. Etsi eminus pyramides videntur, longe undique a vicinis montibus separatæ, vera tamen dorsa sunt, quorum pars aliqua passim altius in aerem surgit. Altitudinem nemo recte definivit; solum montem *Dent de Midi* ad 8161. pedes supra Rhodanum elevari J. *Gamaliel* de *Roverea* reperit, olim apud Salinas Bernenses machinarum magister [Ingenieur]. Iste vero mons nives pene omnes æstate dejicit, & est extremus dorsi australis atque humilior finis. Montem *la Montagne maudite* Sabaudiæ ad 13440. pedes supra lacum Lemanum elevari Cl. LOYS experimentum est, & ea fere, aut paulo sublimior, M. *Schrekhorn*, *Sylvio*, montium supra Gotthardum, *Septimi*, jugorum *Rhæticorum* supra *Burmium* altitudo fuerit. Nam quæ infelix ille J. B. MICHELI olim de 2760. perticis montis *Gotthardi* scripsit, non certa basi inter Arburgum & Alpes intercepta nituntur. Quare Alpes ad 16000. supra mare pedes Parisinos fere in aerem surgunt; nam lacus Lemanus 1000. aut 1200. pedibus supra mare elevatur.

Magna pars alpium nive tecta videtur, in multis jugis æterna. Non tamen nix est, quæ videtur. Æterna glacies crustam efficit, quæ declivia culmina alpium tamquam lorica tegit. Ei demum nix insidet. Quare recte accolæ *Gletscher* vocant, quos Germanice montes nivosos dicimus. Mille & ultra passim perticarum latitudinem, hæc glacies tegit. Subtus eadem, qua rupibus, arenæve respondet, fere cava est, & ex eo fornice undique guttæ aqueæ depluunt, calida æstate uberiores, ut ex quaque glaciali mole rivus prodeat. Non alia origo Rheni est, aut Rhodani, ex qua scaturigine sitim olim levavi, & Arolæ, & Ursæ. Ei fluviis generandis destinatæ aquæ auxiliares accedunt copiæ, quando a calidi aeris contactu, solisve tepore nives colliquescunt; quas potissimum subita vis tempestatum cum tonitru conjunctarum, aut Favonius ventus cogit contabescère, cum summo accolarum & terrore & periculo.

Tertia fluviorum causa pluvia est, de nubibus stillans, quoties eæ ex medio dorso alpium subito sursum rapiuntur, superque montium culmina in pluviam roridam solvuntur, quod phænomenon decies sum expertus. Ea aqua ut in rivos confluat, adjuvatur propria alpium fabrica. Rupes, quæ in sublime surgunt, innumerabilibus effodiuntur incilibus, quæ plana inclinata sunt, ad angulum varium conjuncta. Per ea, scopuloso alveo confirmata, delabentes aquæ cælestes, infra culmina alpium aut in lacum aliquem conjunguntur; quos innumeros alpium convalles recondunt, aut in rivum uniuntur, qui porro similibus copiis auctus, per supremas valles quidem haud profundo in alveo labitur, paulo inferius, ubi nunc terrea magis montis natura est, fere inter præcipitia supercilia profundum sibi nidum effodit, per quem repetitis cataractis, sæpe in pollinem aqueum dissipatus torrens, denique vallem adtingit; in eam lapides de montibus avulsos defert, eamque late glareosa crusta obducit, donec aut in alium majorem lacum recipiatur, aut in fluvio majori evanescat. Hæc communis est alpium fabrica, qua flumina generant, conjunctis glaciei liquatæ, nivis contabescentis, pluviæque & nebularum aquis.

Lacus alpini suos per torrentes aquas suas plerumque effundunt; sunt quorum aquæ inconspicuas per rimas se subducunt. Ejusmodi est Juratensis lacus, non ille exiguus, neque tribus leucis brevior, quem cominus vidi, nullum per verticem aquas suas amittere, sed per rimas saxosi alvei tacite se subducere. In aliis lacubus vortices dari non negavero; vidi certe, proxime *Rupem*, aquas torrentis *l'Eau froide* conspicuo gurgite sub saxa se subducere, & longe sub pedibus ambulantis murmurare: & cum sæpe fluvios compararem cum se ipsis,

magnam partem aquarum de iis disperire, dum ad planitiem descendunt, mihi ex comparata aquarum copia persuasi, quæ in planitie multo minor est, quam ex conjunctis torrentibus sperasses, minor etiam, quam supra tot alios rivos fuerit, quorum aquas fluvius recepit. Si Arolam prope Interlacum cum Arola sub urbe Berna compares, qua tota vadari potest, sub veteri Nosodochio, multo plus aquæ in eo fluvio fuisse adgnosces, antequam *Canderæ*, & *Simmæ*, & *Rotachæ*, & *Sullæ*, & *Gurbæ*, non modicorum torrentium, aquas receperit.

Id tamen non dissimulare oportet, duplicem lacuum subalpinorum utilitatem esse; earumque evidentissimam exhalare partem aquæ, quæ ex alpibus defluit: alteram destruere summam illam celeritatem, cum qua a culminibus, tot pedum millia altis, lapsu præcipite ruit. Arola enim ex lacu Thunensi versus Bernam non majori cum celeritate properat, quam properaret, si in lacu suam haberet scaturiginem. Utroque modo violentia alpinorum fluminum frangitur: quæ eorum vicinis multo periculosior est, quando nullo lacu suscipiuntur, ut *Emma*, *Sarina*.

Dixi de thorace glaciali alpium, universam partem culminibus subjectam late tenente: sed aliæ moles glaciales valles longe replent, quæ ad meridiem altissima montium juga objecta habent, solisque radiis his molibus interjectis orbantur, etsi neque in australi alpium facie nulli sunt glaciales tractus. Eæ valles sæpe per aliquot leucas, per unius alteriusve demum diei iter, glacie replentur, quæ petris & arenæ subjectis insternitur, aque illis quasi nucleis figuratur, ut irritati maris cum suis undis congelati similis horreat. Ejusmodi vallis ab alpibus super vallem *Lauterbrunnen* ad usque vallem, quæ *Arolam* ad *Hospitale Grimsulæ* emittit, per quatuordecim fere leucas continuatur: talis a valle de *Bagnes* versus *Viége* pari longitudine inter alpium meridionalium duo dorsa intercipitur: & plures ejusmodi glaciali lacu repletæ valles passim inter alpium dorsa interjiciuntur, non quidem in unum *mare glaciale* conjunctæ, ut amici olim nostri CHRISTIANUS medicus, & *J. Georgius* ALTMANN Græcarum Literarum Professor, scriptum reliquerunt. Nam cis *Grimsulam* quidem prior ille lacus terminatur, & si longissime ajas produci, certe per alpes *Gemmias* interpolatur.

Ex lacubus illis glacialibus, inter scopulos alpinos, qua passim laxata montium compages vallecula distinguitur, continui glaciales clivi inhabitatam planitiem descendunt: eosque fere/quasi fluvios glaciales exteri solent adire, quos in valle *Grindelia* duos, tertium proxime videas, quando jugum *Scheidek* superasti. Ex ejusmodi declivibus lacuum glacialium appendicibus fluvii etiam prodeunt, ut *Lütschina* quidem *Grindeliensis* [a].

Alpium dorsa plerumque multiplicibus jugis fiunt, quorum media altissima, inde versus planitiem, utrinque humiliora, alia fere præcipuo dorso parallela incedunt. Ita illæ valles fiunt, in quas glacies effunditur.

Scopulos alpinos nondum altissimos passim, & ad occidentem potissimum, Schisti species constituit; summa culmina saxum compositum, ex mica, quarzo, & molliori materie, quod vocant *Geisberger* [b]. Humiliora lapidis calcarii & marmora omnis generis, alisque duriores lapides vestiunt, qui rivis suos rotundos calcarios pariter lapides volvendos tradunt. Admiscentur coagula silicum, prædura materie conferruminatorum [c]. Cos fere collium est. Arenam valles alpinæ habent, tamen ut nusquam in summis alpibus reperias, eamque videatur aqua ex comminutis petris sibi parasse. Crystalli fere quarzo continentur, & summarum sunt alpium.

Terra

[a] In titulo.
[b] Conf. etiam CAPPELER *pilat.* p. 175.
[c] IDEM ibid. p. 174.

Terra alpina tenax, nigra, pileo adfinis (*Filz*), cum exiguis micis arenosis & lapideis, in Valesia sæpe mica argentea adspergitur. Cæterum palustris terræ non dissimilis est, quæ tamen tenacior, pure terrea, absque lapillis esse solet. Et omnino magna pars alpium & montium paludosa est.

Valles subalpinæ, frequenter, qua planæ sunt, argillam subcæruleam pro terra habent, quæ causa est, ut fere paludescant. Aquarum enim ab acclivibus delabentium scaturigines huic argillæ innatantes stagnant, & ejusmodi stirpes alunt, quæ aqua perpetuo amant irrigari. Super eam argillam torrentes aut lapidem stratum, glareasque effundunt, aut tenues arenas, has rarius. Multiplices autem, antiquissimis temporibus, fuisse torrentum eluviones, magna & rotunda saxa demonstrant, quæ in effossis cellis puteisque passim reperiuntur. Paludosa prata olim sylvestria fuisse, ex arboribus credas, quæ in terra palustri passim reperiuntur. Super lacus ubique, ut puto, aliquot leucarum planities est, per quam parens ejus lacus fluvius, media per palustria plana decurrit.

Humus in Helvetia rarior esset, nisi trium seculorum perpetua industria ex ingesto fimo sensim terram vegetabilem fabricasset, quæ glareas nunc temperat, aut argillas. Fertilia tamen passim arva reperias, qualia circa Paterniacum multiplici seminis restitutione excellunt.

Nusquam in alpibus montium ignivomorum inveni vestigia; nusquam pumicem, aut quidquam scoriæ simile, aut quod ignis violentia calcinatum videretur. Et tamen sulfur passim abundat. *Infundibula* etiam sive scrobes jugeri, aut ultra, capaces in subalpinis passim reperias; sed eas ruinas gypseos lapides putes dedisse, quos aqua consumat.

Metalla nostri non sunt loci, sed pleraque Helvetia habet, ut tamen paucissima aliqua ubertate generet, aut cum quæstu suppeditet. Aurum plerique torrentes volvunt, *Emma* potissimum, rivusque in *Emmam* defluens *Goldbach*, deinde *Arola* & *Rhodanus*. Mineram auri nescio num quis viderit, nisi in Valesia, ubi circa *Sempronii* montem in argillosa terra flava, aliqua vis auri a florente Burginerorum familia argenti vivi ope eluitur. Argenti minera passim in Bernensi agro, etiam in altioribus alpibus circa lacum *Engstlanum* reperta est, nullo cum fructu. Cuprum in Valesia circa *Octodurum* effoditur. Plumbi dives minera est supra *Morcle*, Bernensium: olim etiam circa *Sichellauinen* in valle *Lauterbrunnen* coquebatur. Ferri benigna copia est; paucissimis tamen locis fodinæ sunt, quæ fructum reddant. Ditissima minera, subrotunda, silicum similis subluteorum, in Jura monte abundat, mollis ea, & bonæ notæ, in solis tamen fere Episcopatus Basileensis montibus cum emolumento coquitur, ex nostris temporum errore alienigenis permittitur. In monte *Wetterhorn* nobilis, ponderosa, ferro jam suo similis minera reperitur, ustrinæ tamen interciderunt, in quibus coquebatur. In Sarunetum comitatu chalybem coquebant, circa *Flims*; audio etiam istam fabricam cessare. Sulfur apud Bernates frequens est in monte *Lohner*, ex quo in pago *Candersteg* sulfur & vitriolum coqui vidi; deinde circa *Sublins* supra *le Bevieux*, ubi virgineum de petris efflorescit: sed etiam graves sulfure fontes in fodinis salinarum aquarum manant, & aquæ subsalsæ non sine emolumento excoquuntur sulfureo vapore divites, qui ab admissa candela ignem concipit. Supra *Lauwenen* etiam terra sulfure dives reperitur. Nusquam tamen etiam ista naturæ dona in usum vertuntur. Petroleum passim scaturit, non longe supra Bernam ad *Arolam*, & in arenario lapide Chavornacensi abunde inmistum reperitur.

Crystalli aliqua copia & pretium nonnullum est; solent majores ejus lapidis pyramides in cavernis reperiri, quas accolæ ex eminente rupium gibbo adgnoscunt. Ad Arolæ ex valle ferissima, versus Hospitium Grimsulæ properantis, ripas circa annum 1727. maximæ glebæ centenarum, ducentarum, etiam plurium librarum effossæ sunt, quas annis 1728. & 1733. cominus vidi. Erat inter eas moles ex duabus pyramidibus coalescens 697. librarum. In Va-

lesia suprema etiam majores massas repertas fuisse proceres aliqui ejus regionis narraverunt. Uraniorum ditio & ipsa crystallos fert, & multi ubique homines, aut effodiendis crystallis vitam sustentant, aut vendendis.

Aquarum mineralium ampla in Helvetia copia est, thermarum verarum Badæ & prope Leucam, tum aquarum tepidarum, quales Fabarienses sunt & Weissenburgenses, aquarum demum frigidarum tenui bolo, aut terra lixiviosa prægnantium, quibus ovorum putridorum fœtor inest. Acidulæ raræ sunt, sola fere in summa valle *Oeni* circa St. *Mauritii* fanum.

Muriæ seu aquæ salsæ parcus in Helvetia proventus est, inqne solo angulo ditionis Bernensis, qui hinc torrente *Avanson* terminatur, inde torrente la *Grande Eau*. Ea regio gypsi crustam sibi instratam habet, quod passim ad usus architectonicos exuritur, vicinum etiam sulfur. Tenues sunt muriæ venæ, aliquanto meracior, quæ in monte *les Fondemens* scaturit, & in qua octava fere salis marini portio est: debilior altera vicina, sulfureo vapore plena, vix supra centesimam salis datura: debiles etiam, sed uberioris aquæ, quæ ad duas inde leucas, prope pagulum *Panex*, ex glareoso monte prodeunt: parcissimæ denique, quæ in eadem regione sub rupe excelsa *Chamosiére* pariter ex terræ superficie prodeunt. Memorabile est, plerisque locis margam cæruleam compactam in montis centro destillantem aquam salsam percolare, quam circumjectus ei margæ durissimæ & micosæ cotis saxum coercet.

Alius sal & sponte de scopulis, etiam in vicinia fontium salsorum efflorescit, & in terra nigra passim per alpes latet, aque nonnullis accolis in purgantem *Salem* perficitur, cum nomine *Gletscher Salz*. Nativo sali Glauberi adfinis, refrigerans & amarus, glacialis, & figura destitutus, in ferro candente spumans, in rimis rupium sub *Chamosiére* repertum est.

Vulgaribus aquis Helvetia super omnes fere Europæ regiones excellit. Nusquam limpidas illas aquas & crystalli simillimas se mihi obtulisse memini, postquam ex Helvetia excessi. Ex scopulis enim nostræ per puros silices percolatæ nulla terra vitiantur. Est etiam aliud non paucarum aquarum privilegium, ut neque ipsae ab ullo gelu in glaciem vertantur, neque vulgares aquas sinant congelari, ad quas admiscentur. Ejusmodi rivus ex pago *Fontanai* se praecipitat, & Aquilegiam per tubulos ducitur, aquasque torrentis *Grande Eau* adversus omnem hiemis violentiam admistus munit. Ejusmodi etiam fontes in praedio dominii Rupensis scaturiunt, quod ad Praefectum pertinet, & quae solae per rigidissimas hiemes toti pago suffecerunt, cum vehemens gelu reliquos fontes constrinxisset. Causam phaenomeni ignoramus: purissimae sunt aquae, & gustui placent. Credas in profundo lacu subterraneo non longe a scaturigine colligi; ut in eo naturali castello quidem nunquam frigus conglacians sentiant, inque brevi itinere non possint subito a 53. gradubus ingeniti caloris ad 32. deprimi

Caeterum Helvetiorum aquae non continuo in faetorem vertuntur, neque confervas producunt, ut nostrae Gottingenses solebant.

Helvetia pro universa Europa aquas generat, rationem, qua generat, diximus. Eae aquae paratas ubique sibi declives valles reperiunt, perque eas in maximas valles descendunt, Valesiam, Tellinam, Lepontiam, Rhaetiam, &c. inque lacus sibi paratos subalpinos se effundunt, quibus Helvetia universa abundat. Nunquam tamen feritatem suam totam deponunt: Rheni enim Scaphusiam inter & Basileam duae sunt cataractae, & rapidissimus alveus tum Scaphusiae, tum inter *Lauffenburg* & *Rheinfelden*. Arola sexaginta a scaturigine leucis periculosum supra civitatem *Brugg* rapidumque alveum percurrit. Rhodanus sub Lemano lacu terris conditur, saxis submersus. Oenus, quem Rhaetia in Euxinum Pontem mittit, totus praeceps ruit. Sola *Tela* & supra lacum Neocomensem, & infra eum lacum, placido flumine navium patiens labitur.

Nulla in Helvetia vallis est, quae suo rivo careat, nullus fere pagus, quem vivi aquarum fontes non reddant laetiorem. Vix noti putei, nisi paucissimis locis,

locis, ubi nulla declivitas eſt. Quare neque credo ab aquarum vitio ſtrumas naſci. Etſi enim in Valeſia incolae lutoſas aquas bibunt, Bernae tamen puriſſimae ſunt, neque ideo ſtrumae in utroque ſexu infrequentes.

Sequitur, ut de montibus dicam. Eorum ab alpibus magnum eſt diſcrimen. Princeps Jura eſt, qui hinc ultra Genevam verſus Lugdunum continuatur, inde per 50. fere leucas ad Arolae cum Rheno confluentem, qua finem ſui facit. Parum ſcopuloſus eſt, plurimis locis mitis, ſylveſtris, etiam aratri infra ſumma juga patiens. Longae in eo monte planities, dorſaque ſui ſimilia, pyramides nullae: nuda tamen juga arborum non ſunt feracia. Magna pars montis ſaxo fit ſimilari, ſubluteo, praeduro, ad aedificia utili, non ſatis patiente ſcalpri. Ferro, & optimo, Jura abundat. Siccior eſt, quam alpes, & paſſim inaquoſus, etiam in vallibus, ut nivis contabeſcentis glacieique rivos deſideres.

Sunt etiam in *Emmia* valle montes ex alpibus, ſed eminus, continuati, quos ipſi ruſtici proprio nomine a ſcopuloſis alpibus diſtinguunt, toti ex glarea congeſti, aut certe abſconſis ſub multa terra rupibus concamerati, fere ut in Hercynia valle.

Ab iis montibus colles innumeri propagantur, rivulentis valleculis diſtincti, abſque ullo certo ordine, qualis fere tuberoſa terrae facies in *Nuitonia* eſt. In collibus cos dominatur, quem lapidem hinc a pago *Lutry* ad *Burgdorf* ubique reperias, aut nudum, & ſcopuloſum, aut pauca terra ſepultum, cujuſmodi etiam arenario monti urbs Berna inſidet.

Non reperio tamen, ullam in tractubus Helvetiae variis lapidis ſpecierum conſtantiam eſſe. Circa *Lutry* cos effoditur. Inde ſuccedit durus lapis, calcarius, ex alpibus continuatus. Huic inmiſcentur coagula lapidea, ſilicum, quos dura materies conferruminavit, & quos paſſim ad viam inter *Cuilly* & St. *Saphorin* reperias. Durae iterum calcariae petrae ultra *Chillon* ſequuntur, & marmor verum varii coloris, quod valli principi Aquilejenſium undique imminet. Et tamen idem marmor paſſim rubente cote interrumpitur, cis *Jvorne*: & multo gypſo trans torrentem la *Grande Eau*. Proxima ſcopuloſa Valeſia marmore deſtituitur. Vicinus Schiſtus ad usque *Bex* deſcendit, ſupra eum pagum ad tegulas aptus, inde in alpes adſcendit.

Ita, cum collis pro via regia munienda perfoderetur, proxime Bernam, trans Arolam, miſtum vidi lapidem micaceum & quarzeum alpinum, cum calcario lapide rotundo, cotisque arenariae lapicidina confuſum. Argilla etiam totum montem *Jorat* tegit, cujus rupes ex cote conſtant.

Liceat addere, marmora Helvetica omnia varii eſſe coloris, alba nulla innotuiſſe, ut neſcias, quibus ex montibus Romani inmenſas albi marmoris glebas intulerint, quae *Aventici* in aedificiis & ſtatuis reperiuntur. In altiora marmor ſcandit, cum ex roſeo & viridi varium circa rupes glaciales vallis *Grindelwald* frequens reperiatur, deciduum, neque integris in rupibus. Nigrum, perpulchrum circa St. *Tryphon* effoditur, ex luteo, cinereo, & rufeſcente ſanguineo varium circa *Roche*, & proxime cinereum, etiam maculoſum: circa *Spiez* nigrum cum venis albis, cui vulgo Bernae aedes ſuperaedificantur. Cos ſubcaerulea Bernae praepulchra eſt: caeterum is lapis hoc vitium patitur, quod humorem trahat ut, omnino, terram ſi contigerit, ſe ipſum conſumat. Silices jaſpini, albi, rubri, virides, nigri, ubique in Helvetiae rivis abundant, eorumque, qui nigri ſunt, aliquid dicuntur habere auri. Arenae ex contrito quarzo, ex lapillis granatorum ſimilibus, aliisque cryſtallis conſtant: alvei fluviorum fere planiſſimis ovatisque lapidibus arenariae indolis ſternuntur, ad SPALLANZANI, Viri Cl. pericula aptiſſimis.

Cretam Helvetia ignorat, cum calcariis lapidibus abundet. Nusquam etiam magnos arenoſos tractus reperias; qui adſunt, ii fere aut circa lacum ripas, aut fluviorum littora reperiuntur.

Vides, amice Lector, quo haec omnia ſpectent. Dicere nunc oportet de plantarum varietate, quas Helvetica tellus generat. Ea varietas cum ſitu locorum, cumque aquis connexa eſt, ſed etiam, & potiſſimum, cum aere.

Helvetia pene omnes Europae regiones repraeſentat, ab ultima Laponia, etiam a Spizbergia, ad ipſam usque Hiſpaniam. Et merito. Circa glaciales ſcopulos, in altiſſimis alpium vallibus, eadem aeris, quae in *Spizbergia*, temperies eſt, ut nempe breviſſima aeſtas, vix quadraginta dierum ſit, & ipſa nivibus interrupta, hiems ſevera reliquum annum regat. Quare pleraeque a *Friderico* MARTENS in Spizbergia repertae plantae circa glacialia alpium proveniunt [*d*]. Cum eae plantae ad mare Spizbergiae & Grönlandiae naſcantur, apparet cauſam, quae facit, ut plantae in alpibus propriae proveniant, non in levitate aeris eſſe, ſed in frigore: id enim cum ultimo ſeptentrione commune alpes habent, aeris pondus diverſisſimum.

Inde, ut ab aeterna glacie receditur, paſcua ſuccedunt, macilenta prima, ſcopuloſa, & ſolis ovibus acceſſa: in quibus humillimae plantae, perennes omnes, pleraeque albis floribus conſpicuae, breves ceſpites faciunt [*e*]. Duriores ſunt in univerſum, colorum in ſiccando tenaciores, & magis aromaticae, ut etiam vulgares Ranunculi grato ſint odore [*f*].

Et magis atque magis paſcua laetiora vaccis ſufficiunt, in quibus quadraginta diebus armenta morantur, quibus nempe ſolis, neque ſatis cetro, nivibus vacant. In ea regione plantae numeroſae prodeunt, quae vulgo alpinae dicuntur, & quarum non paucae, quas enumerare non adtinet, etiam in *Laponia*, *Sibiria* & *Kamtſchatka* proveniunt; aliquae etiam in Aſiae altisſimis montibus [*g*]; ſummi montes harum plantarum plerasque proferunt.

In his paſcuis arbores incipiunt pullulare, priores Sabinae, & Pini eduli fructu, cum Rhododendris, Vacciniis, Salicibus Myrtillinis, Serpyllifoliis, aliisque.

Inferius paulo ſylvae ſuccedunt abiegnae, & in alpium, & in montium declivitate. Earum aliquae ad ſeptentrionem ſpectantes boreales plantas Laponiae & Sibiriae generant, ſylvae exemplo, quae inter montem *Pontdenant* ad pagum *les Plans* deſcendit [*h*]. Caeterae ſylvae hujus generis fere Hercynicas, Suecicasque plantas alunt, non quidem omnes, aliasque ſuas, & Helvetiae proprias.

Inter ſylvas pasſim prata intercipiuntur, quae ambuſtis arboribus ſucceſſerunt, laetisſima pleraque & optimi fœni fecundisſima. In iis Gentianae luteae, Veratra, campanulae Drabae folio, & Anchuſae, Stachys fuſca, aliaeque plantae montanae dominantur.

Et nunc ſubmontanae & ſubalpinae regiones ſequuntur, agris, pratis & ſylvis variae; qualis eſt *Nuitonia*, & *Friburgenſis* ditio, aliaeque ſubjectae humilioribus nunc montibus inaequales, non planities, ſed ex collibus valliumque acervis conpoſitae regiones. Hae ſeptentrionali Germaniae propiores ſunt, ut tamen & arenoſa abſint, & torfeta aliqua ſint, ſed minus ampla. Cum vulgaribus plantis tamen alpinae aliquae intercedunt, quas fere a torrentibus devectas eſſe putes [*i*].

Et

[*d*] Spizbergicæ Ranunculus calyce villoſo; Myoſotis uniflora; Saxifragia Ericoides; Biſtorta vivipara; Salix Ulmi folia.

[*e*] Salix Ulmi folio; Alchemilla quinquefolia; Gramen avenaceum *Cat. rar.* 258; Avena aurea; Avena arundinacea; Cyperoides rar. 272. 273; Juncus triflorus, ſquamoſus; Bulbocodium DILL.; Ranunculus Rutæ folio. Radix Rhodia. Sedum teretifolium 446. rar.; Saxifraga ſerpylli folia 461; Alſine 494. 501; Campanula 606; Vitaliana; Aretiæ 636. 637. 640; Viola 665; Cardamine Bellidis folio, Reſedæ folio; Siſymbrium cæruleum; Pediculares 824. 829; Spica Celtica; Abſinthium alpinum candidum humile; Filago 909. 110; Erigeron 939; Hieracium 989.

[*f*] CAPPELER *Pilat.* p. 77.

[*g*] Aſtragalus floribus ſeſſilibus congeſtis.

[*h*] Epipogum Sibiricum; Ophrys minima Hercynica; Pirola uniflora, Hercynica; Orchioides MICHELI Hercynica; Corallorhiza borealis.

[*i*] Bellidaſtrum MICHELI; Lychnis multiflora perampla radice; Saxifraga ciliata CLUSIANA; Campanula alpina minima; Phalangium alpinum paluſtre, hæ Bernæ vicinæ.

Et nunc planities succedit vitifera, Basileensis, Tigurina, Turgoviensis, Paterniacensis, Vaudensis, Genevensis, vallium alpinarum. Calidior ista, Jenensem regionem fere imitatur, aut Germaniam mediam. Apricae autem vitiferae Lemani, & Neocomensis lacus ripae, & Valesiae pars media, & vinorum generositate superant, & plantarum. Multae hic reperiuntur Austriae [*k*], Galliae calidioris [*l*] stirpes, & Italiae [*m*]; aliquae etiam Hispanicae [*n*] in vallibus calidissimis, & austro expositis, Tellina & Valesiaca. In iisdem vina aromatica, nativo spiritu plenissima, & violentissima nascuntur.

Calor aeris in his vallibus est ejusmodi, ut apud exteros fidem vix inveniat. Vidi, cum caelum tempestatem minaretur, in thermometro *Rupe* soli opposito ad 117. gradus Fahr. argentum vivum adscendisse, vidi multo altius anno 1762. & ad 140. gradus, cum in horti muro adfixissem, quo & a borea & ab Euro defendebatur. Id thermometrum Cl. de TREYTORRENS, Lausannensis Physices Professor, ipse paraverat.

Calidissimae demum regiones sunt in Tellina valle, & in transalpina Helvetia circa Luganum, Chiavennam. Ibi plantæ parum plene hactenus cognitæ proveniunt, sed omnino Italicæ [*o*], inque Germania ignotæ, si Carniolam & Istriam noles cum Germania numerare.

Ita factum est, ut Helvetia in exigua amplitudine tamen numerosiores plantas educat, quam ea regna, quorum hactenus catalogos herbarios possidemus. Non quod negemus in Sabaudiæ & Pedemontii alpibus, vallibus, & planitie, easdem divitias repertum iri, si *Caroli* ALLIONII tabulæ stirpesque prodibunt. Si vero *Antonius* GOUAN in flora Monspeliensi ad 1865. species numeravit, quarum 1600. fere sunt conspicuo flore, si nostra Enumeratio pene 2500. species, & 1714. præter Lichenes, Muscos & Fungos plantas continet, merito tamen credo superare nostras, cum Cl. Vir plurimas hortenses suis accensuerit, nos ne unicam, quæ non sit in incultis reperta: ut vix sint supra viginti, de quibus suspiceris, ex horto elapsas esse.

Mirum vero est, quam exiguo tractu tanta stirpium varietas contineatur. Si Seduno Valesiæ in montem *Sanetsch* iter feceris, quod est fere septem horarum, relinques Seduni Ephedram, Gramen echinatum, Punicas per rupes montis Valeriæ florentes, relinques Castaneas, laetissimas Juglandes, quas plurimae cicadae perstrepunt; & vites optimi vini feraces; deinde agros, eximio tritico fecundos; & paulatim Fagi evanescent, & Quercus, deinde etiam Abietes Te deserent, paulo post Pini edules, inde universum arborum genus, & poteris inter Saxifragas ericoides, aliasque Spizbergiae plantas prandere; uniusque dimidii diei spatio plantas legere, quae hinc sub gradu latitudinis 80mo, inde sub 40. nascuntur.

Et tamen magna pars Helvetiae nondum divitias suas aperuit. Lectae fere sunt plantae alpium occidentalium, & mediarum, ut tamen, in tanto numero jugorum, plurima adhuc in australi dorso nondum tacta sint, aliqua

in

[*k*] Scorzonera angustifolia; Xeranthemum; Leucojum angustifolium; Cyclamen; Androsace; Siler Aquilegiæ folio; Limodorum; Botrys; Rhamnus minor.

[*l*] Hieracium montanum tomentosum; Rhagadiolus *Hist.* Millefolium luteum; Calcitrapa lutea; Atractylis; Valeriana rubra; Lavandula; Hyssopus; Rosmarinus; Melissa; Cataria tomentosa; Betonica Hyssopifolia; Odontites odorata; Linaria Bellidis folio; Orobanche purpurea; Vicia Onobrychidis folio; Lathyrus &c GOUANI; Coronilla minima; Alysson Leucoji folio viridi; Astragalus Monspeliacus; Myagrum 979 rar. Pervinca latifolia; Viscago Gallica; Coris; Helianthemuum Ericæ folio; Helleborus unifolius; Reseda alba; Fritillaria; Narcissi duo; Muscari maximum; Gramen paniculis elegantissimis; Polycnemum; Hyacinthus racemosus maximus.

[*m*] Aster luteus; Filago electrina; Carpesium; Echinopus; Rhaponticum *rar.* 891. & 892; Cytisus RIV. Anonis flore luteo parvo; Dorycnium; Eruca Tanaceti folio; Sinapi *rar.* 707. *ß.*; Eruca sativa; Iberis MATTHIOL. Campanula Bononiensis; Galium nigro purpureum; Galium tetraphyllon; Cicutaria fœtidissima; Cotinus; Telephium; Myosotis tomentosa; Lychnis coronaria; Geranium Romanum; Cistus femina Salviæ folio; Pentaphyllon rectum; Anemone latifolia; Clematis recta alba; Allium umbella pendula; Erythronium; Asphodelus luteus; Orchis lingua; Scirpus maritimus; Gramen echinatum; Arundo sativa; Blitum; Ficus.

[*n*] Herba alba; Cataria Hispanica; Lepidium Thymbræ folio; Muscipula Hispanica; Tuna; Ephedra; Gelseminum.

[*o*] Scabiosa argentea; Mandragora; Phytolacca; Erica Coridis folio I; Tanacetum balsamita; Aloe vulgaris; Abutilon; Celtis; Phœnix Ægilops; Acrostichum Marantæ.

in boreali. Sed etiam alpes inter Uranienses & Rhaetos, alpes Rhaeticae, quae sunt inter Rhenum & Oenum, alpes in summa valle Tellina & circa Abduae fluvii scaturigines, alpes inter eam vallem & Venetos, alpes provinciae Helvetiorum transalpinae, alpes vallium *Palanca*, *Breunia*, *Lepontiae* vix sparsim unico itinere sunt defloratae. Ab alpibus tamen ad Italiam spectantibus ego quidem plurimum boni spero.

Ita tota Helvetia Insubrica, congener & limitanea Italiae, vix leviter est percursa, plurimumque speratur fructus, si circa lacus transalpinos, ut *Lugani*, idoneus homo aestatem viveret, inque stirpibus legendis instructus. Nunquam autem mihi fortuna favit, ut etiam sumtibus erogatis, ejusmodi iter procurare potuerim.

Thurgovia, *Ager Solodorensis*, *Friburgensis* pene novae sunt regiones. Et illa tamen stirpes vicinae Sueviae permittit, Scorzoneram humilem, Peucedanum, Quinquefolium TRAGI, quæ nondum in censum nostrum redactæ sunt.

Jura mons passim perreptatus fuit, ager *Genevensis*, *Basileensis*, *Tigurinus*, *Bernensis* equidem oculos botanices peritos passi sunt, tamen ut plerisque locis, certe in plantis minoribus, Fungis & Muscis, spicilegium possit superesse.

Deficient autem etiam post importunos gnarorum virorum labores, plantae marinae, quae circa nostros fontes salsos nullae nascuntur: deficient segetalium planitiei aliquae, & arenosae, & magnorum ericetorum stirpes, quales tractus nobis nulli sunt.

II. DE STIRPIBUS HELVETICIS AUCTORES.

TAnta cum sit Helvetiae in producendis plantis felicitas, dudum passim aliqui exstiterunt viri, qui in haec naturae dona inquisiverint: etsi, praeter ea, quae in *J. Jacobum* SCHEUCHZERUM respublica Tigurina contulit, nunquam publica liberalitas, aut ulla remuneratio stirpium amicos adjuvit.

Otho BRUNFELS aliquo certe tempore, poliater fuit Bernensis. Idem primus tolerabiles dedit stirpium icones, quarum non paucissimas FUCHSIUS suas fecit, solas autem vulgares & in officinis notas plantulas delineatas dedit, & ad compilandos scriptores animum deflexit.

Johannes FRICCIUS, *Conradi* GESNERI avunculus magnus, stirpes amavit, & hortulum coluit [*a*], caeterum nihil scriptum reliquit, multum tamen ei debemus, quod C. GESNERUM ad plantas amandas pellexerit [*b*].

Johannes RHELLICANUS iter alpinum primus omnium descriptum dedit, latinis versibus, & Gentianam atque nigram Orchidem descripsit, circa annum 1536.

Hieronymus TRAGUS, Hornbacensis Bipontinus, aliquam Rhaetiae partem adiit, ut ex historia Cyclamini adparet [*c*].

Botanicorum facile principem paulo post TRAGUM Tigurum protulit, *Conradum* GESNERUM humaniorum literarum peritissimum, primum inter nuperos, qui thesauros naturales collegerit & servaverit. Sed in plantis potissimum viri industria eminuit [*d*]. In agros & alpes plurimis itineribus excurrit, ut plantas legeret, Lausannae [*e*], Badae [*f*], Monspelii, Basileae [*g*], ut etiam provectiori aetate, cum debili esset corpusculo, tamen in lacu nataverit, quo aquaticas aliquas stirpes corraderet [*h*]. In alpes plura itinera suscepit, qui ab ipso anno 1543. secum decreverit, unum, ubi minimum, montem quotannis adire [*i*], neque ei consilio eventum defuisse, ex alio Cl. Viri opere adparet [*k*]. Non potui omnia summi Viri itinera pervestigare. Glaronenses alpes adiisse video, & anno 1555. montem *Fractum*, anno

[*a*] GESNER *Ind. quadrupart. Præf.*
[*b*] *Præf.* ad *Ind. Quadrupart.*
[*c*] p. 905 editionis KYBERIANÆ.
[*d*] In eas se insanire vir summus *Epist. Wolfian.* p. 117. 118. b.
[*e*] Ubi Græcas literas docuit SIMLER *Vit.* p. 5. 6.
[*f*] Anno 1560. *Epist.* ad J. B. p. 88.
[*g*] SIMLER *Vit.* p. 6. b. 14. b.
[*h*] Anno 1563. *Epist.* ad J. B. p. 118.
[*i*] *De lactar. oper. præf.*
[*k*] *Præf. ad iter montis Fracti.*

anno 1561. in *vallem Tellinam*, & ipſum montem *Braulium*; anno 1563. in montem *Bokmatt* Switenſium adſcendiſſe. Multa ab amicis habuit, *Benedicto* ARETIO, PIPERINO, *Theodor.* ZWINGERO, L. RAUWOLFIO, *Thaddæo* DUNO, COLLINO Sedunenſi, & a juvene, qui proxime ad GESNERI famam ſuo tempore acceſſit *Johanne* BAUHINO. Hortum [*l*] etiam ab anno 1560. coluit, pictores, & ſculptores aluit, & omni molimine ad magnum opus herbarium ſe comparavit, quod pene perfectum reliquit [*m*]. Ipſe picturae non imperitus lineas ſubtiliſſimas ad ipſam naturam [*n*] ducentem pictorem adjuvit, neque facile meliores ſtirpium figuras [*o*] invenias, quarum ad millenas in CAMERARIANAM epitomen tranſierunt, ultra ducentas nunc poſthumas liberalitati ILL. TREWII debemus, qui totos multo ditiores, theſauros GESNERIANOS a CAMERARII [*p*] & THOMASII heredibus coemtos poſſidet.

Ante nuperos omnes, ipſumque *Andream* CÆSALPINUM, GESNERUS perſpicax vidit, eſſe in plantis alias partes aliis digniores, & poſſe ex iſtis ſolis adfinitates [*q*] naturales [*r*] erui, quibus ducibus ſimiles ſpecies in unum ejuſmodi nominis genus colligantur. Eos characteres in flore inque ſemine [*s*] ſagax poſuit; quare & ſtudium ſuum in iis partibus recte exprimendis maximum eſſe, & ipſe adſervavit [*t*], & res ipſa demonſtrat. Ita ſenſit Lamium cum Molucca flore convenire [*u*], a ſemine diſtingui; Staphiſagriam [*x*] cum Aconito adfinitate connecti: tum Tragopogonem & Scorzoneram [*y*], Dulcamaram & Solanum [*z*], Calceolum & Orchides [*a*]. Calycis etiam a petalo diſcrimen pervidit, & Hellebori calycem, ut perſiſtentem, male pro flore haberi monuit [*b*].

Idem in viribus plantarum medicis ſcrutandis per experimenta progreſſus eſt, ut odorem primum & ſaporem exploraret [*c*]; deinde deglutitae plantae periculum faceret, ut ſenſim doſin augeret, etiam in venenis, amicis fruſtra reclamantibus. Ita mire profecit in viribus ſtirpium ex odore definiendis, ut etiam vim purgantem ex olfactu ſagiret. Quare vires Hellebori, ad incidendos craſſos humores in aſthmate, arthritide, apoplexia, menſibus ſuppreſſis, aptas perſpexit; oxymel etiam elleboratum ex Veratro duplex ad eos fines utiliter paravit [*d*], & aquam Veratri [*e*] cum aceto ſtillantem, ipſumque Veratrum cum melle [*f*] & aceto coctum, & utrumque nigrum & album [*g*] Helleborum aegris exhibuit. Porro Eupatorii cannabini [*g**], Gratiolae [*h*], Polygalae [*i*] efficaciam, & Antithorae [*k*], foliorum Tabaci [*l*], Impatientis [*m*], Gentianellae [*n*], Lycoperſici [*o*], Thorae Valeſienſium [*p*], Doronici ſagax detexit. Eclegma de Spina cervina [*q*] primus paravit.

In canibus vires venenatas [*q**] nucis vomicae, Balſamitae impatientis [*r*], & Paridis [*s*] exploravit, neque ruſticorum de viribus medicatis experimenta contemſit [*t*].

Quare

[*l*] *Epiſt.* p. 115. aut duos *Præf.* ad l. *de Hort. Germ.*
[*m*] *Epiſt.* p. 58. *Epiſt.* ad J. B. n. 26.
[*n*] *Epiſt.* p 27. b.
[*o*] Mille paratas habebat anno 1555. & quingentarum nemini cognitarum figuras moriens reliquit *hiſt. vit.* p. 15. WOLF *pollicit* p. 43. b.
[*p*] Qui a WOLFIO redemerat CRATO *Epiſt. III.* p. 263.
[*q*] *Epiſt* WOLF. p. 39. b.
[*r*] Multas claſſes naturales in libro *de collect. plant.* expreſſit.
[*s*] *Epiſt.* WOLF. p. 65. b. 107. 113. b.
[*t*] *Epiſt.* p. 113. &c.
[*u*] p 65. b
[*x*] p. 113.
[*y*] p. 3. b.
[*z*] p 84 b.
[*a*] p 96. b.
[*b*] *Epiſt.* ad KENTMANNUM p. 84. b.
[*c*] *Hiſt. vit.* p. 14. b. *Epiſt.* WOLF. p. 75 b.
[*d*] *Epiſt.* p. 9. 12. b. 20. b.
[*e*] p. 11. 25.
[*f*] Vel infuſum vinoſum p. 12. 13.
[*g*] p. 68. b. 83.
[*g**] p. 121.
[*h*] p. 22. 71. b. *Epiſt.* ad J. B. p. 33.
[*i*] p. 121.
[*k*] *Epiſt.* ad J. B. n. 30. *Epiſt.* WOLF. p. 66.
[*l*] *Epiſt.* WOLF. p. 79. b.
[*m*] p. 109.
[*n*] Ad febres p. 58. 63. 97.
[*o*] Pomum integrum abſque noxa deglutivit. p. 107.
[*p*] *De Aconit.* p. 18. b.
[*q*] *Epiſt.* WOLF. p. 166.
[*q**] p. 14. b. *Epiſt.* ad J. B. n. 31. 33.
[*r*] p. 109.
[*s*] Conf. T. hujus operis I. p. 429.
[*t*] *Hiſt. vit.* p. 14. b.

Quare princeps omnino auctor est stirpium Helveticarum, neque multa posteris addenda reliquisset, neque CLUSIUS unquam tot alpinarum stirpium detectarum gloria inclaruisset, nisi GESNERI codices intercidissent. Primum certe catalogum stirpium Helveticarum ipse dedit, quem ex posterioribus itineribus, & anni quidem potissimum 1561. ditavit [*u*]. Ejus operis aliquam partem, ex liberalitate ILL. TREWII, Clar. SCHMIEDELIUS edidit, pluresque promisit.

Benedictus ARETIUS [*x*] Theologus civisque Bernensis, GESNERI amicus, montes *Niesen* & *Stokhorn* in summi viri gratiam conscendit, & quadraginta fere plantas alpinas primus breviter descripsit, hortumque pulchrioribus plantis alpinis instructum coluit. Ejus nomini ARETIAM inscribere GESNERUS susceperat, ut etiam civi nostro optionem plantæ offerret, quo voto duobus a summi viri morte seculis elapsis rem herbariam solvi

Christophorus PIPERINUS, & ipse in Bernensi agro V. D. M. plantas circa *Sigriswyl* [*y*], & in valle *Simmia* collegit, pulcherrimis pratis ditissima, quarum nomina meo exemplo *Hortoum Germaniæ* adscripsit.

Caspar COLLIN in Valesia, nisi fallor, pharmacopola, plantas aliquas ad GESNERUM misit, ipsamque, rixarum causam Thoram Valdensium [z].

Ita *Galandam* montem J. FABRICIUS [*a*] adiit, ejusque viri frequens in GESNERIANIS *Epistolis* est memoria.

Josias SIMLER, brevis historiæ Helveticæ compilator, plantarum quidem alpinarum aliquam enumerationem edidit; sed ea ex ARETIO & ex GESNERIANA montis *Fracti* historia transcripta est.

Petrum Andream] MATTHIOLUM putes aliquam partem *vallis Tellinæ* [*b*] adiisse, nisi etiam hæc per alios vidit.

Johannes BAUHINUS multis post GESNERUM annis posthumi operis laude inclaruit, cum summo tamen viro literarum commercium aluit, & ad eum passim plantas misit. Alpes Rhæticas *jugumque Burmiense* & montem *Braulium* invisit, ipsius omnino GESNERI [*c*] comes. Deinde per montem *Gotthardum* iter fecit [*d*]. Patavium & Venetias adiit, anno 1563. in Helvetiam redux [*e*]. Ab eo tempore Galliam Narbonensem adiisse videtur: deinde Ebroduni vixit, & Genevæ & Basileæ, & agros earum civitatum pervestigavit; montes etiam varios adiit *Falconarium*, *Suchet*, *Thuiri*, *Saleva*, *Wasserfall*: denique *monte Beligardi* consenuit, in montis *Juræ* cum *Vogeso* conjunctione. A prima juventute in *Historia herbaria* elaboranda versatus est, annis supra quinquaginta, ab ipso candidissimo GESNERO ad magnum opus excitatus, quod sui æmulum fore vir summus prævidere potuerat [*f*]. Id opus perfectum reliquit, in eo infelicior, quod malo sculptori stirpium figuras, maloque editori *Dominico* CHABRÆO, Socii *Caldoriani* opus limandum permiserint. Is enim homo & ignarissimus figurarum transpositiones in ipso opere admisit, & in sua propria *Sciagraphia* adeo non correxit, ut etiam auxerit. In J. BAUHINO magna fuit stirpium peritia, cum scriptorum botanicorum critica cognitione conjuncta. Vix ullam plantam bis posuit, nisi forte aliena, neque accurata descriptio, ipsi subinde, & raro, imposuit. Confusas MATTHIOLI, TABERNÆMONTANI aliorumque ejus seculi scriptorum plantas sagax evolvit, summaque fide eorum descriptiones separavit a suis, quas accuratissimas dedit. Dubias plantas THALII & CÆSALPINI non cum veris certisque stirpibus numeravit, dubiasque reliquit, neque iisdem coloribus descripsit, quos ad certas plantas solebat adhibere. Multas novas plantas invenit & descripsit, ut in quatuor libris XVII. XXI. XXII. & XXIX. [*g*] proprias

[*u*] *Hort. German. in append.*

[*x*] A solo ARETIO se in stirpibus discere posse GESNERI vox est p. 118. b.

[*y*] GESNER *Hort. Germ.* p. 243. b.

[z] GESNER *Aconit. I. Dioscorid.* p. 5.

[*a*] Exstat cum libr. *de hortis Germaniæ.*

[*b*] *De Pino Cembro* p. 105.

[*c*] Conf. loca a me citata hujus operis T. II. p. 110.

[*d*] *Epist.* ad GESNERUM p. 119.

[*e*] *Epist.* GESNERI *Wolfiana* p. 50.

[*f*] *Epist.* ad J. B. p. 158.

[g] Male ergo BOBARTUS, J. BAUHINUM non supra 26. plantas novas habere *Præf.* ad *Hist. Oxon.*

propias triginta ſpecies habeat, CHERLERIANAS octodecim. Multas etiam plantas alpinas ante annum 1565. in Rhætia legerat, quo anno CLUSIUS ex Hiſpania rediit [*b*], ut priora BAUHINI, quam aut CLUSII, aut LOBELII jura ſint. Adfinitates naturales minime prætervidit. Quare non abs re Editores CALDORIANI [*i*] ad *Johannis* opus præfati ſunt, nihil ſimile hactenus prodiiſſe, nihil ſimile facile poſteros viſuros. RAJUS ubique BAUHINI labores in ſuam hiſtoriam tranſtulit.

Coævus *Johanni* BAUHINO *Carolus* de l'ECLUSE, vulgo CLUSIUS, Atrebas, Helvetiam equidem vix adtigit: cæterum hinc in Pannonia & alpibus Auſtriacis & Stiriacis alpinarum plantarum plurimas deſcripſit, multas etiam, & accurate delineatas dedit: inde in Hiſpania calidiores Helveticas legit, & nitidiſſime depinxit.

Quæ *Petri* PENÆ, quæ *Matthiæ* de LOBEL in communi opere portio ſit, difficile fuerit diſtinguere: cum in Anglica editione LOBELIUS PENÆ nomen totum omittat. Eorum alteruter, & de PENA magis probabile videtur, Helvetiam adiit, *Chavennam*, Rhætiæque partem, Genevam, vicinos aliquos montes, Badam denique [*k*], & aliquot [*l*] pulcherrimas plantas primus deſcripſit. Ad LOBELIUM etiam alpinæ plantæ pertinent, quæ in *Johannis* PARKINSON [*m*] opere occurrunt.

BELLONIUS aliquam partem Helvetiæ adtigiſſe videtur [*l**].

In opere DALECHAMPIANO, quod a MOLINO editum *Hiſtoriæ plantarum Lugdunenſis* nomine citari ſolet, paſſim aliquæ novæ Genevenſium montium cives [*n*] habentur. Potuerunt a J. BAUHINO profectæ eſſe, qui Lugduni [*o*] aliquamdiu in ea hiſtoria laboraverit, multas etiam plantas & icones ad eam contulerit, quas omnes addit, etiam ad LOBELIUM perveniſſe. Pro civibus tamen ISTE aliquas recenſet, quæ non ſunt in J. BAUHINI hiſtoria [*p*].

Deinde & ipſe DALECHAMPIUS videtur montes Genevenſes [*q*], & monti *Dolæ* vicinos [*r*] ſalutaſſe.

Felix PLATERUS, Clinicus celeberrimus, per plurimos annos Profeſſor Baſileenſis, quod aureum ejus Academiæ ævum fuit, plantas alpium Valeſiæ & *Pilati* perpulchras in hortum ſuum ſiccum contulit, quem olim apud ultimam PLATERORUM ſobolem, *Helenam* D. *Claudii* PASSAVANT hoſpitis mei uxorem vidi. Inter eas ſunt aliquæ non prius pro civibus adgnitæ [*s*].

J. *Henricus* CHERLER, *Johannis* BAUHINI gener, præter Narbonenſem Provinciam, in qua pulcherrimas ſtirpes legit, etiam montem St. *Gotthardi*, agrumque *Genevenſem*, *Baſileenſem*, *Ebrodunenſem* percurrit. Eæ plantæ in magnum opus tranſierunt, quod a Socero inceptum ipſe erat editurus, niſi mors ejus ſtudium prævertiſſet. Ad icones LOBELIANAS idem ſua manu varias notas adſcripſit; ex quibus de nonnullis Helvetiæ civibus primum didici, cum eum codicem Clar. J. GESNER mecum communicaſſet. Viri nomen ex merito in propria planta dedicavi.

Caſparus BAUHINUS, *Johannis* frater, ſed multis annis junior, æmulum fraterni operis eſt molitus. Anno 1577. per *Fabarias Thermas*, & *Spelugam* montem, in Italiam penetravit, *Baldum* montem Romamque petiit, & Patavii

[*b*] GESNER *Epiſt.* p. 122.

[*i*] Anno 1619. in *Præf.* ad *prodromum operis* J. B. & CHERLERI.

[*k*] *Adverſ.* p. 105. in capite de Paride.

[*l*] Eryngium cæruleum Dipſaci capitulo, Myrrhis minor, Typha minor clava duplici, Anemone, quæ Caryophyllata pentaphyllæa.

[*l**] Aceris magnas arbores ad *Lutry de negl. ſtirp. cult.*

[*m*] Bupleuri alpina ſpecies: Cherleria, Fragaria nana.

[*n*] Orchis rotunda, Vulneraria pinnata.

[*o*] De Erica Chryſanthema T. II. p. 18.

[*p*] Paeonia, Erythronium.

[*q*] p. 1152.

[*r*] p. 1298.

[*s*] Pirola uniflora, Odontites odorata, Ranunculus calyce villoſo, qui a celebri Viro nomen habet.

tavii medicinæ operam dedit, ubique pulcherrimas plantas legit: sic in Gallia Narbonensi anno 1579. post quem annum 45. annis superfuit. In patriam redux agrum suæ civitatis, montesque celeberrimos reddidit, qui prius nemini innotuissent. Cum ad senium pervenisset, in florentissima Academiæ suæ conditione multos egregios discipulos habuit, qui & ipsi varias alpium Helveticarum & Valesiacarum partes inviserunt, & quorum plantæ in thesauros C. BAUHINI transierunt, *Joachimum* BURSER, FLEISSERUM, HAGENBACHIUM, SPOERLINUM. Plantarum circa Basileam nascentium fidelem & locupletem catalogum edidit. Rariores stirpes in *Prodromo* non paucas descriptas & depictas dedit. In *Pinace* sub unum nomen synonyma, jam eo ævo numerosa, aliorum scriptorum in ordinem redegit: ut ex BAUHINI opere, in difficilibus etiam auctoribus, ut in CÆSALPINO, plantas facile adgnoscas. Denique maximum opus molitus, in eo elaborando occubuit. In eo & icones proprias, plerasque elegantes, stirpium daturus erat, & collatitiam ex omnibus scriptoribus, brevemque historiam. Tria audio volumina pene perfecta reliquisse, quorum unicum prodiit, in quo potissimum Gramina continentur, nimis difficilis classis, & quæ ante characteres inventos omnino non potuit perfecta dari. Cæterum vulgo notum est, hunc Clar. virum varietatibus indulsisse, quæ a statura, aliisque intima characteris non subeuntibus plantarum qualitatibus repetuntur; sæpiuscule etiam eamdem stirpem bis vel ter recensuisse, sicuti & ipse eam reperisset, & ex aliis scriptoribus recepisset.

Discipuli varias regiones Helvetiæ adierunt, HAGENBACHIUS glacialibus scopulis celebres valles *Grindelwald* & *Lauterbrunn*; FLEISSERUS *Gemmium* & *Bernhardi* montem; BURSERUS *Badam*, *Fabarias Thermas*, *vallem Disentiam*, *Gotthardum*, *Gemmium*, montem *Gletscherberg*, *Bernhardum* montem, & *Fractum* adiit. Herbæ siccæ BURSERI *Soram* ab auctore delatæ, a victoribus Suecis *Upsaliam* avectæ sunt. Brevem catalogum plantarum BURSERI *Petrus* MARTIN in *Actis Literarum Suecicarum* anno 1724. p. 497. & 530. edidit, & recensuit in propria disputatione LINNÆUS. Earum plurimæ raræ, aliquæ etiam novæ sunt.

J. Caspar BAUHINUS *agrum Lucernensem*, *Thermas Fabarias*, & *Lunæ* montem percurrit, patrisque Theatrum edidit.

Johannis PONÆ iter montis *Baldi*, jam inter CLUSII opera, prodiit, inde potissimum Italice anno 1617. 4°. recusum, multo ditius, plurimas plantas alpium orientalium continet, quarum pleraeque nostrae sunt, & bonas icones additas habet.

Nicolaus CLAVENNA, pharmacopola Rhaetus, Absinthii speciem in proprio libello descriptam & depictam dedit, ex quo *confectionem* privilegio munitam præparabat. A CLUSIANO diversum esse, non bene docuit. Libello nomen est *de Absinthio umbellifero & Scorzonera Italica* Venet. ann. 1610. 4°.

Pompejus SPRECCHUS, pariter Rhætus, in *antabsinthio Clavennæ* Venet. 1611. 4°. recte ostendit, idem esse cum CLUSIANO, & pridem amarius.

Daniel RHAGOR, Bernensis, Thorbergæ Præfectus, edidit *den Pflanzgarten* Bernæ anno 1639. 8°. Moguntiæ anno 1651. 8°. & alias excusum, in quo hortensia opera, pomorum, vitiumque curam docet.

Gamaliel a TURRE Bernensis cum STROBELBERGERO [t] Germano, circa Genevam stirpes aliquas legerat, sed iste quidem fere LOBELIUM exscripsit: de illo nihil mihi innotuit.

Cum a Bauhinorum obitu ad SCHEUCHZEROS parcissimi Helvetiorum in re herbaria labores fuissent, successit operi *Johannes* RAY, vir perinde in libris legendis, inque plantis decerpendis solers. Anno primum 1663. alieno anni tempore Rhætiam, Basileam, Scaphusiam invisit. Deinde anno 1664. per

[t] *Descript. Gall.* p. 100.
[u] *Topograph. observat.*

per montem *Bufalora Rhætiæ Glaronam* repetiit, & *Tigurum Genevamque* venit. In ea urbe per tres æstivos menses moratus, montes *Saleva*, *Thuiri* & *Dolaz agrumque Genevensem* tanta felicitate peragravit, ut raras plantas plurimas, novas non paucas, in catalogum civium nostrarum retulerit [*u*].

Illustris Vir *Guilielmus* SHERARD exiguum numerum, sed perpulchrarum stirpium, in *agro Genevensi* & circa *Dolam* montem reperit, adque *synopsin stirpium exterarum* [*y*] RAJI corollarii loco addidit.

J. *Jacobus* WAGNER fere ex BAUHINIS suum catalogum stirpium Helveticarum habet.

Johannes MURALTUS, nobili Insubrica stirpe natus, anatomen, chirurgiam, & medicinam coluit, artemque obtetriciam; neque tamen plantas undique neglexit, quarum plusculae in *agro Scaphusino*, & in *Toggicis* atque *Abbatiscellanis* alpibus lectae, tum in *Lucumonio* Rhætiæ monte, inque *Gotthardo* [*y*], aliquæ etiam perraræ, per nuperos nostros labores confirmantur, ut *Paeonia*, & *Polygonatum perfoliatum*.

J. *Henricus* STÆHELIN in agro *Basileensi* non paucas stirpes detexit; Gramina cum J. SCHEUCHZERO communicavit, & ad novam *plantarum circa Basileam nascentium enumerationem* edendam se paravit, quæ tamen intercidit.

Theodorus ZWINGER clinica laude claruit, plantasque in agro patrio inquisivit; VERZASCHÆ etiam opus botanicum auctius reddidit.

Jacobus CONSTANT, cujus familia ad summos honores evecta est, pulchras plantas in Alpibus Valesiacis, & in monte *Dolaz* legit, aliquas etiam *Lausannæ* in horto coluit. Enumerationem earum stirpium edidit, in qua aliquæ, nondum ab alio detectæ continentur, ut Adiantum verum.

Sub initia hujus, quod nunc vergit, seculi prior *J. Jacobus* SCHEUCHZER ad curam universæ historiæ naturalis, sed etiam potissimum rei herbariæ rediit. Itinera insignia eo fine suscepit: primo montes *Hacken*, *Surenenek* & *Ioch*, montesque *Coenobio Angelimontano* vicinos, *Fractumque* adiit. Altero *Rhætiam*, & montes *Gunggels*, *Spelugam*, *Malojam*, *Julium*, *Septimum* & *Segnes*. Tertio *Fabarias Thermas*. Quarto *Glaronensem* pagum, montes *Gunggels*, *Freyberg*, *Bärenboden* & *Fismatt*, hos *Uriorum*: inde *Gotthardum*, *Lucumonium*, *Crispaltum*, *Furcam*; denique *Gemmium* longissimo itinere superavit: tum altissimas valles *Ursariam*, *Medels*, *Rheinwald*, & *Lepontiæ Valesiæque* suprema. Quinto *Fractum* montem, *Jugum* & partem agri Bernensis paragravit. Sexto, ex quo omnium rarissimas stirpes reportavit, Rhætiam repetiit, & *Spelugam*, *Furculam*, *Malojam*, *Albulam*, altissima juga, conscendit. Denique septimo itinere montes *Brünig*, *Grindelwald*, *Gemmium*, *Valesiam inferiorem* & *Vaudensem* agrum percurrit. His laboribus, aliisque publice non celebratis, maximam penum stirpium *Helveticarum* collegit, earumque historiam molitus est. Id consilium anno 1721. aperuit [*z*]; idemque cum obiret, anno fere 1733. ad umbilicum produxerat, ut per epistolam Clar. viri mihi constat. Icones FUCHSIANAS addere constituerat, & suas aliquas, sed ea omnia moriens inedita reliquit. Neque tamen aut scripta undique interciderunt, aut plantæ siccæ, quas mihi [*a*] consulere datum est. Hic interim princeps de stirpibus Helveticis auctor est [*b*].

Minor frater *Johannes* SCHEUCHZER, patris mei Successor in Cancellarii (*Landschreiber*) Comitatus Badensis officio, vir fuit solers & laboris patientissimus. Anno 1709. vallem *Sexamniam* (Schams) Rhætorum petiit, inque ea æstivos menses vixit. Ita opportunitas ei nata est, montium *Aviculæ*, *Surfees*, *Tschieræ*

[*u*] p. 398. 399. 400.
[*y*] *Præf.* ad *Paradisum Helveticum* anno 1710. Tiguri editum.
[*z*] *Phil. Trans.* n. 421.
[*a*] Beneficio D. J. SCHEUCHZERI *Johannis* filii.
[*b*] In *Itineribus alpinis* Leidæ editis.

Tſchieræ & *Spelugæ*, altiſſimorum culminum, conſcendendorum. Neque abſque jactura publica hujus itineris hiſtoria intercidit, quam ad *Academiam Regiam Gallicam* Vir ILL. miſerat. Alio itinere Italiam per *Gotthardum* montem adiit; *Regium* etiam *Switenſium* montem conſcendit. Finis laborum *hiſtoria* erit *Graminum*, ad quam SHERARDUS, BREYNIUS, PETIVERUS & *Antonius* de JUSSIEU Smyrnenſes, Madraſenſes, & Gallicas plantas addiderunt. Ita opus incredibilis laboris natum eſt, neque enim unquam ullus mortalium adeo minute tot plantas difficillimas deſcripſit: icones etiam addidit fideles. Majora autem meditabatur, & a MICHELIO, a DILLENIO plurimis raris ſpeciebus ditatus, aliis propriis laboribus collectis Graminum ſiccorum immenſam & pulcherrimam collectionem reliquit. Plurimas novas ſpecies invenit, & plures obſcuras ita conſtituit, ut adgnoſci poſſint. Denique cum arborem in altiſſimæ Rhætiæ monte depoſitam, certum Diluvii monumentum, in præcipitibus ſcopulis quæreret, pulmoni ſuo tantam violentiam intulit, ut porro ne in turrim quidem adſcendere valeret, verus ſuæ curioſitatis martyr.

Hos junior viros ipſe vidi, qui ſequentur, mei ſunt coætanei.

Antonius Mauritius CAPPELER catalogum ſtirpium montis *Pilati* edidit, qui poſthumus cum reliqua ejus montis naturali hiſtoria nuper prodiit [c]. In eo ſtirpes rariores variæ, & potiſſimum *Ruta tenuifolia* continentur.

Et nunc nunquam abſque triſti recordatione memorandus *Benedictus* STÆHELINUS dicendus eſt, candidiſſima anima, ſui commodi negligens, totus inquirendis rei naturalis theſauris addictus. In ſtirpibus per patriam ſuam detegendis adeo felix ejus induſtria fuit, ut a VAILLANTIO, gnaro judice, pro prodigio ſit habitus [d]. Potiſſimum autem plantis minimis, Fungis, Muſcis & adfinibus definiendis incubuit, quorum icones a perito artifice paratas collegit. Quæ ipſi debeam, non poſſum paucis comprehendere, neque tamen licet longum opus multo ſermone protrahere. Omnia ſua mecum communicavit, ſtirpes ſiccas, icones, Muſcos, juvenemque me ſenior non minori modeſtia ſuſpexit, quam ſeni pene puer debuiſſem.

Emanuel KOENIG, Collega STÆHELINI, noſterque olim amicus, in monte *Belchen* (qui J. BAUHINO *Ballon* dicitur) raras aliquas ſtirpes collegit, mecumque communicavit, ſociuſque non paucarum excurſionum per Baſileenſem agrum fuit.

Johannes GESNERUS, ſupra quadrageſimum annum intima mihi devinctus amicitia, ex magni GESNERI fratre ortus, a prima juventute ingenii, induſtriæ, laboris & modeſtiæ ſpecimina edidit. Vix ſeptemdecim annos natus anno 1726. per *Albulam* Rhæticam Clavennam petiit, & per *Spelugam* montem, & *Elmenſes* alpes in *Glaronenſem* pagum rediit. Inde poſt Belgicum iter mecum magnam partem Helvetiæ & alpium occidentalium peragravit. Deinde anno 1729. per Glaronenſes alpes iter fecit: anno 1731. in *Abbatiscellanas*, montem *Gamor* alioſque: anno 1734. in *Fractum* montem, & *Regium*: anno 1735. in montem *Brünig*, & *Gemmium*, vicinaſque *balneo Leucenſi moles glaciales*. Porro agrum Tigurinum ſtudioſe percurrit, Muſcoſque & Gramina, & quidquid eſt difficilium plantarum curioſe collegit. Inde cum Societas Phyſica Tigurina hortum curæ ſui Præſidis commiſiſſet, ad magnum opus acceſſit, & characteres plantarum pulcherrime æri incidendos curavit, quod eximium opus fini & perfectioni proximum eſt. Plurimas etiam mecum rariores plantas, & potiſſimum Muſcos, communicavit.

Cl. le CLERC, præmatura morte abreptus, *Dolam* alioſque montes Genevæ vicinos inviſit, ejuſque herbæ ſiccæ mecum communicatæ fuerunt.

J. An-

[c] *Baſil.* anno 1767.
[d] *Mémoir. de l'Acad.* ann. 1719.

J. Antonius DIVERNOI montes *Falconarium*, *Chasseron*, *Tête de Rang* felici industria peragravit, & inventa pariter mecum communicavit.

J. Jacobus HUBERUS & in agro Basileensi cum STÆHELINO & KOENIGIO plantas legit: & Basilea per Rhætiæ montes *Lunæ*, *Albulam*, *Maiojam*, iterumque per *Gotthardum*, *Furcam*, & *Grimsulam*, longo itinere suscepto, multas egregias stirpes collegit, quæ in meam collectionem transierunt.

Cl. Vir J. HOFERUS Graminum [e] in compendium contractam historiam edidit, & passim circa patriam Müllhusiam stirpes planitiei, in reliqua Helvetia vix notas, civibus nostris addidit.

Abrahamus GAGNEBIN, Medicus & Chirurgus in *Ferrariis vallis Erguel officinis*, juvenis in alpibus Delphinatus inque *Ruscinonensi Comitatu* pulcherrimas calidarum regionum plantas decerpsit. Inde in montibus *Neocomensibus* & *Rauracis*, *Episcopo* Basileensi subjectis, plurimas raras & in Helvetia prius non visas stirpes eruit. Propriis etiam itineribus montes *Fractum*, *Grimsulam*, *Scheidek*, *Wetterhorn* & glacialia vallis *Grindelwald* & *Lauterbrunn* multo cum fructu adiit. Plurimas etiam mecum stirpes siccas communicavit, plantarumque a se visarum catalogos.

In amœnissimo Clar. BRUKERI *memorabilium Basileensium* opere, plantæ sponte nascentes, post priorum industriam, *Friderici* ZWINGERI, *J. Rud.* STÆHELINI, *Achillis* MIEGII opera auctæ recensentur. Et iste, quem ultimo loco dixi Vir Cl. plurima Gramina aliasque patrias stirpes ad me misit.

Vir *Generosiss.* H. B. De SAUSSURE Professor Genevensis per alpes *Sabaudicas*, per glacialia juga supra *Chamouny*, per vicinas alpes *Valesiacas*, montes *Mole*, *Dolaz*, aliaque *Juræ* juga, perque agrum patrium multa itinera suscepit, remque herbariam Helvetiæ, meosque thesauros ditavit.

Cl. D. WARNERUS de la CHENAL mira solertia & felicitate stirpes patrias conquisivit, meque rogante, cum D. CHATELAIN, longo itinere trans *Gotthardum* montem, in Insubriam Helveticam, montemque *Generosum*, olim GESNERO laudatum, penetravit, perque *Spelugam* montem & Rhætiam Basileam rediit. Ejus viri spolia in meam collectionem transierunt, aque ejus industria pleniorem plantarum circa Basileam nascentium catalogum exspectamus.

Cl. SCHINZIUS, GESNERI nostri nepos, alpes Rhæticas, & inter eas montem *Scalettam* & *Beverin*, & *Schein Schweitzensium*, aliosque non absque fructu peragravit.

Sic D. *Jacobus* DICK V. D. M. pariter me curante, cum *Abrahamo* THOMAS sylvarum custode, *Curiam*, *Spelugam*, *Clavennam*, *vallem Tellinam*, *juga Burmiensia*, montesque *Trone* & *Fräla*, *Berninam*, altissimum montem *Septimum* adiit, inde per *Furculam*, *Misaucum*, *Bellitionem*. alpesque *Grajas* & Valesiam *Rupem* rediit, multis rarissimis plantis ditatus. Porro alpes Valesiacas *Salanse*, *Herbagere*, *Combe de Martigny* & *Valorsin* montem. Inde alpes vallis *Gastern*, aliasque impositas valli *Kienthal*, & regionem subalpinam circa *Spiez* utiliter peragravit.

Incredibile est, quantum montium Vir venerabilis *Abrahamus Ludovicus* de COPPET emensus sit. Paucos ex multis montes numero, Montes *Fouly*, hunc ditissimum, præcipitia *Grandvire*, Montes *Jeman*, *Darbon*, *Chaud Commun*, *Ovannaz*, *Alesse*, *Javernaz*, *Martinets*, *Richard*, *la Varaz*, *Enzeindaz*, *Arpille*, *Taveyannaz*, *la Paraz*, *Isenau*, *Pillon*, *Lioson dessus*, *Audon*, *Prapioz*, *Naye*, *Chaude*, *Ai*, *les Troués*.

D. CLARET Medicus Octodurensis, ex monte *Fouly*, monte St. *Bernhardi*, ex vicinis alpibus ad suam civitatem pertinentibus, ex beato denique agro Octodurensi, plurimas & pulcherrimas plantas detexit, mihique misit.

[e] *Act. Helvet.* T. II.

Clar. J. *Fridericus* NEUHAUS ex montibus *Neocomensium* & *Biennensium*: & D. D. TRIBOLET ex agro Bernensi mihi non vulgares stirpes collegerunt.

D. POTT in montibus *Lambela*, *Reveneuse*, & *Tanieres*, Valesiorum plantas, me rogante, legit.

Cl. Chirurgus RICOU iteratis itineribus Valesiæ partem non exiguam bis & ter, montes vallis St. *Nicolai* altissimos & plantis rarioribus beatissimos *Schœnbühl*, *Oberstafel*, *Stok*; alio itinere montes *Sempronium*, *Rosboden*, *Stafelberg*; alio montes vallis *de Bagnes*, *le Bau*, *Mille*, *Grand Lœs*, *St. Bernhard*; denuo montes vallis *de Lie*, & repetito montes *Nombrieux*, *Rossellenaz*, *Alesse*, *Fouly*, *Martinets*, *Prapioz* multo cum fructu adiit.

Hæc omnia operi meo inservierunt.

Sed neque illa datos relinquo sylvarum custodes, qui suo labore magnam partem alpium occidentalium, altissimarum, & asperrimarum superarunt.

Ita *Petrus* THOMAS vicinos montes *la Grandvire*, *Fouly*, *Jeman*, *Outre-Rhone*, *Martinets*, *la Varaz*, *Darbon*, *Sion*, *Serin*, *Varesay*, *Larzes*, *Sion*: sed etiam Valesiam planiorem in alpes usque *griseas*: iterum St. *Bernhardi* alpes & *Col de Ferry*, vallem *D. Nicolai* adiit: iterum amplissimo itinere per montem *Sylvium* in vallis *Augustæ* partem *Ternanche*, inde per montem *D. Bernhardi*: alio itinere denuo in vallem *D. Nicolai*, ejusque montes *Findela*, *Stafel*, *Montemor*, *Trift*, *Auffées* excurrit.

Clemens CHERI montes *Ovanna*, *Surchamp*, *Richard*, *la Varaz*, *les Martinets*, *la Grandvire*, *Jeman*, *Fouly*, *Darbon*. HURNERUS M. *Col de Ferry*. JORDAN montes vallis *Ormond dessus*, *Audon*, *Prapioz*, *Culand*, *la Paraz*, *Dunggel*. MOREROD montes *Fouly*, *Alesse*, *Arbignon*, *Jeman*, *Val de Bagnes*, *Dent de midi*, & vallem *Eiriniam*. MOTTIER montes altissimos & glaciales *Chermontana*, & glacialia inter *Viége* & *Val de Bagnes* peragrarunt. C. JAUSSI in *Col de Ferry*, St. *Bernhardo*, *valle Augusta*, & circa *Courmajor*; deindein mont. *Pierre Platte* & vicinis alpibus ultimis stirpes eruit.

Denique *Abraham* THOMAS per *Val de Trient* ad *Chamouny* iter fecit; alio patrem in *vallem Nicolai* comitatus est; alio Clar. DICKIUM, jugumque *Burmiense*, & montes *Septimum* & *Berninam* conscendit; alio per *vallem Matten* & *Saas*, in montes *Angrogne*, *vallem Antigoriam*, montes *Griseos*, *Grimsulam*, ad *Arolæ* fontes. Alio in vallem *Eirin*, montem *Ferpelo*, *l'Arola*, *Pragard*, *Rouxel*, *la Cretaz*, &c. inde in vallem *Ternanche* emersit, & per alpes interpositas in *Val de Bagnes*. Denuo per *Sylvium* montem, in vallem *Ternanche*, & montem St. *Bernhard* rediit; & iterato demum idem iter relegit.

Ita factum est, ut alpes occidentales, Valesiam inter & Italiæ valles, plurimis locis superatæ sint & percursæ: & quod imprimis quærebam, loca hominibus litteratis inaccessa, summæque rupes sint spoliatæ, quas insolens eorum periculorum homo ne cogitatione quidem speraret adiri posse.

Facile dedero, non fuisse peritos Botanicos. Fuerant tamen mei in multis itineribus comites, & hactenus didicerant, quæ vulgaria essent, quæ rariora. Neque absque eorum opera unquam plurimæ & pulcherrimæ plantæ erutæ forent, quas passim laudavi [*f*].

Denique non in Helvetia quidem natas, multas tamen perinde certas cives ab amicis exteris habui. Ex Anglia a DILLENIO olim, Muscos imprimis: nuper ab optimo HUDSONO. Ex Gallia a Clar. Viris COMMERSON, GERARD, GOUAN, DU CHESNE. Ex Germania a D. GRIMMIO Medico Eisenacensi, Muscos etiam imprimis numerosos & pulchros; alias plantas a D. WALBAUMIO, MARTINIO, WILLICHIO habui. Ex Russia a GMELINO. Ex Suecia dono REGINÆ LOUISÆ UDALRICÆ collectionem

[*f*] Astragalus sessilis, Lychnis Globulariæ folio, Viola laciniata, Primula longissimo tubo, Gentiana lanuginosa fauce longe petiolata, Sempervivum luteum &c.

nem stirpium ejus regni possideo. Ex Italia a *Julio* PONDERA, *Ferdinando* BASSIO, Cl. ALLIONIO, & BELLARDO plantas siccas habeo. Ex Austria & Hungaria uberrima copia, etiam rariorum plantarum, a Clar. JACQUINO missa est.

Superest, ut de me ipso dicam, deque iis laboribus, per quos hactenus studui, non imperfectissimum opus colligere.

Vere anni 1728. *Basileæ* prima ejus initia nata sunt. Videbam me severissimæ artium medicæ destinari, amabam libros, vitamque sedentariam. Intelligebam male meæ valetudini consultum fore, si perpetuis studiis impallescerem. Circumspexi, ut literariam eam pigritiam excuterem, non aliud inveni remedium, præter rei herbariæ studium. Ab eo ipso ad ambulandum, ad exercendum corpus, videbam me iri adactum. Myops natus eram, obnoxius sanguinis jacturis, speravi ea incommoda pertinacia laboris me superaturum. Incepi vicinos nobis Basileæ agros, non eos ingratos perreptare. Inde mense Julio & Augusto ejus anni, comite suavissimo GESNERO, per montana Episcopatus Basileensis *Biennam*; hinc *Lausannam*, *Genevam*, in montem *Salevam*, iterum per Valesiam in *Gemmium*, eo superato in vallem *Weisland*, perque *Jugum* montem altissimum in monasterium *Engelberg* adscendi, porroque per *Tigurum* & *Bernam* *Basileam* repetii. Ita prima stipendia longo, fere pedestri, neque infecundo itinere merui.

Eas plantas, quas legebam, nullo ordine, totas cum charactere naturali describebam, qualem nos BOERHAAVIUS docuerat, siccas plantas colligebam, legebam libros ad explicanda nomina utiles, sed tum demum & nomina addebam, & ordinem, a BOERHAAVIO sumtum, & synonyma, quando aliquot annorum labore mea penus increverat.

Anno 1729. ad magnum iter *Rhæticum* me paraveram, quando severa febris me in itinere & invasit, & diu detinuit; montem tamen *Vocetium*, & Juræ partem adii, quæ dicitur *Hauenstein*.

Anno 1730. cum aquas *Weissenburgenses* potarem, ea opportunitate usus vicinas rupes, & horrida sæpe præcipitia perreptavi, juga etiam *Waach* & *Gemschengrad* conscendi. Circa ea enim tempora absque omni vertiginis metu rupes difficillimas adibam.

Anno 1731. plurimum otium plantis dedi. Eo enim anno montem *Chasserale*: deinde montes *Neunenen* & *Leitern*, tum *Stokhorn*, per inaccessas pene semitas, & montem *Gemmium* iterato superavi. Iterum sub autumnum in montem *Chasseralle* adscendi, & paludosa Moratensia percurri.

Anno 1732. in ILL. etiam olim Viri *Augusti Johannis* de HUGO gratiam glacialia montis *Grindelwald*, tum montem *Scheidek* superavi, *Valesiam* aditurus, nisi turbæ ejus Reipublicæ populares me absterruissent, montem tamen *Rohtenhorn*, supra *Brienz*, conscendi; & in villa SOCERI *Mathod* longiuscule rusticatus, montem *Suchet*, *Juræ* altius culmen, & montes *valli Juratensi* impositos peragravi.

Anno 1733. per montem *Niesen* (*Nessium*) in vallem *Frutingensem*, per *Gemmium* montem in *Valesiam* excurri, ex ea per montana *les Mosses* in vallem *Simmiam* urbem patriam repetii.

Anno 1734. montana *Dessica* & montem *Chasseralle* denuo adii.

Anno 1735. præter labores potissimum in Fungos impensos, non potui urbem relinquere, cum pessimæ variolæ omnium medicorum præsentiam requirerent.

Cum anno 1736. Gottingam vocatus me a Patria porro viderem abfuturum, ejus anni nullam partem negligendam esse putavi. Ergo vere vergente Basileam adii, cumque agrum, montes *Mutenz* & *Münchenstein*, & montem *Wasserfalle* STÆHELINO, KOENIGIO aliisque comitibus percurri. Inde cum nobilissimis viris, qui ab eo tempore ad primas in

patria dignitates evecti fuerunt, valles *Lauterbrunn* & *Grindelwald*, & montem *Scheidek* peragravi. Porro Genevam profectus montem *Dolaz*, & nobilem per suas stirpes montem *Thuiri* conscendi. Iterum, longo itinere, solus, per Tigurum & *Altdorfium* in *Gotthardum* montem, inde per *Furcam* & *Grimsulam*, culmina alpium, iter feci. Plantas etiam Rhenanas legi, quas inter aliquæ sunt minime vulgares.

Cum Gottingæ nunc hortum conderem, plantas exoticas & indigenas colui, per agrum vicinum excurri, Fungos & adfines plantulas sollicite legi, characteres, ut eos auditoribus demonstrabam, in adversaria retuli.

Anno 1738 sylvam Hercyniam adii, montemque *Bructerum*, inde *Wernigerodam* & Specum *Baumannianam* [g].

Anno 1739. in patriam iter suscepi: in ea bis *Falconarium* montem & vallem *Dessiam* superavi: & montes *Arni* & *Hengst* Emmiæ vallis, denique montes *Obergurnigel* & *Neunenen* [h].

Anno 1741. iter in *Hercyniam* sylvam & *Bructerum* montem, paulo diversum a priori, absolvi.

Anno 1742. Jenæ abfui, & eum minime sterilem agrum, sylvam *Welmesen*, montes *Kuniz* & *Sulzenses* salinas, & montana versus *Bolwerk* & *Schlefreisen* adii.

Anno 1743. Hercyniæ sylvæ partem anteriorem percurri, montes supra *Ilefeld*, *Walkenried*, & *Altenstolberg*.

Anno 1744. denuo *Hercyniam* sylvam emensus, porro per *Wernigerodam*, mediamque *Hercyniam* sylvam, in montes *Auerberg*, *Kifhaüser* & *Altenstolberg* adscendi.

Anno 1745. patriam invisi, & *Sueviæ* prata, *Franconiæ* agros, montesque inter *Coburg* & *Wizenhausen* varios percurri.

Anno 1746. utiliter in *Cellensia* sabuleta, inque villam sapientis rustici supra *Schelplau* excurri, quo itinere multas sabulosas, & septentrionales stirpes collegi.

Anno 1747. denuo Hercyniæ sylvæ bonam partem vidi, & per *Wernigerodam* & *Quedlinburg* *Eislebiam* duosque lacus salsos adii, perque Thuringiæ campestria montemque *Altenstolberg* Gottingam redii.

Inde aucti labores non siverunt me porro longe ab Academia abesse: sed in patriam redux, paulum confirmata valetudine, anno 1753. in vallis *Emmiæ* intima, & ex ea, per altissima & fecunda prata montemque *Nollen*, Interlacum tendi.

Anno 1754. publica auctoritate *Rupem* missus, per prata montana, sub *Chamoscire*, in vallem *Ormond dessus*, & per montem *Dansex* gypseasque rupes, secundum torrentem *Gryonne*, in beatam vallem Aquilejensium redii; Vaudensemque agrum percurri.

Anno 1755. paludosa *Biennensia* & *Moratensia* petii, inde in villa *Mathod* rusticatione facta, in vallem *Juratensem* ejusque montes *la Dent* & *Montendre* adscendi.

Anno 1756. iterum novos salsos fontes petii, partemque finitimæ Valesiæ inferioris. Eodem anno vallem *Lauterbrunn*; ad ultimas usque glaciales rupes *Steinenberg* invisi: quae non totis 24. horis post meam lentam & sollicitam rhizotomiam ruinam dederunt, lateque collem saxis glacieique scopulis texerunt.

Anno 1757. denuo ad fontes salsos redii, inde per *Chamoseire* in *Ormond dessus*, perque montem *Dansex*, vallemque *En Gousin*, *Agaunum*, & *Octodurum* iter repetii, adusque divitem raris plantis pagum *Branson*.

Anno

(g) Id est *Iter Hercynicum*, cujus exstat historia Gotting. anno 1738. 4°. recensa in *Opusculis botanicis*.
(h) Id *Iter Helveticum* anno 1740. Gottingæ prodiit.

Anno 1759. montes *Luan*, *Tompey*, *Forclettaz*, *Chapuise*, *Enzeindaz*, *Anfex*, & *Perche* adii; & sex annis, quibus salinis Reipublicae praefui, duobus, quibus etiam *Aquilejense* Gubernium rexi, in felici & calida regione frequenter per agros, pauludes & colles excurri.

Anno 1760. adii montes *Javernaz*, *Ovannaz*, *Pont de Nant*, *Richard*, *la Varaz*, *Boulaire*, *Enzeindaz*, *Panez Rossaz*, *Solaley*.

Anno 1761. vallem praealtam *les Mosses* & montem *Liozon dessus* petii, & in eo ipso monte expertus, neque equos mihi sufficere, neque proprias vires, ad adclivia superanda, mihi superesse; ita porro ab itineribus alpinis destiti, perque agrum humiliorem *Aquilejensem*, tum circa *Goumoens*, *Payerne*, *Bernam* & alibi, ut per alia officia licuit, in plantas inquisivi.

Quae ipse non potui, per alios praestare sum conatus. Itineribus, quae ultimo loco indicavi plerisque, etiam Cl. HUBERO, la CHENAL, CHATELAIN & DICKIO sumtus subpeditavi: ex qua quidem inpensa nihil velim decedere aut gratiae, quam Cl. viris pro emenso labore debeo, aut eorum in publica commoda meritis.

Deinde ex humanitate Clar. Virorum factum est, ut *Augusti Johannis* de HUGO, Viri ILL. & *Benedicti* STÆHELINI totas stirpium collectiones per otium evolvere datum fuerit; tum id quod de herbis siccis Cl. BAUHINI circa annum 1735. supererat. Nuper etiam officiis Cl. GESNERI & comitati *Johannis* SCHEUCHZERI debeo, quod & gramina *Johannis* SCHEUCHZERI, & stirpes J. JACOBI per otium cum meis comparare datum sit: magna certe cum mea utilitate, cum graminum conspectus plurima mea dubia solverit, & non paucas species describere datum sit, quas nondum videram.

Ita stirpium siccarum non exiguus numerus paulatim natus est, quas omnes aut recentes, si omnino id fieri potuit, aut siccas incidi, lentem vitream adhibui, characteres in adversaria retuli.

Fungorum icones curavi ad vivum delineandas, tabulasque pictas habeo supra quadringentas. Eo enim solo modo hae adeo brevis aevi plantulae hactenus servari possunt.

Libros legi plerosque & cum meis comparavi, LINNÆANOS etiam potissimum, tum ad genera, tum ad species.

Prius opus ante annos viginti & sex edidi, cum non sperarem, me in Patriam reversurum. Multa nunc in eo menda ipse adgnovi, in magnis generibus, Astragalo, Hieracio, Allio, Orchide, Carice magis conspicua. Saepe etiam, cum de stirpibus a me nunquam visis dicendum esset, & cum stirpes a summis artificibus lectas non auderem in catalogo civium Helveticarum omittere, factum est, ut ad mala exempla, aut nulla, non bonas darem historias. Multum duo homines diffident, quorum alter peculiares adnotationes edit, ad eas solas & paucas plantas, in quibus peculiare aliquid detexit: alter omnes alicujus regionis stirpes enumerare tenetur, quas, per naturam fere hujus studii, vix unquam omnes vidisse potuerit.

Ab eo tempore tanta contentione in supplendis stirpibus Helvetiae indigenis, neque a me visis, laboravi, ut per propria alienave itinera pene omnes viderim, praeter paucas aliquas [b], quas neque nunc vidi.

Quare characteres emendare, genera majora in ordinem redigere, nomina specifica perficere licuit. Species etiam praeter priores omnino circa trecentas quinquaginta in hac editione accesserunt, vere visae, praeter paucissimas, in quibus dubia earum ad civitatem Helveticam jura esse ipse adgnovi.

[b] Aquilegia montana, flore parvo, Thalictri folio C. B; Enneaphyllos hirsuta, Quinquefolio similis C. B. Chamæcerasus montis *Generosi* C. GESNER.

Ita numerus civium natus eſt non minimus, neque ulla Flora, ut nunc amant vocare, ullius regionis aeque dives prodiit.

Non ideo aut patriam meam aliis regionibus velim praeferre, aut opus meum pro pleno & perfecto venditare: ab ea jactatione longe remotus ſum.

In hac Helvetica ſtirpium hiſtoria plurima ubique deſiderantur: ad minimas conſtantius ſtudium, quas GESNERUS, STÆHELINUS, Clar. la CHENAL, GAGNEBIN & ego ſoli neque plurimis annis perſecuti ſimus. Requiritur ad earum cognitionem & otium, & firma valetudo, quae exeuntis Autumni pluvias non metuat, neque hiberna frigora. Lichenes etiam potiſſimum alpinos minime exhauſtos puto, ſed neque Fungos, neque plantas Fungis adfines. Suſpicor etiam campeſtres plantas & ſabuloſas circa Baſileam & *Mulhuſium*, & in Valeſia latere: Germanicas Scaphuſii & in *Turgovia*, calidarum regionum bene multas *Lugani*, *Locarni*, in valle *Tellina*, *Chiavennæ*; porro alpium orientalium & *Baldi* plantas in alpibus vallis *Tellinæ* reperiri poſſe. In ipſis interioribus alpibus aliquas excelſisſimi ſoli amantes ſtirpes detegi poſſe ſperarem, ſi ſtudioſus homo & gnarus per aliquot menſes prope acidulas *Mauritianas*, aut in altiſſimo aliquo pago Rhaetiae, aut in *Tavernetta* montis *Sempronii*, commoraretur. Ita non curſim & inter moleſtos anhelitus ſumma culmina obiter ſalutaret: ſed jugis vicinus per otium eorum divitias ſpoliaret.

Pari modo plurimum fructum ſperarem, ſi *Leucæ*, aut *Seduni*, aut *Brigæ Valeſiacæ*: aut *Lugani* in Helvetica Inſubria, aut in vallis *Tellinæ* vinetis, æſtatem homo gnarus impenderet.

Utut ſit, noſtra tamen enumeratio hactenus terminum aliquem figit, ultra quem cum voluptate poſteri excurrent, noſtræque penui ſuas addere divitias gaudebunt. Et ego deſidero ſuperari, ſatiſque puto mihi decoris fore, ſi fundamentum ædificio ſtraverim.

Supereſt, ut rationem reddam mei laboris primumque de methodo dicam.

LINNÆANAM potuiſſem ſequi, mihique multi laboris, facere compendium; nunquam tamen potui a me obtinere, ut Gramina divellerem, ut ex ſexus ratione ſimillimas plantas ſepararem, aliaſve claſſes naturales lacerarem.

Quaeſivi, ut quam plurimos ordines naturales in opus meum referrem, & puto eſſe non paucos. In eo hactenus perfectionem methodi pono, ut ſimiles plantae cum ſimilibus ponantur, diſſimiles ſeparentur. Ita diſcrimen ſimilum ſtirpium longe facilius obtinetur, qui ſtudii herbarii princeps finis eſt. Quare priora mea cogitata in eo tueor, ut ob unicam aliquam notam plantas caetera ſimiles non divellam: ut Alſinen mediam ab ea, quae eſt Hyperici folio, ut Geranium Cicutae folio ab aliis Geraniis decaſtemonibus, ut Seda iſoſtemona a diploſtemonibus. Sed neque LINNÆUS ſevere ſuas leges obſervat, quoties habitui renituntur.

Cur ad ordines conſtituendos numero proportionem praeferam, alibi oſtendi, neque conſilii me poenitet, neque deſunt, qui conſentiant, Clariſſimi Viri.

Genera magis & magis ſentio plurima artificialia eſſe, neque ullam legem dari, ex qua definias, quantum diſcriminis ad duo genera ſeparanda ſufficiat. In iis ergo aliquam judicii mediocritatem ſum ſervavi, ut LINNÆUM ſaepe ſecutus, deſererem, ſi quando non ſatis certae notae mihi ſe offerrent, ex quibus adfines ſpecies ſepararem. Minutiis, nectariis, punctis, ſetis minus tribui.

In

In *Speciebus* magis laboravi: in iis enim experientia docet, difficulter ſaepe aut cum certa ratione conjungi, aut ſeparari vicinas ſtirpes, quae per intermedios quaſi colores aliae in alias diffluant. Anxie ergo per omnes partes floris plantaeve quaeſivi, ut dilucidas diſcriminis notas detegerem. Numeroſa adeo exempla ejuſdem ſtirpis, quoties licebat, conſului, ut & mutationes detegerem, quas aetas adfert, & quae uni exemplo deeſſent, id alia ſupplerent. Colores non undique rejeci, qui non videam, cur in avibus & inſectis notas ſpecificas ingredi mereantur, non perinde in plantis. Satis vero facile eſt paulo peritiori botanico, diſtinguere, qui colores nominari mereantur, qui incerti ſint, & variabiles. Raro flavus fallit, rarius ochroleucus, frequenter caeruleus & purpureus: & tamen caeruleum Ranunculum, flavum Geranium, ex ſolo colore ſatis adgnoſceres. Notas plantarum in nomine, quantum potui, dilucide & latine collegi, ut barbara, dubiique ſenſus, vocabula vitarem.

Ita factum eſt, tum ob alia a me conſtituta genera, ut rarius, quam maluiſſem, Cl. LINNÆI nomina retinere potuerim. Trivialia, quae olim ipſe Vir Clar. proſcripſerat, & RIVINUS ſatis bona dederat, nova creare nolui, cum neſcio quid leviuſculi in plurimis mihi videatur, & difficillimum ſit, characteriſticum aliquid in unam vocem ſtipare.

Synonyma in priori opere plurima congeſſi: & habeo in adverſaria relatum numerum inmenſum, ex quo Pinacem ampliſſimum compilare liceret. Cum vero ob novas ſtirpes, quae huic editioni acceſſerunt, viderem opus alioquin in juſti voluminis molem increſcere, & cum virium medicarum compendium multo uberius haberem, multa ſynonyma delevi, & fere aliquot nominibus bonarum iconum mihi ſatisfeci, DIOSCORIDIS & PLINII loca, in ſummam brevitatem contracta, inter notas recepi, ne veterum de plantis opiniones totae interirent, quas nuperi fere negligant. Plurimas plantas tamquam veras ſpecies recenſui, quas LINNÆUS aut omiſit, aut certe pro varietatibus habuit. Non improbo Viri ILL. conſilium, qui nullam plantam inter ſuas ſpecies retulerit, quam non ipſe vidiſſet. Id volo, non debere quidquam veritati ſtirpium decedere, quas IPSI videre non contigit, dum a gnaris hominibus lectae fuerint, & ita deſcriptae, ut artis magiſtri adgnoſcant, ad naturam eſſe deſcriptas. Quare iis ſpeciebus, quibus LINNÆANUM opus deſtituitur, notam † adjeci, uti aſteriſcum iis, quae poſt BAUHINORUM & SCHEUCHZERORUM labores primum a nobis in Helvetia lectae ſunt.

In deſcriptione mediocritatem aliquam ſecutus ſum, ut eas potiſſimum notas deſignarem, ex quibus quaeque planta dignoſcitur. Breves deſcriptiones non ſufficiunt, longiſſimae neque ſine taedio leguntur, neque fere abſque iconum auxilio vividas ideas in mente excitant. Vitium in multis ſupereſt, ſeminum manca deſcriptio: nempe ſemina alpina raro matura leguntur, quae praecocibus fere nivibus tegantur. Siccas ſtirpes paucas deſcripſi, cum pene omnes recentes viderim. Lente ubique vitrea duplici uſus ſum, non acriori microſcopio, neque anatomen ſubtiliorem adgreſſus ſum.

Figuras paucas dedi, cum plurimas & pulcherrimas plantas *Rupe* collegerim, pictoris auxilio deſtitutus. Orchides fere omnes depictas exhibeo, quod in iis a LINNÆO veriſſimae ſpecies expungantur, & auctoritas ſummi Viri, quae merito maxima eſt, etiam peritos homines eo abducat, ut eas plantas inter varietates ablegent, quae vere diſtinctae ſunt ſpecies. Ita de quatuor ultimis Epipactidibus ſentio, & de Orchide muſciflora, atque fuciflora: nam multas alias, quas Vir Cl. conjunxerat, poſt maturiora conſilia

 ſponte

ſponte IPSE ſeparavit, qui plurimas calidiorum ſtirpes non potuerit recentes vidiſſe, cum in ſeptentrione, & pene ſub 60. gradu, degat.

Ter mutatum paginarum numerum, & tres tomos neceſſitas dividere coegit, cum duabus in civitatibus hoc opus ederetur, neque poſſent paginae primi tomi praevideri, cum eodem tempore cum primo ſecundus ederetur. Plantarum tamen numeri continui decurrunt, & ad citationes ſufficiunt.

Titulum libri mutavi, ut novum opus a priori facilius diſtingueretur.

Itaque, LECTOR BENEVOLE, quae laboribus meis, & amicorum, ſumptibuſque meis, bona collegi, iis benigne utere, & quae provecta aetas, & alieni labores non ſiverunt perficere, ea humaniter excuſa.

BERNÆ *d.* 7. *Mart. anno* 1768.

AUCTORUM

AUCTORUM NOMINA,

ET

EDITIONES LIBRORUM,

QUI

AD HOC OPUS SCRIBENDUM INSERVIERUNT.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ἅπαντα, nempe *historiæ stirpium* L. IX. & *de causis plantarum* L. VI. Latine Paris. ann. 1529. 8°. Græce & latine ex Editione HEINSII Leid. 1613. fol. Deinde *Historia* potissimum ex editione *Johannis Bodæi a* STAPEL Amstelod. ann. 1642. fol. *De causis* vero *plantarum* cum SCALIGERI *commentariis* Lugduni 1566. fol.

ARISTOTELIS L. II. *de plantis* Basil. 1539. 8°. & Marburgi ann. 1598. 8°. & in eum Commentarius *Jul. C.* SCALIGERI Paris ann. 1556. 4°.

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ κολοφωνιου θηριακα & αλεξιφαρμακα apud ALDOS anno 1523. 8°. & Colon. ann. 1530. 4°. Deinde cum latina & Italica versione nuper Florentiæ ann. 1764. 8° cura Cl. BANDINI.

P. VIRGILII MARONIS *Georgicorum* L. IV. cum notis *Johannis* MARTYN Londin. ann. 1746. 8°.

EJUSDEM *Bucolica per* EUMDEM ibid. anno 1749. 4o.

AUCTORES *de re rustica* conjuncti prodierunt apud COMMELINOS ann. 1595. 8°. tum plerique Parisiis ann. 1543. 8°. & cum doctissimis J. M. GESNERI ILL. olim nostri collegæ Commentariis Lipsiæ anno 1735. 4°. Adde *Julii* PONTEDERÆ *Antiquitates Græcas & Latinas*, quas alias laudabimus, & potissimum Epistolas III. ad VII.

Seorsim *Marcus Porcius* CATO Francf. ann. 1620. 8°.

M. *Terentius* VARRO. Ejus *de re rustica* L. I. & III. huc pertinet, nam II. agit fere *de animalibus*.

L. *Junii Moderati* COLUMELLÆ *de re rustica* L. X. cum prioribus.

Palladius Rutilius TAURUS cum prioribus.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ἅπαντα Leid. ann. 1731. fol. &c.

Pedacii DIOSCORIDIS *de materia medica* L. VI. Græce & Latine ex editione J. SARACENI Franc. ann. 1598. fol. Tum ex editione *Marcelli* VERGILII Græce Colon. ann. 1529. fol. latine Florent. ann. 1523. fol. Ex editione *Jani* CORNARII Græce ann. 1529. 4°. Latine Basileæ ann. 1557. fol. Ex editione LONICERI & GUALTHERI RIVII Latine Francof. ann. 1543. fol. & cum *additamentis* CORDI ann. 1549. fol Ex versione RUELLII Lugdun. ann. 1512. 4°. Germanice per P. v. UFFENBACH ann. 1614. fol.

De MATTHIOLI editionibus alias agetur.

C. PLINII SECUNDI *Historiæ naturalis* Venet. ann. 1497. fol. & cum notis DALECHAMPII Francof. ann. 1608. Ex editione HARDUINI Paris ann. 1723. fol. Libri 13. ad 27. toti ad plantas pertinent.

PLINII SECUNDI *de re medica* L. V. Basil. ann. 1528. fol.

Claudii GALENI *de simplicium medicamentorum facultate* L. XI. Argent. ann. 1651. 8°. *de theriaca*, & alia opera.

Αθηναιου δειπνοσοφιστων β ιε. Basil. anno 1598. & Latine Lugduni ann. 1583. fol. & cum notis J. CASAUBONI ibidem anno 1621. fol.

Lucii APULEII *de herbarum virtutibus Historia* Paris. ann. 1528. fol. Tiguri anno 1537. 4°. cum *Antonii* MUSÆ Libro *de Betonica*.

Flavii VEGETII *de mulo medicina* Basil. ann. 1528. 4°.

Marcelli EMPIRICI *medicina* Basil. ann. 1536. fol.

Pauli ÆGINETÆ *pharmaca simplicia* ab O. BRUNFELSIO edita Argentor anno 1531. 8°.

Caroli MAGNI *Capitularia* ex editione *Herm.* CONRINGII Helmstätt ann. 1647. 4°.

Cassiani BASSI *Geoponicorum* L. XX. Cantabrig. ann. 1704. 8°.

AVICENNÆ *Opera* Venetiis ann. 1555. fol. & *Canon* edente PLEMPIO Lovanii anno 1658. fol.

SERAPIONIS Liber *simplicium* Venetiis ann. 1550. fol. Argentorat. anno 1531. fol. cum AVERRHOIS & RHAZIS *de iisdem plantis libris*.

Johannes MESUE ex editione J. SYLVII Paris ann. 1561. & in SYLVII *Operibus omnibus* Genev. ann. 1635. fol.

EJUSD. JOHANNIS *Opera omnia* Venet. ann. 1602. fol.

Ebn. BITAR. *de Limonibus* ex editione Cl. VALCARENGHI Cremon. ann. 1758. 4°.

Simeon SETHI *de alimentorum facultatibus* edit. *Mart.* BOGDAN. Paris ann. 1658. 8°.

ACTUARIUS *de medic. compos.* RUELLIO *interpreta* Paris anno 1539. 8°.

Æmilius MACER Basileæ ann. 1528. 8°. & ex editione RANZOVII ann. 1590. 8°.

STRABI *hortus* Basil. ann. 1528. 8°. & Francof. ann. 1556. 8°.

Petri de CRESCENTIIS *ruralium commodorum Liber* Lovanii anno 1474. fol. ex

dono viri olim MILCOLUMBI FLEMYNG; Basil. ann. 1538. 4°.

Petri de ABANO Liber *de venenis* Marburg ann. 1537. 8°.

EJUSDEM *de tuenda valetudine* Francf. ann. 1556. 8°.

Herbarius Moguntiæ impressus Mogunt. anno 1485. 4°. primum exemplum iconum botanicarum.

Herbarius Patavii impressus ann. 1485. 4°.

J. CUBA *Ortus sanitatis de herbis, plantis, animalibus & lapidibus* absque anno fol. tum Mogunt. ann. 1491. fol.

Gaarde der Sontheit Lubek ann. 1492. fol.

Pierre CARON *le grand Herbier Francois* fol.

Herbarum singulorum signorum Zodiaci demonstratio Paris anno 1528. fol.

Symphoriani CHAMPIER (CAMPEGII) *Hortus Gallicus* Lugdun. ann. 1533. 8°. & *Campus Elysius Gallicus* Lugdun ann. 1533. 8°.

Nicolai LEONICENI *de Plinii erroribus* Ferrar. ann. 1509. 4°. Basil. ann. 1528. 4°.

Pandulphi COLLENUTII *Pliniana defensio* Ferrar. ann. 1509. 4°.

Hieronymi SALER (vulgo BRUNSCHWIG) *Medicinarius seu de arte destillandi* Argent. anno 1505. fol. & alia editio absque anno.

EJUSDEM *apodixis* cum BRUNFELSIO prodiit.

Hermolai BARBARI *Scholia in Dioscoridem* Colon. ann. 1530. fol.

Cornelii PETRI Leidensis in IV. Lib. DIOSCORID. *Commentarii* Anteverp. anno 1533. 4°.

* *Othonis* BRUNFELS *novæ herbarum icones* III. Tomi, Argentorati variis annis 1532. 1536. 1540. etiam totum opus ann. 1539. fol.

Hermanni Comitis de NEUENAAR *censuræ herbarum*, cum BRUNFELSIO.

Euricii CORDI (five potius *Henrici* URBANI) *Botanologicum* Colon. ann. 1534. 8°.

Johannis MANARDI *Epistolarum medicinalium* L. XX. Basil. ann. 1549. fol.

Johannis RUELLII *de natura stirpium* L. III. Parif. ann. 1536. fol. Basil. ann. 1537. fol.

Caroli STEPHANI *de re hortensi libellus* Paris ann. 1539. 8°.

EJUSDEM *Seminarium & de conserendis arboribus* ibid. ann. 1540. 8°.

EJUSDEM *Arbustum, fonticulus, spinetum* Paris ann. 1532. 8°.

EJUSDEM *Pratum, lacus, arundinetum* Paris ann. 1543. 8°.

EJUSDEM *de nutrimentis* Paris ann. 1550. 8°.

EJUSDEM *Domus rusticæ* (*vom Feldbaue*) L. XV. Argentor. ann. 1588. fol.

Theodori DORSTENII *Botanicon* Francof. ann. 1540. fol.

Antonii Musæ BRASSAVOLÆ *Examen medicamentorum catharticorum simplicium* Tigur. ann. 1555. 8°.

EJUSDEM *Examen Simplicium* Lugdun. anno 1556. 8°.

EJUSDEM *Examen omnium Syruporum* Lugdun. ann. 1540. 8°.

Adami LONICERI *Kräuterbuch und künstliche Contrafaytungen der Bäume, Stauden, Hecken, Kräuter* ex editione Cl. EHRHARD Ulm anno 1738. fol.

EJUSDEM *Naturalis Historiæ opus novum* Francf. ann. 1551. fol.

Johannis AGRICOLÆ AMMONII *medicinæ herbariæ* L. II. Basil. ann. 1539. 8°.

Benedicti TEXTORIS *florum differentiæ ex Dioscoride* Venet. ann. 1537. 16.

** *Hieronymi* BOCK (vulgo TRAGI) *Herbarum aliquot dissertationes & censuræ* in collectionis BRUNFELSIANÆ T. II.

EJUSDEM *Historia plantarum. Germanice* Argentor. anno 1539. fol. & porro anno 1556. fol. anno 1572. fol. Latine a *Davide* KYBER versa ibid. ann. 1550. 4°.

Conradi GESNER *apparatus & delectus simplicium* Lugdun. ann. 1542. 8°.

EJUSDEM *Historia plantarum* ex THEOPHRASTO collecta Tigur. ann. ann. 1551. 8°.

EJUSDEM *Index plantarum quadrupartitus* Tigur. ann. 1542. 4°.

*EJUSDEM *Iter Montis Fracti & de herbis noctu lucentibus* Tigur. ann. 1559. 4°.

*EJUSDEM *de hortis Germaniæ* cum CORDO & *Appendix* ibid.

* EJUSDEM *Epistolarum* L. III. Tigur. anno 1573. 4°. & L. IV. Witteberg. anno 1584. 4°.

*EJUSDEM *Epistolæ* ad J. BAUHINUM Basil. ann. 1591. 8°.

*EJUSDEM *de Aconito adseveratio.*

*EJUSDEM aliquot icones in vita a *Josia* SIMLERO scripta Tigur. ann. 1566. 4°.

** EJUSDEM *Icones botanicæ* plurimæ transierunt in *Joachimi* CAMERARII Epitomen, quam dicemus, MATTHIOLI. Deinde *posthumæ* plurimæ] denique in ILL. Viri *Christophori Jacobi* TREW manus venerunt; qui earum partem cura ILLUST. *C. Christophori* SCHMIEDELII edidit. Titulus est: *Gesneri Opera botanica* Nuremberg. ann. 1752. fol. **. Deinde *Historiæ plantarum fasciculus I.* ibid. ann. 1759. fol. **.

Leonhardi FUCHS *adnotationes aliquæ de simplicibus perperam intellectis exstant* in BRUNFELSII T. II.

*EJUSDEM *Historia plantarum Germanice* Basil. ann. 1543. fol. Latine Basil. ann. 1542. fol. & Lugdun. ann. 1549. 8°. Paris ann. 1546. 8°.

EJUSDEM *Paradoxa* Tubing. ann. 1540. 8°.

Aloysii MUNDELLÆ *Epistolarum* L. I. & *Adnotationes* in *Brassavolæ examen simplicium* Tigur. ann. 1540. 4°.

** *Valerii* CORDI *Scholia in Dioscoridem* & L. IV. *Historiæ plantarum* curante GESNERO prodierunt Tigur. ann. 1561. & L. V. ibid. ann. 1563. fol.

Guilielmi TURNER *new herbal* Lond, anno 1551. fol. L. II. Colon. ann. 1562. fol.

Hugonis SOLIER *In II. Priores* AETII *libros scholia* Lugdun. ann. 1549. fol.

* *Petrus*

* *Petrus Andreas* MATTHIOLUS Dioscoridis editionem cum suis commentariis edidit, sæpissime recusam, Venetiis anno 1554. fol. italice cum parvis iconibus; cum magnis vero figg. Bohemice Prag. ann. 1562. fol. Latine Venet. ann. 1565. fol. Idem opus prodiit cum minoribus figuris Germanice anno 1587. fol. & anno 1626. fol.

EJUSDEM *Epistolæ* Prag. ann. 1565. fol. Utrumque opus C. BAUHINUS recudi fecit ann. 1598. fol. Icones solæ Lugdun. 1561. 16.

EJUSDEM *Plantarum Epitome* Venet. anno 1571. 4°.

EJUSDEM *Apologia adversus* AMATUM Venet. ann. 1558. 8°.

Luigi ALEMANNI *Coltivazione* splendide nuper recusum poema Patav. anno 1718. 4°. Paris anno 1546.

Remberti DODONÆI *Frugum historia* Antverp. anno 1552. 8°.

EJUSDEM *de stirpium historia commentariorum imagines* ibid. ann. 1552. 8°. & pars altera ann. 1559 8°.

* EJUSDEM *Frumentorum, Leguminum, palustrium herbarum historia* Antverp. anno 1566. 8°.

*EJUSDEM *Florum & cormariarum herbarum historia* anno 1569. 8°.

* EJUSDEM *purgantium & deleteriarum herbarum historiæ* L. III. ibid. ann. 1574. 4°.

EJUSDEM *Historia vitis vinique* Colon. anno 1580. 8°.

*EJUSDEM *stirpium historiæ pemptades VI.* Antverp. ann. 1583. fol. ann. 1616. fol. paulo auctius, Belgice ann. 1644. fol. Gallice vertente CLUSIO Antverpiæ ann. 1557. fol. Anglice per *Henr.* LYTE Lond. ann. 1619. fol.

Jacobus DALECHAMP ad DIOSCORIDIS editionem Lugdunensem ann. 1552. 8°. triginta icones addidit.

EJUSDEM *Historia generalis plantarum* Lugdun. ann. 1587. fol. 2. Vol. edente MOULINO.

Tarquinii OCYORI (SCHNELLENBERG) *Experiment von* 20. *Pestilenzwurzeln und Kräutern* Trefurt. 1552. 8°.

Petri BELLONII *de arboribus coniferis* Paris ann. 1553. 4°.

*EJUSDEM *Observations & singularités trouvées en Grèce* Paris ann. 1555. & Latine inter opera Clusiana.

EJUSDEM *de neglecto cultu stirpium*, etiam a CLUSIO recusus.

Davidis KYBER *Lexicon botanicum trilingue* Argent. ann. 1553. 8°.

Johannis Du CHOUL *descriptio montis Pilati* a GESNERO ann. 1555. edita.

EJUSDEM *varia Quercus historia* Lyon anno 1555. 4°.

Eob. HESSI *de tuenda bona valetudine* Francof. anno 1556. 8°. & 1568. 8°.

J. B. FIERÆ *de herbarum virtutibus* ibid. eod. anno.

Bartholomæi MARANTÆ *methodi cognoscendorum simplicium* L. III. Venet. ann. 1559. 4°.

Johannis BACCHANELLI *de consensu medicorum in cognoscendis simplicibus* Venet. anno 1553. 8°.

Gonzalo Hernandez OVIEDO *Historia Hispaniolæ* Italice Venet. ann. 1556. fol.

Bernhardi DESSENII *de compositione medicamentorum* L. X. ann. 1556. 8°.

Hieronymi CARDANI *de venenis* L. III. Patav. ann. 1653. 4°.

EJUSDEM *de Cina & Sassaparill.* Antverp. anno 1564. 8°.

EJUSDEM etiam Libri *de varietate rerum, de subtilitate rerum,* & *de venenis* huc pertinent.

Amati LUSITANI *in Dioscoridis Enarrationes* L. V. Venet. anno 1557. 4°.

Melchioris GUILANDINI *de stirpibus* aliquot Epistolæ Venet. ann. 1558. 4°.

EJUSDEM *Collectanea Synonymiæ plantarum* apud de BRY anno 1608.

EJUSDEM *Papyrus & assertio sententiæ in Galenum* Venet. ann. 1552. 4°.

EJUSDEM *Commentarius in aliquot Plinii capita* Lausann. ann. 1576. 4°.

J. CURIONIS *conservandæ sanitatis præcepta* Francf. ann. 1559. 8°.

Antonii MIZAULD *hortensium* L. IV. Colon. ann. 1557. 8°.

EJUSDEM *Enchiridion secretorum agri* Paris anno 1560. 8°.

EJUSDEM *de hortensium arborum insitione* ibid. ann. 1560. 8°.

EJUSDEM *Nova artificia comparandorum fructuum, olerum* ibid. ann. 1565. 8°.

EJUSDEM *Alexicepus* ibid. ann. 1565. 8°.

EJUSDEM *de Senna* Paris ann. 1572. 8°.

* *Aloysii* ANGUILLARA Lib. *degli semplici* Venet. ann. 1561. 8°.

Pauli HESSI *Defensio XX. problematum* GUILANDINI. Patav. ann. 1562. 8°.

Donati ANTONII DE ALTO MARI *de Mannæ differentiis ac viribus* Venet. ann. 1562. 4°.

Santis ANDOYNI & *Ferdinandi* PONZETTI *de venenis* Basil. ann. 1562. fol°.

Quinti APOLLINARIS *Handbüchlein vieler Arzneyen* Franckfort ann. 1563. 8°.

Gabrielis FALLOPII *Commentarius* in L. I. DIOSCORIDIS Venet. ann. 1566. 4°.

EJUSDEM Liber *de medicamentis purgantibus & de Asparagis* in T. II. Operum omnium.

Antonii PINÆI *historia plantarum* Lion ann. 1561. 12. v. MATTHIOLUM.

J. LANGII *Epistolarum medicinalium* L. III. Francf. ann. 1605. 8°.

Alphonsi CICCARELLI *de tuberibus* Patav. ann. 1564. 4°.

Leonhardi BOTALLI *Fungus strangulatorius* Lion ann. 1565. 16. & Leid. ann. 1660. 8°.

Francisci ALEXANDRI *Apollo compositorum & simplicium normam suo fulgore irradians* Venet. ann. 1565. fol.

Henrici CROLACH *de Isatide* Tigur. anno 1565. Recusus cum SCHREBERI libro *vom Waidt.*

Guilielmi GRATAROLI *de vini natura, energia, & temperatura* Basil. ann. 1565. 8°.

GARCIÆ ab ORTA *Coloquios das Simples o droguas da India.* Hanc editionem non habeo, sed *Aromatum & simplicium medicamentorum apud Indos nascentium historiam*, a *Carolo* CLUSIO *editam* Antverp. anno 1567. 8°. 1579. 8°. 1593. 8°.

Nicolai MONARDI *de Rosa & de malis citriis & Limoniis* Antverp. ann. 1564. 8°.

EJUSDEM *Medicamentorum ex novo Orbe historia* a CLUSIO versa Antverp. ann. 1582.

EJUSDEM *de Scorzonera, cum* CLUSII *exoticis.*

Marcelli DONATI *de mechoacanna* Mantua ann. 1568. 4°.

Levini LEMNII *Similitudinum, quæ in Bibliis ex herbis & arboribus desumuntur exploratio* Antverp. ann. 1569. 8°.

Francisci CALCEOLARII *Iter montis Baldi* Venet. ann. 1566. 4°. Sed habeo editionem cum MATTHIOLI Epitome conjunctam.

Conradi HERESBACH *de re rustica* L. IV. Heidelberg anno 1603. 8°. Sed prodiit anno 1570.

Nicolai WINKLER *Chronica herbarum* August. ann. 1571. 8°.

Johannis FRAGOSI *de aromatibus Liber* Argent. anno 1601. 8°. Hispanice Madrit anno 1572. *de las cosas aromaticas arboles* &c.

Philippi FLORENTINI *Compendio della facolta de simplici* Firenz ann. 1572. 8°.

Jodoc. HARCHIUS *de simplicibus* Basil. anno 1573. 8°.

Nicolas HOVEL *de la composition du Mitridat* Paris ann. 1573. 8°.

Josiæ SIMLER *Descriptio Valesiæ & Alpium* Tigur. ann. 1574. 8o. sed non habeo eam editionem. Recusa est Amstelodami anno 1633. 12.

** *Caroli* CLUSII *Rariorum stirpium per Hispaniam observatar.* L. II. Antverp. anno 1576. 8°.

** EJUSDEM *Rariorum plantarum per Austriam & Pannoniam observatarum* L. IV. Antverp. ann. 1583. 8°.

** EJUSDEM *Stirpium rariorum historiæ* L. VI. Antverp. anno 1601. fol. & Appendix IBID.

EJUSDEM *Exoticorum* L. X. Leid. anno 1605. fol. Hac collectione G. ab ORTA. *Christ.* a COSTA, P. BELLONII *Itinera, & de neglecto stirpium cultu*, MONARDEZ *de Scorzonera* cum CLUSII auctariis continentur.

** EJUSDEM *Curæ posteriores* Leid. anno 1611. fol.

* *Petri* PENÆ & *Matthiæ* de LOBEL *Nova stirpium adversaria* Antverp. anno 1576. fol. auctius Londin. anno 1605. fol.

* EJUSDEM LOBELII *Plantarum historia* Antverp. anno 1576. fol. Belgice ann. 1581. fol.

* EJUSDEM *Stirpium icones* anno 1581. 4°. form. long.

* EJUSDEM *Stirpium illustrationes* Londin. anno 1655. 4°.

Bartholomæi CARRICHTER *Kräuterbuch*, &c. auctius prodiit cum nomine *Kräuterbuch durch Philomusum* anonymum, *in Druck gegeben durch* D. TOXITEN Strasburg anno 1576. fol. anno 1589. fol.

Christoval a COSTA *de las Droghas das Indias* Burgos ann. 1578. 4°. a CLUSIO versus & excusus Antverp. ann. 1582. 8°. & in operibus.

Leonardi THURNEISER zum THURN *Descriptio plantarum omnium* Berolin. anno 1576. fol.

Johannis COSTÆI *de stirpium natura* L. II. Turin ann. 1578. 4°.

**Leonardi* RAUWOLF *Morgenländische Reys* L. III. Francof. ann. 1582. 4°. Libri IV. Lauingen ann. 1583. 4°.

EJUSDEM *Flora orientalis* a J. F. GRONOVIO edita Leid. ann. 1755. 8°.

J. Baptistæ PORTÆ *Villa* Francof. anno 1592. 4o. & prius Neapoli ann. 1583. 4°.

EJUSDEM *Phytognomonica* Neapol. anno 1588. fol. Francof. ann. 1591. 8°.

EJUSD. *Mag. natur.* Leid. anno 1644. 12.

** *Andreæ* CÆSALPINI *de plantis* L. XVI. Florent. ann. 1583. 4°.

Julii ALEXANDRINI *de sanitate tuenda* L. XXXIII. ann. 1575. fol.

EJUSDEM *Epistola apologetica* ad R. DODONÆUM Francof. ann. 1584. 8°.

Bartholomæi PISANELLI *de natura cibi & potus* Herborn. anno 1614. 8°. Sed prius Italice Venet. anno 1584. 4°.

Salomonis ALBERTI *Oratio de cognitione herbarum* Witteberg. ann. 1585. 8°.

Castor DURANTE *Herbario nuovo* Rom. ann. 1585. fol.

** *Joachimi* CAMERARII *de plantis Epitome* Francof. ann. 1586. 4°.

** EJUSDEM *Hortus medicus & philosophicus* IBID. ann. 1588. 4°.

* *Johannis* THALII *Sylva Hercynica*, cum eo opere prodiit.

Ægidii EVERARDI *de herba panacea, quam Tabacum vocant* Antverp. ann. 1587. 16.

Joh. HORST *de vite vinifera* Helmst. anno 1587. 8°.

EJUSDEM *von den wunderbaren Geheimnussen der Natur* Leipz. anno 1588. 4°.

EJUSDEM *Herbarium Horstianum* Marburg. ann. 1630. 8°.

Laurentii SCHOLZII *Catalogus horti medici* ann. 1587. ann. 1594. 4°.

Marsigli CAGNATI *Observationum variarum* L. IV. Rom. ann. 1587. 8°.

Zachariæ ROSENBACH *Paradiesgärtlein, darinn die edelsten Kräuter beschrieben sind.* Francof. ann. 1588. 12.

* *Jacobi* THEODORI, quem a patria TABERNÆMONTANUM dicunt, *Kräuterbuch* Francof. anno 1588. fol. inde repetito Basil. anno 1664. 1731.

* EJUSDEM *Icones* in forma longa Francof. ann. 1590. 4°.

Johannis WIGANDI *vera historia de Succino Borussico.* —— *De Herbis in Borussia nascentibus* Jen. anno 1590. 8°.

* *Prosperi* ALPINI *de balsamo* Venet. anno 1591. 4°.

EJUS-

EJUSDEM *de Rhapontico* Leidæ ann. 1718. 4°. recuf.

*EJUSDEM *de plantis Ægypti* Venet. anno 1592. 4o. Patav. ann. 1648. 4o. & *Historia naturalis Ægypti* Leid. ann. 1736. 4o.

*EJUSDEM *Stirpium exoticarum* L. II. Venet. ann. 1627. 4o.

Jac. Antonii CORTUSI *Catalogus horti Patavini* Venet. ann. 1591. 8o. Francf. ann. 1618 8o.

Antonii PASINI *Adnotationes & Emendationes in versionem Dioscoridis a* MATTHIOLO *propositam* Bergam. ann. 1591. 4°.

Johannis BAUHINI *de plantis a Divis nomen habentibus* Basil. ann. 1591. 8o.

EJUSDEM *de plantis Absinthii nomen habentibus* & Lib. *Claudii* ROCCARDI *de Absinthiis.* Montbelig. ann. 1593. 8o.

*EJUSDEM *Historia admirabilis fontis Bollensis* Montbelig. ann. 1598. 4o.

EJUSDEM *Historiæ plantarum prodromus* ann. 1619. 4o.

** EJUSDEM *Historia plantarum* T. III. Ebroduni ann. 1650. 1651. 1652.

& *Compendium Sciagraphiæ stirpium Dominici* CHABRÆI Genev. ann. 1666. & 1667. fol.

Johannis WITTICH *Bericht vom Bezoarstein vom L. Guajaco* &c. Lipf. ann. 1592. 4o.

** *Fabii* COLUMNÆ *Φυτοβάσανος* Neapol. ann. 1592. 4o. recusus a Cl. *Jano* PLANCO Florent. ann. 1744. 4o.

** EJUSDEM *Ecphrasis stirpium minus cognitarum I.* Rom. ann. 1606. & II. 1616. 4o.

EJUSDEM *de plantis obss. cum opere Francisci* HERNANDEZ Rom. anno 1627. fol. & anno 1651. fol.

Adami ZALUZIANI *Methodi herbariæ* L. III. Prag. ann. 1592. 4o. Francof. ann. 1604. 4o.

Caspari BAUHINI *Φυτοπίναξ* Basil. anno 1596. 4o.

EJUSDEM *Editio operis* MATTHIOLI anno 1598. fol.

EJUSDEM *in historiam plantarum Lugdunensem animadversiones* ann. 1601. 4o.

*EJUSDEM *Prodromus theatri botanici* Francof. ann. 1621. 4o. Basil. ann. 1671. 4o.

*EJUSDEM *Catalogus plantarum circa Basileam nascentium* Basil. ann. 1622. 8o.

*EJUSDEM *Pinax theatri botanici* Basil. ann. 1623 4o. 1671. 4o.

*EJUSDEM *Theatri botanici* Pars I. anno 1650. fol.

Philippi Stephani SPRENGER *Horti medici Heidelbergensis catalogus arborum fruticum* &c. Francof. ann. 1597. 4o.

John GERARD *Herbal.* Lond. ann. 1591. fol. recusum a JOHNSTONO.

Petri PION *Phytologia seu theses de plantis* Horbipol. ann. 1598. Editio mea est ann. 1619. 4°.

Richier de BELLEVAL — Opera non possideo, præter icones posthumas plantarum rariorum, quas Cl. GOUAN ad prelum parat, & mecum communicavit.

Joh. COLER *Hausbuch* Witteberg. anno 1599. 4o. & Mogunt. ann. 1645. fol.

Ferrante IMPERATI *Historiæ naturalis* L. XXVIII. primum Neapoli ann. 1599. fol. inde Venetiis excusi anno 1672. fol. & Bremæ anno 1695. 4o.

Jacobi PONS *in historiam plantarum generalem Lugdunensem observationes breves* Lugdun. anno 1600. 4o.

Caspari SCHWENKFELD *Catalogus stirpium & fossilium Silesiæ* Lipf. ann. 1600. 4o.

EJUSDEM *des Hirschbergischen warmen Bades in Schlesien Beschreibung* Görliz ann. 1619. 8°. recuf. ann. 1708. 8o. Ob catalogum plantarum Silesiæ.

Johannis BRUYERINI *de re cibaria* Francof. ann. 1600. 8o.

Adriani TURNEBI Liber *de vino* Paris anno 1600. 8o. Helmst. anno 1608. 4o.

Olivier de SERRES du PRADEL *Theatre d'agriculture & maison des champs* Paris anno 1600. fol. Sed mea editio est anni 1611. 8o.

* *Johannis* PONÆ *Iter montis Baldi* exstat cum CLUSII historia ann. 1601. fol. & Basileæ ann. 1608. 4. Auctius vero Italice * *Il monte Baldo descritto* Venet. ann. 1617. 4o.

Demetrii CANEVARII *de ligno sancto Commentar.* Rom. ann. 1602. 8o.

Ulyssis ALDROVANDI *Dendrologia* Bonon. ann. 1668. fol. Francof. ann. 1690. fol.

Vincent TEXTOR *de la nature du vin* ann. 1604. 8o.

Johannis TALENTONII *Thesaurus rerum reconditarum* Francof. ann. 1605. 8o.

Andreæ SPIGELII *Isagoge ad rem herbariam* Leid. ann. 1633. 16. Sed prodiit anno 1606.

Joh. FABRI *de Nardo & Epithymo* Rom. anno 1607. fol.

Pierre VALLET *le Jardin du Roi Louis XIII.* Paris ann. 1623. fol. qui idem est *Le Jardin du Roi Henri IV. par Jean* ROBIN Paris anno 1608. fol.

Nicolai CLAVENNÆ *de Absinthio umbellifero & Scorzonera Italica* Venet. ann. 1610. 4o.

Pompeii SPRECCHI *Antabsinthium Clavennæ* Venet. ann. 1611. 4o.

Baptistæ CODRONCHI Liber *de Elleboro* Francof. ann. 1610. 8o.

Adam BODENSTEIN *Beschreibung der Kräuter so sich den zwölf Zeichen vergleichen* Amberg ann. 1611. 8o.

Caspari PILLETERII *Plantarum exoticarum & patriarum Walachriæ Synonyma* Middelburg. anno 1611. 8o.

* *Pauli* RENEAULME *Specimen historiæ plantarum* Paris ann. 1611. 4o. cum iconibus.

Emanuelis SWEERT *Florilegium* Francf. P. I. ann. 1612. fol. P. II. ann. 1614. fol. & conjunctim ann. 1635. & 1654. fol.

Joh. Theodori de BRY *Florilegium novum* anno 1613. fol. anno 1641. fol.

* *Basilii* BESLERI *Hortus Aichstettensis* Nuremb. anno 1613. fol. & anno 1640. fol.

* *Crispini* PASSÆI (Du PAS) *Hortus floridus secundum quatuor anni tempora. Ver* Arnheim. anno 1614. 4o. long. *autumnus* anno 1616. *æstas* anno 1617.

Pars altera Horti floridi.

EJUSDEM iconum pars fere media edita est ab *Anselmo* BOETIO de BOOT Bruxell. an. 1640 4°

Melchioris REUDENII *de novo gummi purgante* Lipſ. ann. 1614. 8°.

Caſpari HOFMANNI *Catalogus plantarum circa Altdorfum naſcentium Ludovici* JUNGERMANNI Altdorf. anno 1615. 8°.

EJUSDEM *de medicamentorum facultatibus* L. II. Paris anno 1646. 4°.

Petri PAVII *Hortus publicus Acad. Lugdun. Batavæ* Leid. anno 1617. 8°.

Joh. FRANKEN *Signatur oder gründliche Beſchreibung der Gewächſe* Roſtoch anno 1618. 4°. anno 1645. 4°.

EJUSDEM *Speculum botanicum renovatum* Upſal anno 1659. 4°.

Alberti MENZELII *Synonyma plantarum circa Ingolſtadium naſcentium* Ingolſtatt. anno 1618. 8°.

Johannis Stephani STROBELBERGER *Cœcus baſphica* Jen. ann. 1620.

EJUSDEM *Galliæ deſcriptio* anno 1616. 16.

EJUSDEM *Maſtichologia* Lipſ. ann. 1628. 8°.

Michaelis DOERING *de opobalſamo, balſamo Judaico, Ægyptio, Peruviano* Jena anno 1620. 8°.

EJUSDEM *de Opii uſu, qualitate calefaciente & corrigendi modo* Jen. anno 1620. 8°.

Dominici VIGNA de PROSPERIS *Animadverſiones in Theophraſtum* Piſan. ann. 1625. 4°.

Johannis CHESNEPHORI *Diſputationes de plantis* 19. Upſal. ab anno 1620. ad 1626. 4°.

Petri CASTELLI *de nomine Hellebori ſimpliciter prolato* Rom. ann. 1622. 4°.

EJUSDEM *de qualitatibus frumenti cujusdam Meſſanam delati* Neapoli anno 1637. 4°.

EJUSDEM *Chryſopus* Meſſan. ann. 1638. 4°.

EJUSDEM *Opobalſamum examinatum* Meſſan. anno 1640. 4°. *& triumphans* ann. 1640. 4°.

EJUSDEM *Hortus Meſſanenſis* Baſil. anno 1640. 4.

* EJUSD. ſub *Tobiæ* ALDINI nomine *Deſcriptio rariorum herbarum, quæ continentur in horto Farneſino* Rom. anno 1625. fol.

Joſephi de AROMATARIIS *de generatione plantarum epiſtola* Venet. anno 1621. 4°. Francf. anno 1626. 4°. Coburgi nuper recuſa.

Johannis NEANDRI *Tabacologia* Leid. anno 1626. 4°.

Guilielmi LAUREMBERG *Botanotheca, ſeu modus conficiendi herbarium vivum* Roſtock anno 1626. 12. & cum S. PAULI *Quadrupartito.*

Alexandri PECCANA *de Chondro & Alica* L. II. Veron. ann. 1627. 4°.

Arnoldi GISLENII *Hortus* Caſſell. anno 1627. 4°.

Johannis Caroli ROSENBERG *Rhodologia* Argent. anno 1628. 8°. Francf. ann. 1631. 8°.

Georgii FUIRENII *Plantæ itineris Gothici Blekingenſis & Norwegici* BARTHOLINI Hafn. anno 1662. 8°.

GUI de la BROSSE *de la nature des plantes, & deſſein d'un Jardin de médecine* Paris. anno 1628. 8°.

EJUSDEM *Déſcription du Jardin Royal* Paris anno 1636. 4°.

EJUSDEM *Tabulæ aneæ poſthumæ* 50. Penes me exemplum exſtat imperfectum.

Auguſtino GALLO *Vinte giornati d'agricultura* Venet. ann. 1629. 4°.

John PARKINSON *Paradiſus terreſtris* Lond. anno 1629. fol.

EJUSDEM *Theatrum botanicum* Lond. anno 1640. fol.

Erneſti Abraham von DEHN *Weinbau* a J. B. von ROHR recuſ. Lipſ. ann. 1730. 8°. Prodierat Lipſ. ann. 1629. 8°.

Mauritii TIRELLI *Hiſtoria vini* Venet. anno 1630. 4°.

* *Antonii* DONATI *Trattato de'ſimplici che naſcono nelli lidi Veneti* Venez. ann. 1631. 4°.

Antonii COLMENERII de LEDESMA *de Chocolata* Noriberg. anno 1644. ſed prodierat anno 1631. 4°.

Martini BLOCHWIZ *Anatomia Sambuci* Lipſ. anno 1631. 12.

Petri LAUREMBERG *Horti culturæ & apparatus plantarum* L. II. Francof. ann. 1632. 4°.

Joh. MOUSIN *Hortus jatrophyſicus* Nanceii anno 1632. 8°.

Joh. JOHNSTON *Thaumatographia* Amſterd. ann. 1632. 12.

EJUSDEM *Hiſtoria naturalis de fruticibus & arboribus* L. X. Francf. ann. 1662. fol.

EJUSDEM *Notitia regni vegetabilis* Lipſ. anno 1661. 12.

* *J. Baptiſtæ* FERRARII *de florum cultura* L. IV. Rom. anno 1633. 4°.

* EJUSDEM *Heſperides ſeu de Malorum aureorum cultura & uſu* Rom. anno 1646. fol.

Adolphi VORSTII *Catalogus plantarum horti Leidenſis* Leid. anno 1633. 16. & anno 1649. 8°.

Joh. de LAET *Deſcriptio Americæ* Leid. anno 1633. fol.

Thomas JOHNSON *Herbal on general hiſtory of plants* Lond. anno 1633. fol.

EJUSDEM *Mercurius botanicus, ſeu itineris anni* 1634. *deſcriptio* Lond. anno 1634. 8°. & *pars altera* anno 1641. 8°.

Augerii CLUTII *de nuce medica* Amſterd. anno 1634. 4°.

+ *Jacobi* CORNUTI *Canadenſium plantarum hiſtoria & Enchiridion botanicum Pariſienſe* Paris ann. 1635. 4°.

Pietro della CHENA *Delle rare virtu del balſamo di Roriſmarino* Rom. anno 1636. 8°.

Simonis PAULI *Quadrupartitum botanicum* Roſtok ann. 1639. 4°. Argentorat. ann. 1667. Francf. ann. 1708. 4°.

EJUSDEM *Flora Danica* Hafn. anno 1648. 4°.

EJUSDEM *Viridaria varia* Hafn. anno 1653. 12.

EJUSDEM *de abuſu Theæ & Tabaci* Roſtok. anno 1661. 4°. Argent. anno 1665. 4°.

Daniel RHAGOR *Pflanzgarten* Moguntanno 1650. 8°. & prius Bernæ anno 1634. 8°.

Stephani de GASPARIS *Liquoris artificialis pro opobalſamo Romæ adhibita oppugnatio* Rom. anno 1642. 12.

Franciſci PERLÆ *de orientali balſamo in theriaca adhibito* Rom. anno 1641. 12.

Jacobi BONTII *de medicina Indorum*, cum G. PISONIS opere Amſterd. anno 1658. fol. & prius Leid. anno 1642. 12.

Michaelis

Michaelis Ruperti BESLER *Gazophylacium rerum naturalium ex regno vegetabili, animali & minerali* Nuremberg. anno 1642. fol.

Ottonis SPERLING *Catalogus stirpium Daniæ indigenarum, quas in horto aluit* anno 1645. In *Cista medica* BARTHOLINI.

Dominici PANAROLI *Plantarum amphitheatralium catalogus* Hanov. anno 1654. 4°. & prius Rom. anno 1643. 8°.

Nicolai OELHAFEN *Elenchus plantarum circa Dantiscum nascentium* Gedan. anno 1643. 8°. nobis anno 1656. 8°.

EJUSDEM *Eerste in tweede tzamen spraak nevens den opkomst in in ondergang von flora* Amsterd. anno 1643. 12.

Ludovici NONNII *de re cibaria* Antverp. anno 1644. 4°.

Johannis VESLINGII *Opobalsami veteribus cogniti vindiciæ, & parænesis ad rem herbariam* Patav. anno 1644. 4°.

EJUSDEM *ad* P. ALPINUM *de plantis Ægypti observationes* Patav. anno 1648. 4°.

EJUSDEM *Opobalsami orientalis examen & sinceritas* Roriberg anno 1644. 12.

Baldi BALDI *del vero Opobalsamo Orientale dissertatio apologetica* Rom. anno 1646. 4°.

Levini FISCHER *Methodus nova herbaria plantarum ad septem summa genera redactarum* Brunsvic. anno 1646. 4°.

Ludovicus JUNGERMANN *Catalogus plantarum horti Altdorfini* Altdorf. anno 1646. 8°.

Henrici MUNTING *Hortus & gazophylacium materiæ medicæ* Groning. anno 1646. 12.

Guilielmi Du VAL *Phytologia seu Philosophia plantarum* Paris anno 1647. 8°.

Caroli STENGELII *Hortensius & dea flora* Amsterd. anno 1647. 8°.

Johannis ROYER *Beschreibung des fürstlichen Gartens zu Hessem* Brunsvic. anno 1651. 4°. & prius Halberstatt. anno 1648. 4°.

Catalogus plantarum horti medici Oxoniensis Oxford. anno 1648. 8° & duplo auctior cura *Philippi* STEPHANI ibid. anno 1658. 8°.

Jacobi Antonii CLAVENNÆ *Clavis seu Thesaurus naturæ de plantis* Tarvis. anno 1648. fol.

Guilielmi PISONIS & *Georgii* MARCGRAF *Historiæ naturalis Indiæ* L. VIII. Amsterd. anno 1648. fol. & mutatum opus anno 1658. fol.

EJUSDEM *Iter Brasilicum* Cliv. anno 1661. 8°.

J. Chrysostomi MAGNENI *de Tabaco Exercitationes XIV.* Ticin. anno 1648. 4°. recus. Amsterd. anno 1669. 12.

EJUSDEM *de Manna* Ticin. anno 1658. 12.

Caroli Avantii RHODIGINI *Notæ in* J. B. FIERÆ *Cœnam* Patav. anno 1649. 4°.

M. A. SEVERINI *de lapide fungifero, & de lapide fungimappa Epistolæ* una prodierunt, recusæ Guelferbyti anno 1728. 4°.

Henrici REGII *Hortus Academicus* Utrecht anno 1650. 4°.

Christiani MENZEL. *Centuria plantarum circa Gedanum* Dantisc. anno 1650. 4°. Cl. RAYGER recusa.

Laurentii EICHSTÆTT *de Camphora* Gedan. anno 1650. 4°.

Melchioris SEBIZ *de alimentis* Argentor. anno 1650. 4°.

Guilielmi HOW *Phytologia Britannica* Lond. anno 1650. 8°.

Francisci HERNANDEZ *Nova plantarum, animalium & mineralium Mexicanorum historia* Rom. anno 1651. fol. dicitur Mexici prodiisse anno 1615. 4°. Accesserunt *Nardi Antonii* RECCHI, & *J. Terentii* & *F.* COLUMNÆ notæ & *Friderici* CÆSII *Tabulæ phytoscopicæ.*

Samuel HARTLIB *Legacy* London. anno 1655. 4°. & prius 1651. 4°.

Johannis CHEMNIZ *Index plantarum circa Brunsvigam nascentium* Brunsvic. anno 1652. 4°.

Martini BERNHARDT a BERNITZ *Catalogus stirpium in horto Regio Warsoviensi* Dantisc. anno 1652. 12. & inter S. PAULI viridaria.

J. Jac. CHIFLET *Pulvis febrifugus Orbis Americani ventilatus* anno 1653. 4°.

Claudii SALMASII, [qui anno 1652. obiit] *de Manna & Sacchero* Paris anno 1663. 8°. & cum majori opere.

EJUSDEM *Exercitationes Plinianæ* Utrecht. anno 1689. fol.

& EJUSDEM *Homonymia hyles jatrices* ibid. una edita fol.

Michaelis & *Balthasaris* CAMPI *Spicilegio botanico* Lucc. anno 1654. 4°.

* *Johannis* LOESEL *Flora Prussica* Regiomont. anno 1654. 4°. & auctius anno 1703. 4°.

Thomæ PANCOV *Herbarium auctum a Bartholomæo* ZORN Colon ad Spream anno 1673. & prius Ulm. anno 1654. 4°.

J. Daniel HORST *Malva arborescens lutea* Giess. anno 1654. 4°.

Honorati FABRI [*S. Antimi* CONYGII] *Pulvis Peruvianus febrifugus vindicatus* Rom. anno 1655. 4°.

EJUSDEM *de plantis* Paris anno 1656. 4°. Noriberg. anno 1677. 4°.

Joh. PFAUZ *Descriptio Graminis medici* Ulm. anno 1656. 4°.

Antimi CONYGII *Pulvis peruvianus repulsus a Melippo* PROTIMO anno 1655. 4°.

Joh. OLORINI *Anatomia herbarum mirabilium, oder hundert Wunderkräuter* Magdeburg. anno 1656. 8°.

Johannis TRADESCANT *Musæum Tradescantianum* London. anno 1656. 12.

William COLE *Introduction to the knowledge of plants* Lond. anno 1656. 12.

Robert AUSTEN *On fruittrees and some observations on* BACON *natural history* Lond. anno 1657. 4°.

J. Christ. THURENII *Diss. de arboribus* Berlin. anno 1657. 4°.

Hyacinthi AMBROSINI *Hortus Studiosorum* Bonon. anno 1657. 4°.

EJUSDEM *Phytographiæ* T. I. P. I. Bonon. anno 1666. fol.

Joachimi JUNGII *Isagoge Phytoscopica* recensente J. VAGETIO Hamburg. anno 1679. 4°. sed obiit ann. 1657. Recus. Coburg. ann. 1747. 4°.

* EJUSDEM *Præcipuæ opiniones physicæ.* Edidit *Martinus* VOGEL Hamburg. anno 1679. 4°.

Ovidii MONTALBANI *Bibliotheca botanica* Bonon. anno 1657. 24.

EJUSDEM *Hortus botanographicus* Bonon. anno 1660. 8°.

Richard LIGON *Natural history of Barbados* Lond. anno 1657. fol.

FLACOURT *Description de Madagascar* Paris anno 1658. 4°.

Dionysii JONQUET *Hortus seu Index plantarum*, quas colebat anno 1658. 1659. Accessit *stirpium obscurius denominatarum per* C. BAUHINUM *explicatio* Paris. anno 1659. 4°.

Rolandi STURM *Corticis Chinæ descriptio* Antverp. anno 1659. 12.

Joh. EVELYN *French gardener* Lond. anno 1658. 12. 1676. 12.

EJUSDEM *Flora & Pomona* Lond. anno 1664. fol. 1679. fol. 1705. fol. 1729. fol. quæ mea est editio.

EJUSDEM *Kalendarium hortense* Lond. anno 1664. 8°.

EJUSDEM *Terra or a philosophical discourse on earth* Lond. anno 1675. fol.

EJUSDEM *Acetaria* Lond. anno 1699.

Robert LOWELL *Compleat Herbal* Oxford. anno 1659. 8°.

* *Joh.* RAY *Catalogus plantarum circa Cantabrigiam nascentium* Cantabrig. anno 1660. 8°.

* EJUSDEM *Catalogus plantarum Anglice* Lond. anno 1677. 8°. & *appendix* anno 1688. 8°.

* EJUSDEM *Synopsis stirpium Britannicarum* Lond. anno 1690. 8°. & Edit. II. anno 1696. 4°.

* & Editio III. a DILLENIO *aucta* Lond. ** anno 1724. 4°.

* EJUSDEM *Topographical observations* Lond. anno 1673. 8°.

EJUSDEM *Methodus plantarum* Lond. anno 1682. 8°. emendata & aucta Lond. anno 1703. 8°.

** EJUSDEM *Historia plantarum* P. I. II. London. anno 1693. fol. & T. III. seu *Supplementum* anno 1703.

* EJUSD. *Sylloge plantarum extra Britanniam nascentium* Lond. anno 1694. 8°.

EJUSDEM *Epistola ad Rivinum & Tournefortium* Lond. anno 1696. 8°.

EJUSDEM *Philosophical letters* Lond. anno 1718. 8°.

EJUSDEM *Select remains* Lond. anno 1760. 8°.

Antonii DEUSING *Fasciculus disputationum de Manna, de Saccharo, de Mandragoræ pomis, & Mangoniis, de Agno vegetabili* Groning. anno 1660. 12.

Thomæ BARTHOLINI *Medicina Danorum domestica* Hafn. anno 1660. 8°.

EJUSDEM *Cista medica* ibid. anno 1662. 8°.

Tobiæ WHITAKER *de sanguine uvæ* Hag. anno 1660. 8°.

Gabrielis GRISLEY *Viridarium Lusitanicum* Ulyssip. anno 1660. 8°. Veron. anno 1749. 8°.

J. Frid. HELVETII *Xistus herbarum* Heidelberg. anno 1661. 8°.

EJUSDEM *Berillus medicus* ibid. eodem anno.

EJUSDEM *Amphitheatrum physiognomicomedicum* ibid. anno 1660. 8°.

Philippi Jacobi SACHS *Ampelographia* Lipf. anno 1661. 8°.

Kenelm DIGBY *Discourse concerning the vegetation of plants* Lond. anno 1661. 12. Amsterd. anno 1663. 12.

J. SCHROEDER *Thesauri pharmaceutici* L. V. Ulm. ann. 1662. 4°. anno 1685. 4°. Germanice Nuremberg. anno 1746. fol.

HOBII *vander* WORM *Atriplex salsum, vulgo Soutenelle primum descriptum* Amsterdam. anno 1661. 12.

Gaudentii BRUNACLI *de China China & pulvere ad febres* Venet. anno 1661. 8°.

Mauritii HOFMANNI *Floræ Altdorfinæ deliciæ sylvestres & hortenses* Altdorf. anno 1662. 4°. & *hortenses* anno 1660. 4°. & *deliciæ sylvestres* Altdorf. anno 1677.

Georgii a TURRE *Catalogus horti Patavini, novo incremento locupletior* Patav. anno 1662. 12.

EJUSDEM *Catalogus plantarum horti Mauritiani* ibid. anno 1694. 4°.

EJUSDEM *Tabula locorum & temporum* anno 1676. 4°.

EJUSDEM *Methodus faciendi herbaria viva* anno 1693. 4°.

EJUSDEM *Dryadum & hamadryadum triumphus* Patav. anno 1685. fol.

EJUSDEM *Junonis & Nestis vires* Patav. ann. 1668. 4°.

Caroli SCHÆFFER *Deliciæ botanicæ Hallenses* Hall. anno 1663. 12.

J. Joachim BECCHER *Parnassus medicinalis* Ulm. ann. 1663. fol.

* *Sebastiani* BADI *Anastasis Corticis Peruviani contra Chifletum & Plempium* Genua anno 1663. 8°.

J. Sigismundi ELSHOLZ *Flora Marchica* Berlin. anno 1663. 4°.

EJUSDEM *Neuangelegter Gartenbau* ibid. anno 1664. 4°.

EJUSDEM *Neues Tischbuch* Berolin anno anno 1682. 4°.

Adriani COCQUII *Historia sacra arborum & fruticum* Vlissing. anno 1664. 4°.

* *Hortus Regius Parisinus* Paris. anno 1665. fol.

Rutgeri HERMANNIDÆ *Hortulus Veluvicus* Harderv. anno 1665. 8°.

Joh. REA *Flora, Ceres & Pomona* Londin. anno 1665. fol.

Philosophicas Transactiones huc refero, cum anno 1665. prodire ceperunt. Earum numeri 497. & LVI. nunc volumen prodiit. In iis multa sunt botanici argumenti, quorum paucissima citabo.

BANISTER *Catalogus plantarum Virginicarum* n. 198.

SPOTSWOOD *Phytologia Tingitana* n. 220.

J. SMITH *Catalogus plantarum in Guinea lectarum* n. 232.

Hugh JONES *Animalia & plantæ Marylandicæ* n. 246.

R. SIBBALD *de plantis quibusdam scoticis* n. 266.

Samuel

Samuel BROWN *Plantarum circa Madras repertarum Catalogus*, *cum notis* PETIVERII n. 244. 264. 267. 271. 276. 277. 282. 287.

CAMELLI *Plantæ Scandentes Insularum Philippinarum* n. 293. 294. 295. 296.

J. P. BREYNE *Plantarum in Hispania repertarum catalogus* n. 301.

LLWHYD *Plantæ raræ Walliæ* n. 333. 334.

Catalogi plantarum in horto CHESSEYANO ex H. SLOANE instituto cultarum, n. 376. seqq.

Renati RAPIN *Hortorum* L. IV. prima editio Paris. anno 1661. 4°.

Robert HOOKE *Micrographia* Lond. anno 1665. & 1745. fol.

Petri BORELLI *Hortus sive armamentarium* Castris anno 1666. 8°.

Olai RUDBEK *Senioris deliciæ vallis Jacobeæ* Upsal. anno 1666. 12.

EJUSDEM *Hortus Upsaliensis* anno 1685. 8°.

J. Michael FEHR *Anchora sacra vel Scorzonera* Jen. anno 1666. 8°. Lips. anno 1664.

EJUSDEM *de Absinthio* Lips. anno 1668. 8°.

Francisci REDI *Notizie interno alle Palme* Florent. anno 1666. & in *Diario Veneto*; & alia.

P. du TERTRE *Histoire generale des Iles Antilles* Paris. anno 1667. 4°.

Guerneri ROLFINK *de purgantibus vegetabilibus* Jen. anno 1667. 4°.

EJUSDEM *de vegetabilibus in genere* L. II. Jen. anno 1670. 4°.

Ab anno retro 1666. inceperunt *Memoires de l'Academie des Sciences de Paris* avant 1699. quorum XI. Volumina Parisiis ab anno 1730. ad 1734. recusa sunt. Ea varia botanica argumenta continent, TOURNEFORTII, DODARTI, MARCHANTII.

P. van ENGELN *der verständige Gartenmeister* Wolfenbüttel. anno 1667. 12. Hanover. anno 1695. 8°. Peinæ anno 1734. 8°.

Christophori MERRET *Pinax rerum Britannicarum* Lond. anno 1667. 8°.

Abrahami COWLEY *Poema de plantis* Lond. anno 1668. 8°.

Florentii SCHUYL *Catalogus plantarum horti Lugdunobatavi* Leid. anno 1668. 8°. Heidelberg. anno 1672. 12.

Hermanni GRUBE *Analysis mali citrei* Hafn. anno 1668. 8°.

J. vander GROEN *Nederlandzen hovenier* Amsterd. anno 1668. 4°.

Henrici MEIBOM *de cerevisia* Helmst. anno 1668. 4°.

Robert MORISON *Hortus Blesensis*, *seu præludiorum botanicorum* Pars I. Lond. anno 1669. 8°.

EJUSDEM *Plantarum umbelliferarum distributio nova* Lond. anno 1672. fol. anno 1715. fol.

EJUSDEM *Plantarum historia universalis* T. II. anno 1678. fol. & anno 1715. fol. & T. III. anno 1699. fol. Primus nunquam prodiit.

Johannis Ludovici GANS *Coralliorum historia* Francf. anno 1669. 8°.

J. Daniel MAJOR *de planta monstrosa Gottorpiensi* Kiel. anno 1669. 4°.

EJUSDEM *Rei herbariæ cupidis* Kiel. anno 1667. fol.

EJUSDEM *Aloe Americana* Sleswig. anno 1668.

Timothei a ROLL *Neues Blumenbüchlein* Constantiæ anno 1669. 12. anno 1687. 12.

Georg Christoph PETRI *de carduo benedicto* Jen. anno 1669. 8°.

Benedict. STELLA *Il tabaco* Rom anno 1669. 8°.

J. SPERLING *Carpologia physica posthuma* Witteberg. anno 1669. 8°.

Petri NYLANDZ *Nederlands Kruytboeck* Amsterd. anno 1670. 4°.

J. Arn. FRIDERICI *de Aloe* Jen. anno 1670. 4°.

Cum anno 1670. edi ceperunt *Ephemeroides naturæ curiosorum*, quarum prodierunt *Decades* voluminum *tres*. *Centuriæ decem*, volumina decem, & *nova volumina* tria. In eo immenso diario multa botanica continentur.

Præstat autem in tanta abundantia præcipua capita sequi, quæ cum suis auctoribus citabo.

Joh. Ferdinandi HERTODT *Crocologia* Jen. anno 1671. 8°.

ACTA HAFNIENSIA, quorum quinque volumina Hafniæ ab anno 1671. prodierunt, & ipsa botanica varia continent.

Abrahami MUNTING *Waare Oeffning der Planten* Amsterd. anno 1672. 4°. Leeuwaard. anno 1682. 4°.

EJUSDEM *Phytographia curiosa* Amsterd. anno 1727. fol.

EJUSDEM *de vera herba Britannica accessit Aloidarium* Amsterd. anno 1698. 4°. Sed auctor obiit anno 1683.

William HUGHES *the American physitian* Lond. ann. 1672. 12.

* *Jacobi* BARRELIER *Plantæ per Hispaniam, Italiam & Galliam observatæ*, cura *Antonii* de JUSSIEU Paris. anno 1714. fol. Sed obiit anno 1671.

John. JOSSELYN *New England rareties* Lond. anno 1672. 12.

J. David PORTZII *Vini Rhenani*, *inprimis Baccharacensis*, *anatomia chymica* Heidelberg. anno 1673. 12.

Henrich von OOSTEN *Niederländischer Gärtner* anno 1728. 8°. prodiit autem anno 1672. 8°.

Georg. Sebast. JUNG κευςομηλον *S. de cydonii util:* &c. Wien anno 1673. 8°.

Valentini Andreæ MOELLENBROECK *Cochlearia curiosa* Lips. anno 1746. 8°. Sed prodiit anno 1674. 8°.

**Pauli* BOCCONE *Icones & descriptiones plantarum rariorum Siciliæ*, *Melitæ*, *Galliæ & Italiæ* Oxon. anno 1674. 4°.

EJUSDEM *Recherches & observations naturelles* Amsterd. anno 1674. 12.

EJUSDEM *Osservazioni naturali* Bologn. anno 1684. 12.

* EJUSDEM *Museo di fisica* Venet. anno 1697. 4°.

** EJUSDEM *Museo di piante* ibid.

EJUSDEM *Index iconum plantarum rariorum* ibid.

Petri NATI *Phytologica Observatio de Malo Limonio vulgo Bizarria* Florent. anno 1674. 4°.

* *Friderich* MARTENS *Spizbergische Reisebeschreibung* Hamburg. anno 1675. 4°. Sæpe recusa,

cusa, Anglice a RAJO, Gallice in collectione itinerum borealium.

Francisci van STERREBEEK *Tonneel der Campernoeljen* Antverp. anno 1675. 4°. & 1712. 4°.

EJUSDEM *Citri cultura ofte regeering der uytheemsche boomen* Antverp. an. 1712. 4°. & prius anno 1682. 4°.

* *Giacomo* ZANONI *Istoria botanica* Bonon. anno 1675. fol. & aucta a *Cajetano* MONTIO anno 1742. fol.

Caspari BARTHOLINI *Exercitationes miscellaneæ* Leid. ann. 1675. 8°.

Pauli AMMAN *Suppellex botanica & manuductio ad materiam medicam* Lipf. anno 1675. 8°.

EJUSDEM *Character plantarum naturalis* Lipf. anno 1685. 12. 1700. 12.

EJUSDEM *Hortus Bosianus* Lipf. anno 1686. 4°.

** *Dionysii* DODART *Mémoires pour servir à l'histoire des plantes* Paris. anno 1679. 12. & cum tabulis Paris. anno 1676. fol.

** J. SWAMMERDAM *Biblia naturæ* Leid. anno 1736. fol. 2. Vol. Ob fructus Filicum.

* *Marcelli* MALPIGHII *Anatome plantarum* Londin. anno 1675. fol. T. II. anno 1679. fol.

EJUSDEM *Posthuma* Londin. anno 1692. fol. Venet. anno 1743. fol.

Roberti PLOT *Natural history of Oxfordshire* Oxford. anno 1676. fol. & anno 1705. fol.

EJUSDEM *Natural history of Stafordshire* Oxon. anno 1686. fol.

Nouveau traité des Oeillets & de la façon de les cultiver Paris anno 1676. 12.

Vincentii MENEGOTI *Postilla ad alcuni capi del Zanoni* Patav. anno 1676. 12.

Joh. Jac. WALDSCHMID *Inventa circa Opium* Marburg. anno 1676. 4°.

EJUSDEM *de Thea* anno 1685. 4°.

* *Jan.* COMMELYN *Nederlandze Hesperides* Amfterd. anno 1676. fol.

EJUSDEM *Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ* Amfterd. anno 1683. 12.

EJUSDEM *Catalogus plantarum horti Amstelodamensis* Amfterd. anno 1689. 8°. 1702. 8°.

* EJUSDEM & *J. Caspar* COMMELYN *Hortus Amstelodamensis* Amfterd. T. I. ann. 1697. fol. T. II. anno 1701. fol.

H. H. CAUSE *Koniglike Hovenier* Amfterd. anno 1676. fol.

Lucas Jacobson DEBES *Feroe Reserata* Lond. anno 1676. 12. & nuper Germanice 1757. 8°.

Edme MARIOTTE *Essay physique sur la végétation des plantes* Paris 1676. 12. & inter opera omnia.

J. G. MULLER *Blumen- Arzney- Küchen- und Baumgarten* Stuttgard. anno 1745. 8°. & prius Stuttgard anno 1676. 12.

J. Mariæ CIASSI *Meditationes de natura plantarum* Venet. anno 1677. 12.

Giov. Giacomo ROGGIERI *Catalogo dell herbe native del suolo Romano* in DONZELLI thesauro pharmaceutico Rom. anno 1677. fol.

J. Ludov. HANNEMAN *Nova methodus cognoscendi vegetabilia* Kiel. anno 1677. 4°.

J. Matthiæ FABRI *Strychnomania* Auguft. anno 1679. 4°.

* *Jacobi* BREYNII *Exoticarum & minus cognitarum stirpium Centuria I.* Gedan. anno 1678. fol.

* EJUSDEM *duo prodromi plantarum* Gedan. & 1739. 4°.

Bernhardi VERZASCHA *Neu vollkommnes Kräuterbuch* Bafil. anno 1678. fol.

Simon de MOLINARIIS *de virtute Theæ* Genuæ anno 1678. 12.

P. MORIN *Remarques sur la culture des fleurs* Paris anno 1678. 12.

Claude MOLLET *Théatre du Jardinage* Paris. anno 1678. 12.

* *J. Jacob* WEPFER *de Cicuta aquatica* Bafil. anno 1679. 4°. Leid. ann. 1733. 8°.

Matthiæ TILING *Rhabarbarologia curiosa* Francf. anno 1679. 4°

EJUSDEM *Lilium curiosum* Francf. anno 1682. 4°.

EJUSDEM *Opiologia nova* Francf. anno 1697. 8°.

J. Conradi AXT *de arboribus coniferis* Jen. anno 1679. 12.

Benjamini SCHARF *Juniperi descriptio curiosa* Jen. anno 1679. 8°.

L'art du bon Jardinier Bruxell. ann. 167.. 8°.

Bartholomæi PIELAT *Insulæ Ceylaniæ thesaurus medicus* Amfterd. anno 1679. 12.

Henrici MUNDII *de aere vitali esculentis & potulentis* Oxon. anno 1680. 8°. Francf. anno 1685. 8°.

Emanuel KOENIG *Regnum vegetabile* Bafil. anno 1708. 4°. Sed prodierat anno 1680. 4°.

J. Jac. WAGNER *Historia naturalis Helvetiæ curiosa* Tigur. anno 1680. 12.

Jac. August. HUNERWOLF *Anatome Pæoniæ* Arnftatt. anno 1680. 8°.

Histoire des plantes de l'Europe &c. Lyon anno 1726. & prius anno 1680. 12. Icones Matthioli.

Ehrenfried HAGEDORN *Cynosbatologia* Jen. anno 1681. 8°.

EJUSDEM *de terra Catechu* Jenenf. anno 1679. 8°.

* *Nehemiæ* GREW *Anatomy of plants and an idea of a philosophical history of plants*, &c. Lond. anno 1682. fol.

EJUSDEM *Anatomy of plants begun* anno 1671. 8°.

EJUSDEM *Natural history of roots* ibid. anno 1673. 8°.

EJUSDEM *Comparative anatomy of trunks* anno 1675. 8°.

Hæc in editione in fol. redeunt.

J. F. BAYLE' *Dissertationum physicarum* P. II. Tolofæ anno 1681. 12.

Wolfgang Helmhart de HOCHBERG *Adeliches Landleben* Nuremberg. anno 1715. 1716. fol. 3. Vol. & primum anno 1682. fol.

Acta eruditorum Lipsiensia ab anno 1682. orta aliqua botanica propria habent.

Christiani MENZEL *Index plantarum universalis polyglottus*, accefflt * pugillus plantarum rariorum Berolin. anno 1682. fol. anno 1715. fol.

Georg Wolfgang WEDEL *Opiologia* Jen. anno 1682. 4°.

EJUSDEM

Ejusdem *de Sale volatili plantarum* ibid. anno 1682. 12.

Ejusdem *Amoenitates materiæ medicæ* Jen. anno 1684. 4°.

Ejusdem *Exercitationes philologicæ* Jen. anno 1702. & 1720. 4°. 2. Vol. in quibus plurima programmata botanica redeunt.

Ejusdem *Disputationes* plurimæ. *De Jalapa* anno 1678.

Ejusdem *de Amello* anno 1686. 4°.

Ejusdem *de Sinapi* anno 1690.

Ejusdem *de radice amara Homeri* anno 1692. 4°.

Ejusdem *de Nepenthe* anno 1692. 4°.

Ejusdem *de Corchoro Theophrasti* anno 1695. 4°.

Ejusdem *de Camphora* anno 1694. 4°.

Ejusdem *de Oenanthe* anno 1699. 4°.

Ejusdem *de Ramo aureo Virgilii* anno 1700. 4°.

Ejusdem *de Bulbo veterum* anno 1700. 4°.

Ejusdem *de Cirsio* ibid.

Ejusdem *de Aro* ibid. anno 1701.

Ejusdem *de Terebinthina* ibid. anno 1701.

Ejusdem *de ligno thyino Theophrasti* anno 1701.

Ejusdem *de Musco terrestri clavato* anno 1702.

Ejusdem *de Maro* anno 1703.

Ejusdem *de Hypecacoanha Germanica & Americana* anno 1705.

Ejusdem *de Cubebis* anno 1707.

Ejusdem *de Thea* anno 1707.

Ejusdem *de Thesio* anno 1708.

Ejusdem *de Salvia* anno 1707.

Ejusdem *de Cinnamomo* anno 1707.

Ejusdem *de Serpentaria Virginiana* anno 1710.

Ejusdem *de resina Ægyptia* ann. 1750.

Ejusdem *de Contrayerva* anno 1712.

Ejusdem *de Plantagine* anno 1712.

Ejusdem *de Centaurio minori* anno 1713.

Ejusdem *de Sabina* anno 1713.

Ejusdem *de Cuscuta* anno 1715.

Ejusdem *de Hyoscyamo* anno 1715.

Ejusdem *de Scordio* anno 1716.

Ejusdem *de Glycyrhiza* anno 1717.

Ejusdem *de Viola martia purpurea* anno 1717.

Ejusdem *de Rhabarbari origine* anno 1718 4°.

Ejusdem *de Allio* anno 1718.

Ejusdem *de Colchico* anno 1719.

Ejusdem *de Sambuco* anno. 1720.

Ejusdem *de Verbena* anno 1721.

Ejusdem *de Polypodio* anno 1721.

Michaelis Ettmuller *de virtute Opii diaphoretica* Jen. anno 1682. 4°.

Ejusdem Schroederi *dilucidati Phytologia sæpe edita.*

& In *Operibus* Francf. anno 1688. fol.

George Wheeler *Journy to Greece* Lond. anno 1682. 8°. Sed Gallice versum legi Amsterd. anno 1723. 2. Vol. 8°.

Dedu *de l'ame des plantes* Paris. anno 1682. 12.

Jacobi Sutherland *Hortus medicus Edimburgensis* Edimburg. anno 1683. 8°.

Eliæ Tillands *Catalogus plantarum, quæ circa Aboam inventæ sunt* Abo. anno 1683. 8°.

De la Rivie're du Moulin *de la culture des arbres* Paris anno 1680. 8°. Utrecht. anno 1738. & 1739. 8°.

Roberti Sibbald *Scotia illustrata* Edimburg. anno 1684. fol.

Ejusdem *Natural history of the County of Fife and Kinross* Edimburg. anno 1710. fol.

Perrault *Essays de physique* Paris. anno 1684. 8°.

Guntheri Christophori Schelhammer *Catalogus plantarum horti Academici* Helmstatt. anno 1684. 4°.

Ejusdem *Epistola* ad Rajum Hamburg anno 1694. 4°.

J. Nicolai Pechlini *Theophilus bibaculus* Francf. anno 1684. 4°.

Phil. Bonanni *Recreationes mentis & oculi* Rom. anno 1684. 4°.

Paul Sylvestre du Four *de l'usage du Thé, Caffé & Chocolat* Lion. 1684. 12. 1688. 12. Haag anno 1693. 12. Latine a Sponio versus Paris anno 1685. 12. & Genevæ recusus ann. 1705. 12.

Rudolph. Jacob Camerar & *Balthasar* Mezger *de Helleboro* Tubing. anno 1684. 4°.

Ejusdem Camer. *de Cichorio* I. & II. ann. 1690. 4°. 1691. 4°.

Ejusdem *de Frumenti semente* anno 1695. 4°.

Ejusdem *de sexu plantarum Epistola* Tubing. anno 1694. recus. Helmstatt. anno 1750. 8°. Add. *Eph. Nat. Cur. Dec. III.* ann. 2. & 5.

Ejusdem *de Convenientia plantarum & animalium* anno 1699. 4°.

Ejusdem *de Scordio* anno 1706. 4°.

Ejusdem *de ustilagine frumenti* ibid. anno 1709. 4°.

Ejusdem *de Fumaria* anno 1710. 16.

Ejusdem *de Cervaria nigra & Pini conis* ibid. anno 1712. 4°.

Ejusdem *de Ulmaria* anno 1717. 4°.

Ejusdem *de Ruboidæo* ibid. anno 1721. 4°.

J. Baptistæ Triumphetti *Observationes de ortu & vegetatione plantarum* Rom. anno 1685. 4°.

* Ejusdem *Vindiciæ veritatis* Rom. anno 1703. 4°.

J. Henrici Ursini *Arboretum biblicum* Noriberg. anno 1685. 8°.

Ejusdem *Phytologia Sacra ibid.*

Georgii Franci (de Frankenau) *Flora Francica* Argentor anno 1685. 12. & a filio *Georgio Friderico* aucta anno 1698. 12.

Ejusdem *Ambarvalia Heidelbergensia* ibid. anno 1687. 4°.

Petri Petit *Carmen de Thea* Lips. anno 1685. 4°. cum aliis poematibus.

Ejusdem *Nepenthes* Utrecht. ann. 1689. 8°.

Moyse Charas *de la Thériaque d'Andromache* Paris anno 1685. 12.

Cornelii BONTEKOE *van Thé, Coffy en Chocolate* Haag. anno 1685. 8°. & in Operibus omnibus Amsterd. anno 1689. 4°.

* *Petri* MAGNOL *Botanicum Monspeliense* Monspel. anno 1686. cum appendice.

* EJUSDEM *Hortus Regius Monspeliensis* Monspel. anno 1697. 8°.

EJUSDEM *Novus plantarum character* Monspel. anno 1720. 4°.

Olai RUDBEK *Filii de propagatione plantarum* Upsal. anno 1686. 8°.

EJUSDEM *de fundamentali plantarum notitia* Aug. Vind. anno 1691. 12.

* EJUSDEM *Camporum Elysiorum* L. II. Upsal anno 1701. fol.

* EJUSDEM *Laponia illustrata* Upsal anno 1702. 4°.

EJUSDEM *de Hedera* Upsal. anno 1707. 8°.

EJUSDEM *de Mandragora* Upsal. anno 1710. 8°.

* EJUSDEM *Index plantarum itineris Laponici Act. Suec.* anno 1720.

* EJUSDEM *Sceptrum carolinum* Upsal. anno 1731. 4°.

EJUSDEM *de Dudaim* Upsal. ann. 1733. 4°.

EJUSDEM *Rubus humilis Fragariæ folio* Upsal. anno 1716. 8°.

Johannis MURALTI *Beschreibung der vornehmsten Kräuter* Nuremberg. anno 1687. 8°.

EJUSDEM *Paradisus Helvetiæ* Tigur. anno 1710. 8°.

EJUSDEM *Eidgenossischer Lustgarten* Tigur. anno 1715. 8°.

Joh. Daniel GEYER *Dictamnologia* Francof. anno 1687. 4°.

EJUSDEM *Thargelus Apollini sacer.* Francf. anno 1687. 4°.

Johannis FLOYER *Pharmacobasanos* Londin. anno 1687. 8°.

J. GRIENDEL ab EYCHA *Micrographia nova* Noriberg. anno 1687. 4°.

Oeffening der vrugtboomen door le GENDRE *vertaalt en met aanmerkingen verrykt* Amsterd. anno 1687. 12. Notæ sunt COMMELYNI.

Nicolas BLEGNY *Du bon usage du Thé, du Caffé & du Chocolat* Lyon. anno 1687. 12.

* *Pauli* HERMANN *Hortus Lugdunobatavus* Leid. anno 1687. 8°.

** EJUSDEM *Paradisus Batavus* Amsterd. anno 1698. 4°.

EJUSDEM *Materia medica* Argent. anno 1710. 4°. recusa Argent 4°. 3. Vol. anno 1726. 1729. 1731.

EJUSDEM *Musæum Ceylanicum* Leid. anno 1717. 8°.

J. Baptistæ SCARELLA *Lettera apologetica intorno ad una pianta anonyma* Padova. anno 1687. 4°.

EJUSDEM *Ragguaglio intorno il fiore dell' Aloe* Padova anno 1710. 12.

Christophori KNAUT *Enumeratio plantarum circa Halam nascentium* Lipf. anno 1687. 8°.

Petri KYLLING *Viridarium Danicum* Hafniæ anno 1688. 4° Exemplar cum auctariis M. S. auctoris possideo.

Olai BORRICHII *de usu plantarum indigenarum* Hafn. anno 1688. 8°.

EJUSDEM *Descriptiones plantarum in Actis Hafniensibus.*

Samuel POLLICH *Mynshologia* Noriberg. anno 1688. 4°.

Christiani Francisci PAULINI *Nobilis Salvia* Augusti. Vindel. anno 1688. 8°.

EJUSDEM *de Nuce moschata* anno 1704. 8°.

S. W. Schola botanica, seu Catalogus plantarum, quas TOURNEFORTIUS *in horto Parisino demonstrat* Amstelod. anno 1689. 12.

Petri CAVALLINI *Pugillus meliteus* Rom. anno 1689. recusus in Centuria II. Epistolarum BRUKMANNI.

Georgii GRAV *Panacea vegetabilis calida seu Majorana* Jen. anno 1689. 12.

Lotharii ZUMBACH *Horti Lugdunobatavi flores* Leid. anno 1690. 8°.

Josephi LANZONI *Citrologia* Ferrar. anno 1690. 12.

Jacobi SINIBALDI *Apollo bifrons* Rom anno 1690. 4°.

Laurentii ROBERG *Vegetabilium cum mineralibus comparatio* Upsal. anno 1690. 4°.

EJUSDEM *de Picea* Upsal. anno 1714. 4°.

EJUSDEM *de succedaneis Acaciæ* &c. anno 1737. 4°.

EJUSDEM *de plantarum degeneratione* anno 1738.

Friderici SCHRADER *de nova methodo botanica* Helmstatt. anno 1690. 4°.

Augusti Quirini RIVINI *Introductio ad rem herbariam* Lipf. anno 1690. fol. & anno 1696. 12. anno 1720. 12.

** EJUSDEM *Ordo plantarum flore monopetalo irregulari* Lipf. anno 1690. fol. In ultimis tabulis aliquæ figuræ accesserunt.

Sic ** in ordine *plantarum, quæ sunt flore tetrapetalo irregulari* Lipf. anno 1691. fol.

EJUSDEM Ad J. RAJUM *Epistola* Lipf. anno 1694. 4°.

** Ordo *plantarum, quæ sunt flore pentapetalo irregulari* Lipf. anno 1699. fol.

EJUSDEM *Censura medicamentorum officinalium* Lipf. anno 1703. 4°.

** Icones *posthumæ plantarum flore hexapetalo irregulari* nuper ab ILL. LUDWIGIO editæ sunt.

J. Ignat. Worp. BEINTEMA von BEIMA *Lob des Tabaks* Lipf. anno 1691. 12.

Marci MAPPI *Catalogus plantarum horti Argentinensis* Argent. anno 1691. 12.

EJUSDEM *Catalogus plantarum Alsaticarum*, editore Clar. EHRMANNO Argentor. anno 1740. 4°.

EJUSD. *de Thea Dissert.* Argentor. ann. 1691. 4°.

EJUSDEM *de Coffea* ibid. anno 1693. 4°.

EJUSDEM *de Chocolata* ibid. anno 1695. 4°.

EJUSDEM *Rosa de Jericho* anno 1700. 4°.

Pauli Gottlieb MANITII *de ætatibus Zedoariæ* Dresd. anno 1691. 12.

Matthæi SEUTER *de Nuce vomica* Leid. anno 1691. 4°.

EMANUELIS *de la culture des fleurs* Burg. anno 1692. 12.

Theodor

Theodori SCHOON *waare ontleeding die planten* Haag. anno 1692. 8°.

Henrich HESSENS *Deutscher Gärtner* Lipſ. anno 1740. 4°. & prius anno 1692. 4°.

EJUSDEM *Neue Gartenluſt* Lipſ. anno 1714. 4°.

Georg MEISTER *Oſtindianiſcher Kunſt- und Luſtgärtner* Dreſd. anno 1692. 4°.

** HORTI INDICI MALABARICI Tomi XII. fol. Amſterd. ab an. 1686. ad 1703. Auctor præcipuus fuit *Matthæus* de S. JOSEPHO: corrector *Johannes* CASEARIUS; notas & Synonyma addiderunt *Johannes* COMMELYN, *Arnoldus* SYEN, Gulielmus ten RHYNE, *Theodorus* ab ALMELOVEEN. *Fridericus* RUYSCH, & alii.

Samuel DALE *Pharmacologia* Lond. anno 1693. 8°. Bremæ ann. 1713. 12. Leidæ anno 1739. 4°.

** *Caroli* PLUMIER *Deſcription des plantes de l'Amérique* Paris anno 1693. fol.

** EJUSDEM *Deſcription des Fougéres de l'Amérique* Paris. anno 1705. fol.

** EJUSDEM *Nova genera plantarum Americanarum* Paris. anno 1705. 4°.

** EJUSDEM *Plantarum Americanarum Faſciculi X.* editore J. BURMANNO Amſterd. anno 1755. fol. & ſeqq. annis.

* *Joſephi* vulgo PITTON de TOURNEFORT *Elémens de botanique, ou méthode de connoitre les plantes* Paris. anno 1694. 8°. tria volumina.

** EJUSDEM *Inſtitutiones rei herbariæ* Paris anno 1700. 4°. 3. Vol.

** EJUSDEM *Corollarium inſtitutionum rei herbariæ* Paris anno 1703. 4°.

Ad novam editionem *Inſtitutionum* Lugdunenſi anni 1719. 4°. Corollaria acceſſerunt, & aliqua auctaria *Antonii* de JUSSIEU.

** EJUSDEM *Voyage au Levant* Lion anno 1717. 8°. 3. Vol.

** EJUSDEM *Hiſtoire des plantes autour de Paris* Paris anno 1698. 12. & anno 1728. 12.

EJUSDEM *de optima methodo* Paris anno 1697. 8°.

EJUSDEM *Matiére médicale* Paris anno 1717. 8°.

*EJUSDEM *Deſcriptio Tamarindi in Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1699.

*EJUSDEM *Plantæ marinæ* anno 1700.

*EJUSDEM *Perſicaria folio Nicotianæ* anno 1703.

*EJUSDEM *Chamærhododendros orientalis* anno 1704.

EJUSDEM *Caryophyllus Sinenſis* anno 1705.

*EJUSDEM *Nova plantarum genera* ibid.

EJUSDEM *de Aloe* anno 1706.

Olai BROMEL *Chloris Gothica ſeu Catalogus plantarum circa Gothoburgum naſcentium* Gothenburg. anno 1693. 8°.

J. Mauritii HOFMAN *Catalogus plantarum horti Altdorfini* Altdorf. anno 1694. 4°.

EJUSDEM *Appendix horti Altdorfini* anno 1703. 4°.

Samuel LEDEL *Centaurium minus* Görliz. anno 1694. 4°.

Daniel NEBEL *de novis incrementis botanicis hujus ſeculi* Marburg. anno 1694. 4°.

EJUSDEM *de plantis verno tempore efflore-ſcentibus* Marburg. anno 1706. 4°.

EJUSDEM *de plantis æſtate efflorescentibus* ibid. anno 1707. 4°.

EJUSDEM *de plantis vergente æſtate efflorescentibus* Heidelberg. anno 1712. 4°.

EJUSDEM *de Rore marino* ibid. anno 1710. 4°.

Samuel MULLER *Vademecum botanicum* Francof. Lipſ. anno 1695. 8°.

Petri POMET *Hiſtoire generale des Drogues* Paris anno 1694. fol. & anno 1535. 4°.

Friderici HOFMAN *de infuſo Veronicæ* Hall. anno 1694 4°.

EJUSDEM *de Terebinthina* Hall. anno 1699. 4°.

EJUSDEM *Sacchari hiſtoria naturalis* anno 1701.

EJUSDEM *de Caryophyllis aromaticis* Hall. anno 1701. 4°.

EJUSDEM *Natura & præſtantia vini Rhenani* anno 1703.

EJUSDEM *de præſtantia Malorum citrinorum* anno 1715. 4°.

EJUSDEM *de vini Hungarici natura* anno 1721.

EJUSDEM *de Mannæ uſu in medicina* anno 1725. 4°.

EJUSDEM *de cortice Caſcarillæ* anno 1738. 4°.

EJUSDEM *Opuſcula medica* anno 1739. 4°.

EJUSDEM *Opuſcula chymica* &c.

Michaelis Bernhardi VALENTINI *de China China* Gieſſ. anno 1695. 4°.

EJUSDEM *de Hypecacoanha* anno 1698. 4°.

EJUSDEM *Polychreſta exotica* Francf. anno 1700. 4°.

EJUSDEM *Muſæum muſæorum* Francf. T. I. anno 1704. T. II. & III. anno 1714. cum commercio epiſtolico *Herberti* de JAGER, *Andreæ* CLEYER, *Wilhelmi* ten RHYNE & *Everhardi* RUMPFII. Recuſum eſt primum volumen cum titulo *Hiſtoriæ ſimplicium reformatæ* Francf. anno 1716. fol. & *aurifodinæ medicæ* Gieſſ. anno 1723. fol.

EJUSDEM *Viridarium, reformatum* Francf. anno 1719. fol.

EJUSDEM *de Macis* Gieſſ. anno 1719. 4°.

J. Adriani SLEVOGT *de Nuce Methel Avicennæ* Jena anno 1695. 4°.

EJUSDEM *de balſamo vero* ibid. anno 1705. 4°.

EJUSDEM *de Pyrethro* anno 1700. 4°.

EJUSDEM *de Acmella Ceylanica* ann. 1703. 4°.

EJUSDEM *de Urtica* anno 1707. 4°.

EJUSDEM *de Lino carthartico* anno 1713. ?

EJUSDEM *de Ruta* anno 1715. 4°.

EJUSDEM *de Opobalſamo* anno 1717. 4°.

EJUSDEM *de Momordica* anno 1719.

EJUSDEM *de Bandura Ceylanenſium* anno 1719. 4°.

EJUSDEM *de Gentiana* anno 1720. 4°.

EJUSDEM *de Aſtrantia* anno 1721. 4°.

Berardi ALBINI *de Tabaco* Francf. viadr. anno 1695. 4°.

Jacobi PETIVER *Musæum* cepit anno 1695. prodire. Ejus Centuriæ *decem* prodierunt ad annum usque 1703.

Deinde *Gazophylacium naturæ & artis* Dec. X. Lond. anno 1702. 8°.

EJUSDEM *Peruvian plants* anno 1702. fol.

EJUSDEM *English herbal.* anno 1713 fol.

EJUSDEM *Plantæ Italicæ* anno 1715. fol.

EJUSDEM *Pterigraphia Americana* anno 1715. fol.

EJUSDEM *Aquatica Amboinensia* anno 1713. fol.

EJUSDEM *Graminum, Muscorum, Fungorum concordia* anno 1716. fol.

EJUSDEM *Plantarum Ægypti icones* anno 1717.

Petri HOTTON *de fatis rei herbariæ* Leid. anno 1695. 4°.

Rudolphi EYSSON *de arboribus glandiferis* Groning. anno 1695. 12.

* *Leonhardi* PLUKNET *Almagestum botanicum* Lond. anno 1696. 4°.

* EJUSDEM *Mantissa* Lond. anno 1700. 4°.

EJUSDEM *Amaltheum* Lond. anno 1705. fol.

* *Theodori* ZWINGER *Neu- vollkommnes Kräuterbuch* Basil. anno 1696. 4°. anno 1745. fol.

EJUSDEM *Fasciculus Dissertationum* anno 1710. 8°.

EJUSDEM *Cymbalaria* ibid. anno 1716. 4°.

EJUSDEM *Fasciculus plantarum nasturcinarum* anno 1716. 4°.

Caspar COMMELYN *Flora Malabarica* Amsterd. anno 1696. 8°.

* EJUSDEM *Præludia* Amsterd. ann. 1715. 4°.

* EJUSDEM *Icones plantarum præsertim ex Indiis collectarum* ibid. eodem anno.

EJUSDEM *Horti Amstelodamensis plantæ usuales* Amsterd. anno 1724. 8°.

Georg. Guilielmi LEIBNIZ *de antidysenterico novo* Hannover. anno 1696. 8°.

Francisci CUPANI *Hortus catholicus Principis Catholici* Neapoli anno 1696. 4°.

& *Supplementum* I. ibid. II. Panorm. anno 1697.

Hans SLOANE *Catalogus plantarum, quæ in Insula Jamaïca sponte proveniunt, cum aliis, quæ in Madera, Barbados, Newis & Insula S. Christophori nascuntur* Londin. anno 1696. 8°.

* EJUSDEM *Journy to Jamaica* fol. 2. Vol. Lond. anno 1707. 1725.

Johannis de la QUINTINIE *Instruction pour les Jardins fruitiers & potagers* Amsterd. anno 1697. 4°. Sed prodierat Paris. anno 1690. & 1695. 4°.

René DAHURON *Nouveau traité de la taille des arbres fruitiers* Liége anno 1699. 8°.

& *Neu vollständiges Gartenbuch* Weimar. anno 1743. 8°. prius Paris. anno 1696. 12.

Joh. Andreæ STISSER *Botanica curiosa* Helmstatt. anno 1697. 8°.

EJUSDEM *Horti Helmstadiensis Catalogus* Helmstatt. anno 1699. 8°.

William DAMPIER *Travels* Lond. anno 1697. 8°. Sed mea editio est Lond. 1729. 4.

Christian Ludovici WELSCH *Basis botanica* Lipſ. anno 1697. 12.

Virgilii FALUGII *Prosopopoeja botanica, seu nomenclator botanicus ad methodum* RIVINI Florent. anno 1697. 12.

EJUSDEM *Prosopopoeja botanica, methodo Tournefortiana disposita* Florent. anno 1707. 12.

Nicolai LEMERY *Dictionaire universel des drogues simples* Roterd. anno 1727. 4°. & prius Paris anno 1698. 4°.

HUNAULD *Dissertation physique sur les proprietés de la Sauge* Paris anno 1695. 12.

Guidonis Crescentii FAGON *an ex Tabaci frequente usu vita brevior?* Paris. anno 1699. mea editio est ann. 1711. fol.

Ab anno 1699. ad annum 1764. continua serie prodierunt *Histoire & Memoires de l'Academie Royale des Sciences* 4°. In hac vasta collectione plurima & utilia continentur. Citabo aliqua.

DODART *de situ perpendiculari arborum* ann. 1699. 1700. 12.

EJUSDEM *de fecunditate plantarum* anno 1700. 1701.

EJUSDEM *de circulatione Succi* anno 1709.

BOULDUC *Analysis Hypecacoanhæ.*

EJUSDEM *Analyses Colocynthidis, Jalapæ, Hellebori nigri, Gummi guttæ* anno 1701.

EJUSDEM *Analysis Veratri & Scamonii* anno 1702.

EJUSDEM *Analysis Gratiolæ* anno 1705.

EJUSDEM *de Aloe* anno 1708.

MARCHAND *de Scrophularia aquatica* anno 1701.

EJUSDEM *de viribus Valerianæ ad epilepsiam* anno 1706.

EJUSDEM *Rosa monstrosa* anno 1707.

EJUSDEM *de plantarum partibus monstrosis* anno 1709.

EJUSDEM *de Catechu* anno 1709.

EJUSDEM *de Rheo* anno 1710.

EJUSDEM *de Mechoacanna* anno 1711.

EJUSDEM *Descriptio Lichenagarici* anno 1711.

EJUSDEM *de fructu Papaveris* anno 1712.

EJUSDEM *Marchantia* anno 1713.

EJUSDEM *de Agarico* anno 1714.

EJUSDEM *de floribus Persicæ* ibid.

EJUSDEM *de Chacrilla* ibid.

EJUSDEM *Descriptio Indici* anno 1718.

EJUSDEM *de Elatine* anno 1719.

EJUSDEM *Novæ species Mercurialis* anno 1719.

EJUSDEM *Ricinokarpi genus* anno 1723.

EJUSDEM *Mucilago in polline coriario efflorescens* anno 1727.

EJUSDEM *Bicucullata* anno 1733.

HOMBERGII *de analysibus plantarum* anno 1701.

EJUSDEM *de Melle aurantiorum* anno 1708.

EJUSDEM *de plantis hybridibus* anno 1711. 1712.

Aug. LIPPI *Fungus melitensis* anno 1705.

RENEAULME *de succo nutritio plantarum* anno 1707.

EJUSDEM *de vegetatione* anno 1711.

Ejusdem *Spongia fluviatilis ramosa* anno 1714.

Ejusdem *de methodo botanica* ann. 1718.

Ant. F. de Reaumur *de Algis marinis* anno 1711.

Ejusd. *de floribus & granis Fuci* anno 1712.

Ejusdem *de Cortice Peruviano* anno 1713.

Ejusdem *Boletus ramosus* anno 1713.

Ejusdem *Nostoc* anno 1722.

Ejusdem *de Corallio* anno 1727.

Ejusdem *de Lichenibus muraris* anno 1729.

De la Hire *Stamina Ficuum* anno 1712.

Antonii de Jussieu *Genus Corispermi* anno 1712.

Ejusdem *Descriptio Coffeæ* anno 1714.

Ejusdem *duo Galliæ* anno 1714.

Ejusdem *Cerei* anno 1715.

Ejusdem *Kali aloniense* anno 1717.

Ejusdem *Catechu* anno 1720.

Ejusdem *Vanilla* anno 1722.

Ejusdem *de Chrysanthemo Segetum* anno 1724.

Ejusdem *de genere Fungorum* anno 1728.

Ejusdem *de Simaruba* anno 1729.

Nissole *Ricinoides*, *& Alypum* anno 1712.

Ejusdem *Arachidnoides* anno 1723.

Ejusdem *Phaseolus peregrinus & Luffa* anno 1732.

Isnard *Evonymoides* anno 1716.

Ejusdem *duo Lamia* anno 1717.

Ejusdem *duæ Cynoglossoidis species* anno 1718.

Ejusdem *Calcitrapoides & Amberboi* anno 1719.

Ejusdem *Euphorbium* anno 1720.

Ejusdem *Monospermalthea* anno 1721.

Ejusdem *Erucæ species* anno 1724.

Cl. Trant *Cardiospermum* anno 1724.

De Mairan *de mimosa* anno 1729.

Ben. Stæhelin *de anulis elasticis Filicis corniculatæ: & de vi elastica Equiseti* anno 1730.

Sarazin *de Acere Saccharifero* anno 1730.

Garcin *Mangostan* anno 1730.

De la Condamine *Descriptio Cinchonæ* anno 1738.

Bernhardi de Jussieu *Historia Pilulariæ* anno 1739.

Ejusdem *Historia Lemnæ* anno 1740.

Ejusdem *Historia Plantaginis palustris monanthæ* anno 1742.

Ejusdem *de Coralliorum ortu ex polypis* anno 1742.

Ludovici Lemery *Analysis Nasturtii aquatici* anno 1702.

Ejusdem *de analysibus plantarum* &c. anno 1702.

Ejusdem *Analysis Grossulariæ* anno 1703.

Ejusdem *Analysis Camphoræ* anno 1705.

Ejusdem *Analysis Mannæ* anno 1708.

Ejusdem *Analysis Laccæ* anno 1710.

Ejusdem *Analysis Coralliorum* anno 1711.

John Ovington *Essay upon the nature and qualities of Tea* London. anno 1699. 12.

Caroli Leigh *Natural history of Lancashire, Cheshire and Derbyshire* Lond. anno 1700. fol.

J. Georg Volcamer *Flora Noribergensis* Noriberg. anno 1700. 4°.

* Ejusdem *Hesperides Noricæ* fol. 2. Vol. Noriberg. anno 1713. 1714. fol.

Ejusdem *de Acmella Eph. Nat. Cur. Dec.* III. ann. VII. VIII.

John. Wallace *Description of the Orkneys* Lond. anno 1700 8°.

J. Philip. Breyne *de Acmella & Ginseng* Leid. anno 1700. 4°.

Ejusdem *de Fungis officinalibus* Leid. anno 1702. 4°. recus. Gedan. anno 1739. 4°.

* Ejusdem *de Ribe Arabum Eph. Nat. Cur. Cent. VII. VIII.*

Ejusdem *de Alcyonio* Gedan. anno 1717. 4°.

Ejusdem *Historia Cocci radicum* Gedan. anno 1731. 4°.

Joh. Franci *Veronica theizans* Coburg. anno 1700. 12.

Ejusdem *Herba Alleluja* Ulm. anno 1709.

Ejusdem *de Euphrasia* Francf. an. 1717. 8°.

Ejusdem *Erhöhetes Flachsseidenkraut* Ulm. anno 1718. 8°.

Ejusdem *de Urtica urente* Dilling anno 1723. 8°.

Theodor. a Zelst *de Tartaro* Leid. anno 1700. 4°.

Georg Dexbach *de Cassia cinnamomea & Malabathro* Giess. anno 1700. 4°.

J. Christ. Schroer *Beschreibung des Eschbaumes* Francof. ad viadr. anno 1700. 8°.

Melchioris Friccii *de virtute venenorum medica* Ulm anno 1701. 8°.

Petri Colet *Catalogue des plantes, qui croissent autour de Dijon* Dijon anno 1701. 12.

Deliciæ & arcana florum Amsterdam anno 1701. 8°.

Christ. Frider. Richter *von der Cochenille* Lips. anno 1703. 8°. & latine Lips. anno 1701. 4°.

Louis Lemery *Traité des alimens* Paris anno 1702. 8°. anno 1755. 8°.

* *J. Henrici* Burkhard *de charactere plantarum natural* Helmstatt. anno 1752. 4°. & prius anno 1702. 4°.

Olai Celsii *de malo hierichuntino* Upsal anno 1702. 12.

Ejusdem *Hierobotanicon* Upsal anno 1747. 1748. 8°. 2. Vol.

Ejusdem *Flora Upsaliensis in Act. Lit. Suec.* anno 1732.

Ægidii de Koker *Catalogus plantarum horti Haarlemensis* Haarlem anno 1702. 12.

J. Ulrich Hegner *Analysis fructuum amygdalarum* Basil. anno 1703. 4°.

J. Jac. Manget *Bibliotheca medico pharmaceutica* Genev. anno 1704. fol.

Jacob Gottschalk *Verzeichnüs des Gartens zu Leiden* Ploen. anno 1704. 12.

Le Jardinier solitaire Paris anno 1704. 12.

Louis Liger *Jardinier fleuriste & historiographe* Paris. anno 1704. 12°. 1708. 8°.

J. Sigismund Henninger *de Aniso* Argent. anno 1704. 4°.

Ejusd *de Viola martia purpurea* an. 1718. 4°.

Ejusdem *de Millefolio* ibidem anno 1718. 4°.

* *Sibyllæ* MERIAN *Metamorphoses insectorum Surinamensium* Amsterd. anno 1726. fol. & olim anno 1705. fol.

EJUSDEM *Insectorum Europæorum metamorphoses* Amsterd. anno 1731. fol.

J. Gottfried GRUHLMANN *de remedio contra caliginem oculorum* (*Herniaria*) Jen. anno 1706. 4°.

Rud. Christ. WAGNER *de gyris convolvulorum* Helmstatt. anno 1705. 4°.

Petri de VALLEMONT *Curiosités de la nature & de l'art sur la vegétation* Paris. anno 1734. 12. & prius anno 1705. 12.

J. Michaelis LANGII *de herba borith* Altdorf. anno 1705. 4°.

J. Frider. MENTZ *de plantis ad rem magicam pertinentibus* Lipf. anno 1705. 4°.

J. SIRICII *Beschreibung dreyer blühender Americanischen Aloen* Schleswig anno 1705. 4°.

Wilhelm Ulrich WALDSCHMIDT *Beschreibung der Aloen insgemein, und insbesondere der Americanischen* Kiel anno 1705. 4°.

EJUSDEM *de sexu ejusdem plantæ gemino* Kiel anno 1705. 4°.

EJUSD. *Excursiones botanicæ* ibid. an. 1712. 4°.

Jacobi VANIER *Prædium rusticum* Paris. anno 1746. 12. & primum Tolosæ anno 1706. 12.

J. Jacob BAIER *de Visco* Altdorf ann. 1706. 4°.

EJUSDEM *Problemata medica* (*de viribus Theæ*) ibid. anno 1704. 4°.

EJUSDEM *de Iride* anno 1710. 4°.

EJUSDEM *de sanguine draconis* ibid. anno 1712. 4°.

EJUSDEM *de Millefolio* anno 1714. 4°.

EJUSDEM *de Asparago* anno 1715. 4°.

EJUSDEM *de Scilla* anno 1715. 4°.

EJUSDEM *de Lupulo* anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de Lilio convallium* anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de Artemisia* anno 1720. 4°.

EJUSDEM *Historia medica horti Altdorfini* ibid. anno 1726. 4°.

EJUSDEM *de hortis celebribus Germaniæ* ibid. anno 1726. 4°.

Alexandri Christ GAKENHOLZ *de vegetabilium indole exploranda* Helmstatt. anno 1706. 4°.

EJUSDEM *de emendanda* & *rite instituenda medicina* (*cum methodo plantarum a radicibus desumta*).

In GALERIA di MINERVA *varia botanica* exstant. *Catalogus plantarum circa Liburnum.*

Hyacinthi CESTONI *de Sarsaparilla*, &c.

J. Melchior VERDRIES *de succi nutritii in plantis circuitu* Giess. anno 1707. 4°.

EJUSDEM *Pulvisculi staminum* in *Act. Erudit.* anni 1724.

J. Christiani LEHMAN *de balsamo peruviano nigro* Lipf. anno 1727. 4°.

EJUSDEM *Blumengarten im Winter.* Lipf. anno 1719. 4°. & anno 1750. 4°.

* *J. Jac.* SCHEUCHZER *Itinera alpina tria* Londin. anno 1708. 4°.

** EJUSDEM *Itinera alpina IX.* Leid. anno 1723. 4°. 2. Vol.

EJUSDEM *Herbarium diluvianum* Tigur. anno 1709. fol. Leid. anno 1725. fol.

* *Joh.* SCHEUCHZER *Prodromus agrostographiæ* Tigur. anno 1708. fol.

*EJUSDEM *Methodus Graminum & adfinium* Tigur. anno 1719. 8°.

** EJUSDEM *Agrostographia* ibidem anno 1719. 4°.

Joh. Poli LECAAN *Advice to the gentlemen in the army of her majesty* Lond. anno 1708. 8°.

Christophori HELWICH *de Cicuta*, &c. Gryphiswald. anno 1708.

EJUSD. *de ligno Brasiliensi* ibid. ann. 1709. 4°.

EJUSDEM *de Chærophyllo* ibid. ann. 1711. 4°.

EJUSDEM *de Quinquina Europæorum* anno 1712. 4°.

Natalis CHOMEL *Dictionaire œconomique* Amsterdam anno 1732. fol. & prius Lion anno 1709. fol.

Thom. ROBINSON *Essay toward a natural history of Cumberland and Westmorland* Lond. anno 1709. 8°.

Christoph. Ludwig GOELLER *de Cinnamomo* Utrecht anno 1709 4°.

La théorie & la pratique du Jardinage la Haye anno 1739. 4°. & prius Paris anno 1709 4°.

William SALMON *English herbal* Lond. anno 1710. fol.

Jacobi CONSTANT *Essay de la Pharmacie des Suisses* Lausann. anno 1709. 8°.

Hermanni BOERHAAVE *Index plantarum horti Lugduno batavi* Leid. ann. 1710. 8°.

* EJUSDEM *Index alter plantarum horti Lugduno batavi* Leid. anno 1720.

EJUSDEM *Historia plantarum* (*spuria*) Rom. anno 1727. 8o.

**François* PETIT *Létre d'un medecin des Armées du Roi à ses amis* Namur ann. 1710. 4o.

David SCHWERIN *Nahmenregister der ausländischen Bäume, Pflanzen &c. in seinem Garten vor Hamburg.* Hamburg anno 1710. 8o.

Hoc anno 1710. cepit prodire *il Giornale de' letterati d'Italia*, in quo varia botanica, ut FANTASTI *de Colocasia* T. 17. *Ubertini* LANDI *de Fungis* Supplem. 3. &c.

Sic etiam *Miscellaneorum Berolinensium* Tomi VII. ab anno 1710. edi ceperunt.

Joh. Augusti de HUGO *de variis plantarum methodis* Leid. anno 1711. 4o.

Antonii VALISNERI etsi non is princeps Cl. Viri labor fuit, varia botanici sunt argumenti, in operibus omnibus recusa.

EJUSDEM *Flores Lenticulæ aquaticæ* in *Cent. I. II. Eph. Nat. Cur.*

J. Henrici HEUCHER *Index plantarum horti medici Wittebergensis* Witteberg anno 1711. 4o.

EJUSDEM *Novi proventus horti* anno 1711. 4o. & alii *novi proventus* anno 1713. 4o.

EJUSDEM *de historia plantarum fabulari* ibid. ann. 1713. 4°.

EJUSDEM *Opera omnia* Lipf. anno 1744. 1745. 4o. 2. Vol.

Ludovici Ferdinandi MARSIGLI *Osservazioni intorno al mare, ed alle grane di Kermes* Venet. anno 1711. 4o. Sed posterior Diss. cum GARIDELLI opere exstat recusa.

EJUSDEM *de generatione Fungorum* Rom. anno 1714. fol.

*EJUSDEM *Histoire physique de la mer* Amsterd. anno 1729.

EJUS-

EJUSDEM *Danubius Pannonico Moesicus* fol. Haag. anno 1720. fol 2. Vol.

J. Rudolf SILTEMAN *de cortice Winterano* Erfort anno 1711. 4°.

Lucæ WOLLEB *de methodo herbas lustrandi, cum corollariis anatomicis* Basil. anno 1711. 4°.

** *Engelberti* KÆMPFER *Amœnitates exoticæ* Lemgov. anno 1712. 4°.

Georgii Andreæ HELWING *Flora Prussica quasi modo genita* Gedan. anno 1712. 4°.

*EJUSDEM *Floræ Campana seu Pulsatilla* Lipf. anno 1719. 4°.

EJUSDEM *Supplementum floræ Prussicæ* Gedan. anno 1726. 4°.

J. Baptistæ CHOMEL *Histoire des plantes usuelles* Paris anno 1712. 12. & an 1736. 12. 3. Vol.

Francisci Eulalii SAVASTANI *Botanicorum seu institutionum rei herbariæ* L. IV. Venet. anno 1749. & prius Neapoli anno 1712.

Angrand de RIVIE'RE *Observations sur l'agriculture & sur le Jardinage* Paris anno 1712. 12. 2. Vol.

J. Christoph. WEISS *de Malo punico* Altdorf. anno 1712. 4°.

J. Philippi EYSEL multæ sunt *Disputationes botanicæ.*

EJUSDEM *de Agallocho* anno 1712.

EJUSDEM *Bellidographia* Erfurt. anno 1714. 4°.

EJUSD. *de fuga dæmonum* ibidem an. 1714. 4°.

EJUSDEM *de bono Henrico* ibid. ann. 1714 4°.

EJUSDEM *de Tussilagine* anno 1714

EJUSDEM *de Filio ante patrem* ibid. anno 1714. 4°.

EJUSDEM *de Rore solis* anno 1715. 4°.

EJUSDEM *de Aquilegia* anno 1716. 4°.

EJUSDEM *de Betonica* anno 1716 4o.

EJUSDEM *de Trifolio fibrino* anno 1716. 4°.

EJUSDEM *de Veronica* anno 1717. 4°.

EJUSDEM *de Agallocho* anno 1717. 4°.

J. Caroli v. CARLOWIZ *Anweisung zur wilden Baumzucht* Lipf. anno 1732. fol. & prius anno 1713. fol.

EJUSDEM *Geschichte der Bäume und Stauden in Deutschland.* Una editum.

Antonii TITÆ *Catalogus plantarum horti Mausouni* Patav. anno 1713. 8°.

Michael. Friderich. LOCHNER *Papaver ex omni antiquitate erutum* Noriberg anno 1713. 4°.

EJUSDEM *Mungos animalculum & radix* ibid. anno 1715. 4°.

EJUSDEM *de Ananas* anno 1716. 4°.

EJUSDEM *Nerium* anno 1716. 4°.

EJUSDEM *Rariora Musæi Besleriani* anno 1716. fol.

EJUSDEM *Belilli Indicum* anno 1717. 4°.

EJUSD. *Nova Theæ succedanea* an. 1717. 4°.

EJUSDEM *de acri Viola* ibid.

IDEM *de herba Paragai* scripsit in Centur. V. VI. & *de Orobanche* Cent. VII. VIII.

EJUSDEM *Heptas Disputationum ad historiam naturalem pertinentium.*

EJUSDEM *de Pareira brava* anno 1719. 4°. & in *Eph. Nat. Cur. Cent. I. II.*

A. Maria LANCISIUS *de Fungis, & de plantis in villæ Plinianæ ruderibus repertis* Rom. anno 1714. fol.

* *J. Hieronymi* ZANICHELLI *de Myriophyllo pelagico* Venet. ann. 17 4. 8°.

EJUSDEM *Dell Ipocastano* Venet. anno 1733. 4°.

EJUSDEM *Piante delli Lidi Veneti* Venet. anno 1735. fol.

EJUSDEM *Opera botanica posthuma* Venet. anno 1730. 4°.

EJUSDEM *de Rusco* Venet. anno 1727. 8°.

Bartholomæi ZORN *Botanologia medica* Berol. ann. 1714. 4°.

**Louis* FEUILLE'E *Journal d'un voyage de Paris* anno 1714. 4°. Quæ ad rem naturalem faciunt, excerpta habentur Germanice Noriberg. anno & 1757. 4°.

& * *Suite du Journal* ibid. anno 1725. 4°.

John. LAURENCE *Gardening* prodiit Lond. anno 1714. 8°.

& *Fruit gardeners Kalender.* ibid. anno 1718. 8°.

EJUSDEM *New system of agriculture* Lond. anno 1726. 4°.

* *Pierre* GARIDEL *Histoire des plantes, qui naissent autour d'Aix* Aix anno 1715. fol.

J. Franc. Nicol. FABER *de Thea Helvetica* Basil. ann. 1715. 4°.

Bernhardini ZENDRINI *Della China China* Venet. anno 1715. 8°.

Christian Bernhard VALENTINI TOURNEFORTIUS *contractus* Francof. ann. 1715. fol.

J Frid. GRONOVII *de Camphora* Leid. anno 1715. 4°.

EJUSDEM *Flora orientalis* Leid. ann. 1755. 8°.

EJUSDEM *Flora Virginica* Leid. anno 1743. 8°. & 1762. 4°.

J. Adolph WEDEL *de Viola* Jena. anno 1716.

EJUSDEM *de Calamo aromatico* Jen. anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de Vincetoxico* ibid. anno 1719.

EJUSDEM *de Helenio* ibid. anno 1719. 4°.

EJUSDEM *de Rore marino* ibidem anno 1725. 4°.

Georgii Andreæ AGRICOLÆ *Versuch der Universal Vermehrung* 2. Tom. Ratisbon. anno 1716. fol. anno 1717. fol.

MARTIN *Description of the Western islands* Lond. anno 1716. 8°.

Christian KNAUT *Methodus plantarum genuina* Hall. anno 1716. 8°.

J. Mich. SCHWIMMER *Physicalische Ergözlichkeiten* Francf. & Lipf. anno 1716. 8°.

De la ROQUE *Voyage de l'Arabie heureuse, & mémoire sur le Caffé* Paris. anno 1716. 8°.

Christian Henrich ERNDL. *Flora Japonica* Dresden. anno 1719. 4°.

EJUSDEM *Viridarium Warsoviense* Dresden anno 1730. 4°.

EJUSDEM *Catalogus plantarum circa thermas Carolinas nascentium Eph. Nat. Cur.* Vol. III.

Daniel Wilhelm TRILLER *de Moly Homerico* Lipf. anno 1716. 4°.

EJUSDEM *Dispensatorium pharmaceuticum universale* Francof. anno 1764. fol.

EJUSDEM *de morte subita ex nimio Violarum odore* Witteberg. anno 1762. 4°.

EJUSDEM *de planta venenata* M. ANTONII *copiis exiliali* anno 1765.

EJUSDEM *Opuscula medica* Lipf. anno 1765. 1766. 4°. Hic primus Clarorum Virorum superest, quorum opera recensemus.

Georg H. SIEGESBEK *de Rorella* Jen. anno 1716. 4°.

EJUSDEM *Primitiæ Floræ Petropolitanæ* Riga anno 1736. 4°.

EJUSDEM *Idea botanosophiæ verioris* Petropol. anno 1737. 4°.

EJUSDEM *de tetragono Hippocratis* ibid. eodem anno.

EJUSDEM *Vaniloquentiæ Gleditschianæ specimen* ibid. anno 1741. 4°.

Alexandri CAMERARII *de botanica* Tubing. anno 1717. 4°.

J. KANOLD *Samlungen von Naturgeschichten* Breslau ab anno 1717. ad 1727.

Bernardi JOHRENII *Vademecum botanicum* Francf. ad Oder anno 1717. 8°.

Abrahami REHFELD *Hodegus botanicus menstruus* Hall. 1717. 8°.

* *Caroli Nicolai* LANGE *Beschreibung des schädlichen Genusses der Kornzapfen* Lucern anno 1717. 8°.

**Julii* PONTEDERÆ *Compendium tabularum botanicarum* Patav. anno 1718. 4°.

* EJUSDEM *Anthologia* anno 1720. 4°.

* EJUSDEM *Dissertationes botanicæ XI.* ibid. anno 1721. 4°.

* *EJUSDEM *Antiquitates Græcæ & Latinæ* Patav. anno 1740. 4°.

Ludovici a RIPA *Historiæ universalis plantarum propositum* Patav. anno 1718. 4°.

* *Sebastiani* VAILLANT *Sermo de structura florum* Leid. anno 1718. Lat. Gall.

* EJUSDEM *duo plantarum novarum genera* ibid.

** EJUSDEM *Botanicon Parisiense* Leid. anno 1723. 8°. & Amsterd. ann. 1727. fol.

In Commentariis Academiæ Parisinæ, IDEM edidit

De Araliastro Ginseng. anno 1718.

**Classin plantarum cinarocephalarum* ibid.

***Quatuordecim genera plantarum aquaticarum* anno 1719.

**Classin plantarum disciflorarum* ibid.

**Classin plantarum radiatarum* anno 1720.

**Classin plantarum planipetalarum* anno 1721.

**Classin plantarum dipsacearum* anno 1722.

* *Henrici Bernhardi* RUPP *Flora Jenensis* Jenæ anno 1718. 8°. 1726. 8°. & 1744. 8°. me edente.

R. BRADLEY *The Gentleman and gardeners Kalendar* Paris anno 1750. 8°. Gallice.

EJUSDEM *The virtues of Coffea* an. 1721. 8°.

EJUSDEM *Philosophical account of the Works of nature* Lond. anno 1721. 4°.

* EJUSDEM *History of succulent plants* Lond. ab anno 1717. ad 1727. 1728. 4°.

EJUSDEM *of ancient husbandry and gardening* anno 1725. 8°.

EJUSDEM *Practical discourse on the elements* anno 1727. 8°. 1750. 8°.

EJUSDEM *Compleat body of husbandry* anno 1727. 8°.

EJUSDEM *General discourse on husbandry and gardening* anno 1726. 8°.

EJUSDEM *The country ladies director* anno 1732. 8°.

EJUSDEM *New improvements of gardening* anno 1724. 8°.

EJUSDEM *Country farmers monthly director* anno 1736. 8°.

EJUSDEM *The country gentlemans director* anno 1736. 4°

J. Caroli SPIES *Rorismarini coronarii historia medica* Helmstatt. anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de Avellana Mexicana* anno 1721. 4°.

EJUSDEM *de Vaniglis* ann. 1721. 4°.

EJUSDEM *de radicibus antinephriticis* anno 1722. 4°.

EJUSDEM *de fruticibus & arboribus antinephriticis* anno 1722. 4°.

EJUSDEM *de herbis & floribus antinephriticis* anno 1722. 4°.

EJUSDEM *de Valeriana* anno 1724. 4°.

* *Patrik* BLAIR *Miscellaneous observations in physik anat surgery and botanics.*

* EJUSDEM *Botanical essays* Lond. anno 1720. 8°.

EJUSDEM *Pharmacobotanologia* Lond. anno 1723. 4°.

Antonii de JUSSIEU *Discours sur les progrès de la botanique* Paris. anno 1718. 4°.

Cornelii de BRUYN *Voyage de Moscovie, de Perse & des Indes orientales* Amsterdam. anno 1718. fol.

Christian Henrich HOLSTEIN *de Rhabarbaro* Leid. anno 1718. 4°.

J. F. BOKELMANN *de Trifolio paludoso seu fibrino* Leid. anno 1718. 4°.

J. HADLEY *de Balsamo Peruviano* Leid. anno 1718. 4°.

Wilhelm Emanuel FORSTER *de Aristolochia* Altdorf. anno 1718. 4°.

J. Andreæ FISCHER *de Dirdar Avicennæ seu Ulmo arbore* Erfort anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de papavere* ibid. anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de Ricino Americano* Erfort anno 1719. 4°.

EJUSDEM *de Coffeæ usu & abusu* ibid. anno 1735.

Michaelis ALBERTI *de Rore marino* Hall. anno 1718. 4°.

EJUSDEM *de vero Arnicæ usu* ibidem anno 1719. 4°.

EJUSDEM *de Squilla* ibid. anno 1722. 4°.

EJUSDEM *de Valerianis officinalibus* ibid. ann. 1724. 4°.

EJUSDEM *de Belladonna specifico in cancro* ibid. anno 1739. 4°.

* *Josephi* MONTI *Catalogi stirpium agri Bononiensis prodromus* Bonon. anno 1729. 4°.

EJUSDEM *Varii plantarum indices* Bonon. anno 1721. 4°.

EJUS-

EJUSDEM *Indices botanici & materiæ medicæ* ibid. anno 1753. 4°.

Joh. Jacobi DILLENII summi botanici, ** *Catalogus plantarum circa Giessam nascentium* Francf. anno 1719. 8°.

& *Appendix* ibid.

& *Supplementum* ibid.

** EJUSDEM *Hortus Elthamensis* Londin. anno 1732. fol.

** EJUSDEM *Historia Muscorum* Oxon. anno 1741. 4o.

* EJUSDEM observationes *de propagatione plantarum Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI.*

J. Henrici COHAUSEN *Theetafel* anno 1728. 8°. & prius Belgice Amsterd. anno 1719. 8°.

Christoph Henrici PETSCHE *de Millefolio* Hall. anno 1719. 4o.

M. LIEBENTANZ *de Rachelis deliciis Dudaim* Witteberg. anno 1719. 4°.

J. de BUCHWALD *Specimen medico practicum botanicum* Hafniæ anno 1720. 4o. & 1721. 8o.

Histoire naturelle du Cacao & du Sucre Amsterd. anno 1720. 8o. Parisiis, ni fallor, ann. 1719. 8o.

J. Friderici du PRE' *de Arundine Saccharifera* Erfort. anno 1719. 4o.

Bernardi Siegfried ALBINI *Oratio de anatome comparata* Leid. anno 1719. 4o.

Conrad. Michael VALENTINI *de Macis* Gieff. ann. 1719. 4o.

Johan. LINDER *Swenska Färgakonst* Stokholm. anno 1720. 8o.

EJUSDEM *Flora Wiksbergensis* Stokholm. anno 1728. 8o.

EJUSDEM *de venenis* Lipf. ann. 1739. 8o.

J. Jacob KLEINKNECHT *de Scordio* Ulm. anno 1720. 8o.

Francisci Ernesti BRUKMAN *Tubera terræ* anno 1720. 4o.

EJUSDEM *de lapide violaceo* Wolfenbüttel anno 1725. 4o.

EJUSDEM *de frutice Cosʒodrewino* Brunsvic. ann. 1727. 4o.

EJUSDEM *de arbore limbowe drewo* ibid. anno 1727. 4o.

EJUSDEM *Sendschreiben an Hrn.* KNIPHOF Erfort. anno 1733. 4o.

EJUSDEM *Ocymastrum* anno 1733. fol.

EJUSDEM *Centuria epistolarum I.* Brunsvic. anno 1741. 4o. *II. & III.*

Georgii KRUMP *de Arundine Saccharifera* Leid. anno 1720. 4°.

David KELLNER *Beschreibung des Millefolii* Northausen anno 1720. 4o.

Abraham VATER *de Balsamo de Meccha* Witteberg. anno 1720. 4o.

EJUSD. *de Coralliorum natura* an. 1720. 4o.

EJUSDEM *Catalogus horti Wittebergensis* ibid. anno 1722. 4o. & 1738. 8o.

EJUSDEM *Ipecacoanhæ vis febrifuga & antidysenterica* anno 1732.

EJUSDEM *de Laurocerasi indole venenata* anno 1731. 4o.

Julii Bernhardi de ROHR *Einleitung zu der allgemeinen Land- und Feldwirthschaft der Teutschen* Lipf. anno 1720. 8o.

EJUSDEM *Geschichte der Bäume in Deutschland* Lipf. anno 1732. fol. cum opere CARLOWITZII.

EJUSDEM *vom Nuzen und Benennung der Gewächse* Lipf. anno 1736. 8.

EJUSDEM *Phytotheologia* Lipf. ann. 1745. 8o.

EJUSDEM *Viti cultura Germaniæ* Lipf. anno 1750. 8o.

J. Friderich HENKEL *Flora Saturnizans oder Verwandtschaft der Pflanzen mit dem Mineralreiche* Lipf. anno 1721. 4o.

Matthæi Ernesti BORETII *de Hieraciis Prussicis* Regiomont anno 1720. 4o.

EJUSDEM *de analoga animalium & plantarum anatome* ibid. anno 1727. 4o.

In *Actis Societatis litterariæ Suecicæ* multa huc faciunt.

Ut MARTINI *Plantæ burserianæ* anno 1724.

LINNÆI *Orchides* &c.

* *J. Christian* BUXBAUM *Enumeratio plantarum circa Halam nascentium* Hall. anno 1721. 8o.

* EJUSDEM *Plantarum minus cognitarum Centuriæ V.* Petrop. ab anno 1728. ad 1740.

* EJUSDEM *Varia botanica in Commentariis Academiæ Scientiarum Petropolitanæ.*

& In *novis Actis naturæ curiosorum* Vol. I.

Christophori HELWIG *Monatliche Kräuterlust* Zittau anno 1721. 8o.

EJUSDEM *Exotica curiosa* Lipf. anno 1719. 8o.

Valentini KRÆUTERMANN (HELWIGII) *Blumen- und Kräuterbuch* Lipf. anno 1733. 8o.

Gabriel RZASCZYNSKI *Historia naturalis Poloniæ* T. I. Sendomir anno 1721. 4. T. II. Gedan. anno 1736. 4o.

Acta medicorum Berolinensium T. I. Berolin. anno 1721. & porro.

Leonhard Friderich MEISNER *de Thea, Coffea, Chocolata* Noriberg anno 1721. 8o.

Christ. Lud. WILHELMI *Colchicum alexipharmacum & venenum* Lipf. anno 1721. 4o.

Lud. Philip THUMMIG *de arboribus ex foliis educandis* Hall. anno 1721. 4o.

EJUSDEM *Meletemata varii argumenti* Brunsvic. anno 1721. 4o.

EJUSDEM *Versuch einer gründlichen Erläuterung* &c. Hall. anno 1723. 8o.

Wilh. Bernh. NEBEL *de Helleboro nigro* Basil. anno 1721. 4o.

EJUSDEM *de plantis dorsiferis* Heidelberg anno 1721. 4o.

EJUSDEM *de Acmella palatina* Heidelberg anno 1739. 4o.

Antonius van LEEUWENHOECK. In *Philosophicis transactionibus* plurima botanicia argumenta habet. n. 136. 148. 205. 213. 235. 287. 296. 297. 312. 316. 367. 369.

Tum in *Operibus*, quæ hoc anno prodierunt.

P. SEMMEDI *Historia simplicium rariorum* Witteberg. anno 1722. 4o.

J. Bartholomaei Adami BERINGER *Plantarum perennium exoticarum catalogus* Würzburg. anno 1722. fol.

LABAT *Voyage aux Isles de l'Amerique* Paris anno 1722. 12. 6. Vol. &c.

EJUSD. *Voy. de Guinée* Paris ann. 1730. 3. Vol.

EJUSDEM *Afrique Occidentale* Paris anno 1728. 5. Vol.

EJUSD. *Voyage en Italie & en Espagne* Amsterd. anno 1737. 12. 8. Vol.

J. Georgii DUVERNOI *Designatio plantarum circa arcem Tubingensem nascentium* Tubing anno 1722. 8.

* *Michaelis Angeli* TILLI *Hortus Pisanus* Florent. anno 1723. fol.

Laurentii HEISTER *de collectione & utilitate simplicium* Helmstätt. anno 1722. 4°.

EJUSDEM *de Manna* Helmstätt an. 1725 4°.

EJUSDEM *Catalogus platnarum horti Academiæ* Juliæ annis 1730. 1731. 1732. 1733. 1734.

EJUSDEM *de medicamentis Germaniæ indigenis* Helmstätt. anno 1730. 4°.

EJUSDEM *de foliorum utilitate in constituendis generibus* ibid. anno 1732. 4°.

EJUSDEM *Animadversiones in methodum Linnæanam* ibid. anno 1741. 4°.

EJUSDEM *de nominum mutatione noxia* ibid. anno 1741. 4°.

EJUSDEM *de Aurantiis* ibid. anno 1741. 4°.

EJUSDEM *de Cydoniis* anno 1744. 4°.

EJUSDEM *de Simaruba* Helmstätt. anno 1746. 4°.

EJUSDEM *Systema plantarum generale* Helmstätt anno 1748. 8°.

EJUSDEM *de nuce* Helmstät. anno 1750. 4°.

EJUSDEM *de generibus plantarum potius augendis* anno 1751. 4°.

EJUSDEM *Præfatio ad* BURCHARDIANÆ *Epistolæ novam editionem* anno 1750. 8°.

* EJUSDEM *Brunsvigia* anno 1753. fol.

* *Petri Antonii* MICHELI *de herba Orobanche* Florent. anno 1723. 8°. anno 1752. 8°.

** EJUSDEM *Nova plantarum genera* Florent. anno 1729. 4°.

* EJUSDEM *Hortus Florentinus* an. 1748. fol.

Ernst. Just. HEIMREICH *de Pimpinella alba* Altdorf. anno 1723. 4°.

Thomæ DALE *de Pareira brava* Leid. anno 1723. 4°.

J. Henrici SCHULZE *de Elaterio* Altdorf. anno 1722. 4°.

EJUSDEM *de Aloe* Altdorf. anno 1723. 4°.

EJUSDEM *de Colocynthide* Hall. anno 1734.

EJUSDEM *de Persicaria acida* JUNGERMANNI anno 1735. 4°.

EJUSDEM *de Ruta* anno 1735. 4°.

EJUSDEM *de fructibus horæis* anno 1737. 4°.

EJUSDEM *de radice Scillæ* ibid. anno 1739. 4°.

EJUSDEM *de Melissa* anno 1739. 4°.

EJUSDEM *de Asaro* anno 1739. 4°.

EJUSDEM *de radice Iridis* anno 1739. 4°.

EJUSDEM *de Chamæmelo* anno 1739 4°.

EJUSDEM *de oleo olivarum* anno 1740. 4°.

EJUSDEM *de Lilio convallium* anno 1742. 4°.

EJUSDEM *de convenientia Kermes & Cochenillæ* anno 1743. 4°.

EJUSDEM *de Hypecacoanha Americana* anno 1744. 4°.

EJUSDEM *de Rubo Idæo officinali* anno 1744 4°.

J. Albertus GESNER *de Zingibere* Altdorf. anno 1723. 4°.

J. Henrich TIEMROHT *de planta & fructu Ananas* Erfurt. anno 1723. 4°.

Christian Sigmund EYSFAHRT *de morbis plantarum* Lipf. anno 1723. 4°.

Christian Gottfried STENZEL *de Salvia in infuso adhibenda* Witteberg. anno 1723. 4°.

J. Caspari GEMEINHART *Catalogus plantarum circa Lauham nascentium* Budissin. anno 1724. 8°.

J. Christoph LISCHWIZ *de veterum in botanica diligentia* Lipf. anno 1724. 4°.

EJUSDEM *de virgis aureis genuinis & spuriis* Lipf. anno 1731. 4°.

EJUSDEM *de plantis anthelminticis* Kiel. anno 1742 4°.

Christophori Conradi SICELII *de Belladonna* Jen. anno 1724. 8°.

Hieronymi LUDOLF *de Fabis Coffeæ* Erfurt. anno 1724. 8°.

Index materiæ medicæ Lond. anno 1724. 8°.

Der edle Scharbökbklee Görliz anno 1724. 8°.

R. CHAMBERS *di Ribas Arabum & Ligno Rhodio* Leid. anno 1724. 4°.

* *Benedicti* STÆHELINI nostri *Specimen anatomico botanicum* Basil. anno 1724. 4°.

* EJUSDEM *aliud Specimen* anno 1731. 4°.

* *Jacobi* DOUGLAS *Lilium sarniense* Lond. anno. 1725. fol.

* EJUSDEM *Description of the coffeetree* Lond. ann. 1727. fol.

* EJUSDEM *Of the coffybean* Lond. anno. 1725. fol.

* EJUSDEM *Croci historia* Phil. Transf. n. 380. & 405.

* EJUSDEM *Hypecacoanha*. n. 410.

* *Christian* WOLF *Entdekung der wahren ursache der vermehrung des getreides* Hall. anno. 1725. 4°.

EJUSDEM *Erklärung der Entdekung* Lips. anno. 1730. 4°.

EJUSDEM *De Malo pomifera absque floribus* Marburg. anno. 1727.

EJUSDEM *Gebrauch der theile in thieren und pflanzen* Hall. anno 1737. 8°.

Matthæi HILLER *Hierophyticon* Utrecht. ann. 1725. 4°.

Pauli Bartholomæi CLARICI *Istoria e cultura delle piante piu rigarderole per gli fiori* Venet. anno. 1726. 4°.

J. BOECLER *Commentarius in* HERMANNI *cynosuram materiæ medicæ* Argent. anno. 1728. seqq. 4°. 3. vol.

EJUSDEM *De Fœniculo* anno. 1732. 4°.

EJUSDEM *De neglecto usu vegetabilium circa Argentoratum nascentium* anno. 1732.

EJUSDEM *De Coriandro* anno. 1739.

Cosima TRINCI *l'agricoltura specimentale* Lucca anno. 1726. 8°. anno. 1730. 8°.

David. WIPACHER *Flora Lipsiensis* Lips. anno. 1726. 8°.

Batty LANGLY *Pomona* London. anno. 1727. fol.

EJUSDEM *Method of mending estates by plantations of Oak* &c. anno. 1728. 8°.

Matth. Gotthelf LOESCHER *De Balsamo de Mecca* Witteberg. anno. 1726. 4°.

J. Ernesti HEBENSTREIT *De continuanda Rivinorum industria* Lips. anno. 1726. 4°.

EJUSDEM *Definitiones plantarum* Lips. anno. 1731. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM *De methodo ex fructu optima* anno. 1740. 4°.

EJUSDEM *De cultura plantarum* anno. 1741. 4°.

EJUSDEM *De fetu vegetabili* Lips. anno. 1747. 4°.

* * *Stephen* HALES *Vegetable statiks* Lond. anno 1727. 8°. Gallice vertente BUFFONIO Paris anno 1735. 4°.

Casimir HERTIUS *De Pimpinella saxifraga* Gieff. anno 1726. 4°.

Caleb. THRELKELD *synopsis stirpium Hibernicarum* Dublen. anno 1727. 8°.

Mart. Anastasii ORTH *Montes Franconiæ vitibus fertilissimi* WÜRZBURG. anno 1727. 4°.

J. MARTYN *Methodus plantarum circa Cantabrigiam nascentium* Lond. anno 1727. 12.

*EJUSDEM *Historia plantarum rariorum* Lond. anno 1728. fol. Nuremberg. anno 1752. fol.

EJUSDEM *First lecture of a course of botanics* anno 1729. 8°.

EJUSDEM *In Bucolica* VIRGILII *commentarii* Lond anno 1749. 4°.

EJUSDEM *In Georgica* ibid. anno 1746. 8°.

J. BOUILLET *Létre écrite au sujet de la Rubarbe* Beziers. anno 1727. 4°. & in operibus Beziers anno 1734. 4°.

Petri HAMNERIN *De viribus plantarum indigenarum* Upsal. anno 1727. 4°.

* *Christophori Jacobi* TREW *Beschreibung der grossen Americanischen Aloë* Nuremberg. anno 1727. 4°. long.

EJUSDEM *cerei historia Eph. Nat. Cur.* vol. IX.

EJUSDEM *Cedri historia* Nuremberg. anno 1757. & in *Eph. Nat. Cur.*

EJUSDEM *Lauri historia* in *Eph. Nat. Cur. Noric.* vol. II.

EJUSDEM *de Pini speciebus* ibid. Noric. vol. II. III.

EJUSDEM *Decades plantarum* VII.

EJUSDEM plantæ numerosæ depictæ & sculptæ in *Commercio Literario Norico.*

El. CAMERARII *De Betula* Tubing. anno 1727. 4°.

J. Dietrici LEOPOLD *Deliciæ sylvestres Floræ Ulmensis* Ulm. anno 1728. 8°.

Jean François GEMELLI CARRERI *Voyages autour du monde* Paris anno 1728. 12. 6. vol. Primam editionem ignoro.

J. Georg. Henric. CRAMER *Tentamen botanicum, seu methodus Tournefortiano Riviniana* Dresd. anno 1728. 8°. & auctius anno 1744. fol.

Caspar BOJE *De motu plantarum sensus æmulo* Lips. anno 1728.

* *Franc. Balthasar* v. LINDERN *Hortus Alsaticus* Argent. anno 1728. 8°.

EJUSDEM *Tournefortius Alsaticus* ibid. anno 1747. 8°.

Georg. Ernest STAHL *Materia medica* Dresd. anno 1728. 8°.

In *Actis Petropolitanis* multa botanici sunt argumenti. Prodierunt antiquorum Tomi XIV. novorum Tomi X. Plantas in iis descripserunt Cl. BUXBAUM, HEBENSTREIT, N. T. V. & alii.

J. Baptistæ FELICI *Parere intorno all uso della Cioccolatta* Firenz. anno 1728. 4°.

Laurentii SERAFINI *Lettera in cui si esamina le ragioni* del D. FELICI &c. ibid. anno 1728. 4°.

F. C. C. S. J. *Altero parere intorno all uso della Cioccolatta* ibid. anno 1724. 4°.

Guiseppe Avanzini Lezzione Academia in lode della Cioccolatta ibid. anno 1728. 4°.

Der neu angekommene holländische garner Nuremb. anno 1729. 12.

John. COLBATCH. *of misletoe* Annus non est adscriptus.

Adriani van ROYEN *Oratio, qua commendatur res botanica* Leid. anno 1729. 4°.

*EJUSDEM *Floræ Leidensis prodromus* Leid. anno 1740. 8°.

EJUSDEM *De utilitate botanices* Leid. anno 1729. 4°.

EJUSDEM *De amoribus plantarum carmen* Leid. anno 1732. 4°.

J. v. LEAUIE' *Ergo Sagou phthisicis prodest* Paris anno 1729. 4°. & anno 1734. 4°.

* *Philippi* MILLER *Gardeners dictionary* Lond. anno 1737. fol. anno 1752. fol. Germanice anno 1751. 1758. fol.

* EJUSDEM *Set of figures of plants.*

*EJUSDEM *Method of cultivating Madder* Lond. anno 1758.

EJUSDEM *Gardeners calendar* Lond. anno 1732. 8°. & variis annis. Germanice Gotting. anno 1750. 8°.

Thomæ SHORT *Diss. of Tea* Lond. anno 1730. 4°.

EJUSDEM *On tea, sugar, milk, made wines* Lond. anno 1750. 8°.

EJUSDEM *Medicina Britannica* Lond. anno 1747. 8°.

Samuel DALE *History and antiquities of Harwich & Donvercour* Lond. anno 1730 4°.

Thomæ COWELL *Curious and profitable gardener* Lond. anno 1730. 8°.

Theodori KLEIN *An Tithymaloides nec Cacaliastrum* Gedan. anno 1730. 4°.

ELVEBEMES *Grundwal til plantekenningen* Upsal. anno. 1730. 16.

Herman. Frid. TEICHMEYER *De Caapeba* Jen. anno 1730. 4°.

EJUSDEM *Institutiones botanicæ* Jen. anno 1738. 8°.

Catalogus plantarum, quæ in hortis circa Londinum propagantur Lond. anno 1730. fol.

In *Commentariis Academiæ Bononiensis* plurima utilia ad rem herbariam reperiuntur. Inceperunt anno 1731. & sex volumina prodierunt.

Caspar NEUMANN *De Opio & Caryophyllis aromaticis* Berlin. anno 1730. 4°.

EJUSDEM *Vom bier, wein, thee, coffee* ibid. anno 1735. 4°.

EJUSDEM *Chymia medica dogmatico experimentalis* Tom. IV. vol. 7. ab anno. 1749. ad 1755. 4°. Berlin.

Isaaci RAND *Index plantarum officinalium horti Chelseyani Lond.* anno 1730. 8°.

* *Marci* CATESBY *Natural history of Carolina* T. I. Lond. anno 1731. T. II. anno 1743. T. III. 20. tabulæ additæ sunt. anno 1748.

Jethro TULL *New horse houghing husbandry* Lond. anno 1731. 4°. anno 1750. 4°. & *Supplement to the horse hoing husbandry* ibid. anno 1739. Inde Gallice prodiit *Traité de la culture des terres suivant les principes* de M. TULL: auctore cl. du HAMEL *du* MONCEAU Paris anno 1750. 12. cujus paulatim VI. volumina cum eo titulo secuta sunt.

EJUSDEM *Fr.* DU HAMEL *L'art de la corderie* anno 1747. 4°. cum Cannabis descriptione.

*EJUSDEM *Traité des arbres & des arbustes* Paris anno 1755. 4°. 2. vol.

*EJUSDEM *Traité de la Garance* Paris anno 1757. 4°.

*EJUSDEM *Physique des arbres* Paris anno 1758. 4°. 2. vol.

*EJUSDEM *Des semis & plantations des arbres* anno 1760. 4°.

* EJUSDEM *Traité de l'exploitation des bois* Paris anno 1764. 4°. 2. vol.

*EJUSDEM *Elémens d'agriculture* an. 1762. 8°. Germanice Stutgard. anno 1747. 8°.

In *Mémoires de l'Académie des sciences* plurima inseruit

Huc *Descriptio Tuberoidis Croci* anno 1728.

EJUSDEM *De multiplicatione specierum fructuum* ibid.

De augmento, *quod plantæ a pluvia accipiunt* ibid. anno 1729.

Anatome piri anno 1729. 1731. 1732.

Mimosæ phænomena anno 1736.

Utilitas medica Polygalæ anno 1739.

Visci historia anno 1740.

De insitione anno 1746.

De venulis & incrementis ligni. anno 1751.

Stephanus Henricus GEOFROI obiit anno 1731. EJUS *materiam medicam* posthumam *Ant.* JUSSIEU tribus in 8. voluminibus edidit Paris anno 1741. 8°.

IDEM *in Mémoires de l'Academie des sciences* multa edidit.

Eo *Spongiæ analysis* anno 1706.

Et *Coralliorum* anno 1708.

Et *Nostoch.*

Et *Pareiræ bravæ* anno 1710.

De tuberibus terræ anno 1711.

Experimentum in Mayz factum ad demonstrandum plantarum sexum anno 1712.

De lacca anno 1714.

De vesicis Ulmi anno 1724.

Stephani SWITZER *Diss. on the cytisus of the antients* Lond. anno 1731. 8°. redit cum sequente.

EJUSDEM *Compendius method for raising broccoli*, *cardon*, *Celeri*, *Finocchi*, &c. Lond. anno 1735. 8°. Germanice Leipzig. anno 1755. 8°.

G. Battista CIVININI *Storia del caffé* Turin anno 1731. 4°.

EJUSDEM *Storia degli agrumi* Florent. anno 1734. 4°.

J. Gottfried UNGER *De papiro frutice* Lips. anno 1731. 4°.

Melchior SCHERB *De loco & situ plantarum* Basil. anno 1731. 4°.

Commercium Literarium Noricum, quod ab anno 1731. Noribergæ prodire cepit, & ad annum 1745. continuatum est, plurima habet botanici argumenti, potissimum ILL. TREVII.

J. Friderici SCHREIBER *Frutex ad suum verum genus redactus Act. Erudit.* anno 1731.

J. Gerhard WAGNER *Arboreti sacri specimen sistens laurum* Helmstätt. anno 1737. 8°.

Aug. Frid. COELER *de Usnea seu Musco cranii humani* Leid. anno 1732. 4°.

Bernhard FELDMAN *Comparatio plantarum & animalium* Leid. anno 1732. 4°.

G. P. MULLER *Samlung Russischer Geschichte* Tomi IX. Petropoli 8. ab anno 1732. ad 1764.

De la BAISSE *de la circulation de la Séve des plantes* Bourdeaux anno 1732. 12.

Ivonis Joh. STAHL *de Tabaci effectibus salutaribus & noxiis* Erfort. anno 1732. 4°.

J. Philipp. BURGGRAV *Lexicon medicum* Francf. anno 1733. fol.

James ALLEYNE *English dispensatory* Londin. anno 1733. 8°.

EICHROHT & THRAN *Horti Carlsruhensis catalogus* anno 1733. 8o.

Leonhard David HERMAN *Anmerkungen über* BRUKMANS *Ocymastrum* Mafsla. anno 1733.

J. Friderich KORONZAY *de erroribus ex ignorantia botanices ortis* Hall. anno 1733. 4°.

Caspar BOSE *de calyce Tournefortiano* Lips. anno 1733. 4°.

Anton Wilhelm PLAZ *Historia radicum* Lips. anno 1733. 4°.

EJUSDEM *Historia florum* ibid. anno 1740. 4°.

EJUSDEM *Caulis plantarum* anno 1745.

EJUSDEM *de flore plantarum* anno 1749.

EJUSDEM *Historia partium organicarum plantarum* anno 1751. 4°.

EJUSDEM *de plethora plantarum* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *de natura plantas muniente* anno 1761. 4°.

EJUSDEM *de plantarum facultatibus ex charactere neutiquam cognoscendis* Diss. I. II. III. anno 1762. 1763.

EJUSDEM *de Sacchraro* anno 1763.

EJUSDEM *de plantarum sub diverso solo nascentium cultura* anno 1764. 4°.

Herman Paul JUCH *de genuino amygdalarum usu medico* Erfort. anno 1733. 4°.

EJUSDEM *de Coronopo saluberrimo cœliacorum acetario* anno 1739. 4°.

EJUSDEM *de Ebulo* anno 1745. 4°.

EJUSDEM *Analysis Rhabarbari* ann. 1745. 4°.

J. Hieronymi KNIPHOF *Antwort auf* BRUKMANNIS *Schreiben* Erfort. anno 1733. 4°.

EJUSDEM *Botanica in originali* ibid. anno 1734. fol.

EJUSDEM *de Succedaneis corticis Peruviani* Erfort. anno 1747. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM *de Gramine* ibid. anno 1747. 4°.

EJUSDEM *vom Pelze auf einigen Wiesen* ibid. anno 1752. 4°.

J. *Rudolf* TIDEMANN *Historia Sambuci vulgaris* Groning. anno 1733. 4°.

Gottlob Carl BACHOV *de Helleboro nigro* Altdorf. anno 1733. 4°.

Alberti SEBA *Thesaurus rerum naturalium* Amsterd. T. IV. anno 1734. 1735. &c.

Henrici CANNEGIETER *de herba Britannica a Procopio memorata* Haag. anno 1734. 4°. *cum notis* ad MUNTINGII *lib. de Britannica.*

The Flowergarden displayd Leid. anno 1734. 4°.

J. *Jul.* HECKER *Einleitung zur Botanik* Hall. anno 1734. 8°.

J. *Baptist.* KARCHER *de Anetho* Argent. anno 1734. 8°.

Augustini Friderici WALTHER *Designatio plantarum horti sui* Lipf. anno 1732. & 1735. 8°.

EJUSDEM *de plantarum structura* anno 1740.

EJUSDEM *de Silphio* Lipf. anno 1746. 4°.

Christian Ernst KUHNHOLDS *dem tractate hrn Ziegers engegengesezte oeconomia experimentalis* Erfurt. anno 1735. 4°.

Wolfgang Adolph SCHROER *Syntagma de rebus rusticis* Erfurt. anno 1735. 8°.

Burchard David MAUCHART *de butyro Cacao* Tubing. anno 1735. 4°.

Caroli LINNÆI *Systema naturæ* Leid. anno 1735. fol. inde sæpe repetitum opus, Paris anno 1744. Holm. anno 1748. & 1759. 8°. nunc maxime 1767. recusum serius vero acceptum.

*EJUSDEM *Musa Cliffortiana* Leid. anno 1736. 4°.

EJUSDEM *Bibliotheca botanica*, & *fundamenta botanica aphoristica* Amsterd. ann. 1736. 12.

**EJUSDEM *Genera plantarum* & *characteres naturales* Leid. anno 1737. 8°. & cum *corollario* Leid. anno 1742. Recus. Holm. anno 1754. 8°. anno 1765. 8°.

*EJUSDEM *Flora Laponica* Amsterd. anno 1737. 4°.

EJUSDEM *Critica botanica* anno 1737. 8°.

EJUSDEM *Classes* & *Systemata plantarum* Leid. anno 1738. 8°.

EJUSDEM *Systema naturæ* & *fundamenta botanica* Holm. anno 1740. 8°.

*EJUSDEM *de Betula nana* anno 1743.

EJUSDEM *de utilitate peregrinationis per patriam* Leid. anno 1743. 8°.

*EJUSDEM *de Peloria* Upsal. anno 1744. 4°.

*EJUSDEM *Oelandska och Gothländska resa* Stokolm. anno 1745. 8°.

*EJUSDEM *Flora Suecica* Upsal. anno 1745. 8°. & 1755. 8°.

*EJUSDEM *Corallia Balthica* Upsal. anno 1745. 4°.

EJUSDEM *de Ficu* & *ejus fecundatione* anno 1745. 4°.

*EJUSDEM *Hortus Upsaliensis* anno 1745. 4°.

*EJUSDEM *Passiflora* anno 1745. 4°.

*EJUSDEM *Acrostichum* anno 1745. 4°.

*EJUSDEM *Anandria* anno 1745. 4°.

EJUSDEM *Sponsalia plantarum* Upsal. anno 1746. 4°.

EJUSDEM *Flora Ceylanica* ibidem anno 1747. 8°.

*EJUSDEM *Nova plantarum genera* ibid. anno 1747. 4°.

*EJUSDEM *Wästgöta resa* Stokholm. anno 1747. 8°.

EJUSDEM *Vires plantarum* Upsal. anno 1747. 4°.

EJUSDEM *Flora œconomica* Upsal. anno 1748. 4°.

*EJUSDEM *Hortus Upsaliensis* ibidem anno 1748. 8°.

*EJUSDEM *Amoenitates Academicæ* Stokholm anno 1749. 8°.

EJUSDEM T. II. ibid. anno 1751. 8°.

EJUSDEM T. III. ibid. anno 1756.

EJUSDEM T. IV. ibid. anno 1759.

EJUSDEM T. V. ibid. anno 1760.

EJUSDEM T. VI. ibid. anno 1763.

EJUSDEM & MONTIN *Splachnum.* anno 1749. 4°.

EJUSDEM *Materia medica* Holm. anno 1749. 8°.

*EJUSDEM *Gemmæ arborum* anno 1749. 4°.

EJUSDEM *Pan Suethicus* Upsal. anno 1749. 4°.

*EJUSDEM *Lignum colubrinum* Upsal. anno 1749. 4°.

*EJUSDEM *Radix Senega* ibid. anno 1749. 4°.

EJUSDEM *Semina Muscorum* Upsal. anno 1750. 4°.

*EJUSDEM *Plantæ Kamtchatkenses* an. 1750.

*EJUSDEM *Nova genera plantarum* anno 1751.

*EJUSDEM *Plantæ hybridæ* anno 1751.

EJUSDEM *Philosophia botanica* Stokholm. anno 1751. 8°.

*EJUSDEM *Rhabarbarum* anno 1752. 4°.

EJUSDEM *Obstacula medicinæ* anno 1752.

EJUSDEM *Plantæ esculentæ patriæ* anno 1752.

*EJUSDEM *Euphorbia* anno 1752.

EJUSDEM *Arborum vernatio* anno 1753. 4°.

EJUSDEM *Incrementa botanices* ibid. anno 1753.

EJUSDEM *demonstrationes plantarum* ibid. anno 1753.

EJUSDEM *Herbariones Upsalienses* ibid. anno 1753.

*EJUSDEM *Species plantarum* Holm. anno 1753. 8°. 2. Vol. & recus. anno 1762. 8°. 2. Vol.

EJUSDEM *Plantæ officinales* anno 1753. 4°.

EJUSDEM *Censura simplicium* anno 1753.

EJUSDEM *Stationes plantarum* anno 1754.

EJUSDEM *Flora Anglica* anno 1754.

EJUSDEM *Herbarium Amboinense* anno 1754.

EJUSDEM *Horticultura Academica* anno 1754. 4°.

*EJUSDEM *Centuria plantarum I.* an. 1755. 4°.

*EJUSDEM *II.* anno 1756. 4.

EJUSDEM *Fungus Melitensis* Upsal. anno 1755.

EJUSDEM *Somnus Plantarum* Upsal. anno 1755.

EJUSDEM *Metamorphoses plantarum* Holm. anno 1755.
EJUSDEM *Calendarium floræ* anno 1756.
EJUSDEM *Flor. Monspel.* anno 1756.
EJUSDEM *de Acetariis* ibid. ann. 1756.
EJUSDEM *Specifica Canadensium* ibid. anno 1756.
EJUSDEM *Flora Palæstina* ibid. anno 1756.
EJUSDEM *Flora alpina* ibid. anno 1756.
EJUSDEM *Calendarium floræ* ibid. ann. 1756.
EJUSDEM *Plantæ officinales* anno 1757.
EJUSDEM *Censura medicamentorum simplicium* ibid. anno 1757.
EJUSDEM *Culina mutata* ibid. anno 1757.
EJUSDEM *Flora Danica* anno 1757.
EJUSDEM *Panis diæteticus* anno 1757.
*EJUSDEM *Buxbaumia* anno 1557.
*EJUSDEM *Spigelia anthelmintica* an. 1758.
EJUSDEM *Frutetum Suecicum.*
EJUSDEM *Auctores botanici* anno 1759.
EJUSDEM *Plantæ tinctoriæ* ibid. 1759.
EJUSDEM *Flora Capensis* ibid. 1759.
EJUSDEM *Arboretum Suecicum* ibid. 1759.
*EJUSDEM *Pugillus plantarum Jamaicensium* ibid. 1759.
EJUSDEM *Flora Jamaicensis* ibid. 1759.
EJUSDEM *Nomenclator botanicus* ibid. 1759.
EJUSDEM *Transmutatio frumentorum* anno 1759.
EJUSDEM *Flora Belgica* anno 1760.
EJUSDEM *Macellum olitorium* anno 1760.
*EJUSDEM *Plantæ Africanæ* anno 1760.
*EJUSDEM *Prolepsis plantarum* anno 1760.
EJUSDEM *Potus Coffeæ* anno 1761.
EJUSDEM *Termini botanici* anno 1762.
EJUSDEM *Fundamentum fructificationis* anno 1762.
*EJUSDEM *Planta* ALSTROMERIA ibid. 1762.
EJUSDEM *Acetaria florum* ibid. 1762.
EJUSDEM *Reformatio botanica* anno 1762.
*EJUSDEM *Lignum quassiæ* ibid. 1762.
EJUSDEM *Prolepsis plantarum* anno 1763. 4°.
EJUSDEM *Fructus esculenti* ibid. 1763.
EJUSDEM *Raphania* ibidem 1763.
EJUSDEM *Hortus culinaris* ibid. 1763.
*EJUSDEM *Opobalsamum declaratum* anno 1764.
*EJUSDEM *Potus Theæ* anno 1765.
EJUSDEM *Usus historiæ naturalis in vita communi* anno 1766. 4°.
EJUSDEM *Purgantia indigena* anno 1766. 4°.
EJUSDEM *Necessitas procurandæ historiæ naturalis in Russia* anno 1766. 4°.
EJUSDEM varia in *Actis Upsaliensibus* ab anno 1740. ad annum 1750.
Des LANDES *Recueil de differens traités de physique* Paris anno 1736. inde auctius anno 1748. & 1753. 12.
William ELLIS *Modern husbandsman or the practice of farming* Lond. anno 1732. 8°.
EJUSDEM *Agriculture improved.* Lond. anno 1736. 8°.
EJUSDEM *The timbertree improved.* Lond. anno 1742. 1747. 8°. Germanice Lipf. anno 1752. 8°.
EJUSDEM *Chiltern and vale farming explaind* Lond. anno 1747. 8°.
J. Wilhelm WEINMANN *phytanthozaiconographia* Ratisbon. ab anno 1736. ad 1745. fol.
In P. du HALDE *Descriptione Chinæ aliquæ plantæ*, & *herbarium Chinense* exponitur cum iconibus. Prodiit 4. Vol. Paris. anno 1736. & Rostoch. anno 1750. Germanice.
Gottfried Heinrich BURGHARDS *Reise auf den Zotenberg* Breslau. ann. 1734. 8°.
Christian Gottlieb LUDWIG *de vegetatione plantarum marinarum* Lipf. anno 1736. 4°.
EJUSDEM *de sexu plantarum* anno 1737. 4°.
EJUSDEM *Genera & tabulæ plantarum* anno 1737. 8°.
EJUSDEM *de methodo sexuali* anno 1739. 4°.
EJUSDEM *Definitiones plantarum* Lipf. anno 1747. 8°. 1760. 8°.
EJUSDEM *de minuendis speciebus plantarum* ibid. anno 1740. 4°.
*EJUSDEM *Institutiones vegetabiles* ibid. anno 1742. & 1757. 8°.
EJUSD. *de colore florum mutabili* ann. 1758. 4°.
EJUSDEM *de colore plantarum species distinguente* anno 1759. 4°.
Jacob Franc. VANDERMONDE & de St. VAST *Ergo infirmis a morbo viribus reparandis Ginseng* Paris. anno 1736. 4°.
J. Jacob KIRSTEN *de Styrace* Altdorf. anno 1736. 4°.
EJUSD. *de Areca Indorum* ibid. an. 1739. 4°.
EJUSD. *Alba Ligustra cadunt* anno 1764. 4°.
Christoph Andreæ HEDER *Hedera terrestris* Altdorf. anno 1736. 4°.
Frider Daniel BRUCH *Observationes practica de radicis Juniperi decocto* Argent. anno 1636. 4°.
J. BLAKSTONE *Fasciculus plantarum circa Harefield sponte nascentium* Lond. anno 1737. 12.
EJUSDEM *Specimen botanicum* Lond. anno 1746. 12.
J. Christ. KUNDMAN *Rariora naturæ & artis* Bresl. anno 1737. fol.
J. Franc. le FEVRE *de natura, usu & abusu Theæ, Coffeæ, Chocolatæ* Vescent. anno 1737. 4°.
Balthasar EHRHARD *Zugabe zu Lonicers Kräuterbuche* Ulm. anno 1737. fol.
EJUSDEM *Oeconomische Pflanzenhistorie XII.* Vol. 8°. incepta Ulm. anno 1753.
BAZIN *Observations sur les plantes & sur leur analogie avec les Insectes* Strasbourg an. 1737. 8°.
* *Joh.* BURMANNI *Thesaurus Ceylanicus* Amstelod. anno 1737. 4°.
*EJUSDEM *Plantarum Africanarum Decades X.* ibid. anno 1738. 4°.
* EJUSDEM *opera* PLUMERII *plantæ Americanæ* & RUMPFII *plantæ Amboinenses* prodierunt.
J. Gottlieb GLEDITSCH *Catalogus plantarum, quæ sunt in horto* D. de ZIETEN, &c. Lipf. anno 1737. 8°.
EJUSDEM *de fundamentis methodi botanicæ* Francf. ad viadr. anno 1742. 4°. Lipf. anno 1742. 4°.

* Ejusdem *de Fuco subglobolo molli* Berlin. anno 1743. 4°.

Ejusdem *Consideratio epicriseos Siegesbeckianæ* anno 1743. 8°.

Ejusdem *Saccharum dauci & sisari Act. Berol.* anno 1747.

Ejusdem *De semine & flore fungorum* ibid. anno 1748.

Ejusdem *De sexu plantarum* ibid. T. X.

De *Ustilagine* Mém. *de l'Ann.* 1756.

* Ejusdem *Thyrsine* ibid. anno 1764.

* *Methodus Fungorum* Berlin. anno 1753. 8°.

Systema plantarum a staminum situ Berlin. anno 1762. 8°.

* Ejusdem *Physicalische abhandlungen.* T. I. II. III. Berlin anno 1765. 1766. 1767. 8°.

Ejusdem *Althandlung von rohen arzneymitteln* Berlin anno 1767. 8°.

Ejusdem *de Ægolethro* &c.

Caroli Francisci Eichroht *de herba tertiaria* Basil. anno 1737. 4°.

Rudolph Christoph Tracht *de succedaneis.* Upsal. anno 1737. 4°.

Henrici Senkenberg *de Lilio convallium* Gotting. anno 1737. 4°.

J. Jac. Woyt *Gazophylacium* Königsberg. anno 1737. 4°.

Pauli Henrici Moehring *Primæ lineæ horti privati* Oldenburg. anno 1737. 4°.

Ejusdem *Observationes botanicæ Eph. Nat. Cur.* Vol. VI. & *Phil. Transf.* n. 455.

* *Thomæ* Shaw *Travels to Barbary, Palæstina,* &c. Oxon. anno 1738. fol.

Ejusdem *Supplementum* anno 1746. fol.

& *Nova Editio* Oxon. anno 1757. 4°.

Richard Mead *de Venenis* Lond. anno 1738. 8°. & alias, & Gottingæ anno 1749. 8°.

Johannis Astruc *Histoire naturelle du Languedoc* Paris anno 1738. 4°.

J. Ernst Probst *Verzeichniis der ausländischen Bäume und Staudengewächse des Bosischen Gartens* Leipzig. anno 1738. 8°. anno 1747. 8°.

Ejusdem *Gärtner Wörterbuch* Lipf. anno 1747. 8°.

Franc. Jacob Sachs *de Ulmo* Argent. anno 1738. 4°.

Georg August Langguth *Antiquitates plantarum feralium* Lipf. anno 1738. 4°.

Joh. Engström *de Quercu* Lond. anno 1738. 4°.

Philip Adolph Boehmer *de Cascarilla* Hall. anno 1838. 4°.

Elisabeth Blakwell *Curious Herbal.* Lond. anno 1739. fol. 2. Vol. & * auctius meliusque cura *Ch. Jac.* Trew Noriberg. anno 1741. seqq. fol. 5. Vol.

* *Joh.* Amman *Icones & descriptiones stirpium rariorum Ruthenicarum* Petrop. anno 1739. 4°.

* Ejusdem *Lapathum orientale pulchrum* Comment. Petrop. T. XIII.

Samuel Trowell *af husbandry and gardening* London. anno 1739 8°. & Germanice Lipf. ann. 1750. 8°.

Joh. Eberhard Ferber *Hortus Agerumensis* Holm. anno 1739. 8°.

C. Frid. Loeuw *ad floram Pannonicam invitatio Sempronii* anno 1739. 4° & in Eph. Nat. Cur Vol. V.

Arthur. Conrad Ernsting *de Phellandrio* Brunsvic. anno 1739. 4°.

Ejusdem *Anfangsgründe der Kraüterwissenschaft* Wolfenbüttel. anno 1748. 8°.

Caspar Frid. Kraz *de Onopordo* Francf. Viadr. anno 1739. 4°.

Christian Henric. Hænel *de Camphora* Leid. anno 1739. 4°.

Salomon de Monchy *de Opio* Leid. anno 1739. 4°.

Matthieu Fabregou *Description des plantes, qui naissent autour de Paris* Paris anno 1740. 12. VI. Vol.

J. Franc. Seguier *Bibliotheca botanica* Haag. anno 1740. 4°.

* Ejusdem *Plantæ Veronenses* Veron. anno 1745. 8°. 2. Vol.

* Ejusdem *Supplementum* ibidem anno 1754. 8°.

J. Christian Benemann *Gedanken über das Reich der Blumen* Dresd. anno 1740. 8°.

Ejusdem *die Tulpe zum Ruhme des Schöpfers beschrieben* ibid. anno 1741. 8°.

Ejusdem *die Rose zum Ruhme des Schöpfers beschrieben* Lipf. anno 1743. 8°.

Paul. Franc. de Sailly *de Manna* Leid. anno 1740. 4°.

J. H. Kulbel *Sur la fécondité des terres* Dresd. anno 1740. 4°.

Ernst Ehrenfried Geyer *Vestigia potus Coffeæ apud Hebræos* Witteberg. anno 1740. 4°.

Benjamin Gottlieb Albrecht *de præstantia aromatum indigenarum* Erfort. anno 1740. 4°.

J. Caspar Feistl *Vegetabilia recentia siccis præferenda* Altdorf. anno 1740. 4°.

J. Ludwig Milhau *de Carvi* Argent. anno 1740. 4°.

Quéstion de médecine, si la connoissance des plantes est nécéssaire? Narbonne. anno 1740.

Sendschreiben an Hrn. Kretschmar, betreffend die Kunst ein dürres Feld fruchtbar zu machen Berlin. anno 1740. 4°.

* *Georgii Everardi* Rumpf *Herbarium Amboinense*, cura J. Burmanni prodiit Amsterdam. anno 1741. & seqq. 6. Vol. fol. tum auctarium.

Pauli Barrere *Essai sur l'histoire naturelle de la France Equinoxiale* Paris. anno 1741. 12.

Magni Olai Nordenberg *Kort anländning huru graswäxten och mulbetet kan förbätras* Stokholm. anno 1741. 4°.

Lars Kullin *owäldige tankor öfwer* A. B. (Blakwell) *försök till Landbrukets för bättring* Upsal. anno 8°.

Carl Wilhelm Cedernhielm *von wilda träs plantering* Lond. anno 1740. 4°.

Ludwig Philip Krause *kluger und sorgfältiger Gärtner* Langensalze anno 1741. 8°.

* *Johannis* Gesner Diss. I. & II. *de vegetabilibus* Tigur. anno 1740. & 1741. 4°. Leid. anno 1741. 8°.

* Ejusdem *de Ranunculo Bellidifloro* Tigur. ann. 1753.

EJUSDEM *Phytologiæ Sacræ* plures partes Tiguri prodierunt.

** IDEM Characterum plantarum octoginta tabulas paratas habet, quod opus summa cum impatientia gnarorum virorum expectatur.

J. Andreæ UNGEBAUER *de cultura plantarum* Lipf. anno 1741. 4°.

J. Ernst STIEF *de nuptiis plantarum* ibidem anno 1741. 4°.

Andreæ Eliæ BUCHNER *Diss. de Arnica* Erfort. anno 1741. 4°.

EJUSDEM *De Nuce juglande* anno 1741. 4°.

EJUSDEM *De Fraxinella* ibid. anno 1742. 4°.

EJUSDEM *De Pareira brava* anno 1744 8°.

EJUSDEM *De Ypecacoanha* anno 1745. 4°.

EJUSDEM *De genuinis viribus tabaci* anno 1746. 4°.

EJUSDEM *De Curcuma officinarum* Hall. anno 1748. 4°.

EJUSDEM *De genuinis opii in corpus humanum effectibus* ibid. anno 1748. 4°.

EJUSDEM *De Pinastro & Pino* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *Fundamenta materiæ medicæ* anno 1754. 8°.

EJUSDEM *De Iride Germanica* anno 1756 4°.

EJUSDEM *De Kikunemalo Look & Galda* anno 1764. 4°.

Dictionaire universel du commerce Genev. anno 1742. fol. 4. vol. Habet *plantas indicas communicatas* a D. GARCIN.

*EJUSD. GARCINI *Oxyoides* Phil. trans. n.415.

*EJUSDEM *Mangostan* ibid. n. 431.

*EJUSDEM *Alhenna* n. 489.

Hans EGEDE *Gamle Grönlands nye perlustration* Hafniæ anno 1741. 4°. Germanice ibid. anno 1742. 4°.

Pierre KOLBE *Histoire du cap. de la bonne Espérance* Amsterd. anno 1741. 12. 3. vol. Prodiit autem, Germanice anno 1719. fol.

John. TENNENT *Epistle* to D. MEAD *concerning the efficacy of seneca snakeroot* Lond. anno 1742. 8°.

EJUSDEM *Physical disquisitions &c.* Lond. anno 1745. 8°.

Samuel Friderich KOENIG *de Lamio Plinii* Argentor. anno 1742. 4°.

Laurent. Anton. DERCUM *Fundamenta rei herbariæ* Würzburg. anno 1742. 4°.

Franc. Jos. v. OVERKAMP *De remediis specificis, imprimis de simaruba* ibid. anno 1742. 4°.

* *Philippi Conradi* FABRICII *Primitiæ floræ Butisbacensis* WEZLAR. anno 1743. 8°.

* EJUSDEM *Enumeratio plantarum horti Helmstadiensis* anno 1759. & 1762.

EJUSDEM *De præcipuis Germanorum in rem herbariam meritis* Helmstatt. anno 1753.

Vincentii LAGUSI *Erbario Italo Siciliano* Panorm. anno 1743. 4°.

Johannis BROWAL *Epicriseos Siegesbeckianæ examen* Leid. anno 1743. 8°.

J. *Gotthold* KRUGER *Traité du Thée, du Caffé & du Tabac* Hall. anno 1743. 8°.

Bernard de JUSSIEU & PERSON Ergo, *ut in America, sic in hac regione Apalachines potus salubris* Paris anno 1743. 4°.

IDEM anno 1728. auctam reddidit TOURNEF. *historiam plantarum circa Parisios nascentium.*

Cadwallader COLDEN *Plantæ Coldinghamiæ* in Actis Upsaliensibus anni 1743.

Francisci PRINCE *De vino Neocomensi* Basil. anno 1743 4°.

J. Baptistæ MORANDI *Historia botanographica stirpium & herbarum* Mediolan. anno 1744. fol.

J. Christiani RIEGER *Historia naturalium & arte factorum* Haag. anno 1744. 2. vol.

D. Le MONNIER *Observationes botanicæ editæ* cum CASSINI *Méridienne de l'Observatoire de Paris* Paris anno 1744. 4°.

P. François Xavier CHARLEVOIX *Plantæ Canadenses in I. Tomo historiæ Americæ Septentrionalis* Paris. anno 1744. 4°.

John. WILSON *Synopsis of British plants* Newcastle. anno 1744. 8°.

Caroli Augusti a BERGEN *Catalogus stirpium horti Academiæ Viadrinæ* Francf. Viadr. anno 1744. 4°.

EJUSDEM *Lapis lydius medicamentor. vegetabilium I. II.* ibid. anno 1744. 4°. 1746. 4°.

EJUSDEM *Utrum systema Tournefortii, num Linnæi præferendum?* anno 1742. 4°.

EJUSDEM *de Alchimilla supina ejusque cocco* anno 1748. 4°.

EJUSDEM *Flora Francofurtensis* ibid. anno 1750. 8°.

EJUSDEM *de Aloide* anno 1753. 4°.

Charles SMITH *Ancient and present state of the country of Down* anno 1744. 4°.

EJUSDEM *Anc. and present state of the country of Cork* Dublin. anno 1750. 4°.

EJUSDEM *Anc. and present state of the country of Waterford* ibid. anno 1746.

Johannis LECHE *Primitiæ floræ Scanicæ* Lond. anno 1744. 4°.

EJUSDEM *Underrättelge om wilde träs plantering* Stokholm. anno 1764. 8°.

Eberhardi ROSEN *de cortice Peruviano* Lond. Scan. anno 1744. 4°.

*EJUSDEM *Observationes botanicæ circa plantas Sueciæ* Lund. anno 1749. 8°.

Erdman Christian SEYFFERT *de Fungis* Jen. anno 1744. 4°.

Liberati SABBATI *Synopsis plantarum, quæ in solo Romano luxuriantur* Rom. anno 1745. 4°.

DECOMBE *Traité de la culture des pêches* Paris. anno 1745. 8°.

EJUSDEM *Ecole du Jardin potager* Paris. anno 1750. 12. 2. Vol.

Jacob PARSONS *Microscopical theatre of Seeds.* Lond. anno 1745. 4°.

Arnold Friderich ab HARTENFELS (KASERBERG) *Gartensaal* Francof. anno 1745. 8°.

Julii Herculis MULLER *Catalogus plantarum horti sui* Ulm 1745. 8°.

Rich. POCOKS *Iter orientale* Lond. anno 1745. fol. & Germanice Erlangen anno 1754. 1755. 4°.

Gustav. WESTBECK *Ytterligare underrättelse om en pofunnen twänne Slags Bomull som ymnest wäxer öfwer fuea riket* Stokholm. anno 1745. 4°.

David

David de GORTER *Flora Gelro Zulphanica* Hardervic. anno 1745. 8°.

EJUSDEM *Elementa botanica* Hardervic. anno 1749. 8°.

EJUSDEM *Flora Belgica* Utrecht. anno 1767. 8°.

Musæi Petropolitani Vol. I. Petrop. anno 1745. 8°.

Christian Carl SCHARMER *Gedanken über die Conservation der alten, und Anlegung der neuen Holzungen* Francf. anno 1745. 8°.

J. Fridr. CARTHEUSER *de Cassia aromatica* Francf. viadr. anno 1745. 4°.

EJUSDEM *de eximia Myrrhæ virtute medica* ibid. anno 1746. 4°.

EJUSDEM *de genuinis plantarum principiis* ibid. anno 1754. 8°. 1764. 8°.

* EJUSDEM *Fundamenta materiæ medicæ* Francf. viadr. anno 1749. 1750. & iterum anno 1767. 2. Vol.

EJUSDEM *de Marrubio albo & Camomilla* anno 1753. 4°.

EJUSDEM *de cortice Culilawan* an. 1753. 4°.

EJUSDEM *de oleo Cajeput* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *de Cardamindo* anno 1755. 4°.

EJUSDEM *de Chenopodio ambrosioide* anno 1757. 4°.

Christian REICHART *Nachricht von den drey Brünnen bey Erfurt* Erfurt anno 1745. 8°.

EJUSDEM *Abhandlung von allerley Saamenwerk* Erfurt anno 1751. 8°.

EJUSDEM *Einleitung in den Garten- und Ackerbau* ibid. anno 1758. 1759. 2. Vol.

* EJUSDEM *Gartenschatz* 8°. VI. Vol. Erfurt. anno 1753. seqq.

Gualther van LIS *de Aloe* Ultraject. anno 1745. 4°.

PLUCHE *Spectacle de la nature* VIII. Tom. 12. Paris anno 1745. & seqq.

In *Mémoires de l'Academie des Sciences de Berlin*, qui Commentarii ab anno 1745. prodierunt, varia botanici argumenti reperiuntur.

De MILHAU *Trois Dissertations* Monspel. anno 1746, de Cacao.

D'ARDENNES *Traité des Renoncules* Paris anno 1746. 8°. 1750. 8°.

EJUSDEM *Traité des oeillets* Avignon. anno 1762. 8°.

EJUSDEM *Traitè des Jacinthes* Avignon anno 1759. 8°.

EJUSDEM *Traité des Tulipes* anno 1760. 8°.

Untersuchung des Kornregens Zurich. anno 1746. 4°.

Bernard de MONTFAUCON *Sopra la pianta dinominata papiro* Venet. anno 1746. 4°.

Dietrich WESSEL. LINDEN *Gründliche chymische Anmerkungen* Lipſ. anno 1746. 8°. de Visco.

Petri KRETSCHMAR *Oeconomische Vorschläge wie das Holz zu vermehren* Lipſ. anno 1746. 8°.

Henrich Wilhelm DOEBEL *Jäger-Practica* Lipſ. anno 1746. fol.

Car. Frid. MENANDER *de foliis plantarum* Abo anno 1747.

EJUSDEM *Tiar tilwärkningen i Osterbotn.* anno 1747. 4°.

EJUSDEM *de radicibus plantarum* ibid. anno 1748. 4°.

EJUSDEM *Angs och aker Skötseln i Osterbotne* anno 1751. 4°.

EJUSDEM *Semina plantarum* anno 1752. 4°.

* *Pehr* KALM *Wästgötha och Bahuslänska resa* Holm. anno 1746. 8°.

EJUSDEM *Om Skötseln af Nordamericaniska wäxter* Stokholm. anno 1751. 8°.

EJUSDEM *Resa til Nordamerica* T. III. Stokholm. anno 1753. 1756. 1761. & Germanice in mea collectione.

EJUSDEM *Nytten af inländska wäxter* anno 1753. 4°.

EJUSDEM *Anmerkningar wed en Kryddgarten* anno 1754.

EJUSDEM *Nytten af Kryddgartens anläggning* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *de possibilitate vegetabilia in Finlandia colendi* anno 1754.

EJUSDEM *Adumbratio floræ* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *de Erica & Pteride aquilina* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *Om Coffé* anno 1755. 4°.

EJUSDEM *de plantis spontaneis Finlandiæ in bellariis* anno 1756.

* EJUSDEM *Gröne linets plantering* anno 1757. 4°.

EJUSDEM *Botanices fata in Finlandia* anno 1758. 4°.

*EJUSDEM *Biörkens egenskaper och nytta* anno 1759. 4°.

*EJUSDEM *Norramericansk färgaörter* anno 1763. 4°.

EJUSDEM *Floræ Finlandicæ* Pars I. anno 1765. 4°.

Christoph Gottlob GRUNDIG *Sammlung zur Natur- und Kunstgeschichte* Schneeberg anno 1746. seq.

JAMES *Dictionaire de médecine* Paris. anno 1746. seqq. fol. 6. Vol.

Michaelis Matthiæ LUDOLF *Catalogus plantarum Berolini demonstratarum* Berlin. anno 1746. 8°.

J. C. W. MOEHSEN *Epistola I. & II.* de M. S. *medicis* Bibliothecæ Berolinensis. Berlin anno 1746. 4°. 1747. 4°.

** *J. Georg* GMELIN *Flora Sibirica* T. I. Petrop. anno 1747. 4°. T. II. ibid. anno 1749.

EJUSDEM *de novorum vegetabilium exortu* Tubing. anno 1749. 8°.

EJUSDEM *de Rhabarbaro officinarum* anno 1752. 4°.

EJUSDEM *de Coffea* anno 1752. 4°.

James WHEELER *Modern druid on Instructions for the better culture of young Oaks* Lond. anno 1747. 8°.

Christian Lud. ROLOF *Index plantarum, quæ continentur in horti Krausiano* Berlin. anno 1747. 8°.

* *Christian Ludwig* WILLIG *Observationes botanico medicæ* Gotting. anno 1747. 4°.

* EJUSDEM *de plantis* Obſ. I. anno 1762. 8°.

*EJUSDEM *II. Pars* anno 1766.

Franc. RONCALLI PAROLINI *Europa medica* Brix. anno 1747. 4°. Ob *catalogum plantarum indigenarum agri Brixiensis.*

J. Georg HEINZE *de Muscorum notis & salubritate* Gotting. anno 1747. 4°.

EJUSDEM *Incrementa botanica ex consideratione Muscorum* ibid. anno 1747. 4°.

J. Wolfgang WEDEL *Tentamen botanicum* Jen. anno 1747. 4°. 1749. 4°.

Tobiæ Conrad HOPPE *Bericht von den Erdäpfeln* Wolfenbuttel anno 1747. 4°.

EJUSDEM *Bericht von den Weiden und Dornrosen* Gera. anno 1748. 4°.

EJUSDEM *Antwort auf Schreibers Zweifel von den Weidenrosen* Gera. anno 1748. 4°.

EJUSDEM *vom grossen Nuzen der Linagrostis* Berlin. anno 1750. 4°.

Ever. Jac. van WACHENDORF *Horti Utrajectini index* Utraject. anno 1747. 8°.

Gustav. Daniel HANDTWIG *de Orchide* Rostoch anno 1747. 4°.

* *J. Georg* KOELDERER *de Visco* Argent. anno 1747. 4°.

J. Paul HILSCHER *de Gramine dactylo seu Manna* Jen. anno 1747. 4°.

Ernst Gottlob BOSE *de nodis plantarum* Lipf. anno 1747. 4°.

EJUSDEM *de radicum usu & directione* anno 1754. 4°.

J. STENIUS *Tägte jordskötsel eller sätt at bruka Åker och äng* Stokholm. anno 1747. 8°.

EJUSDEM *Tankar om orsaken til mossan* ibid. anno 1762. 8°.

James LOGHAN *Experimenta & meditamenta de generatione plantarum* Lond. anno 1747. 8°.

J. RISLER *Hortus Carlsruhanus* Lörach. anno 1747. 8°.

GUETTARD *Observations sur les plantes d'autour d'Estampes* Paris. anno 1747. 12. 2. Vol.

EJUSDEM *de perspiratione plantarum* Mém. de l'Acad. anno 1748. 1749.

EJUSDEM *de glandulis & pilis plantarum* Mém. de l'Acad. anno 1747. 1748. 1749. 1750. 1751. 1756. 1759.

* EJUSDEM *des plantes parasites* Mém. de l'Acad. anno 1746.

EJUSDEM *de plantarum stellatarum vi tinctoria* ibid.

*EJUSDEM *de plantis hederaceis* Mém. de l'Acad. anno 1756.

* EJUSDEM *Character Salviniæ* anno 1763.

Mémorie della Societa Columbaria Firenze. anno 1747. 4°.

** *Casimir Christoph* SCHMIEDEL *Icones plantarum & analyses aeri incisæ* Noriberg. anno 1748. fol. quarum 19. tabula prodiit.

*EJUSDEM *Buxbaumia* anno 1758.

*EJUSDEM *de Blasia* anno 1759.

*EJUSDEM *Jungermannia* anno 1761.

* *J. Michael* SELIGMAN *Nahrungsgefässe an den Blättern der Bäume* Noriberg. anno 1748. fol.

BRUCKER *Beschreibung historischer und natürlicher Merkwürdigkeiten der Landschaft* Basel. 3. Tom. 8°. Cepit edi anno 1748. 8°.

Caroli DAHLMAN *Inledening tel Swenska bumlegards Skogs och aengs Skötsel* Holm anno 1748. 8°.

Dictionaire botanique & pharmaceutique Paris. anno 1748. 8°.

Petri GERIKE *de usu medico Camphoræ* Helmstatt. anno 1748. 4°.

Georg Samuel KECHELEN *de genesi & rafinatione Camphoræ* Argent. anno 1748. 4°.

Herman Frid. PAULSEN *vom Akerbau der Morgenländer* Helmstatt. anno 1748. 4°.

Xaverii MANETTI *Catalogi varii plantarum horti Florentini* ab anno 1747. ceperunt prodire.

EJUSDEM *Regnum vegetabile* Florent. anno 1756. 8°.

EJUSDEM *Viridarium Florentinum* anno 1751. 8°.

Samuel ENGEL *vom Roste im Getreide* Tigur. anno 1748. 8°.

Theodor. ELLER *de incrementis plantarum ex aqua* Mém. de l'Acad. de Berlin anno 1748. 4°.

Catalogus plantarum horti Munchhausiani anno 1748. fol.

Ulrici RUDENSCHIOLD *Tal om Skogarnas nyttjande och word* Holm. anno 1748. 8°.

Nogra Forsök om Skogs planteringen och Skotsel anno 1749. 4°.

Alb. RITTER *Iter Hercynicum* Helmstatt. anno 1749. 4°.

Caroli SWEDENSTIERNA *Medel och utwäger til Rikets uphiälpande genom landbrukets upodling* Stokholm. anno 1749. 4°.

Hamburgisches Magazin Hamburgi prodire cepit.

Oeconomische Nachrichten Lipf. anno 1749. 8°.

Oeconomische Samlungen Stuttgard. anno 1749. 8°. &c.

Bioerne PAULI *Specimen observationum circa plantas maris Islandici & Algam Sacchariferam* Hafn. anno 1749. 4°.

Dionysii Georg. EHRET *Tabulæ 16. plantarum rariorum* Lond. anno 1749. fol.

Abrégé des Elemens de botanique Avignon. anno 1749. 12.

DALIBARD *Floræ Parisiensis prodromus* Paris. anno 1749. 8°.

Georgii SUECI *Colloquium oeconomicum* Stokholm. anno 1749. 8°.

Kurze Anweisung, wie die weissen Maulbeerbäume von dem Saamen gezogen &c. Stuttgard. anno 1749. 8°.

J. A. HERZOG *neue Aker-Theorie* Magdeburg. anno 1749. 4°.

J. Frideric. NEUMAN *Beweis von dem ungemein schlechten Kornbaue* Berlin, anno 1748. 4°.

EJUSDEM *Beweiß über seinen Discours* ibid. anno 1748. 4°.

EJUSDEM *Vorschlag der möglichen Verbesserung des Akerbaues* anno 1749. 4o.

EJUSDEM *von der wilden Erde und dem Mistmachen* anno 1751. 4°.

* *Hughes* GRIFFITH *Natural history of Barbados* Lond. anno 1750. fol.

* *Vitaliani* DONATI *Storia naturale del mare Adriatico* Venet. anno 1750. 4o.

* *Leonhardi* SESLER *Vitaliana* ibid.

Rich. RUSSEL *de tabe glandulari* Lond. anno 1750. 8o.

J. Christian und *Bernh. Ludwig* BECMAN *Beschreibung der Chur und Mark Brandenburg* Berlin anno 1750. 1753. fol.

J. Bapt.

J. Bapt. SCHIERA *de plantarum sexu* Mediolan. anno 1750. 8°.

Francisci GRISELINI *sur la Baillouviana* Venez. anno 1750. 8°.

Phil. Sylv. LURSENIUS *de Cortice Peruviano* Upsal. anno 1750.

Henrich Otto BOSSEK *Antheræ florum* Lipſ. anno 1750.

MARTINI *Oleum Witnebianum vulgo Cajeput* Brunſvic. anno 1750. 4°.

HELLOT *L'art de la teinture des draps* Paris. ann. 1750. 4°.

J. Jac. BURKHART *de radice Seneca* Argent. anno 1750. 4°.

P. STRANGE *Om näßlors planterande och bärgning* Stokholm. anno 1750. 4°.

Mémoires présentés à l'Académie des Sciences Paris ab anno 1750. 4. 4 Vol.

Suite de la matière medicale de GEOFROI Paris anno 1750. 12.

Georg Rudolf BOEHMER *Flora Lipſiæ indigena* Lipſ. anno 1750. 8°.

EJUSDEM *de plantis caule bulbifero* Lipſ. anno 1749. 4°.

EJUSDEM *de plantis faſciatis* Witteberg. anno 1752. 4°.

EJUSDEM *de celluloſo textu plantarum* anno 1755. 4°.

EJUSDEM *Nectaria florum* anno 1758. 4°.

EJUSDEM *de ornamentis plantarum præter nectarium* anno 1758.

EJUSDEM *de melocacto* anno 1759. 4°.

EJUSDEM *de natura loci natalis in plantis* anno 1761.

EJUSDEM *de vegetabilium ſeminibus* Witteberg. anno 1761.

J. Georg LEOPOLD *Einleitung zur Landwirthſchaft* Sorau anno 1704. 4°.

J. Sigiſmund Valentin POPOWITSCH *Unterſuchung vom Meere* Noriberg. anno 1750. 4°.

David Siegmund Auguſt BUTTNER *Enumeratio plantarum horti* CUNONIS Amſterdam anno 1750. 8°.

J. Auguſt GROTIAN *Phyſicaliſche Winterbeluſtigung* Nordhauſen. anno 1750. 8°. 1751. 8°.

EJUSDEM *vom Baue der Leucojen* anno 1758. 8°.

EJUSDEM *Sommerbeluſtigungen* 2. Vol. Northauſ. anno 1759 1764. 8°.

Les agrémens de la campagne Leid. anno 1750. 4°.

Peters von HOHENTHAL *Oeconomiſche Nachrichten* Lipſ. anno 1750. 8°. & ſeqq.

J. BARTRAM *Travels from Penſilvania to Oſwego* &c. anno 1751. 8°.

J. Gottlob LEIDENFROST *de ſuccis herbarum recentium* Duisburg. anno 1751. 4°.

Hanoveriſche Verordnung wider die Wucherblume Hanover. anno 1751. 4°.

Georg Daniel THEBESIUS *vom Rauch- und Schnupftoback* Hall. ann. 1751.

Carl Guſtav LOWENHIELM *om Landskötſeln* Stokholm anno 1751. 8°.

J. B. BOEHMER *de radicum Rubiæ tinctoriæ effectibus* &c. Lipſ. anno 1751. 4°.

EJUSDEM *Callum oſſium ex radice Rubiæ infici* anno 1752. 4°.

**John.* HILL *Hiſtory of the materia medica* Lond. anno 1751. 4°.

EJUSDEM *Hiſt of plants* Lond. anno 1751. fol.

EJUSDEM *The garden of Eden* Lond. anno 1757. fol.

EJUSDEM *On the Sleep of the plants* anno 1757. 8°.

EJUSDEM *British herbary* Lond. anno 1758. fol.

EJUSDEM *Outlines of vegetable generation* anno 1758. 8°.

EJUSDEM *Valerian* anno 1758. 8°.

EJUSDEM *Account of a Stone who produces mushrooms* Lond. anno 1758. 8°.

EJUSDEM *Of the uſefulneß of the Knowledge of plants.* anno 1759. 8°.

EJUSDEM *Exotic botany* Lond. anno 1759. fol.

EJUSDEM *Method of producing double flowers from Single* ibid. anno 1759. 8°.

EJUSDEM *Origine and production of proliferous flowers* ibid. anno 1759. 8°.

* EJUSDEM *Vegetable Syſtem.* T. I. ad VIII. Lond. fol. ab anno 1759.

EJUSDEM *Flora Britannica* anno 1760. 8°.

In *Actis Helveticis phyſico mathematicis*, quorum Tomus I. anno 1751. Tomus VI. anno 1767. prodiit, pluſcula botanica Cl. la CHENAL, GAGNEBINII & aliorum exſtant.

* *Giov. Targioni* TOZZETTI *Rilazioni di alcuni viaggi* T. 6. Firenz. anno 1751. 8°.

EJUSDEM *Prodromo della corographia Toſcana* anno 1754. 8°.

EJUSDEM *Raggionamenti ſulla agricultura Toſcana* Lucca anno 1759. 8°.

Journal Oeconomique Paris anno 1751. 8°. & ſeqq.

Anweiſung zur Säung der weiſſen Maulbeerbäume Berlin. anno 1751. 8°.

Phyſicaliſche Beluſtigungen T. III. Berolin. anno 1750. 1751. & 1752. 8°.

Oeconomiſch phyſicaliſche Abhandlungen Lipſ. anno 1751. 8°.

**Jac. Chriſtoph* RAMSPEK *Specimen agoniſticum I.* Baſil anno 1751. 4°. & II. 1754. 4°.

Urban Bernhard BRUKMAN *vom Sago* Brunſchweig. anno 1751. 4°.

Petri Adriani GADD *Oeconomiſche Beskrifning öfwer Satacunda Härad* Abo anno 1751. 8°.

EJUSDEM *Underrättelſer i trä och skogs skötſeln* anno 1759. 4°.

EJUSDEM *Om bränne torf* anno 1759. 4°.

EJUSDEM *Om färgaſtoffens plantering i Finland.* anno 1760. 4°.

EJUSDEM *Upmuntrande til nyttiga plantagernes widtagande i Finland* anno 1763. ſeqq. IV. Diſſertationes.

J. Gottſchalk WALLERIUS *Principia vegetationis* Holm. anno 1751. 4°.

EJUSDEM *de artificioſa fecundatione per immerſionem* anno 1752. 4°.

EJUSDEM *de vegetatione seminum vegetabilium per mortem* anno 1767. 4°.

Theophili Emanuel HALLER *Dubia circa fundamenta botanica* Gotting. anno 1751. 4°.

Eadem illustrata ibidem anno 1752.

EJUSDEM *Dubiorum Fascic. I. & II.* anno 1753. 4°.

Michael Gottlieb AGNETHLER *de Lauro* Helmstatt ann. 1751. 4°.

Franc. BOISSIER de SAUVAGES *Methodus foliorum* Monspel. anno 1751. 8°.

GIOV. della BONA *L'uso e l'abuso del Coffee* Veron. anno 1751. 8°.

* *Daniel Gottfried* SCHREBER *Beschreibung des Waidtes* Hall. anno 1752. 4°.

*EJUSDEM *vom Sibirischen Leine* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *wie dem Flugsande zu wehren* Leipz. anno 1764. 8°.

EJUSDEM *Samlung von Schriften zur Cameral Wissenschaft* T. XII. Hall. ab anno 1755.

Erici PONTOPPIDAN *Försla försog paa Norges natural historie kiöbenhavn* anno 1752. 4°. & Germanice P. I. ibid. anno 1753. 8°. P. II. anno 1754. 8°.

EJUSDEM *Dänischer Atlas* T. I. ibid. anno 1745. 4°.

Mauric. Wilhelm. SCHWENKE *Plantarum officinalium horti medici Haagiensis cat.* Haag. anno 1752. 8°.

EJUSDEM *Gewassen welcke in gebruyk zyn* Haag. anno 1766. 8°.

*EJUSDEM *Verhandling over de Cicuta aquatica* GESNERI Haag. anno 1756. 8°.

J. Daniel DENSO *Monatliche Beyträge zur Naturkunde* Berlin. anno 1752. 4°.

Ubaldi MONTELATICI *Raggionamenti sopra i mezzi di far fioris l'agricultura* Firenz. anno 1752. 8°.

James NEWTON *Compleat herbal* Lond. anno 1752. 8°.

G. C. S. (SCHMIDT) *wahre Eigenschaften des Rheinweins* anno 1752. 8°.

CHEVALIER *sur les plantes de St. Domingue* Paris. anno 1752. 8°.

Joh. BRAUNER *Tankar och försök om aker och äng* Stokholm. anno 1752. 8°.

Car. AURIVILLII *Pars Ibn* ALWARDI *latine versa* Upsal' anno 1752. 4°.

J. Christoph RIEDELS *Garten-Lexicon* Northausen. 1752. 8°.

BIDET *de la culture de la vigne*, &c. Paris. anno 1752. 12. 2. Vol.

G. Christoph REICHEL *de succis plantarum* Lips. anno 1752. 4°.

EJUSDEM *de vasis plantarum spiralibus* anno 1758. 4°.

Caroli ALSTON *Tirocinium botanicum* Edimburg. anno 1753. 8°.

IDEM *contra sexum plantarum observationes physical and Letter* T. I.

Georg Wilhelm van ZOMPEL *Abhandlung von den Hyacinthen* Nuremberg ann. 1753. 8°.

J. Bernhard von FISCHER *Liefländisches Landwirthschaftsbuch.* Hall. anno 1753. 4°.

Avis pour transporter les arbres Paris anno 1753. 12.

Christian David KRAUSE *Catalogus arborum fruticum & herbarum, quarum semina conduntur* Berlin. anno 1753. 8°.

Du MONT *Mémoires historiques sur la Louisiane* Paris. anno 1753. 12.

Edward YOUNGE *Treatise on Opium* Lond. anno 1753. 8°.

Reginaldi SELLARI *Discorso ditto nella Academia di Cortona. An* anno 1753. 4°. annus incertus.

Olai TERNSTRÖM *Nätrasokens linsäde* Upsal. anno 1753. 4°.

Christian Jacob SCHRECK *de Cynoglosso* Altdorf. anno 1753.

Henric. Nicolai HERBERT *de Cassavæ amaræ radice* Marburg. anno 1753. 4°.

* *J. Gottlieb* ZINN *Observationes quædam botanicæ* Gotting. anno 1753. 4°.

* EJUSDEM *de generibus plantarum* prælegit anno 1753.

EJUSDEM *Catalogus plantarum horti & agri Gottingensis* Gotting. ann. 1757. 8°.

* *Charles* BONNET *Recherches sur l'usage des feuilles* Leid. anno 1754. 4°.

EJUSDEM *de plantarum in musco proventu Mémoir. présentés* T. I.

Carol. GIANELLA *Ipecacoanhæ virtus febrifuga* Patav. anno 1754. 4°.

L'art de cultiver les Meuriers blancs & des vers à soie Paris anno 1754. 8°.

* *Tiberii* LAMBERGEN *Encomium botanices* Groning. anno 1754. 4°.

EJUSDEM *Ephemerides persanati carcinomatis ope Bella donnæ* ibid. anno 1754. 4°.

Jacob RISLER *de verbasco* Strasburg. anno 1754. 4°.

J. Frider. DELIUS *de Taraxaco* Erlang. anno 1754.

EJUSDEM *de Peucedano* anno 1753 4°.

EJUSDEM *Fränkische Anmerkungen* Erlang. anno 1756. seqq. 8°.

David v. ROYEN *de hortis publicis* Leid. anno 1754.

Samuel CHYDENIUS *Beskrifn af gamle Carleby* Abo anno 1754 2. Dispur. 4°.

Erich. Gustav. LIDBEK *Om Skonska plantagerne* Stokholm anno 1755. 8°.

EJUSDEM *de re herbaria* anno 1754. 4°.

EJUSDEM *Sylvicultura Scaniæ* Lund. anno 1757. 4°.

EJUSDEM *om planteringer* anno 1765. 8°.

J. Andr. SCOPOLI *Methodus plantarum* Vienn. anno 1759.

*EJUSDEM *Flora Carniolica* Vienn. anno 1760. 8°.

Giuseppe ZINANNI *Opera posthuma* Venez. anno 1755. fol.

EJUSDEM *Malattie del grano in herba* Pesaro anno 1759. 4°.

J. L. Leberecht LOESECKE *auserlesene Arzneymittel* Berlin. anno 1755. 8°. & 1757. 8°.

* *Anton* BATARRA *Fungorum agri Ariminensis historia* Favent. anno 1755. 4°.

J. Hen-

J. Henrich DENFER *von der Ursache der Fruchtbarkeit* Hall. anno 1755. 8°.

Joseph Gottl. KOELREUTER *de insectis coleopteris & plantis rarioribus* Tubing. anno 1755. 4o.

** EJUSDEM *Nachricht von einigen das Geschlecht der Kräuter betreffenden Versuchen* Lipſ. anno 1761. 8°.

** EJUSDEM *Fortsezung der Versuche* ibid. anno 1763. 8o.

** EJUSDEM *Zweyte Fortsezung* ibid. anno 1764. 8°.

** EJUSDEM *Dritte Fortsezung* ibid. anno 1766. 8°.

GARSAULT *le parfait Maréchal* Paris. anno 1755. 4°.

** *Caroli* ALLIONE *Spec. I. stirpium rariorum Pedemontii* Turin. anno 1755. 4°.

EJUSDEM *Catalogus plantarum agri Niceni* Paris. anno 1757. 8°. & varia in Miſcell. Taurinenſibus.

* TILLET *sur la cause, qui noircit les grains de blé* Bordeaux. anno 1755. 4°.

Suite des expériences physiques Paris. anno 1755. 4°.

Précis des experiences faites à Trianon Paris. anno 1756. 8°.

Thomas HITT *Treatise on fruit trees* Lond. anno 1755. 8°.

J. Baptist. BOHADSCH *Beschreibung einiger nüzlichen Kräuter* Prag. anno 1755. 8o.

EJUSDEM *Vorschlag wie dem Konigreich Böhmen ein Vortheil* &c. ibid. anno 1758. 8o.

EJUSDEM *vom Gebrauche des Wadtes in der Haushaltung* anno 17 . 4o.

Essay sur l'agriculture moderne Paris. anno 1755. 12.

MEYER v. KNONAU *Entwurf die Stadt Zürich mit Holz zu versehen* Tigur. anno 1765. 8°.

Olai DECKBERG *om en hälsamt Win* &c. Stokholm. anno 1755. 12.

* *Patrik* BROWN *Natural history of Jamaica* Lond. anno 1756. fol.

* *Alexander* RUSSEL *Natural history of Aleppo* Lond. anno 1756. 4°.

Guil. Henrich KRAMER *Elenchus vegetabilium & animalium Austriæ inferioris* Vienn. anno 1756. 8°.

Abhandlung vom Baue des Mayz Berlin. anno 1756. 8°.

Vollständiger Unterricht von Küchengewächsen Leipz. anno 1756. 8°.

Carl Gustav BOYE *den förfarnen Swenska landthushållaren* Stokholm. anno 1756. 12.

Journal de médecine, de pharmacie &c. T. XXVI. prodierunt ab anno 1756. Paris 12.

Carl. EVELYN *Nuzen und Vergnügen der Gärtnerey* Lipſ. anno 1756. 8°.

Daniel SOLANDER *Elementa botanica* Upſal. anno 1756. 4°.

* *J. Gotthelf* MULLER *Species plantarum Decad. I.* Berlin. anno 1757. fol.

J. Anton. de MONTEPIGATI *nova ad praxin botanicam elementa* Padova. anno 1757. 8°.

Edward L'ISLE *Observations on husbandry* Lond. anno 1757. 8°. 2. Vol.

VERGIN *Rön och försök om en underbar Sädes förwandling* Stokholm. anno 1757. 8°.

Onderrättelse om jordpären ibid. anno 1757. 8°.

Abhandlung von der geschwinden Beförderung der Maulbeerbäume Plantagen Berlin. an. 1757. 8°.

* *P. Ehr.* OSBEK *Dagbok ofver en ostindisk resa* Stokholm.. anno 1757. 8°.

* *Frideric.* HASSELQUIST *Resa til heligo landet* Stokholm. anno 1757. 8°.

Acta Academiæ Moguntinæ scienciarum utilium Erfort. T. I. anno 1757. T. II. anno 1761. 8°.

* *Abraham* STEK *de Sagu* Argent. anno 1757. 4o.

William BROMFIELD *Account of the English nightshades* Lond. anno 1757. 8°.

Anton HEINS *vernünftiger Gebrauch auserlesener Arzneymittel* Lipſ. anno 1757. 4°.

J. P. BERGIUS *Om Spanmäls bristen sär sättjandemedelst Quikrot* Stokholm. 1757. 8o.

EJUSD. *Plantæ Capenses* 1765. 8o. ſero acceptæ.

Thomæ GATAKER *Obſſ on the internal use of Solanum with a Supplement* Lond. an. 1757. 8o. & *In Operibus* anno 1764. 8o.

* *Petri* LOEFLING *Iter Hispanicum* Stokholm. anno 1758. 8°.

MARCANDIER *Traité du Chanvre* Paris anno 1758. 8°.

La SALLE *Prairies artificielles* Paris. an. 1758. 8°.

William BORLASE *Natural history of Cornwall* Lond. anno 1758. fol.

Carl Ludwig BRUCH *de Anagallide* Argent anno 1758. 4°.

Dominici VANDELLI *de Aponi thermis* Padova anno 1758. 4°.

EJUSDEM *de thermis agri Patavini* Patav. anno 1760. 4°.

Le PAGE dit PRATZ *Histoire de la Louisiane* Paris. anno 1758. 12. 3. Vol.

JAUSSIN *Mémoires du Royaume de Corse* Lauſann. anno 1758. 12.

Michael VENEGAS *Natural and civil history of California* Madrit. anno 1758. anglice legi Lond. anno 1759. 2. Vol.

Marin Jacob Clar. ROBERT *ergo rachitidi Rubia tinctoria* Paris. anno 1758. 4°.

Rudolf Augustin VOGEL *Historia materiæ medicæ* Gotting. anno 1758. 8°.

EJUSDEM *de verioribus balsami Meccani notis* ibid. anno 1763. 4°.

CAYLUS *sur la plante nommée Papirus* Paris. anno 1758.

Om hafrasäningen och förwandlingen Holm. anno 1758. 8°.

* *Petri* ARDUINI *Observationum botanicarum Specimen I.* Patav. anno 1759. 4°. & *II.* ibid. anno 1764. 4°.

* EJUSDEM *Mémorie dissertationi & descrizzioni* ibid. anno 1766. 4°.

Franc. HOME *Principles of agriculture and vegetation* London. anno 1759. 8°.

Jac. Christian SCHÆFFER *Isagoge botanicæ expeditioris* Ratisbon. anno 1759. 4°.

EJUSDEM *Erleichterte Arzneywissenschaft* ibid. anno 1759. 4°.

EJUSD. *Botanica expeditior, & genera plantarum* ibid. anno 1760. 4°.

* EJUSDEM *Fungorum circa Ratisbonam nascentium* Centuriæ II. ibidem anno 1762. 1763. 4°.

* EJUSDEM *Gichtschwamm mit grünschleimigem Hute.*

* EJUSDEM *Versuch und Muster das Pflanzenreich zum Papiermachen zu tractiren* anno 1766. T. I. & II.

Corps d'observations de la Societé d'agriculture de Bretagne T. I. Paris. anno 1759. 8°. T. II. anno 1762. 8°.

* WALTER de la CHENAL *Specimen observationum medicarum* Basil. anno 1759. 4°.

* EJUSDEM *Observationes* in Actis Helveticis T. IV. &c.

* *Nic. Laurent.* BURMAN *de Geraniis* Leid. anno 1759. 4°. cum Epistola Cel. SCHMIEDELII.

Nicolai Joseph JACQUIN *Enumeratio plantarum Insularum Caribearum* Leid. anno 1760. 8°.

* EJUSDEM *Enumeratio stirpium in agro Vindobonensis sponte nascentium* Vindobon anno 1762. 8°.

** EJUSDEM *Selectarum stirpium Americanarum historia* Vindobon. anno 1763. 2. Vol.

** EJUSDEM *Observationum botanicarum* P. I. Vienn. anno 1764. fol. P. II. anno 1767. fol.

Thomæ KNAPE *Beschreibung der Aepfel* Nuremberg. anno 1760. fol.

David MEEZE *Flora Frisica* Francker anno 1760. 8°.

EJUSDEM *Eerste Beginsclen der Planten* St. I. Leeuwaardef anno 1763. 4°. St. II..... ibid.

EJUSDEM XIX. Class. &c. ibid. anno 1761. 8°.

Joh. le FRANQ van BERKHEY *Expositio characteristica florum, qui dicuntur compositi* Leid. anno 1760. 4°.

Thomæ PERFECT *Practice of gardening* Lond. anno 1760. 8°.

* *Antonii* STÖRK *de Cicuta libellus* Vienn. anno 1760. 8°.

* EJUSDEM *Libellus, in quo confirmatur, Cicutam esse medicamentum valde utile* ibid. anno 1761. 8°.

* EJUSDEM *Supplementum necessarium de Cicuta* anno 1761. 8°.

* EJUSDEM *Libellus, quo demonstratur, radicem Colchici autumnalis curare morbos difficiles* anno 1763. 8°. & Germanice Tiguri anno 1764. 8°.

* EJUSDEM *Libellus, in quo demonstratur, Hyoscyamum, Aconitum, Stramonium esse remedia salutaria* anno 1762 8°. & Germanice Tigur. anno 1763. 8°.

GAUTHIER *Introduction à la connoissance des plantes* Avignon. anno 1760. 8°.

J. Francisci MARATTI *de florum existentia & vegetatione in plantis dorsiferis* Rom. anno 1760. 12.

MIROUDOT *vom Raygrase* Carlsruh. anno 1762. 8°.

Mémoires de la Societé d'Agriculture de Berne, ab anno 1760. edi cepit, & hactenus continuatur.

J. Jac. CHATELAIN *de Corallorrhiza* Basil. anno 1760. 4°.

Carl HILLEFELD *Experimenta quædam circa venena* Gotting. anno 1760. 4°.

Martin Froben. LEDERMULLER *Versuch das Microscopium nüzlich anzuwenden* Nuremberg. anno 1764. fol.

EJUSDEM *Microscopische Augen Ergezungen* ibid. anno 1760. 4°. T. I. II.

** *Georg Christian* OEDER *Floræ Danicæ* P. I. Hafn. anno 1761. & reliqui Tomi ad VI.

* EJUSDEM *Elementa botanica* Hafn. anno 1764. 1766. 8°. & Germanice ibid.

EJUSDEM *Index plantarum* &c. anno 1761. 16.

Stephani KRASCHENINNIKOF *Flora Ingrica* Petersb. anno 1761. 8°. edidit Cl. *David* de GORTER.

EJUSDEM *Natural history of Kamtschatka* Lond. anno 1764. 4°.

* *Ludovici* GERARD *Flora Galloprovincialis* Paris. anno 1761. 8°.

Friderich Wilhelm LEYSER *Flora Halensis* Hall. anno 1761. 4°.

Abhandlung von der naturforschenden Gesellschaft zu Zurich. T. I. ibid. anno 1761. 8°. T. II. anno 1764. T. III. anno 1766.

Job BASTER *Opera subcesiva* T. I. Harlem anno 1761. 4o. T. II. nondum absolutus.

J. ANDREE *Observations upon the virtens of Hemlok* Leid. anno 1761. 8o.

J. Phil. Benedict SCHELLER *de Jalapa* Argentor. anno 1764. 4o.

Jacob Reimbold SPIELMANN *Cardamomi historia & vindiciæ* Argent anno 1762. 4o.

Joseph QUER *Flora Española* Madrit. T. I. II. III. IV. à 1762. ad ann. 1763.

Antonii GOUAN *Hortus Regius Monspeliensis* Monspel. anno 1762. 8°.

* EJUSDEM *Flora Monspeliaca* Lyon anno 1765. 8°.

J. HERMAN *De Rosa* Argent. an. 1762. 4°.

* *Caroli* LINNÆI filii *Rariorum plantarum* Decas I. Upsal. anno 1762. fol.

* Decas II. anno 1763. fol.

Antonio MATANI *Delle naturale produzioni del territorio Pistojese* Pistoja anno 1762. 4°.

Petri ROSSI *De nonnullis plantis, quæ pro venenatis habentur* Pisa anno 1762. 4°.

A. E. von LENGEFELD *von der Tanne, Fichte, und dem Künbaume* Nuremberg. anno 1762. 4o.

* *Guilielmi* HUDSON *Flora Anglica* Lond. anno 1762. 8o.

Benjamin STILLINGFLEET *Miscellaneous tracts* Lond. anno 1762. 8°.

* *Henrici Joh. Nepomuceni* CRANZ *Stirpium Austriacarum Fasciculus I.* Vienn. anno 1762. 8o.

* *Fasciculus II.* ibid. anno 1763. 8°.

* *Fasciculus III.* ibid. anno 1767. 8o.

EJUSDEM *Classis umbelliferarum emendata* ibid. anno 1767. 8o.

EJUSDEM *Institutiones rei herbariæ* ibidem anno 1766. 2. Vol. 8o.

EJUSDEM *Materia medica* Vienn. anno 1762. 8.° 3. Vol. & 1765. 3. Vol. 8°.

Georg

Georg. Frid. STEINMEYER *De Rubia tinctoria* Argent anno 1762. 4°.

Petri Joh. BUCHODZ *Description historique des plantes, qui croissent en Lorraine & dans les trois Evêchés* Nancy VI. vol. 12. anno 1762. & sqq.

EJUSDEM *Tournefortius Lotharingicus* ibid. anno 1766. 12.

* H. B. De SAUSSURE *De l'écorce des arbres* Genev. anno 1766. 12.

Libri oeconomici, argumenti nostro seculo frequentissimi, hactenus ad botanicen pertinent, sic *Déliberations & Mémoires de la Societé d'agriculture de Rouen*, Rouen anno 1763. 8°. & T. II. 1767. 8°.

Mémoires & observations de la Societé de Tours, Tours anno 1763. 8°.

William LEWIS *Materia medica* Lond. anno 1763. 4°.

James LEE *Introduction to botany* Lond. anno 1763. 8°.

Philip. Frideric. GMELIN *Otia botanica* Tubing. anno 1763. 4°.

EJUSDEM *Analeptica nobiliora Cinnamomum, asa faetida & Muscus* anno 1763. 4°.

EJUSDEM *Fasciculus plantarum patriae nobis vicinarum* ibid. anno 1764. 4°.

Atti Della Academia delle Scienze di Siena T. II. ibid. anno 1763. 4°.

Thomae MARTIN *Plantae Cantabrigienses* Lond. anno 1763. 8°.

* ADANSON *Familles de plantes* Paris anno 1763. 8°. 2. vol.

**EJUSDEM *Baobab Mem. de* anno 1761.

Johan. OTT *Dendrologia Europae mediae* Tigur. anno 1763. 8°.

Israel LYONS *Fasciculus plantarum circa Cantabrigiam lectarum* Lond. anno 1763. 8°.

BOISSIER de la CROIX *De la culture des Meuriers* anno 1763. 8°.

THOMÉ' *Mémoire sur la culture des Meuriers* Lion anno 1763. 8°.

J. Christian SCHREBER *Abhandlung vom Gras baue* Leipz. anno 1763. 8°.

** EJUSDEM *Geschichte der gräser* P. I. II. III. anno 1766. 1767. fol.

*EJUSDEM *Icones & descriptiones plantarum minus cognitarum* Hall. anno 1766. fol.

* *Carl. Abrah.* GERHARD *von der Bärentraube* Berlin. anno 1763. 8°.

Gottfried REYGER *Tentamen Florae Gedanensis* Gedan. anno 1764. & 1766. 8°.

Car Ludwic. Franc. ANDRY *Ergo cancer ulceratus Cicutam eludit* Paris anno 1763. 4°.

Friderici C. de ALTHAN *Della somiglianza che passa tre il R. vegetabile ed il regno animale* Venez. anno 1763. 8°.

**Project Joseph* EHRHART *De Cicuta* Argent. anno 1763. 4°.

J. Car. GEHLER. *De usu macerationis seminum in vegetatione* Lips. anno 1763. 4°.

* *Ferdinandi* BASSI *Ambrosina* Bonon. anno 1763. 4°.

*EJUSDEM *Iter alpinum Comm. Bonon.* T. IV.

Walter HART. *Essay on husbandry* Lond. anno 1764. 8°.

CAVOLO *Dell irritabilita d'alcuni fiori* Firenz. anno 1764. 8°.

Jean BERTRAND *De l'eau par raport à l'oeconomie rustique* Avignon. anno 1764. 8°.

Jacobi WERNISCHEK *Genera plantarum, secundum numerum laciniarum floris disposita* Vien. anno 1764. 8°.

Caroli CRATOCHWILL *De Colchico* Francf. viadr. anno 1764. 8°.

* *Michael* GIRARDI *De Uva ursi & ejus vi lithontriptica* Patav. anno 1764. 8°.

Zuverlässige Nachricht von den Stücken aus dem Pflanzenreiche die in Apotheken aufbehalten werden Dresd. anno 1764. 8°.

J. Valentin KOLB *Landbetrachtung* anno 1764. 8°.

Du CHESNE *Manuel de botanique* Paris anno 1764. 8°.

*EJUSDEM *Histoire naturelle des Fraiziers* ibid. anno 1766. 12.

DEJEAN *Traité des odeurs*, Paris. anno 1764. 12.

Musaeum rusticum & commerciale, ab anno 1764. Londini prodiit, totum fere botanicum.

Henrici Car. WILKE *de usu Systematis sexualis* Gryphswald. anno 1764. 4°.

J. Gustav WILKE *Flora Gryphica* Gryphswald. anno 1765. 8°.

Car. Ludw. BELLARDI *Specimen inaugurale* Turin. anno 1764. 4°.

Guid. Andr. GARNER & QUERENET *Ergo condimentum medicamentum Sinapi* Paris. anno 1764. 4°.

Richard PULTENEY *de Cinchona officinali* Edimburg. anno 1764. 8°.

Alex. Bernhard. KOLPIN *de stylo* Gryphswald. anno 1764. 4°.

EJUSDEM *de historiae naturalis & botanices praestantia & dignitate* anno 1765. 4°.

J. Henr. LANGE *Dubia Cicutae vexata* Helmstatt. anno 1764. 4°.

EJUSDEM *de remediis Brunsvicensium* Brunsvic. anno 1765. 8°.

System der natuurlyken historie na de vier Ryken T. I. P. I. II. Haag. anno 1765. fol.

Robert BILLING *Account of the culture of Carrots* Lond. anno 1765. 8°.

Franc. Jos. LIPP *Enchiridium botanicum* Vienn. anno 1765. 8°.

Christoph WULFF *Flora Borussica denuo efflorescens* Regiomont. anno 1765. 8°.

La MARRE *Défense de plusieurs ouvrages sur l'agriculture* Paris. anno 1765. 8°.

Der Rheingauer Weinbau nach selbst eigner Erfahrung beschrieben Francf. anno 1765. 8°.

J. Christoph BERNHARD *Abhandlung vom Wiesenbau* Francf. & Lips. anno 1765. 8.

David CRANZ *Historie von Grönland* Barby. anno 1765. 8°. 2. Vol.

Der Drontheimischen Gesellschaft Schriften T. I. Koppenhag. anno 1765. 8°. T. II. ibid. T. III. ibid. anno 1766. 8°.

FLACHAT *Observations sur le commerce & les arts* Lion. anno 1765. 8°. 2. Vol.

Theodor Gerhard TIMMERMAN *de Belladonna* Rinteln. anno 1765. 4°.

* *J. Andreae* MURRAY *Uva ursi* Gotting. anno 1765. 4°.

Adolph. Julii BOSE *Character plantarum essentialis singularis* Lips. anno 1765. 4°.

ALLEON du LAC *Mémoires pour servir à l'histoire naturelle du Lionnois* Lion. an. 1765. 8o.

Leon Elias HIRSCHEL *über den Gebrauch des Schierlings* Berlin. anno 1765. 8°.

EJUSDEM *Beytrag* anno 1766. 8o.

BOURGELAT *Matiére medicale véterinaire* Lion. anno 1765. 8o.

Der Ch. Braunschweig Lüneburgischen Gesellschaft zur Verbesserung der Landwirthschaft I Stück. Cell. anno 1765. 8o.

Wilhelm Friderich v. GLEICHEN *das neueste aus dem Reiche der Pflanzen* Nuremberg. anno 1766. fol.

J. Ernest GUNNERI *Floræ Norvegicæ* P. I. Nidros. anno 1766. fol.

J. Andreæ CRAMER *Anleitung zum Forstwesen* Brunsvic. anno 1766. fol.

Joh. MARSILII *Fungi Carrariensis historia* Patav. anno 1766. 4o.

ROSIER *Démonstrations élémentaires de botanique* Lyon. anno 1766. 8o. 2. Vol.

* *Caroli* CRAPF *Experimenta de Ranunculorum venenata qualitate* Vienn. anno 1766. 8o.

Abhandlung vom Baume Acacia Carlsruh. anno 1766. 8°.

Floræ Argentoratensis prodromus Argent. anno 1766. 8°.

BOLET *sur la culture du Meurier blanc & du Peuplier d'Italie* anno 1766. 8o.

J. Conrad NAST *vollständige Abhandlung vom Weinbaue* Stuttgard. anno 1766. 8o. & T. II. anno 1767. 8o.

PENNIER de LONGCHAMP *Observations sur les Truffes & sur les Champignons* Avignon. anno 1766. 12.

GUERIN *Vegetabilia venenata Alsatiæ* Argent. anno 1766. 4o.

LIEUTAUD *précis de la matiére médicale* Paris. anno 1766. 8o.

* *Otto Friderich* MULLER *Flora Fridrichsdalina* Hafn. anno 1767. 8o.

EJUSDEM *Horologium in Phalangio ramoso Mémoir. de la Societé oeconomique de Berne* anno 1766. T. IV.

* EJUSDEM *Sphagnum acaulon* &c. *Swensk. Wetensk. Handl.* 1764. Trim. I.

* *Daniel* de la ROCHE *Descriptio aliquot plantarum novarum* Leid. anno 1766. 4o.

Mauritii Antonii CAPPELER *Descriptio montis Pilati* Basil. anno 1767. 4o.

J. BECKMANN *Anfangsgründe der Naturgeschichte* Gotting. anno 1767. 8o.

Description abrégé des plantes usuelles Paris. anno 1767. 12.

J. Dan. TITII *Systema plantarum Sexuale* Witteberg. 1767. 4o.

Omisi innumeras levioris notæ disputationes Academicas, Chemica opera & pharmaceutica, Itinera, Opera physica, & varii argumenti, ne catalogus in infinitum cresceret.

AUCTORIS OPERA BOTANICA.

Iter Helveticum I. Tigur. anno 1735. 8. in *Tempe Helveticis*, recusum in *Opusculis*.

Methodus studii botanici Gotting. anno 1736. 4o. & in Opusculis.

De Veronicis alpinis I. & II. Programma Gotting. anno 1737. 4o.

De Pedicularibus Helveticis ibid. anno 1737. 8o.

Iter Hercynicum ibid. anno 1738. 4o. & *in Opusculis.*

Iter Helveticum II. Gotting. anno 1740. 4o. & in *Opusculis botanicis.*

Enumeratio stirpium Helvetiæ indigenarum Gotting anno 1742. fol. quod opus huic quasi fundamenti loco fuit.

Enumeratio plantarum horti Gottengensis Gotting. anno 1743. 8o. & 1753. 8o.

Editio nova RUPPIANÆ *Floræ* aucta & emendata, adjectis sex tabulis æneis meis.

De Allii genere naturali ibid. anno 1745. 4o. & in *Opusculis.*

Opuscula botanica recusa & aucta Gotting. anno 1749. 8°.

Catalogus stirpium rariorum Helvetiæ Lausann. anno 1760. 8o.

Plantæ rariores descriptæ & pictæ in Commercio Literario Norico annis 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1744.

Cyanus depictus Phil. Transf. n. 472.

Amethystina Act. Upsal. anno 1742.

Ad Opus Weinmannianum *Præfatio* Noriberg. anno 1745. fol.

Observationes botanicæ Commentar. Societat. Gotting. T. I. & II. anno 1751. & 1752.

Orchidum genus constitutum in Actis Helveticis Basil. anno 1760.

Sic *Emendationes & auctaria ad Enumerationem stirpium Helveticarum I. anni* 1759. Bern. anno 1760. 8o. Basil. anno 1765. 4o.

II. Eodem anno etiam Turini, anno 1762. recusæ in Miscellaneis T. I. & Basil. anno 1765.

III. Basil. anno 1761. 4°.

IV. Bern. anno 1762. 8o. & Basil. anno 1765. 4o.

V. Basil. anno 1763. 4o.

VI. Ibidem anno 1765. 4o.

Verzeichniis der Bäume und Stauden die in Helvetien wild wachsen in Actis Soc. Oeconom. Bern. anno 1763.

Ruralia Opera ad emendandum agrum Præfecti suscepta *Rupensis* ibid. anno 1764.

Ad Agrostographiam Supplementa Gottingam missa anno 1767.

TABU-

TABULA CLASSIUM ET GENERUM.

CLASSIS I.

I. PLANTÆ STAMINIBUS
I. PETALIS PRÆDITÆ.
I. FLORE SEMINI UNICO INSIDENTE
I. FLORIBUS COMPOSITIS,
I. STAMINIBUS CONNATIS
I. PLANIPETALÆ
I. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA
I. SEMINIBUS NUDIS
Cichorium 1
II. SEMINIBUS PAPPO CORONATIS
Hypochoeris 4
II. PLACENTA SQUAMIS NUDA
I. SEMINIBUS NUDIS
Lapsana 3
II. SEMINIBUS PARTIM NUDIS, PARTIM CORONATIS.
* Rhagadiolus 1
III. SEMINIBUS CORONATIS
Tragopogon 2
Scorzonera 3
Lactuca 4
Chondrilla 1
Prenanthes 2
Sonchus 4
Picris 5
Crepis 5
Hieracium 23
Taraxacum 2

I. I. I. I. II. RADIATÆ
I. PLACENTA NUDA
I. SEMINIBUS CORONATIS
Senecio 12
Solidago 3
After 10
Erigeron 4
Doronicum 1
Arnica 4
II. SEMINIBUS NUDIS
Bellis 1
* Pyrethrum 3
Matricaria 4
II. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA
I. SEMINIBUS NUDIS
Chamæmelum 4
Achillea 12
II. SEMINIBUS CORONATIS
Buphthalmum 2
Bidens 2
I. I. I. I. III. FLOSCULOSÆ
I. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA
I. SEMINE CORONATO.
Xeranthemum 1
II. SEMINE NUDO
Santolina 1
Apsinthium 3
* Artemisia 4
Tanacetum 2
Carpesium 1
II. PLACENTA NUDA
II. SEMINE PAPPO CORONATO
Conyza 1
Eupatorium 1
Cacalia 1
Petasites 6
Chrysocome 1
Filago 13
I. I. I. I. IV. CAPITATÆ
I. CALYCE PROPRIO
Echinops 1
II. CALYCE PROPRIO NULLO
I. FLOSCULIS OMNIBUS ANDROGYNIS
Onopordon 1
Centaurium 1
Lappa 1
Carduus 6
Cirsium 13
Silybum 1
Carlina 2
* Jacea 1
II. FLOSCULIS IN AMBITU STERILIBUS
Cyanus 7
Atractylis 1
Calcitrapa 2
Rhaponticum 3
* Serratula 1
I. I. I. I. V. COMPOSITÆ
II. STAMINIBUS LIBERIS
I. DIPSACEÆ (*a*)
Dipsacus 3
Succisa 3
Scabiosa 4
II. NULLO COMMUNI DISCO
Valeriana 6
Valerianella 2
I. I. I. I. VI. FLORE COMPOSITO
III. SEMINE INTRA FLOREM
Globularia (*b*). 3

CLASSIS II.

I. STAMINIBUS PRÆDITÆ
I. ET PETALIS
II. DIDYNAMIÆ
FLORE DIFFORMI.
STAMINIBUS QUATUOR INÆQUALIBUS
I. SEMINIBUS QUATUOR NUDIS
ORDO I. FLORE PARUM DIFFORMI
Verbena 1
Lycopus (*c*) 1
Mentha 10
Trixago 1
ORDO II. FLORE BILABIATO
I. GALEA EMARGINATA AUT BIFIDA
Lavandula 1

(*a*) Possunt etiam ad Didynamias censeri.
(*b*) Potest etiam ad Didynamias censeri, & per eam a Scabiosis ad Didynamias transitur.
(*c*) Duo tantum stamina. Mejostemon.

Origanum 2
Thymus 2
Clinopodium 3
Melissa 3
Horminum 1
Melissophyllum 1
Chamæclema 1
Cataria 3
Hyssopus 1
Rosmarinus (*d*) 1
Salvia (*e*) 3
Dracocephalus 1
Stachys 3
Marrubium 1

ORDO II. GALEA SERRATA

Ballote 1
Betonica 6
Galeopsis 4
Lamium 4

ORDO III. GALEA INTEGRA

Cardiaca 3
Brunella 3
Cassida 2

ORDO III. GALEA NULLA

Bugula 3
Chamædrys 5

I. I. II. II. ANGIOSPERMÆ

I. MONANGIÆ

Utricularia (*f*) 2
Pinguicula (*g*) 2
Orobanche 3
Squamaria 1
Tozzia 1
Linnæa 1
Limosella 1
Montia (*h*) 1

II. DIANGIÆ

Erinus 1
Euphrasia 1
Odontites 3
Melampyrum 5
Stæhelinia 1
Alectorolophus 2
Pedicularis 10
Scrophularia 4
Gratiola 1
Digitalis 3
Antirrhinum 10

CLASSIS III.

I. PLANTÆ STAMINIBUS PRÆDITÆ

I. & PETALIS

III. STAMINIBUS CONNATIS INÆQUALIBUS

I. OCTOSTEMONES

Polygala 2
Polygaloides 1

II. HEXASTEMONES

Fumaria 4

III. DECASTEMONES PAPILIONACEÆ.

ORDO I. FOLIIS SIMPLICIBUS AUT TERNIS

Genista 4
Spartium 2
Anonis 4

II. FOLIIS TERNATIS

Cytisus 2
Melilotus 1
Trifolium 16
Medica 4
* Buceras 1

III. FOLIIS QUINIS

Dorycnium 1
Lotus 2

IV. FOLIIS NUMEROSIS PINNATIS.

I. CAULE NON VOLUBILI

Coronilla 4
Ferrum equinum 1
Ornithopodium 1
Galega 1
Hedysarum 1
Onobrychis 1
Vulneraria 2
Cicer 1
Colutea 1
Astragalus 15
Orobus 4
Galega 1
Ervum 1

II. CAULE SCANDENTE

Ervum 1
Vicia 9
Lathyrus 12

CLASSIS IV.

I. PLANTÆ STAMINIBUS

I. & PETALIS PRÆDITÆ

IV. STAMINIBUS SENIS QUORUM DUO BREVIORA CRUCIFERÆ

I. SILIQUOSÆ

Leucojum 5
Hesperis 3
Arabis 3
Turritis 3
Eruca 6
Sinapi 5
Raphanus 1
Dentaria 2
Cardamine 7
Erysimum 4
Sisymbrium 5
Radicula 2

I. SILICULOSÆ

I. SILICULÆ SEPTO VALVIS PARALLELO

Alyssum 8
Draba 4
Lunaria 1

II. SILICULIS GEMELLIS

Biscutella 1

III. SEPTO AD VALVAS NORMALI

Coronopus 1
Nasturtium 13
Lepidium 4

IV. FLORE DIFFORMI

Iberis 2

V. SILIQUA UNILOCULARI

Rapistrum 1
Isatis 1

VI. SILIQUA IRREGULARI

Myagrum 2

Bunias

(*d*) Duo tantum stamina. Mejostemon.
(*e*) Semitetrastemon.
(*f*) Stamina tantum duo.
(*g*) Semitetrastemon.
(*h*) Stamina tria. Mejostemon, planta difficulter ad ordinem suum reducenda, ab Alsine differt flore monopetalo.

Bunias	1
Trapa	1

CLASSIS V.

I. PLANTÆ STAMINIBUS

I. & PETALIS PRÆDITÆ

V. MEIOSTEMONES

I. TETRAPETALÆ DISTEMONES

Fraxinus	1

II. MONOPETALÆ DISTEMONES

Jasminum	1
Liguſtrum	1
Lilac	1
Veronica	21

III. MONOSTEMONES

Stellaria	3
Najas	1

Huc ex Didynamiis pertinent Roſmarinus,
Lycopus
Lentibularia
Pinguicula
Montia huc cum Najade referri poſſet.

CLASSIS VI.

I. PLANTÆ STAMINIBUS

I. PETALIS PRÆDITÆ

VI. ISOSTEMONES.

I. FLORE DIFFORMI

Impatiens	1
Viola	13

II. DICARPÆ

Aſclepias	1
Vinca	2

III. CUCURBITACEÆ

Bryonia	1

IV. SOLANACEÆ

Solanum	2
Phyſalis	1
Mandragora	1
Belladonna	1
Hyoſcyamus	1
Verbaſcum	5
Stramonium	1

V. ASPERIFOLIÆ

Cynogloſſum	3
Scorpiurus	3
Heliotropium	2
Lithoſpermum	2
Pulmonaria	2
Bugloſſum	1
Symphytum	2
Cerinthe	1
Echium	2
Lycopſis	1
Aſperugo	1
Borrago	1

VI. VASCULIFERÆ

I. UNILOCULARES

Primula	8
* Aretia	9
Androſace	1
Anagallis	2
Centunculus	1
Lyſimachia	4
Hottonia	1
Menyanthes	1
Soldanella	1
Cyclaminus	1
Gentiana	18

II. BILOCULARES

Cuſcuta	1
Plantago	8

III. TRILOCULARES

Convolvulus	2
Polemonium	1

IV. QUINQUELOCULARES

Azalea	1

V. FRUCTU MOLLI

Aquifolium	1

ORDO VII. CORONATÆ

Opulus	1
Viburnum	1
Sambucus	2
Caprifolium	5
Rapunculus	7
Campanula	20
Pimpinella	2
Samolus	1

ORDO VIII. STELLATÆ

Rubja	1
Galium	19
Aſperula	6
Sherardia	1

ORDO IX. UMBELLIFERÆ

I. RECEPTACULO COMMUNI

Eryngium	2

II. NULLO RECEPTACULO COMMUNI

I. SEMINIBUS ACULEATIS

Sanicula	1
Caucalis	5
Libanotis	2
Daucus	1

II. SEMINIBUS ROSTRATIS

Chærophyllum	3
Myrrhis	5

III. SEMINIBUS CONVEXIS OVATIS AUT ACUTIS

Oenanthe	2
Phellandryum	1
Liguſticum	1
Podagraria	1
Foeniculum	1
Meum	1
Seſeli	2
Coriandrum	1
Aethuſa	1
Cicuta	2
Bupleurum	8
Sium	5
Bulbocaſtanum	1
Apium	1
Tragoſelinum	4
Carum	1

IV. SEMINE ALATO

I. ALIS QUINQUE

Aſtrantia	2

II. ALIS QUATUOR

Laſerpitium	5
Peucedanum	1

III. ALIS DUABUS

Selinum	7
Imperatoria	1
Angelica	2

V. SEMINIBUS PLANIS

Paſtinaca	1
Sphondylium	2
Tordylium	1
Hydrocotyle	1

ORDO X. EPICARPIÆ

I. FLORE DIPETALO

Circæa	2

II. FLORE TETRAPETALO

Ribes	4

ORDO XI. PERICARPIÆ
II. POLYPETALÆ
I. FRUCTU MOLLI
Rhamnus 4
Vitis 1
Hedera 1
Rhus 1
Berberis 1
Evonymus 2
II. FRUCTU SICCO
Staphylea 1
Parnassia 1
Rorella 2
Statice 1
Linum 5
Telephium 1
Corrigiola 1
Potamogeton 11
ORDO XII. CALYCIFLORÆ
Salicaria (*i*) 2
Peplis (*k*) 1
I. PLANTÆ STAMINIBUS
I. & PETALIS PRÆDITÆ
CLASIS VII. DIPLOSTEMONES
I. CARYOPHYLLÆ
Elatine 2
* Cherleria 1
Alsine 26
Myosotis 10
Tunica 7
Saponaria 7
Viscago 11
Lychnis 7
Oxys 2
Geranium 17
Tribulus 1
Tamariscus 1
II. SUCCULENTÆ
Sedum 19
Portulaca 1
Saxifraga 22
III. EPICARPIÆ
Agrimonia 1
Pentapteris 2
Oenothera 1
Epilobium 7
IV. PETALORUM NUMERO IN EADEM PLANTA DIVERSO
Hypopitys 1
Ruta 2
Moschatellina 1
V. BACCIFERÆ
Paris 1
Phytolacca 1
VI. CORNICULATÆ
Pirola 4
Erica 3
Rhododendron 2
Andromeda 1
Arbutus 2
Vaccinium 4
VII. FLORIBUS TUBULOSIS
Thymelæa 4
Stellera 1
VIII. FLORE DIFFORMI
I. MONOPETALÆ
Aristolochia 2
II POLYPETALÆ
Fraxinella 1
IX. TRICOLOBÆ
Hippocastanum 1

X. DICOLOBÆ
Acer 3
Accedit ex Isostemonibus.
Salicaria 1
I. PLANTÆ STAMINIBUS
I. & PETALIS PRÆDITÆ
CLASSIS VIII. POLYSTEMONES
I. VASCULIFERÆ
Tilia 1
Cistus 5
Hypericum 7
II. NECTARIFERÆ
Tithymalus 12
Reseda 3
III. RHOEADES
Chelidonium 1
Glaucium 1
Papaver 5
Nymphæa 2
Hydrocharis 1
IV. COLUMNIFERÆ
Malva 4
Althæa 2
Abutilon 1
V. BACCIFERÆ
I. FLORE FRUCTUI CIRCUMNATO.
Actæa 1
Capparis 1
Amygdalus 1
Prunus 3
Cerasus 3
Padus 1
II. FLORE FRUCTUI INNATO.
Mespilus 8
Pirus 2
Punica 1
Opuntia 7
Philadelphus 1
Rosa
VI. CALYCIFLORÆ
Rubus 3
Fragaria 19
Geum 4
Dryas 1
Filipendula 3
VII. THALAMIFLORÆ
I. GYMNOPOLYSPERMÆ
Thalictrum 5
Clematis 3
Atragene 1
Anemone 10
Hepatica 1
Adonis 1
Myosurus 1
Ficaria 1
Ranunculus 23
Damasonium 1
Sagitta 1
II. MULTISILIQUÆ
I. FLORE UNIFORMI
Butomus 1
Pæonia 1
Caltha 1
Trollius 1
Isopyrum 1
Helleborus 4
Nigella 1
Aquilegia 2
II. FLORE DIFFORMI
Aconitum 4
Delphinium 3

I. PLAN-

(*i*) Species ejus inter diplostemones.
(*k*) Accedunt aliquæ species Alsines, Myosotidis & Geranii ex Diplostemonibus. Ex polystemonibus Hydrocharis.

I. PLANTÆ STAMINIBUS.
I. ET PETALIS PRÆDITÆ
CLASSIS IX. LILIACEÆ
I. TRISILIQUÆ
Veratrum 1
Anthericum 1
II. UNISILIQUÆ
I. FRUCTU INTRA FLOREM
I. FLORE PATULO SOLITARIO
Asphodelus 1
Phalangium 8
Ornithogalum 2
II. FLORE CONGREGATO
Allium 13
III. FLORE CAMPANIFORMI
Hemerocallis 2
Lilium 3
Erythronium 1
Fritillaria 1
Tulipa 1
IV. BACCIFERÆ
Uvularia 1
Ruscus 1
Asparagus 1
Unifolium 1
Polygonatum 4
V. FLORE TUBULOSO
Hyacinthus 4
VI. FLORE FRUCTUI INNATO
I. HEXASTEMONES
Agave 1
Narcissus 3
Galanthus 2
Colchicum 2
II. TRISTEMONES
Crocus 1
Iris 3
VII. FLORE DIFFORMI
Gladiolus 1
I. PLANTÆ STAMINIBUS
I. ET PETALIS DONATÆ
CLASSIS X. SATYRIA
Orchis 26
Epipactis 12
Calceolus 1
Corallorhiza 1
I. PLANTÆ STAMINIBUS
II. ET SPATHIS PRÆDITÆ
CLASSIS XI. PIPERITÆ
Arum 1
I. PLANTÆ STAMINIBUS PRÆDITÆ
II. PETALIS NULLIS
CLASSIS XII. GRAMINEÆ
I. TRIGLUMES
Sparganium 2
Typha 2
II. SEXGLUMES
Acorus 1
Triglochin 1
Valisneria 1
Scheuchzeria 1
Juncus 20
I. UNIGLUMES
Eriophorus 3
Scirpus 9
Mariscus 4
Carex 60

IV. BIGLUMES
GRAMINA
I. CALYCE NULLO
Nardus 1
Homalocenchrus 1
* Phoenix 1
II. CALYCE UNIGLUMI
* Tragus 1
Lolium 1
III. CALYCE BIGLUMI
Secale 1
Triticum 11
Festuca 17
Sesleria 2
Poa 29
Avena 25
Bromus 11
Stipa 2
Arundo 10
Milium 1
Digitaria 2
Phleum 5
IV. CALYCE BIGLUMI, SETIS CORONATO
Hordeum 6
V. CALYCE BIGLUMI FOLLICULO UNIGLUMI
Alopecurus 3
VI. CALYCE TRIGLUMI
Panicum 3
VII. CALYCE PINNATO
Cynosurus 2
CLASSIS XIII.
I. SEXUBUS CONJUNCTIS
II. PETALIS NULLIS
I. VASCULIFERÆ POLYSPERMÆ
I. POLYSTEMONES
Asarum 1
II. DIPLOSTEMONES
Chrysosplenium 2
II. MONOSPERMÆ
I. DIPLOSTEMONES
Scleranthus 2
II. ANOMALOSTEMONES
Herniaria 2
Polygonum (a) 12
III. MEIOSTEMONES
Alchemilla 4
Polycnemon 1
Blitum 1
IV. ISOSTEMONES
Limnopeuce 1
Thesium 2
Chenopodium 1
Ulmus 1
Lapathum (b) 12
II. SEXUBUS SEPARATIS
I. POLYSTEMONES
Ceratophyllum 1
Mercurialis 2
Laurus 1
Empetrum 1
II. DIPLOSTEMONES
Hippophäe 1
III. MEIOSTEMONES
Zanichellia 1
Empetrum 1
IV. ISOSTEMONES
Amaranthus 1
Ficus 1
Lemna 1
Viscum 1
Buxus 1

(a) Polygonum natans est Isostemon.
(b) Duo ultima Lapatha sexubus sunt separatis.

q 2 Morus

Morus	1
Parietaria	2
Urtica	2
Cannabis	1
Lupulus	1
Atriplex	2
Celtis	1
Tamus	1

V. FLORE COMPOSITO

Xanthium	1

VI. JULIFERÆ

Fagus	1
Castanea	1
Juglans	1
Corylus	1
Quercus	1
Carpinus	1
Betula	2
Alnus	2
Populus	3
Salix	21

VII. CONIFERÆ

Pinus	5
Juniperus	2
Taxus	1
Ephedra	1

II. PLANTÆ STAMINIBUS NULLIS

CLASSIS XIV. CAULIFOLIÆ

Equisetum	6
Hippuris	4

II. PLANTÆ STAMINIBUS NULLIS

CLAS. XV. EPIPHYLLOSPERMÆ

Ophioglossum	1
Osmunda	1
Struthiopteris	1
Filix	2
Asplenium	6
Polypodium	17
Adiantum	1
Acrostichum	2

II. PLANTÆ STAMINIBUS NULLIS

CLASSIS XVI. MUSCI.

Lycopodium	8
Sphagnum	4
Buxbaumia	1
Hypnum	69
Bryum	37
Mnium	22
Blasia	1
Jungermannia	30
Marchantia	5
Anthoceros	2
Riccia	3
Hydrophace	4

II. PLANTÆ STAMINIBUS NULLIS

CLASSIS XVII. LICHENES

1. Corniculati	50
2. Coralloidei	14
3. Usneæ	8
4. Cyprii	14
5. Antilysii	37
6. Pulmonarii	26
7. Psoræ	11
8. Gelatinosi	10
9 Herpetes	39
10. Lepræ	20

II. PLANTÆ STAMINIBUS NULLIS

CLAS. XVIII. FILAMENTACEÆ

Byssus	8
Conferva	16
Tremella	3
Ulva	1

II. PLANTÆ STAMINIBUS NULLIS

CLASSIS XIX. FUNGI

Mucilago	4
*Fuligo	3
*Embolus	3
Botrytis	3
Lycogala	5
Mucor	5
Aspergillus	6
*Trichia	12
Lycoperdum	9
*Sphæria	16
Clavaria	13
Puccinia	4
Ceratospermum	2
Cyathus	2
Peziza	30
Boletus	2
Phallus	1
Agaricum	25
Polyporus	44
Echinus	10
Merulius	4
Amanita	159

PLANTÆ

PLANTÆ

I. STAMINIBUS CONSPICUIS
I. PETALISQUE
I. FLORE COMPOSITO.

Huic classi commune est, habere finem petioli florigeri dilatatum in discum carnosum, rotundum, planum convexumve, etiam concavum. In ejus disci foveolas radicantur semina, quorum quodlibet coronatur suo flosculo, vel toto tubuloso, vel certe in principio. Toti flori composito longe plerumque calyx subest, multis fere ex foliolis compositus, sæpe imbricatim sibi impositis. Petala undique in circulum expanduntur.

I. STAMINIBUS CONNATIS.

His tubus floralis educit quinque petiolos, qui in unam cavam cylindrum conjunguntur; cujus interior superficies loculis polline plenis inscribitur, finis quinque dentibus terminatur *a*). Intra eam vaginam tuba continetur, quæ de summo semine adscendit, bifido fine *b*). Ita in flosculis perfectis. Dantur enim feminini fere minores; apetalis similes, in quibus tuba est absque stamine & vagina: dantur etiam masculi, fere majores, quibus vagina staminea est absque tuba cum semine abortivo. Utrumque rarius, & frequentiores sunt flosculi androgyni.

I. FLOSCULIS EXPLANATIS.

CICHORACEÆ VAILLANTII *Mémoir. de l'Academie des Scienc.* 1721.

PLANIPETALÆ BOERHAAVII &c. *c*).

His semen quale diximus, & vagina staminea, & tuba.

Petalum parva parte sui gracilem in tubum *d*) fingitur, qui petiolos staminiferos quinque generat. Sed ultra eum tubum fissus quasi semiflosculus in bracteam *e*) plerumque pene parallelogrammam explanatur, fine serrato, sæpe quinquedentato *f*). Tuba, receptaculum, calyx compositus *g*), quales dixi. Classis naturalis est. Omnes plantæ hujus generis album lac ex fractis partibus fundunt, aliquando dulce, plerumque amarum, absque calore, quod cum refrigerio alvum humoresque humanos solvit. Omnibus etiam folia alterna sunt, floresque nunquam ex natura sua albi, raro rubri, plerique flavi, plerumque polypetali.

I. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.

I. SEMINIBUS NUDIS sive BREVISSIME CORONATIS.

CICHORIUM TOURNEF. t. 272. LINN. n. 921.

Calyx fit duabus squamarum *h*) seriebus, exteriori quinquefolia, interiori octophylla; ista molliori. Semini subjicitur squama caudata, semine longior. Ei corona est quinquedentata *i*).

1. CICHORIUM foliis pinnatis, pinnis triangularibus dentatis, floribus sessilibus.
Intybum sylvestre FUCHS p. 979.

Intybus

a) MEEZE *flor. compos.* p. 4. BERKHEY *tab.* 4. GREW p. 170. BLAIR *essay* p. 28. 30.
b) MEEZE p. 6. BERKHEY *tab.* 4. GREW.
c) Flos semifistularis JUNG *Phyt.*
d) BERKHEY *tab.* 4. *fig.* 35. VAILLANT. t. 7. f. 47. GREW t. 92. in cichoreo, sed cum tuba male trifida, & p. 170.
e) BERKHEY *tab.* 4. MALPIGHI *plant. fig.* 207. VAILLANT ibid.
f) BERKHEY *tab.* 4. VAILLANT ib.
g) BERKHEY t. 1. f. 9. VAILLANT *tab.* 8.
h) TREW *ic.*
i) VAILLANT *tab.* 7. *fig.* 9. 10. Conf. GRIENDEL *fig.* 6. *obs.* 7. Semiflosculum pingit GREW l. c.

Intybus ſylveſtris CAMERAR. *Epiſt.* p. 285.
Cichoreum ſylveſtre BLAKWELL T. 183. HILL. III. p. 160.
Cichoreum floribus geminis ſeſſilibus foliis runcinatis LINN. *Spec. II.* p. 1142.

α Varietates flore albo *in der Enge* TRAG. FEHR *ſcorzoner.* TURNER.

β Flore rubro TRAG. Ab acido adfuſo, & a ſucco acido formicarum Cichorei flores rubeſcunt TRAG. ad BRUNFELS II. p. 274. Cultum ad cæruleum colorem redit SENKENBERG *Lil. Conv.* p. 10.

γ Foliis integris C. B. VAILLANT.

δ Altiſſima, erecta, ſepedalis, folioſa varietas in arce *veteri Openheimenſi.* Ea eſt hortenſis TREWII *tab.* 177.

ε Caule latiſſimo, *faſciatum*: a me aliquoties repertum. Habet C. GESNER *epiſt.* p. 86.

Ubique ad vias.

Caulis plerumque procumbit, aut inique erigitur. Radix dauci ſimilis, cylindrica. Folia ad terram multa, ſubaſpera, ima lata, ſemipinnata, ſuperiora pinnata, nervo paulum folioſo, pinnis triangularibus dentatis, retroverſis *k)*, eundo majoribus, extremis in amplum triangulum confluentibus. Flores ſeſſiles, ſæpe bini, in ſummis ramis etiam ſimplices, cyanei. Calycis folia ciliata; ſemen breve & craſſum. Petala dentata ad viginti quinque.

Ambubeja Romanis *l)*, amarum eſt, magis quam aliæ hujus claſſis plantæ, hinc præ reliquis officinis notum. In lixivio ſatis eſt ſalis fixi *m)*. Radices ſimilia præbent. Quare ſalſa vi humores coagulatos in primis viis putatur reſolvere, ut fere poſt morbos acutos hoc remedium naſcentibus in hepate *n)* vitiis opponatur. Icterus eo ſolo auxilio ſuperatus fuit *o)*. Sed & ipſum febres ſuſtuliſſe intermittentes, etiam ſolum, teſtis exſtat *p)*. Adjuvat procul dubio amaror, qui tonum primarum viarum conſervat *q)*, & hypochondriaca mala corrigit *r)*, virorumque literatorum languores. Etiam in ſanguine depurando adverſus ulcera vetuſta valet *s)*.

Succum potentiorem eſſe credo *v)*, aut totius plantæ in acetariis uſum *x)*, ſed abunde & cum conſtantia ſumtæ. Deinde decoctæ radices *y)* in medicinam recipiuntur. Nam ſyrupos & hic & alibi ſaccharum adjectum & vetuſtas vitiat. Oculis veteres ſuccum contra caliginem inſtillabant *z)*. Ad vernas equorum curationes egregium *a)* eſt remedium.

CICHORIUM ſativum *b)* annuum foliis glabris *c)*, integris, dentatis, veterum Intubus, debilius eſt, & magis oleraceum, inque cibum ſumitur, maxime quando per hiemem in obſcuris cellis virorem & amarorem depoſuit. A priori ſpecie non differre conjectura eſt LINNÆI *d)*, quæ neque ILL. TREWIO diſplicuit *e)*. Nobis paſſim ſponte provenit, ex hortis ut puto elapſum, neque in ſylveſtrem ſpeciem degenerat.

II. SEMINIBUS PAPPO CORONATIS.

HYPOCHOERIS VAILL. LINN. n. 918.

Pappus ſetas habet ramoſas VAILLANT T. 7. *fig.* 21. Squamas pingit IDEM f. 28. Calyx hieracii, imbricatus, multis ſquamarum ſeriebus.

2. HYPOCHOERIS caule unifloro, foliis dentatis, hirſutis T. I.
Hieracium I. latifolium hirſutum incanum flore magno C. B. J. R. H. SCHEUCHZER *It. II.*. p. 135.

Hypochoeris

k) TREW.
l) CELS. L. II. c. 30. PLIN. *Lib. XX.* c. 8.
m) GEOFROI *mat. med. lib. III.* p. 320. ſqq.
n) DETHARDING *meth.* BUCHWALD p. 82.
o) VIRIDET *bon chyle* p. 635. MOINICHEN *obſ.* 9.
p) GEOFROI p. 322.
q) Ideo forte alvum ſiccare CELSUS.
r) SCHUSTER *obſſ. therap. obſ.* 25. de radicibus.
s) BUCHNER *Miſcell.* 1729. p. 725.
v) MOINICHEN *obſſ.*
x) VIRIDET. BOERHAAVE.
y) SCHUSTER.
z) MARCELL. p. 67.
a) BONSI *ippiatr.* p. 26. 27.
b) CELSUS *Lib. II.* c. 30. qui diſtinxit.
c) BLAKWEL t. 383. Intubum ſylveſtre latifolium LOBEL p. 557.
d) *Hort. Cliff.* p. 389.
e) BLAKWEL l. c.

Hypochoeris caule subnudo, ramo sæpius solitario, foliis ovato oblongis, integris, dentatis LINNÆI *Specier. II.* p. 1140 *f*).

β Varietas foliis integris non dentatis.
Hieracium tomentoso integro folio BOCCONE p. 147. *tab.* 106. ex BARRELIER *ic.* 238.

γ Varietas angustifolia asperior.
Hieracium montanum foliis dentatis, flore magno C. B. *Prodr.* p. 65.

In Germaniæ pratis *g*) montosis provenit latiori folio, sæpe maculis nigricantibus adsperso, ut in Pulmonaria Gallorum fit. Helvetis alpinum est, & in Aquileiensi Gubernio, tum in M. *Roßboden* Valesiæ, in Vallis ursariæ pratis, in *Fræla* M. Rhætiæ; etiam in M. *Saleva* a Gen. DE SAUSSURE repertum. SCHEUCHZER in Rhætiæ Monte *Maloja*; HUBER fere eodem loco sub diversorio *Weißenstein* & circa *Malix*. C. B. in *Gotthardo*, & circa *fabarias thermas*, CL. RAMSPEK in M. *Schilt* legit. Angustifolia varietas super *Sas*, & super *la Varaz*, in *Enzeinda* Monte & alibi provenit.

Radix lignosa, perennis, foliorum reliquiis coronata. Folia multa ad radicem, tamen nostris ad caulem aliqua, ampla in vulgari, ex ovatis lanceolata hirsuta, per oras rariter crenata. Caulis pedalis & cubitalis, hirsutus, nobis plerumque simplex: in Germania rariter brachiatus *h*). Flos caulem, aut quemque ramum, terminans amplissimus, plenissimus, calycis squamis præmagnis, nigricantibus, hortis. Squamæ inter flosculos longæ caudatæ. Germani *herbam costam* vocant, eaque in pectoris morbis *i*) & ad phthisin utuntur. Smolandi ad brassicæ modum in cibum recipiunt *k*). Nobis nullo in usu est.

3. HYPOCHOERIS foliis semipinnatis hirsutis, caule nudo, brachiato.
Hieracium tertium DOD. p. 639. LOBEL *icon.* p. 238.
Hypochoeris porcellia TAB. *ic.* 179. & iterum 183. hæc ex DODONAEO.
Hypochoeris foliis runcinatis, obtusis, scabris, caule ramoso, nudo, levi, pedunculis squamosis LINN. *Spec. II.* p. 1140. Describitur apud ROSEN p. 36. lege 39. n. 28.
Huc refer ILL. OEDERI *tab.* 150.
β *Hieracium dentis leonis folio bulbosum* C. B. *Prodr.* p. 64. Secundum VAILL. Plura alia hieracia C. B. huc pertinent.

In herbosis sylvarum.

Radix alba, crassa, longa, in crura divisa. Folia ad terram congesta, hirsuta, subaspera, sinuata, semipinnis rectis, ante finem dilatatis, modice dentatis, ultimis confluentibus. Caules aphylli, cubitales, etiam ramosi, brachiati, sub fine intumescentes. Calyx niger, alis albis, sub apice pilosus. Varietatem vidi apice squamarum calycis bifido, trifido. Flos plenissimus, flavus, extus purpurascens. Petala profunde quinquefida. Semen ellipticum longum, lineatum, longe setigerum, squama alba, caudata, cava continetur *l*). Lac amarum, opii odore.

HYPOCHOERIS *glabra* 3. LINN. nondum in Helvetia reperta est, quam Gottingæ legeram, & Cellæ.

ORDO II.

II. DISCO ABSQUE SQUAMIS

I. SEMINIBUS NUDIS.

LAPSANA *m*) VAILLANT. p. 210. (Lampsana)

LAPSANA LINN. & HYOSERIS LINN. atque DILL. *nov. gen.* p. 144.

LEODONTOIDES MICHELI.

Suffecerint semina nuda. LINNÆUS ex calyce distinxit.

4. LAPSANA

f) Conf. *Flor. Dan.* T. 149.
g) Reperi circa *Elbingerode*. CL. FEHR *Suinfurti*.
h) *Icon.* CLUSII. HILLII. OEDERI.
i) C. HOFMANN *mat. med.* p. 270.
k) LINNÆUS *macell. olit.* p. 127.
l) VAILLANT. *fig.* 21.
m) Lapsana inter sylvestres brassicas coquitur in cibis PLINIUS *Hist. nat.* L. XX. n. 37. & L. XIX. p. 177. Ea vixerunt Cæsaris milites Dyrrhachii.

*4. LAPSANA foliis ovatis, dentatis, caulibus nudis, sub flore tumentibus *n*).
Hieracium IIX. CLUS *Pannon.* p. 649.
Hyoseris angustifolia TAB. *ic.* 180.
Hyoseris caule diviso nudo, pedunculis incrassatis LINN. *Spec. II.* p. 1138.
Hyoseris minima HILL. III. *tab.* 133.
Icon optima OEDERI *flor. Dan. tab.* 201.

In agris inter *Hindelbank* & *Rormos* legi a 1754. Etiam versus *Wyl* CL. LA CHENAL. (In agris arenosis Hallæ & Jenæ).

Habitu cum ultima hypochoeride consentit, tamen elegantior. Folia ad terram numerosa, elliptica, acute & distincte dentata. Caules pedales & dodrantales, imi stricti, sub flore latescentes *o*), uniflori & biflori. Pars quæ sub flore est, ante expansum florem cernua, deinde erecta, Flores parvi, pallidi, contracti & turbinati *p*). Petala quinquedentata, Calycis squamæ ad basin accessoriæ numerosæ, graciles, unius ordinis, siccæ, interiores peracutæ. Semina brevia, pene ovata, striata *q*), margine brevissimo coronata *r*).

*5. LAPSANA caule nudo indiviso, foliis semipinnatis, pinnis retroversis dentatis *Emend. II.* p. 41.
Hieracium fœtidum III. COLUMN. *Ecphras.* P. II. p. 32. *ic.* p. 31.
Dens leonis tenuissimo folio C. B. *prodr.* p. 62.
Leodontoides alpinus glaber erysimi folio, radice crassa, fœtida MICHELI *nova gen.* p. 31. *tab.* 28.
Hyoseris scapis simplicissimis, unifloris, foliis pinnatifidis; seminibus nudis GOUAN *flor.* p. 352. LINN. *Spec. II.* p. 1137.
Hyoseris fœtida HILL. III. T. 133.

In sylvis umbrosis & udis Aquilegiensibus. Super *Roche* in sylva *Traversin* cis torrentem *des Males pierres*. In monte *Joux verte*, in *Luan*. In adscensu *la Boulaire* versus *Enzeinda*, in *Chapuise*, im *Kienthal*.

Multa Taraxaci similitudo, flos tamen minor, & magis saturate flavus. Folia levia, radicalia glabra, pinnata, pinnis dense congestis *s*), etiam imbricatis, triangularibus, plerumque posterius bidentatis, tamen etiam anterius. Caulis debilis, semipedalis, aphyllus & indivisus. Squamæ ad basin calycis breves, lanceolatæ, reliqua veriora folia calycis longa. Petala dentata, extus fuscis lineis notata. Semina columnaria, non coronata, fusca. Radix lignosa, crassa, cylindrica, fere abrupta.

6. LAPSANA caule brachiato, foliis ovatis, longe petiolatis, petiolis pinnatis.
Lampsana DOD. p. 675. bene.
Sonchus sylvaticus I. TABERN. p. 192. & II. ejusd. p. 193. bene & III. ibid. quæ icon pauciores habet pinnas accessorias.
Lapsana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramosissimis LINN. *Spec. II. p.* 1141.

In sylvis inprimis nuper excisis & ad sepes.

Radix ex uno majori stipite fibrosa. Caulis erectus, ad sex usque pedes, sæpe humilior. Folia leviter serrata, ima longe petiolata: ad petiolum pinnæ duæ, etiam quatuor, exiguæ, & extrema bractea amplissima; ad caulem superius sessilia, acuta, serrata. Summus caulis brachiatus, absque foliis, ramis florigeris pene umbellatis. Calyx *t*) glaber, foliis octonis, duorum ordinum, in cylindrum conjunctis, sulcis profundis distinctis, unde facies angulosa. Ad basin breves squamæ accedunt. Flores parvi, paucis petalis, pallide lutei. Semina oblonga, circulo coronata *v*). Nullus nobis ejus plantæ usus est, neque videtur veteribus posse olitoria fuisse.

II. DISCO NUDO

II. SEMINIBUS IN EODEM FLORE CENTRALIBUS PAPPO CORONATIS RADIALIBUS NUDIS

RHAGADIOLUS *Enum. Plant. hort. Gotting.* p. 422.

His plantis hunc characterem feci.

7. RHAGA-

n) DILL. *nov. gen. tab.* 8.
o) OEDER. DILL. T. VIII.
p) VAILLANT. n. 48. *q*) DILL. *r*) OEDER.
s) MICHELIUS eas explicavit.
t) VAILLANT *fig.* 47.
v) IDEM *fig.* 8.

*7. RHAGADIOLUS foliis semipinnatis asperrimis.

Hieracium parvum hirtum caule aphyllo, crispum quando siccatum I. B. *II.* p. 1038. Allione *plant. Nic.* p. 86. n. 2.

Annon *Hieracium dentis leonis folio hirsutum laciniatum minus* C. B. Prodr. p. 63. *cum icone.*

Leontodon calyce toto erecto foliis dentatis hirsutis, pilis simplicissimis Linn. *Spec. II.* p. 1123.

Ad pedem M. Saleva Rai. & nuper Gen. de Saussure.

Folia ad radicem semipinnata, pinnis rectis triangulis, undique pilosa & aspera. Caulis nudus, semipedalis. Calycis segmenta octo, lata, ovato lanceolata, cum aliquot squamis ad basin accessoriis. Flos flavus, paucis petalis: semina calyci contermina foliaceo brevi ornamento coronata: interiora rigidis setis, exterius plumosis.

II. DISCO NUDO

III. SEMINIBUS CORONATIS

TRAGOPOGON x) Tourn. *tab.* 270.

Linn. *gen. plant.* 905.

Huic semina y) in stylo pappum plumosum gerunt. Calyx monophyllos, duplici ordine, in segmenta z) octo, & denique in duodecim divisus, longa, acuta, plerumque florem superantia.

8. TRAGOPOGON foliis gramineis, carinatis, amplexicaulibus, caudatis, subcrispis, calyce flori æquali.

Tragopogon s. barbula hirci Matthiol. p. 537. Camerar. *Epit.* p. 312. *cum charactere.*

Simple leaved goats beard Hill. III. *tab.* 113.

Tragopogon calycibus corollæ radium æquantibus; foliis integris strictis Linn. *Spec. II.* p. 1109.

β Caule fasciato Loesel. *ic.* 83.

γ Flore vidi viridi, semipetalodeum, & tamen cum semine, vagina staminea, & bifida tuba. In sylva *Gottingerwald.*

In omnibus pratis, acceptissimum armentis pabulum.

Radix longa, sensim decrescens, anulis distincta, cum tota planta dulcis & edulis. Caulis vere gramineus, cubitalis, brachiatus. Folia ex vagina producta, graminea, carinata, origine ventricosa, cauda longa, undulata, nervo lanuginoso.

Flos conspicuus quemque ramum terminat, flavus, extus purpureus. Discus foveolis notatus. Semen maximum, sulcatum a), inter sulcos in transversum rugosum.

Dulci lacte turget, & primo vere caules & turiones in cibum recipiuntur b). Aliæ tamen fere species hortenses in cibum cedunt, radicibus utiles; & omnibus frequentior Scorzonera.

*9. TRAGOPOGON foliis gramineis amplexicaulibus, calyce florem superante.

Tragopogon purpuro cæruleum porri folio quod artifis vulgo C. B. Pin.

Barba hirci altera Camer. *epit.* p. 313. bene.

Tragopogon calycibus corollæ radio sesquilatioribus foliis integris, strictis, pedunculis superne incrassatis Linn. *Spec. II.* p. 1110.

Cl. Chatelain misit, non certam civem.

Omnia prioris, etiam foliorum vaginæ in prælongas caudas productæ, tantum latiora folia, & habitus major. Caulis sub flore nostris non intumescit. Petala purpuro-cærulea. Calyx duplo flore longior, duodecim foliis constans.

In Gallia hæc in hortis colitur c), Anglis neglecta, nostrisque infrequens.

SCORZONERA Tourn. *tab.* 269.

& omnium Auctorum,

& SCORZONEROIDES Vaillant.

Omnia Tragopogonis, & pappus pariter plumosus: sed calyx d) fit ex foliis caulinis ad se invicem accedentibus, inque cylindricum demum calycem consentientibus, imbricatis.

*10. SCOR-

x) Folio croci, radice longa, dulci, calyce lato nigro Plin. L. XXVII. n. 47.

y) Vaillant. *f.* 13. 14. Berkhey *Tab.* 6. f. 9. t. 5. f. 48. 49. Parsons *Tab.* 8. *fig.* 8.

z) Vaillant t. 8. f. 44. Berkhey *fig.* 49. t. 1. f. 3.

a) Berkhey *tab.* 6. *fig.* 8.

b) Bradley *lady direct.* p. 109. Miller *dict.*

c) *Ecole du potager* II. p. 543.

d) Vaillant. *fig.* 53.

*10. SCORZONERA caule nudo, unifloro, foliis lanceolatis.

Scorzonera humilis latifolia CLUS. *Pann.* p. 636. *icon.* p. 635.

Scorzonera caule subnudo, unifloro, foliis lanceolatis, nervosis, planis JACQUIN. *vindob.*

Abunde in agro *Aquilejensi e)*, & vicina *Valesia* ex rupibus marmoreis erumpit. Eadem est, quam olim ex M. *Albio* periculosis locis lectam unico folio viso pro Germanica habui *f)*. Olim GESNERUS confuderat, cum audisset apud Sedunos nasci *Epist.* p. 36.

Radix maxima, teres, anulata, lignosa, ad basin caulis densa setarum corona ornata. Folia ad radicem numerosa, longa, petiolata, glabra, nervosa, longe lanceolata, oris sæpe plicatis. Caulis erectus, simplicissimus, solis ligulis ovate lanceolatis, foliosis adspersus, pedalis & ultra. Stipulæ albæ, breves, latiusculæ. Flos in summo caule unicus grandis: calycis folia trium quatuorve ordinum, eo longiora, ut interiora. Petala plurima, pallide lutea, lineata, dentata. Calycis folia margine albo. Semina g) sulcata, pappo plumoso sessili coronata.

A nostris aliquantum differunt specimina, quæ in paludosis pratis inter *Oettingen* & *Nördlingen* legi, caule hirsuto, molliori, stipulis per caulem longis, gramineis. Est IV. *Scorzonera* FEHRII p. 33. & ejusmodi est *Scorzonera humilis* HILLII. III. *tab.* 127. Annon *Scorzonera Monspeliensis folio crassiore* VAILL. p. 208. cujus varietas est pulveriflora CAMERAR. *ustilag. frum.* BOCCONE *in mus. di Fisic. tab.* 6. *f.* 8. Cum ista etiam convenit descriptio ILL. LINNÆI, in qua caulis hirsutus exprimitur *h)*, cum nostra minus.

Non dubito, quin nostræ eadem cum Hispanica vires sint. Recte ELSHOLZ *Gartenbuch* p. 107, de Jenensi locutus.

Decoctum recentis radicis in asthmate laudat REDUS *i)*. Inter diluentia primo loco ponit Cl. DETHARDING *k)*. Hypochondriacis commendat WELSCHIUS *l)*, Alexipharmacas vires sibi adnotatas confirmat VOLCAMERUS *m)*. Sed ea nimia videntur *n)*.

*11. SCORZONERA caule nudo, unifloro, foliis linearibus.

Scorzonera humilis angustifolia CLUS. *Pann.* p. 656. *ic.* p. 657.

Scorzonera Volcameriana FEHR. p. 37. cum icone

Scorzonera caule simplici unifloro, foliis ex lineari lanceolatis GMELIN. *flor. Siber. II.* p. 242. t. 1.

Sword leavd Vipergrass. HILL. III. *t.* 128.

Scorzonera foliis subulatis integris, pedunculo incrassato, caule simplicissimo, basi villoso LINN. *Spec. II.* p. 1113.

Non est *Tragopogon Pinifolium hispanicum. o)*.

Rarior ista nascitur circa *Fouly*, & in via *le Tombey* inter *Verchier* & *Olon* ditionis Aquilejensis.

Radix similis, perinde setis armata, & habitus, & flos lineatus, extus purpureus; sed folia graminea, linearia, sæpe convoluta; caulis humilior; flos aliquanto minor, foliis calycis paucioribus.

Vereor ut satis diversa fit. Neque enim vel caulis magis incrassatur, vel huic magis villosa radix est, quam priori.

Scorzonera foliis gramineis firmulis, caule brachiato multifloro H. Gott. p. 407. circa Jenam perfrequens, in Helvetia nondum lecta est.

12. SCORZONERA caule folioso ramoso, foliis angustissimis, imis rariter semipinnatis, superioribus linearibus lanceolatis.

Tragopogon tenuissime laciniatum C. B. *Prodr.* p. 129.

Tragopogon laciniatis foliis COLUMN. *Phytobas* P. II. p. 21. bene.

Scorzonera foliis linearibus dentatis, acutis, caule erecto, squamis calycinis patulo mucronatis LINN. *Spec.* p. 1114.

In Helvetia rarior, neque facile reperta, nisi in Valesia, circa *Branson*, *Fouly*, *Gontey*, *Leuk*: in Germania, circa Jenam vulgaris.

Radix magna, lignosa: plurimos prostratos caules & mista folia fundit. Caules pedales ex imo ramosi, & superne. Folia perangusta, ad terram alia semipinnata, paucis pinnis, sine nervi sæpe lenceolato, & latiori, in nostris acuto, in Monspeliacis etiam subrotundo. Alia etiam ex radice folia simplicia, petiolata, sine lanceolato.

Flores parvi, pallentes, calyce cylindrico, subhirsuto, oris albis, petalis extus lividis. Semi-

e) *Emend.* II. p. 46.
f) *Enum. ed.* I. p. 757.
g) GREW. *tab.* 75.
h) *Oelandsk götlandsk resa* p. 36.
i) *Oper.* T. VI. p. 87.
k) *Method. med.* p. 148.
l) *Mictom.* p. 43.
m) *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. *obs.* 81.
n) FLOYER *pharmacob.* p. 281.
o) BARRELIER *ic.* 496. cui caulis ab imo ad summum foliosus sit.

Semina paulum incurva, longa, sulcata, sessili pappo. Lac, quod & in aliis Scorzoneris non rarum, continuo nigrum colorem induit.

In horto ita latescit, ut folia potius lanceolata sint, quam linearia; & Monspelio missa est, finibus foliorum omnino subrotundis.

Ab ea proxime abest calyce glabro, omnibus majoribus, *Scorzonera pratensis foliis laciniatis glabris* BUXBAUMII *Centur. II. tab.* 22.

LACTUCA TOURN. *Tab.* 267.
VAILLANT.
& omnium Auctorum.

Huic calyx fere qui Scorzonerae, cylindricus, imbricatus. Semen coronam setarum simplicium ex stylo gerit *p*).

13. LACTUCA foliis imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus, hamatis, nervis spinosis.

Chondrilla viscosa humilis C. B. *Prodr.* p. 68. figura strigosa sylvestri similior.
Lactuca sylvestris altera angusto saligno folio, costa albicante RUPP. cum *icone nostr.* p. 207. *tab.* 4. quae figura plenioris est speciminis, in horto nati.
Endivia minor Lactuca spinosa BARRELIER *icon.* 136.
Lactuca foliis hastato linearibus sessilibus carina aculeatis LINN. *Spec. II.* p. 1119. Descripsit *Oelansk. Resa* p. 289.
White wild lactuca HILL. III. *tab.* 119.

Autumno in agris Basileensibus provenit, ad pontem Birsae *q*), rara planta.

Habitus peculiaris glaucus, caule & ramis, & nervis foliorum albis. Caulis cubitalis, erectus, ab imo ad summum ramosus & foliosus. Folia ima rariter semipinnata, pinnis paucis, alternis, simplicibus, incurvis, nervo folioso, aut toto spinis raxiusculis obsito, aut in basi, aut demum etiam toto levi. Folia superiora amplexicaulia, in basi hamata, longe lanceolata, integerrima. Petioli stipulosi. Flores in spicas, parvi, calyce longo, cylindrico, petalis pallidis, seminibus acutis, pappo molli in arguto stipite.

14. LACTUCA foliis semipinnatis, nervo spinoso.

Lactuca agrestis CORD. p. 157. b.
Lactuca sylvestris costa spinosa C. B. &c.
Lactuca sylvestris folio laciniato spinoso Ic. Reg. tab. 115.
Endivia major lactucina spinosa BARRELIER *ic.* 135.
Lactuca foliis verticalibus carina aculeatis LINN. *amoen. IV.* p. 328.
β Varietas folio non laciniato RAI PONTED. *tab.* 138. &c.
γ *Lactuca sylvestris sanguineis maculis adspersa* HERMAN. *parad. batav.* p. 191. de qua COSTAEUS *nat. stirp.* p. 37.

Circa *Basileam* ad *Rheni* ripam extra portam D. *Joannis.* Inter *Muttenz & Gempen.* Trans *Binningen* in agris. Badae J. B. In Rhaetia Cl. DICK. In Valesia passim, & circa *Genevam.* In vico *S. Blaise.*

Caulis tripedalis, etiam altior, durus, spinis adspersus, teres, ramosus. Folia dura, amplexicaulia, hamata, nervo albo, folioso, semipinnata, per oram serrata, ibique in nervi parte aversa spinosa; superiora amplexicaulia, brevia, lanceolata. Calyx & summus caulis viscidus, ille foliis interioribus multo longioribus. Semiflosculi pauci, pallentes, extus rufo tincti. Semina pene ovata, lineata, pappo molli, in pertenui stipide coronata.

15. LACTUCA foliis ovatis patulis nervo spinoso.

Lactuca atra r) CAESALPIN p. 515.
Lactuca sylvestris odore opii Ic. Reg. 114.
Lactuca sylvestris lato folio, nervo viroso J. B. II. p. 1002.
Lactuca foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis GOUAN LINN. II. p. 1119.
Lactuca virosa HILL. *tab.* 119.

Gene-

p) VAILLANT *fig.* 17. Lactucis in lanugine semen PLIN. L. XIX. c. 7.
q) *Basl. Merkw.* n. 5. p. 545.
r) Lactuca atra μηκωνις a copia lactis soporiferi PLIN. L. XIX. c. 8.

Genevæ J. BAUHINUS. Argentorati, in Anglia *s*).

Plurima prioris similia habet, caulem spinosum, folia amplexicaulia, hamata, nervo subtus spinoso, semina ovata, stipite longo. Neque desunt folia superiora semipinnata, circumserrata. Infima tamen simplicia sunt, latiora, ampliter crenata, circumserrata, & magis patula. Vereor ut satis diversa sit, etsi Cl. BOEHMER p. 95. & LINNÆUS separant.

Utraque hæc species habet lac amarum, calidum *t*), quod siccatum flammam concipit *u*). Liquores plerique acidi sunt, ultimus alcalinus. Multum in ea olei, ad drachmas 28. ex l. 5. *u**).

Altera etiam magis narcotica est, ut comesta, ipsoque fumo inebriet *x*). Ad ambusta laudant unguentum *y*). Æque bonum dat opium *z*) ac quidem papaver. Cl. PREVOT Lactucæ sylvestris succum, si spinosam intelligit, purgare monet, sumtum a tribus ad sex drachmas *a*). Sed puto de sativa sermonem esse.

16. LACTUCA foliis glabris, pinnatis, caule brachiato.

Chondrilla cærulea TABERNAEM. p. 176.

Lactuca foliis linearibus dentato pinnatis laciniis sursum dentatis LINN. *Spec. II.* p. 1120 MILLER *ic.* 157.

β Varietas flore albo TAB. p. 176.

γ Flore incarnato,

δ Folio latiori.

Chondrilla altera DODON. p. 637.

In calidiori Helvetia. Circa *Roche* à la *Marbriere*, circa *Fontaine*, abunde ex rupibus marmoreis, & apricis. In *Pasgartflüh*, & *Vingelzflüh. Circa Bonneville*, *Agaunum*, *Sedunum. Genevæ*, *Neocastri sur le cret Taconnier*, & à *Boinaud.* Etiam Basileæ in terra argillosa J. B.

Caulis tripedalis, ad magnos angulos brachiatus, superne, qua floret, nudus. Folia glauca, glabra, nervo folioso, numerosis pinnis inordinatis, majoribus, minoribus, rectis, retroversis, acutis, utrinque, magis tamen sursum, dentatis. In varietate δ folia semipinnata, etiam lanceolata sunt. Stipulæ in ramis florigeris perexiguæ, amplexicaules.

Flores speciosi, cærulei, in petiolis uncialibus. Pappi stipes prælongus.

CHONDRILLA VAILLANT. p. 194.

LINN. n. 910.

Calyx Crepidis, nempe pars major tubuli similis, facta longis foliolis, in juniori planta conglutinatis, ut tamen in adulta in radios discedant *b*). Ad basin foliola accedunt brevia, lanceolata. Semen asperum, in stylo *c*) pappum simplicem gerit.

17. CHONDRILLA LINN. &c.

Optima icon GESNER *fig. aen.* 47.

Chondrilla juncea viminea arvensis TABERN. ic. p. 178.

Chondrilla viminea I. B. II. p. 1021.

Chondrilla cichoroides DILLEN *Eph. Nat. Cur. Cent. VI. app.* p. 61. *tab.* 9.

In calidioribus. Basileæ versus *Crenzach*: circa *Huningam minorem*, circa pontem Wiesæ, supra *Gundeldingen*, bey der *Horburg c**), in monte *Farnsberg c***). Aufm *Birsfelde*, & versus stagnum zu *Alschweiler*. Genevæ in fossis urbis. Versus *Busfigny* & *Cressy*. Octoduri in Valesia, & circa *Branson* & *Fouly*, *Saillon* &c. In arenosis circa *Bellinzonam*, & *Chiavennam*. Nos in vineis & agris argillosis legimus.

Folia ad radicem, cito pereuntia, ut caulis nudus sit, semipinnata, nervo folioso continuo latescente, acute dentato, fine lanceolato. Dentes recti, etiam retroversi, etiam dentati. Caules duri, ad terram hirti, superne leves, ramosi. Folia ad caulem

s) BLAKSTONE p. 48. DALE *Harwich* p. 358.
t) DU HAMEL *Hist. Acad. Paris.* p. 247. *Anc. Memoir.* II. p. 26.
u) LOWTHORP *Phil. Transf.* II. p. 697.
*u**) DU HAMEL ib.
x) Etiam Lactucæ vulgaris succus periculosas in femina convulsiones civit ANDRY *alimens du Careme.*
y) FLOYER *pharmacobasan.* p. 142.
z) *Ess. of a societ at Edimb.* T. V. p. 124.
a) *med. pauper.* p. 501.
b) BERKHEY *tab.* 6. *fig.* 1.
c) IDEM *tab.* 5. *fig.* 17.
c*) *Basl. merkw.* p. 2210. *c*) *ib.* p. 303.

lem inferiora radicalibus similia, angusta, semipinnata, pleraque reliqua linearia, glauca. Flores breviter petiolati, exigui.

PRENANTHES Vaillantii. p. 193.
Linn. *gener.* n. 911.

Chondrillæ similis, calycis foliis interioribus in longum tubulum cylindricum laxe conjunctis *d)*, cum aliis brevibus, duorum fere parium, ad basin accedentibus.

Differt paucitate semiflosculorum *e)*, & foliorum calycis, quæ fere quina sunt *f)*.

18. PRENANTHES foliis serratis, pinnatis, pinna suprema triangulari, trilobata.
Sonchus levior vulgaris II. Clus. *hist.* p. CLXVI.
Sonchus levis sylvaticus quartus Tabernæm. p. 194.
Scariola sylvestris anguillaræ Martyn *Phil. Trans. n.* 401
Jvyleaved Prenanthes Hill. III. *tab.* 116.
Prenanthes flosculis quinis foliis runcinatis Linn. II. p. 1121.

Vulgaris planta in sylvis, ad sepes, murosque.

Caulis tripedalis, ramosus & brachiatus. Folia ima pinnata, nervo serrato, acuto, uno fere pinnarum pari, extremo folii lobo amplissimo, triangulari, trilobato, circumferrato. Ad caulem folia amplexicaulia longe lanceolata sunt. In summis nudisque ramis flores exigui, penduli, unde nomen generis. Calycis quinque squamæ interiores, & petala quinque, lutea. Squamæ accessoriæ quatuor *g)*. Semen ex ovato acuminatum, lineatum, nigrum, stipes pappiger evidens *h)*.

19. PRENANTHES foliis amplexicaulibus, petiolatis, lanceolatis, serratis.
Lactuca sylvatica Gesner ad Cord. *hist.* p. 140. cum ic.
Sonchus levis purpureo flore Clus. *Pann.* p. 650. 652.
Sonchus montanus purpureus tetrapetalos Columm. *Ecphras.* p. 244. 246.
Prenanthes flosculis quinis, foliis lanceolatis, denticulatis Linn. II. p. 1121.

In Helvetia sylvis frequens. circa Bernam in *Wylerhölzlein*, versus *Mannenberg*: im *Lengholz*: & circa *Burgdorf* in adscensu M. *Pinzberg*. In Gubernio Aquilejensi passim. In sylvis circa *Creux de Vent*. In M. *Muttenz*, *Uetliaco*, *Wasserfall*. Circa *Scaphusiam* Rai.

Radix longa, lignosa, fibrosa, transversa. Caulis foliosus & ramosus, a tribus ad sex usque pedes adsurgit. Folia tenera, glauca, levia; radici propiora petiolata, fine lanceolato, dentato: superiora amplexicaulia, hamata, lanceolata, patula. Summi rami florigeri, ramosi, nudi. Flores cernui, penduli. Squamæ ad basin floris quatuor *i)*; & longa folia quinque & quatuor. Petala fere quinque, etiam quatuor, ex violaceis purpurea. Semina oblonga, sulcata, acuta, pappo sessili.

SONCHUS Tournef. *t.* 268.
Vaillant. Linn. *gener.* n. 908.

Genus magis naturale, habitu conjunctum, quàm charactere aliquo in flore manifesto distinctum. Folia calycis multorum ordinum imbricata. in conum convergentia. Pappus simplex, sessilis, mollissimus.

20. SONCHUS foliis amplexicaulibus, petiolatis, triangularibus, petiolo pinnato, floribus spicatis.
Sonchus levis cæruleo flore Clus *Pann.* p. 650. 651.
Sonchus cæruleus Camerar. *Epit.* p. 281.
Alpine Sowthistle Hill. *T. III. tab.* 116.
Icon Oederi *tab.* 182. eximia.
Scheuchzerus cum nomine J. B. habet Itin. I. p. 50. & cum *Lactucæ* nomine ex I. R. H. It. VI. p. 459.
Sonchus pedunculis squamosis floribus racemosis, foliis runcinatis Linn. *Spec. II.* p. 1117.

β Flore albo J. R. H.

Alpina & subalpina tenet, etiam Montana. In M. *Luan*, *Chapuise*, *sur Champ*, *Richard*, &

d) Vaillant.
e) Idem *tab.* 7. *fig.* 3.
f) Idem *tab.* 8. *fig.* 18.
g) Tres Scepin p. 42.
h) Non habet Berkhey *tab.* 6. *fig.* 21.
i) Ad septem Scepin.

& alibi in Aquilejensi ditione: in vicinæ Valesiæ montibus *Jeman*, *Tavernetta*; tum in adscensu M. *Grimsel* supra hospitium. Circa *Alveneu* J. GESNER. In Juræ M lateribus sylvosis RAI, & in summa valle *Combe Grede*, inque pratis pagi *Boinoud* GAGNEBIN. Cl. NEUHAUS ad pedem M. *Chasseralle*.

Speciosæ plantæ radix lignosa, caulis erectus, præaltus, ad sex pedes, digitum crassus, cavus, teres, odoratus. Folia amplissima, numerosa, tenera, glabra, amplexicaulia, hamata: petiolus longe nudus, foliosus, pinnarum pare unico, recto, vel retroverso, triangulari, nonnunquam duabus *k*) aliis ad quatuor pinnis auctus, extrema bractea folii amplissima, triangulari, circumserrata. In summo caule, aut ramo, spica floralis densa: petiolis viscidis, villo nigricante obductis. Calyx pariter hirsutus, fuscus; flos pulcher, cæruleus. Semen fere ovatum, compressum, lineatum, pappum ex collo vel brevi stipite præfert.

Ad orexin excitandam caulem a laponibus comedi MONTIN *l*). A vaccis devoratum lactis saporem corrumpere *m*).

21. SONCHUS foliis amplexicaulibus. dentatis, integris aut semipinnatis, calycibus levibus.

α Foliis integris.

β Foliis petiolatis, petiolo foliaceo serrato, cum segmento maximo folium terminante.
Sonchus levis latifolius TABERN. p. 190.
Sonchus levis TREW. ad BLAKWELL. *tab.* 130. opt.

γ Foliis petiolatis, petiolis pinnaraum uno duobusve, pluribusve paribus auctis, extremo segmento folioso, præmagno, triangulari, circumserrato.
Sonchus levis angustifolius TABERN. p. 189.
Sonchus levis alter flore luteo EI. p. 190.
Ic. Reg. n. 99.
Branchy Sowthistle HILL. *Tom.* III. *t.* 116.

Omnes varietates habet PETIVER T. 14. LINNÆUS cum *aspero* conjungit. Negat autem HILLIUS, ullo cultu levem in asperum transire, aut vicissim.

Ad sepes, & locis ruderosis ubique.

Caulis tener, fistulosus, cubitalis & ultra. Folia tenera, glauca, pallida *n*), variabili figura, amplexicaulia, hamis serratis, superiora semper ex ovatis lanceolata, serrata. Caulis superne ramosus, ramis umbelliferis. Flos pallidus, petioli glabri. Pappus ad microscopium quasi aculeatus *o*).

Sonchi succulenti, mites, amari, non sine narcotico odore, parum in usu sunt medico: valent tamen ad omnia, ad quæ cichorium, cui a SYLVATICO præferebantur *p*). ad hepar obstructum sanandum. Succi uncias duodecim in pleuritide profuisse P. BOCCONE *q*). Minus credas, aquam de soncho stillantem alexipharmacam esse, & in morbis malignis *r*) salutarem, aut adversus morsum Tarantulæ utilem *s*), aut calculos pellere *t*). Ad vernas equorum curationes *u*) inservit. Inpositum sanare carbunculos *x*).

22. SONCHUS foliis amplexicaulibus, rigidiusculis, integris aut semipinnatis, dentatis, calycibus levibus.

α Varietas foliis integris, non laciniatis, per oram serratis.
Sonchus asper DODON. p. 643.
Andryala major LUGD. HIST. p. 563.
Sonchus asper laciniatus, foliis dipsaci vel lactucæ J. R. H.

β Varietas petiolo foliaceo, serrato, pinnis triangularibus serratis.
Sonchus asper laciniatus latifolius LOESEL *ic.* 77. p. 257.
Sonchus asper TREW. ad BLAKWEIL *t*, 30. *oleraceus* HILL. III. *t.* 115.
Prickly Sowthistle PETIVER *tab.* 14 utraque varietas.

Similis fere prioris, caule purpureo, stricto, foliis etiam non dissimilibus, sed rigidioribus & magis horridis, maxime circa hamos caulem amplectentibus, & nigrioribus *y*).

Ma-

k) OEDER.
l) *Medic. Lap. Lulens.*
m) *K. swensk wetensk handl.* 1750. n. 2.
n) *Sonchus albus* &c. PLIN. L. XXII. c. 44. Cicerbita *mitior* CORD. *botanol.* p. 144.
o) BONANN. *microgr.* p. 94. 95.
p) Conf. BUCHWALD p. 265.
q) *Mus. di piant.* p. 41.
r) IDEM ibid.
s) IDEM p. 119.
t) ERASISTRATUS apud PLINIUM.
u) BONSI *ippiatr.* p. 27.
x) BOCCONE p. 40.
y) PLINIUS *Hist. nat.* L. XXII. c. 44. *Cicerbita nigrior* CORD. *bot* p. 142.

Maturus calyx cartilagineus fit. Semen utrinque acuminatum, ovale, compressum, sulcatum.

23. SONCHUS foliis amplexicaulibus semipinnatis, serratis, calycibus hispidis.

Hieracium majus FUCHS p. 319.

Yellow hair'd Sowthistle HILL. III. *tab.* 115.

Sonchus pedunculis calycibusque hispidis, subumbellatis, foliis runcinatis, basi cordatis LINN.

In agris subhumidis frequens.

Tenero, ut sonchum decet, caule, fistuloso, fragili, etiam tripedali & ultra, superne hirsuto & brachiato. Folia amplexicaulia, firma, rigidiuscula, nervis albis, præcipuo nervo lato, foliaceo, acute serrato & quasi spinoso: alias integra, ne semipinnata quidem, sed magnis tamen dentibus incisa; alias uno pare pinnarum, vere sagittata: alias semipinnata, pinnis triangularibus, serratis, retroversis, extrema maxima. Flores per brachiati caulis summos ramos sparsi: flavi & grandes, calyce flavis pilis barbato.

SONCHUS *levis altissimus* CLUS. PANNON. p. 653. quem LINNÆUS distinguit, & Cl. LYONS z), non satis certo in Helvetia provenit: neque mihi omnia consideranti differre videtur.

PICRIS z*) LINN. n. 907.

HELMINTHOTHECA VAILLANT. p. 205.

Et aliæ Plantæ utriusque, Hieraciis & Taraxaco adscriptæ.

Excludo equidem *Hieracium Echioides capitulo cardui benedicti*, cui ob calycem exteriorem grandissimum & spinosum alius character est. Picris ergo est calyce hieracii, pappo plumoso; artificiale genus potius quam naturale *a)*.

24. PICRIS aspera foliis oblongis, dentatis, superioribus amplexicaulibus.

Nonne Icon GESNER aen. 55.

Cichorium luteum TABERN. p. 172. *foliis serratis*,

Et *Hieracium intybaceum asperum* EJUSD. p. 184.

Cichorium montanum angustifolium hirsutum, asperum C. B. &

Cichorium pratense hirsutie asperum EJUSD.

Picris perianthiis laxis foliis integris LINN. *Spec. II.* p. 1115.

Vulgo in agrorum limitibus, clivis & pratis.

Caulis rectus, cubitalis & ultra, totus foliosus & ramosus, ramis multifloris, pene nudis. Folia ima petiolata, longe lanceolata, dentata vel integra. Petioli multiflori, nudi. Calycis folia omnino multorum ordinum, quorum intimus pene conglutinatus. Semen sulcatum, ex apice pappigerum. Tota planta ad speciem pene echii aspera.

Varietatem vidi caule fasciato, ad quatuor uncias lato: edente de suis fibris folia lingulata, & undique, de cacumine tamen imprimis, supra centum flores gerente, ex petiolis unifloris, ligulis adspersis. Veri flores sunt staminibus, tubis, sed abortiva semina.

Gen. de SAUSSURE reperit *inter Tartagny & Vincy.*

25. PICRIS caule nudo unifloro, foliis asperis, dentatis *b)*.

Iconn C. GESNERI n. 59. accedit.

Hieracium caule aphyllo hirsutum J. B. II. p. 1038.

Hieracium dentis leonis folio caulibus aphyllis, glabris DILLEN. *nov. Spec.* p. 53. *Eph. Nat. Cur. Cent.* VI. *append.* p. 62. *tab.* 9. *fig.* 18.

Leontodon calyce erecto, foliis dentatis integerrimis, hispidis, pilis furcatis LINN. *Spec.* II. p. 1124. non vero synonyma.

Adde descriptionem Cl. JACQUINI *obss. n.* 68. & KRASCHENINNIKOFII *flor Ingric.* p. 126.

Tres figuræ PETIVER *tab.* II. n. 9. 10. 11. huc faciunt.

In pratis & sylvis ubique.

Folia radicalia plurima, sicca, hirta & aspera, dentibus triangularibus, eundo majoribus, ut demum semipinnata sint, ultimo triangulo, majori, acuto, pilis ad lentem vitream breviter bifurcatis. Scapus floralis firmis, nudus, dodrantatis & pedalis: calyce

z) Fascic. p. 47.

z*) *Amara aphace quæ est Picris, toto anno floret* PLIN. L. XXI. n. 65.

a) *Enum. plant. hort. Gotting.* p.

b) PICRIDI jam accensebat GUETTARD II. p. 382.

lyce hiſpido *c*), fuſco. Flos flavus, ſubtus obſcuriori colore eſt; ſemen ex ſtylo pappigerum *d*).

β Varietas foliis obtuſis ovatis & oblongis, parum dentatis aut integris.

Dens leonis foliis longis & hirſutis ad marginem rarius dentatis SHERARD apud RAI *ſyllog. exter.* p. 399.

In monte *Gotthard* & *Chaſſeralle.*

Flos major & hiſpidior, neque tamen ſeparo.

*26. PICRIS ſcapo unifloro, foliis glabris ſemipinnatis, calyce levi Cat. Rar. n. 963. †

Dens leonis foliis anguſtis laciniatis, glabris SHERARD apud RAI *ſyllog. exter.* p. 399.

Leontodon paluſtre LYONS *faſcic.* p. 48. cum deſcr.

Leontodon Danubiale JACQUIN n. 69.

Vulgo in pratis humidis, totius Helvetiæ, ut in *Eymatte*; etiam Bellinzonæ, & in alpinis.

Radix craſſa, aſpera, fibris comata. Folia radicalia, glabra, tenera, ſemipinnata, pinnis rectis, etiam retroverſis & dentatis, extrema maxima, dentata. Scapus firmus, dodrantalis, nudus & uniflorus, tnmen etiam biflorus, cum nonnullis ſtipulis. Calyx levis, aut certe modice in baſi ſubhirſutus, lividus. Flos flavus, extus ſæpe livet.

*27. PICRIS ſcapo unifloro hirſuto, foliis glabris, ſemipinnatis, calycibus hirſutiſſimis Emend. III. n. 256.

Videtur *Hieracium foliis lanceolatis, dentatis, glabris, ſcapo ſubnudo, unifloro; calyce hirſuto* LINN. p. 1125.

Dens leonis alp. foliis oblongis, raro dentatis, calyce hiſpido, nigreſcente SEGUIER. *ſupplem.* p. 266.

In alpinis paſſim, valle *Ormond*, *M. Gotthardo*, *valle urſaria*, *M. Fouly*, *Audon*, *les Martinets*, *Taveyannaz &c.*

Plurima habet prioris. Folia glabra, tenera, ſemipinnata, pene ſimilia, tamen magis diviſa, pinnis diſtantibus. Scapus humilior, hirſutus, imprimis ad ſummam plantam, multo robuſtior, plerumque incurvus. Flos major, calyce pene cylindrico, nigro, hiſpidiſſimo, ſquamis multorum ordinum. Caulis ſub flore intumeſcit. Ludit foliis leviſſime ſerratis. Niſi diverſa, certe memorabilis eſt prioris varietas.

28. PICRIS caule nudo, brachiato, foliis glabris, ſemipinnatis.

Hieracium minus FUCHS *p.* 320.

Hieracium chondrillæ folio glabro, radice ſucciſa majus C. B. *Baſ.* p. 38. & *minus* ibid.

Leontodon autumnale LINN. *Spec. II.* p. 1123. HILL. III. *Tab.* 126.

Icones PETIVER *Tab.* 12. n. 3. 4.

β In alpibus glacialibus *Vallis Bagnes* reperitur foliis anguſtiſſimis, pinnatis, caule ſummo ſtipulis toto obſito.

In omnibus apricis gramineis, ſylvisque. Radix, ut prioribus, inobſequioſa: folia ad terram plurima, plurimique caules. Hi pedales, etiam ultra, fere bifurcati & brachiati, longe nudi, ramis unifloris. Folia glabra, variabilis figuræ, aut pinnata, aut ſemipinnata, laciniis longiuſculis, integris, variæ figuræ, plerumque longis. Dantur alias folia integra, dentata, & vix dentata. Caulis ſub flore intumeſcit. Calyx lividus, glaber. Flos flavus, ſemine columnari, pappo ſeſſili. Ob eam notam hanc plantam a Scorzonera removi.

CREPIS LINN. *gener.* n. 914.

HIERACIOIDES VAILLANT. p. 189.

HIERACII *Spec.* T. GMELINI *flor. ſibir.*

Calycis ſquamæ interiores unius ordinis, quæ ad baſin aliis minoribus excipiuntur. Ovatum vocat L. ſed utique conicus eſt. Pappus ſimplex.

29. CREPIS foliis ſcabris pinnatis, pinnis anguloſis, dentatis, retroverſis, extrema triangulari, maxima.

Erigerum tertium Dodon p. 641. etſi flore radiato pingitur.

Hiera-

c) VAILLANT *fig.* 3.

d) BERKHEY *Tab.* 6. *fig.* 10.

Hieracium foliis cichorei sylvestris, odore castorei MAGNOL. *botan.* p. 129. cum ic.
Hieracium amygdalas amaras olens J. R. H.
Hieracioides vulgaris fœtida VAILLANT. p. 189.
Crepis foliis runcinatis, pinnatis, hirtis, petiolis dentatis, LINN. II. p. 1133.
Crepis fœtida HILL. *Tab.* 130.

Passim in calidis agris & advias. Basileæ versus *Muttenz*, in agris sterilibus, & prope *Alschweiler*. In vineis circa *Bonneville*, inque muris pagi St. *Aubin*. Im *hintern Rhein* Cl. SCHINZ. In Valesia circa *Fouly*, *Gonthey*, in arce *Tourbillon*.

Folia ad radicem plurima, villosa & aspera, pallida, nervo longo, sensim aucto, pinnis retroflexis, primis simplicibus, lanceolatis, inde dentatis, dentibus aristatis, extrema triangulari hastata, serrata; inter pinnas plerumque, neque tamen semper, minimæ pinnulæ variæ magnitudinis interponuntur. Caulis crassus, durus, asper, foliosus, pedalis & ultra, etiam ramos paucifloros de longitudine edit. Ad caulem folia basi sua caulem amplexa, semipinnata, varieve dentata. Flos luteus, extus purpureus, ante expansionem nutans, inde erectus, grandis. Squamæ primæ ad basin exiguæ, graciles, interiores maximæ, lanceolatæ, subasperæ, per maturitatem carinatæ. Semina prælonga, gracilia, ex longo stipite suum pappum præferunt. Odor modice ingratus, bituminosus.

Hieracium dentis leonis folio, flore suaverubente C. B. a COLUMNA pictum p. 244. in M. *Wasserfalle* secundum *Basl. Merkwürd.* p. 1800. nascens, nondum ausim inter cives recipere.

30. CREPIS foliis subscabris, semipinnatis, pinna extrema maxima.

Icon GESNERI n. 60. accedit.
Hieracium maximum Chondrillæ folio hirsuto C. B. ex fide herb. sicc.
Hieracium erucæ folio hirsutum J. B. II. p. 1025.
Common hawk beard PETIVER *herb. brit.* t. 12 & *succory hawkweed* EI. ibid.
Crepis scanensis LINN. *flor. scan.* p. 170.
Crepis foliis runcinatis, pinnatifidis, scabris, basi superne dentatis, calycibus muricatis LINN. *Spec. II.* p. 1136. *ex fide exemplorum* a Cl. HUDSON missorum.
Crepis biennis HILL. III. *tab.* 129. GORTER *flor. Ingr.* p. 123.
Tall succory Hawksweed & small succory hawskweed PETIVER.
GMELINI tabulæ 11. 12. non valde similes sunt nostræ.

Similis fere prioris Crepidis, tantum quod inodora sit, & sæpe altior, in limitibus pratorum & agrorum frequens, inque sylvis.

Radix longe conica: folia ad terram plurima, subaspera, brevi & albo villo hirta, longe petiolata, alia pene ovata, dentata, primis dentibus retroversis: alia magis pinnatifida, nervo folioso primum dentato, inde aucto pinnis octo, ad decem, angulosis, dentatis, sæpe retroversis: extrema maxima, pene triangulari. Folia ad divisiones caulis semipinnata, basi angusta, suprema lingulata. Caulis sulcatus, Inferne hirtus, paucis pilis, superne levis, brachiatus, longis ramis, paucis foliis. Stipulæ sub flore duæ. Calycis *e*) folia ad basin ovato lanceolata, interiora lanceolata, unico ordine, oris albis, media parte livida, pilis appressis hirsuta. Flos plenus, flavus, extus purpurascens. Semina sulcata, flava, pappo sessili *f*).

Varietas altissima datur quatuor & sex pedum, multifolia, parum ramosa, floribus pene umbellatis. Eam icon J. BAUHINI exprimit.

Idem est, ut nunc ex antiquo exemplo ab ILL. GESNERO mecum communicato disco, *Hieracium montanum rapifolium* C. B. *Prodr.* p. 65. *cat. plant. Basil.* p. 38. *Basl. Merkwürd.* p. 1800.

31. CREPIS foliis ad terram pinnatis, superne amplexicaulibus, pinnatis, hastatis.

Hieracium aphacoides TAB. p. 182. nisi est *Scorzoneroides* VAILL.
Dens leonis III. TAB. p. 175. quæ *Hedypnois* PLIN. LOBEL. p. 229.
Hieracium foliis & facie Chondrillæ LOBEL. p. 279. pro planta ramosa, foliis profunde divisis.
Hieracium aliis Cichorium luteum hirsutum J. B. II. p. 1024. pro planta recta, & foliis hirsutis, pinnatis.

Et ipsa polymorpha planta, omnino, ut prior, alias ex radice brachiata, alias recto caule est & specioso, ab imo ad summum ramoso. Caulis angulosus glaber, plerumque brachiatus & ramosus, ad quatuor usque pedes altus, imus hirsutus, superne levis. Folia

e) VAILLANT *fig.* 47.
f) VAILLANT *fig.* 19.

lia valde variabilia, ſæpe tota glabra, alias in ſupina parte glabra *h*), inferne hirſuta. Ad terram, ut recte LINNÆUS, Taraxacum *i*) aliquantum imitantur, laciniarum numero & profunditate, ſuntque nervo foliaceo, pinnato, pinnis difformibus, dentatis, retroverſis, alterne reflexis, extrema tamen, quam in priori, longiori & anguſtiori. Ad caulem folia magis, quam priori, amplexicaulia ſunt, etiam hamata, & late diviſiones caulis amplexa, ſine longo, haſtato, alias peranguſta *k*), alias ſemipinnata *l*). Sed dantur ſpecimina foliis caulinis ſimpliciſſimis, longe lanceolatis, dentatis & non dentatis *m*). Calyx albo polline adſperſus, mediis in ſquamis lividus, ſubpiloſus; ſquamæ ad baſin minores, minus latæ. Flos totus & ſemina ſimilia.

Inſuperabiles tenebræ ſynonyma obducunt.

31. β CREPIS foliis linearibus integerrimis.

Hieracium foliis radicalibus quibusdam ex ſinuato dentatis, quibusdam ut & caulinis linearibus integerrimis GMELIN. *flor. Siber. II.* p. 20. *t.* 7. f. 1. 2. 3. & varietas potiſſimum 2.

Au *Raudaz* monte Valeſiæ ſuperioris

Habitus campanulæ vulgaris rotundifoliæ: caulis rectus, paulum ramoſus, anguloſus, firmus.

Ramos nudos ſinguli flores terminant, quibus minores alii & immaturi ſubjiciuntur.

Calyx fit foliis ovato lanceolatis, albo villo adſperſis, & pilis nigris conglutinatis, quibus ad baſin accedunt octo circiter foliola ſubulata, inique longa, ſed calyce breviora.

Flos flavus crepidis. Semen nigrum ſtriatum, pappo molliſſimo

Folia ima paulo latiora, ſuperiora anguſtiora, omnia aut longiſſime elliptico lanceolata, aut linearia

Nondum auſum a priori ſeparare.

*32. CREPIS calycibus muricatis ✠

Novam plantam Baſileæ detexit Cl. la CHENAL.

Caulis cubitalis, brachiatus, glaber, anguloſus. Folia ſubhirſuta, ex petiolo in ovalem bracteam dilatantur, obtuſam, modice ſerratam: ad caulem eadem petiolata ſunt, ſine lanceolato, & prope petiolum acute & profunde dentata, ſuperiora ſemiamplexicaulia Superiores partes ramorum nudæ, ſetis adſperſæ. Foliola calycis omnia muricata, ſpinis herbaceis, etiam ramoſis obſita. Quæ ad baſin, longa, vaga, ſubulata, interiora lanceolata. Flos parvus, flavus. Pappus in ſtipite molliſſimus.

Crepidem veſicariam LINN. *Spec. II.* p. 1132. & HILL. III. *t.* 130. calycis ſquamis imis grandibus & ovatis, quam LINNÆUS in Helvetia ait naſci, ego nunquam vidi, neque novi, qua auctoritate eam ſtirpem inter noſtras cenſeat.

33. CREPIS caule ramoſiſſimo, foliis glaberrimis, teneris, integris & dentatis.

Hieracium minus Dioſcoridis TAB. p. 181.

Hieracioides annua Endiviæ folio inciſo, flore minimo VAILLANT.

Crepis (virens) *foliis runcinatis, glabris, amplexicaulibus, calycibus ſubtomentoſis* LINN. *Spec.*

In foſſis ſuburbanis, & agris ubique, proxima certe priori, ut a glabris & humilioribus ejus ſpeciminibus ægre ſeparetur.

Caulis multo gracilior, quæ nota ex facillimis eſt, ramoſiſſimus, brachiatus, diffuſus, pedalis. Folia alia fere Taraxaci, ſed glaberrima, prælongo omnia petiolo, alia anguſta, rariter dentata aut integra, etiam per caulem lingulata, aut uno pare pinnarum ad baſin aucta. Flores perexigui, calyx in noſtris glaber, aut ad lentem vitream demum ſubhirſutus. LINNÆUS plantam ſuam tomentoſam facit. Squamæ ad baſin calycis etiam peranguſtæ. Semina longa, gracilia, ſulcata.

HIERACIUM *n*) TOURNEFORTII VAILLANTII.

LINN. *gener. n.* 913.

& PILOSELLA VAILLANT.

Pappo eſt ſimplici, calycis ſquamis multorum ordinum, imbricatis & ſibi ſuccedentibus. Diſcus in plurimis alveolatus.

34. HIE-

h) Tota glabra in ROSENIANO ſpecimine, etſi vocat ſubaſpera *obſ.* n. 30.

i) TAB. p. 82.

k) *Ic.* LOB. p. 239.

l) *Ic.* DOD. LOB. p. 229.

m) Peranguſtis GMELIN. *flor. T. II. tab.* 6.

n) Hieracia ſive lactucæ ſponte naſcentes, habent folia rotunda & levia PLIN. L. XX. p. 197.

34. HIERACIUM foliis linearibus, subdentatis, sparsis, floribus umbellatis Linn. *Spec. II.* p. 1131.

Hieracium I. Dodon. p. 638.
Icon Gesneri n. 57.
Hieracium fruticosum angustifolium majus C. B. J. R. H. &c. Dill. ib. *tab* 13. *fig.* 2.
Hieracium umbellatum Hill. III. *tab.* 120.

β Varietas foliis pene ovatis, vix dentatis, caule humili, pene unifloro.

Hieracium fruticosum angustifolium minus Dillen. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. Append.* p. 63. *tab.* 13. *f.* 1. Vaillant 48.

γ Angustissimis foliis quasi linariæ,

Hieracium fruticosum angustissimo incano folio Vaillant.
Grass hawkslung Petiver *t.* 13.

In oris sylvarum & agris montanis. Varietas β in montibus Episcopatus Basiliensis. Varietas γ Genevæ in fossis urbis. Habet eam Reyger *flor. Gedan.* p. 193.

Caulis rectus, vix ramosus, nisi umbellam velis, firmus, tripedalis & ultra. Folia per caulem numerosa, distantia, glabra, firma, oblonge elliptica, dentata, etiam integra. In summo caule umbella flavida, longis petiolis, stipulatis. Matura planta ab imo ad summum ramosa. Calyx lividus. Flos flavus. Semen nigrum, oblongum, sulcatum. Discus profunde in alveolos etiam in recente planta exsculptus, in sicca laceros quasi & serratos.

Nullo in usu sunt Hieracia. Cratevas hydropicis præscribebat o). Fruticosa flavo colore tingunt p).

35. HIERACIUM foliis hirsutis, dentatis, inferioribus ellipticis, superioribus ovato lanceolatis *Emend.* II. n. 103. *Cat. rar.* n. 982.

Hieracii sabaudi varietas Erinus quibusdam Matth. dicta I. B. II. p. 1030. ex descriptione: icon sola habet folia suprema.
Hieracium fruticosum latifolium, hirsutum. C. B.
Hieracium caule ramoso, continue folioso, foliis ex cordato lanceolatis, denticulatis, amplexicaulibus Gmelin *flor. Sibir.* II. n. 30. *tab.* 14. quæ icon plantam nostram Aquilejensem bene exprimit.
Hieracium (sabaudum) caule erecto, multifloro. foliis ovato lanceolatis, dentatis, semi amplexicaulibus. Linn. *Spec.* II. p. 1131.
Hieracium sabaudum Hill. III. *tab.* 120. summa planta.

In via a *Verchier* ad *Olon*, quæ dicitur *le tombey*. *Octoduri*. Prope Bernam in prato desideratissimi Ithii zu Brunnadern: *bey der Zollbrüke* vallis *Lepontiæ*. In M. *Crenzach* rarius C. B. Misit etiam Cl. Gagnebin.

Durus caulis, & villis asper, præaltus, ob foliorum pondus sæpe inclinatus. Folia ima in meis longiora, lanceolata, aut ex ellipticis acuminata, hirsuta, dura, per totum caulem plurima: superna breviora, ex ovatis lanceolata, amplexicaulia, paucis & magnis dentibus serrata, aut integra. Flores in petiolis tomentosis, cum stipulis lanceolatis. Calyx lividus, subhirsutus aut glaber. Flos flavus, placenta alveolata, semen columnare nigrum, lineatum & tetraëdrum q).

Hujus plantæ triplex varietas est, neque enim ausim separare.

α. *Hieracii sabaudi varietas* 1. I. B. II. p. 1030.
Hieracium fruticosum subrotundo folio C. B. *prodr. n.* 25.
Hieracium sabaudum altissimum foliis latis, brevibus, crebrius nascentibus Hist. Oxon. III. p. 71.

Huic, quam in arce *Openheimensi* legi, & Verona misit Cl. Morenius, folia etiam radicalia sunt, qualia nostræ suprema, omnia nempe ex ovatis lanceolata, brevia, lata, amplexicaulia.

In altera β. & in parvis speciminibus foliorum rotundorum loco ligulæ sunt aliquæ, neque ulla folia subrotunda. Id est *Hieracium Emend.* II. 102. *Cat. rar.* n. 983. & varietas III. Hieracii 12. Vaillantii. A pulmonaria tamen longifolia foliis differt confertis, flore majori, calyce leviori, dentibus foliorum æqualibus.

γ. Ad-

o) Plin. L. XX. p. 197.
p) Linn. *Skonska resa* p. 342.
q) Habet Bonannus *microgr. ic.* 98.

γ. Adulta planta tota calvescit, & una ramosior fit. Tunc est *Hieracium fruticosum, latifolium, glabrum* Pontederæ *diss.* p. 19.
In via *le tombey.*

*36. HIERACIUM foliis ovato lanceolatis, rariter dentatis, caulinis, amplexicaulibus, *Emend.* II. n. 93. *Cat. rar.* n. 979. †

Mirum videtur, plantæ non raræ vix certum synonymon reperiri.

Videtur *Hieracium* μακρόρριζον ic. Richerii de Bellebat. 125.

β. Foliis omnibus integris ovatis *Hieracium* n. 980. *Cat. rar.*

Speciosa planta in duris rupibus Helvetiæ vulgo reperitur, ut Rupe a la *Marbriere, Agauni; Octoduri, a Saillon, Fouly &c.* In præcipitiis ad *urbam* fluv. prope *Moncharant,* in rupibus *der Goldey* prope *Unterseen.* Ad pedem arcis *Falkenstein.* Aux *rochers de la Chage*, & in rupibus vallis *Motier grand Val* Gagnebin. *Bonnavillæ* in M. *Schlosberg. Dornaci*, & *Wallenburgi* in rupibus, quibus eæ arces insident. In M. *Scheinberg* Schinzius. In alpes etiam adscendit, & varietas β. in M *d'Arbignon,* atque montibus supra *les plans* reperta est.

Radix magna, lignosa, teretibus fibris capillata, solet abrumpi. Caulis hirsutus & tomentosus, cubitalis, brachiatus. Folia variabilia, cæterum semper subflava, hirsuta, longis etiam pilis barbata; plerumque ovata, circumscriptione dentata, dentibus circa basin confertis, ut in pulmonariis, tamen etiam in reliquo folio, rarioribus, non tamen ut semipinnata sint. Ea folia plerumque in lanceolatum acumen exeunt. Est tamen ubi idem nullum est, totumque folium ovatum. In omnibus autem exemplis folia ad divisiones brachiati caulis ovata, lanceolata sunt, integra, pallida, amplexicaulia. Dum planta junior est, folia & petioli, & calyx glutinosa sunt, odoris gratissimi, alicujus balsami. In senescente planta & gluten perit, & odor balsami.

Flores flavi in petiolis hirtis nascuntur, & ex maximis sunt: calycis color obscurus, pili ut in petiolo conferti, globuligeri. Semen columnare, strictum, coronatum pappo brevissime plumoso. Placenta ad lentem vitream alveolata, foliis laceris exasperata.

Andryalæ hortensia specimina ad nostram valde accedunt, sed ei discus fere lineares pilos educit.

Hieracium Cerinthoides proxime accedit, & nostræ varietas β. Cerinthes folia refert. An est *H. pilosum foliis varie dentatis* Dillen. *Hort. Elth. tab.* 149. qui tamen suo hieracio nulla ad caulem angustiora folia ovato lanceolata adpingit. Sed huc tamen Linnæanum *Hieracium cerinthoides* n. 20. II. p. 1129. credas spectare, cui folia caulina amplexicaulia tribuit.

*37. HIERACIUM foliis crassis ovatis lanatis *Emend.* II. n. 94. *Cat. rar.* n. 969.

Hieracium montanum tomentosum Dillen. *Hort. Elth. tab.* 150. *fig.* 180. Miller *tab.* 146. Conf. Gerard. *flor.* p. 168.

Andryala foliis oblongo ovatis, lanatis, subdentatis, pedunculis ramosis Linn. *Cent. I.* n. 96. *Spec. II.* p. 1137.

In Vallesia inferiori sola. A *Saillon*, inter *Rida* & *Martigny*, inter *Charat* & *Saxon*; supra *Brieg.*

Radix perennis, dura, squamis aspera. Foliorum crassa est substantia, quasi pannea; ovata sunt, integerrima, tota albo tomento utrinque obsita, ad terram petiolata, ad caulem sessilia.

Caulis humilis, dodrantalis, brachiatus, tribus binisve floribus. Calyx pariter albo tomento obductus. Flos flavus; discus alveolis laceris exsculptus.

*38. HIERACIUM caule unifloro, foliis caulinis ovato lanceolatis, dentatis, amplexicaulibus *Emend.* II. n. 43. *Cat. rar.* n. 977.

Hieracium alpinum glabrum, flore singulari, cauli magno, cubitali, folioso insidente Rai *syll. exter* p. 144.

Hieracium latifolium montanum prealtum glabrum endiviæ folio Boccone *Mus di piant* p. 148. *tab.* 113.

Hypo-

r) Conf. *Emend.* II. p. 44. n. 97.

Hypochoeris caule simplici folioso, unifloro, foliis lanceolatis, dentatis LINN. *Spec. II.* p. 1140

Passim in montanis ditionis Aquilejensis, ut in M. *Luan*, dominii Rupensis; *à la Joux verte.* Super *Portvaley* Valesiæ. In M. *Javernaz*, in sylva *Combannivaz*, in M. *les Nombrieux*, *Enzeindaz*, *Audon*, *Naye*, *Liofon.* Circa Glaciales summæ Valesiæ rupes. In M. *Thuiry* RAI.

Radix lignosa, teres, longa, curva, coronata satis longis, & nigris, foliorum pristinorum reliquiis. Folia glabra, nervo solo villoso, serrata, ex radice longe petiolata, ex ellipticis lanceolata, petiolo folioso: ad caulem quatuor, aut paulo plura, amplexicaulia, lanceolata, basi sessili. Caulis cubitalis, non ramosus, plerumque uniflorus, raro biflorus, crassus, lineatus, non durus, sub flore albo tomento pubescit. Flos flavus, maximus, plenissimus, herbæ Costæ compar; calyce nigris villis barbato, ejus segmentis latis. Caulis sub flore intumescit. Semen latum, lineatum, ellipticum, pappo simplici.

39. HIERACIUM foliis amplexicaulibus serratis, glabris, hamis aristatis, calycibus villosis *Emend.* II. n. 99. *Cat. rar.* n. 975. ✠

Hieracium montanum majus latifolium, Genevense J. B. II. p. 1036. cum icone satis bona SCHEUCHZER *It.* I. p. 40.

Hieracium caule ramoso, foliis firmis, infimis petiolatis, reliquis ex ovato lanceolatis, semiamplexicaulibus, omnibus sinuosis, petiolorum instar dentatis GMELIN. II. p. 26. n. 24. *tab.* 10. bene. Folia tamen in exemplo hortensi firmiora sunt quam nostra.

Passim in subalpinis & montanis. Circa *les Plans*, *Enzeinda*, *la Varaz*, super *port Valey*, circa *Fouly*, in valle Ursaria &c.

Priori satis simile, foliis potissimum glabris, venosis, serratis, nervis subhirsutis. Oblonga sunt, oris in principio parallelis, inde dilatata, denique lanceolata, dense serrata, per oram ciliata, prima petiolata: ad caulem ovato lanceolata, patula, caulem hamis aristatis, serratis, amplexa. Caulis cubitalis, fistulosus, ramosus. Ex singula ala petiolus triuncialis, uniflorus. Flores grandes, calyce nigris villis barbato. Discus tantum punctatus; semina columnaria, prælonga. Radix lignosa, crassa, perennis.

40. HIERACIUM foliis lanceolatis, serratis, hirsutis, calycibus villosis.

Hieracium maximum, asperum Comyzæ folio C. B. ex fide *herb. Sicc.*

Hieracium latifolium montanum Genevense J. B. II. p. 1026. bene.

Hieracium montanum latifolium glabrum majus SCHEUCHZER *It.* IV. p. 336.

In Alpinis & Subalpinis pratis. SCHEUCHZER in valle Cœnobii *Angelimontani.* J. B. circa *Genevam.* Ego passim, circa thermas *Leucenses*, in valle *Ursaria;* & ex M. *Generoso* insubriæ helveticæ habui.

Etsi habitu a priori dissentit, flores tamen habet persimiles, & aristatos foliorum hamos: folia quidem angustiora, non ovato lanceolata, non patula, tota hirsuta, & aspera; superiora hactenus amplexicaulia, sed hamis brevioribus.

41. HIERACIUM foliis oblongis, asperis, lanceolatis, dentatis, calyce hirsutissimo. ✠

Hieracium intybaceum flore magno albido C. B. *Prodr.* p. 65. ex colore floris. SCHEUCHZER *It.* IV. p. 336. *Emend.* IV. p. 33. *obs.* 63.

Passim in Alpinis fere editioribus. In *Gotthardo* monte legi, & in summa *Valesia* circa *Rhodani* fontes; in alpibus glacialibus *Rosboden.* In M. *Brevanne* supra *Chamouny* Sabaudiæ GEN. de SAUSSURE. SCHEUCHZER in M. *Albula*, & in aliis alpibus rhæticis.

Radix perennis, lignosa, aspera. Folia & ad terram, & ad caulem, longa, non amplexicaulia, villosa, subaspera, dentibus cavis, triangularibus incisa. Caulis pedalis, in summis alpibus uniflorus, in paulo humilioribus ramosus, ut ex singulis foliorum alis petiolus triuncialis, nudus, exeat, ut in paulo priori hieracio 40. Flos grandis, sulfurei coloris pallidi, ut ex hac nota facile adgnoscas, calyce fusco, hirsutissimo. A paulo priori 40. facillime distinguitur foliis multo longioribus, angustioribus, dentibus minoribus & profundioribus.

* 42. HIERACIUM foliis ovato lanceolatis, dentatis, petiolatis, petiolis dentatis *Emend.* III. n. 241. *Rar.* n. 981. ✠

Nova planta, quam etiam Cl. ALLIONE in suis sabaudicis alpibus reperit. Nobis non rara ad lapides deciduos alpium occidentalium, & circa rupes glaciales, in M. *d'Arbon*, *Audon*, *Fouly*, *Divbleret*, *la Varaz*, *Grandvire.*

Radix lignoſa, brachiata & ramoſa, numeroſos caules producit, fibris teretibus capillata. Folia eminus adgnoſcas ſingulari eſſe fabrica, petiolo longo, ſeſcunciali, ſanguinei coloris, hinc inde raris dentibus aucto, folio ipſo ex ovato lanceolato, multis brevibusque dentibusque circumſerrato, ſolido ut tuſſilaginis ſunt folia, & ipſo rubro. Caules ſemipedales, fere biflori, ſæpe procumbentes. Calyx ſubniger, breviter hirſutus, ſquamis trium ordinum, fere tredecim. Flos petalis pallide luteis, latiuſculis.

*43. HIERACIUM caule multifloro, foliis amplexicaulibus piloſis rariter dentatis *Emend.* II. n. 98. *Cat. rar.* n. 974. ✠

In montoſis pratis non rarum, ut in via ad pagum *Forclaz*, in valle *Ormond deſſus*: ſupra *les plans*, in pratis M. *Jorogne*, *en Chapuiſe*, in M. *Naye* &c. In foſſis vallis Urſariæ.

Caulis firmus, hirſutus, tripedalis. Folia mollia, quo habitu adgnoſcas, ut continuo ſiccentur, & ſe convolvant; ex ovatis acuminata, ora piloſa, nervis omnibus faciei inferioris hirſutis; inferiora petiolata, ſuperiora caulem amplexantia, hamis retrorſum cedentibus, obtuſis, dentibus breviſſimis, etiam nullis. Summus caulis nudus, multiflorus, petiolis ramoſis, nigro villo barbatis. Flores minores, quam Genevenſi, calyce nigricante, duris & nigris pilis barbato.

β? Vel inſignis varietas eſt, vel alia planta HIERACIUM caule folioſo, foliis amplexicaulibus, ovato lanceolatis, hirſutis, dentatis, floribus ſpicatis *Emend.* III. n. 252. *Cat. rar.* n. 978.

An *Hieracium pulchrum* J. B. II. p. 1025.

Facies certe ſatis adfinis, dentes noſtro minus profundi. Ad paulo prius dictum 43. accedit, caule pariter cubitali, & ſeſquicubitali, firmo, erecto, præter petiolos florigeros ramos nullos edente. Folia ſatis ſimilia, auriculis obtuſis, dentibus raris, ciliis per oras mollibus, figura ex ovali ſenſim decreſcente, lanceolata, ut tamen acutiora, magis dentata, & magis amplexicaulia ſint, quam Genevenſi, & ſuperiora potiſſimum prælongum acumen educant. Ima folia ſola hamos habent, ſuperiora cum caule confluunt. Numeroſa cum ſint, totum caulem obtegunt. Summus caulis abit in ſpicam foliis nudam, ramoſam, triginta florum & ultra, multo ergo frequentiorum, quam in priori, & una minorum. Petioli minus nigri, albo tomento obducti. Calyx niger, minus, villoſus, foliolis fere viginti. Petala lutea.

In ſummo M. *Fouly*, inque *valle urſaria*.

Certius ſaparerem, ſi frequentius legiſſem, perque omnes ætates.

Hoc videtur eſſe *Hieracium montanum λεπτομακροκαυλον*, quod ad rivum M. *Juræ* SHERARDUS legit apud RAI *ſyllog. exter.* p. 400. Neque icon COLUMNÆ p. 249. recedit.

44. HIERACIUM foliis villoſis, integerrimis, radicalibus ligulatis, caulinis ovatis amplexicaulibus, calycibus villoſis *Enumer.* n. 7. *Cat. rar.* n. 971.

Optima icon eſt GESNERI *inter æneas* 52.

Hieracium alpinum hirſuto folio CLUS *Pann.* p. 647.

Hieracium alpinum latifolium villoſum, flore magno J. R. H. SCHEUCHZER It. I. p. 39. MANGET. *bibl. pharmac.* t. II. *tab.* 19.

Hieracium caule ramoſo, folioſo, foliis hirtis, radicalibus lanceolato ovatis, dentatis, caulinis amplexicaulibus, cordatis LINN. II. p. 1130. quod nomen noſtro vix convenit add. Cl. JACQUIN *obſ.* 71.

In montanis altioribus, inque ſubalpinis ubique. In Juræ culminibus *Dolaz*, *Creux du Vent* & *Chaſſeral* legi.

Perennis radix: folia omnia ſubflava, longo pilo, præſertim ad nervos molliter barbata, margine plerumque integro, aliquando ſerrato, ad terram lingulata, elliptica, ad caulem amplexicaulia, ovata, lanceolata. Caulis folioſus, hirſutus, vulgo dodrantalis, aut brachiatus, aut uniflorus. Flos ex maximis, flavus, calyce nigro, villo albo barbato.

β. Notabilis eſt varietas β. quando in pratis ſubalpinis ad cubitalem & tripedalem altitudinem adſcendit, ſimile tunc foliis, & habitu hieracii 43. priori varietati, ſemper tamen paucis, & maximis, albo villo ſplendentibus, floribus diverſum.

Hæc eſt *Piloſella, ſive pulmonaria, lutea, anguſtiori folio valde piloſa, duplex* J. B. II. p. 1034. cum bona icone.

J. B. in M. *Saleva* legit, ego in montibus aquilejensibus.

γ. Etiam glabra folia habet SEGUIER *supplem.* p. 269.

δ. HIERACIUM caule unifloro, foliis levibus, radicalibus, lingulatis, obiter dentatis, caulinis ovato lanceolatis, amplexicaulibus *Emend.* III. n. 254. *Cat. rar.* n. 972.

In montanis passim *à la montagne de Fouly.* Cl. GAGNEBIN *à la Roche aux Corbeaux*: in monte *Mole* Cl. *de* SAUSSURE.

Aut memorabilis est varietas Hieracii villosi, cum quo multum convenit, aut planta peculiaris.

Caulis rectus, cubitalis, inferne longis pilis villosus, inde glaber, uniflorus. Folia ad radicem prælonga, etiam semipedalia, longe lanceolata, angusta, intra unciam, glabra, nervo alias prælongis pilis barbato, alias glabro. Tenera ipsis natura est, ora aut integra, aut brevibus & raris dentibus notata. Folia ad caulem pluscula, ovato lanceolata, semi amplexicaulia, non hamata. Flos grandis, flavus, calyce fulvis, deinde incanis villis barbato.

45. HIERACIUM foliis glabris, dentatis, imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus, calycibus hirsutis *Emend.* II. n. 100.

Hieracium montanum latifolium minus TABERN. p. 186.

Hieracium latifolium glabrum, ex valle Griesbachiana J. B. II. p. 123. cum icone non bona.

Hieracium caule ramoso, foliis semiamplexicaulibus, teneris, oblongis, plerisque petiolatis, petiolis inferiorum dentatis GMELIN II. n. 21. *tab.* 9.

Hieracium paludosum LINN. n. 18. p. 1129. KRASCHENINNIKOT. *flor. Ingr.* p. 123.

Icon GESNERI n. 58.

Vulgo in pratis sylvisque paludosis, tamen etiam in montanis, ut in M. *Wasserfall* secundum C. B. & circa *Ferriere* GAGNEBIN: in *valle ursaria*, circa *les plans.*

Etiam hoc Hieracium cum varietate β. Hieracii 43. aliqua communia habet, ut tamen facile separetur.

Radix congeries gracilium fibrarum est. Caulis bicubitalis, glaber, in summa parte paniculatus. Folia tota glabra, tenera, ima quasi dentis leonis, petiolata, petiolo dentato, magnis & retroversis dentibus: proxima quasi petiolata, ut in origine angusta sint, inde latescant: ad caulem ovato lanceolata, hamis acutis, & acute dentatis; ora foliorum magnis dentibus serrata. Petioli simplices & ramosi. Flores quidem calycibus etiam nigris, barbatis, sed parvi. Semen columnare sulcatum.

46. HIERACIUM caule subnudo, paucifloro, foliis ovato lanceolatis, circa petiolum dentatis.

Tota classis planipetala difficultatem habet, quod folia pinnis, dentibus, & hirsutie ludant. Inter omnia vero ista planta difficillima est. Nam etsi folia ad basin magnis & acutis dentibus incisa speciem præstant characteris, tamen & ipsa non rarissime absque omnibus dentibus, aut rotunda sunt, aut oblonga. Sed neque habitus nudus, & brachiatus, caulis perpetuus est. Quare facile dederim inter eas, quas hic describo, varietates, veras species latere posse. Nullas tamen admittit Cl. LINNÆUS, idemque recte adnotat, etiam *paludosum* Hieracium aliquas Pulmonariæ notas habere.

α. Vulgaris ergo planta foliis radicalibus ad basin magnis & acutis dentibus incisis, ex ovato lanceolatis, caule subnudo, brachiato, cui nomen convenit, quod præposui.

Auricula muris major TRAG. p. 276.

Hieracium caule ramoso, foliis radicalibus, ovatis, dentatis, caulino minori LINN. *Spec. II.* p. 1128.

II. Varietas maculosa.

Pulmonaria maculosa hispida MUNTING *ic.* 233.

Hieracium murorum HILL. III. *tab.* 120.

III. Caule obsito tumore fungoso, fulvis pilis pubescente, cauli haud procul a radice insidente.

Auriculæ muris major species in sylvis brocomagi TRAG. p. 277.

Hieracium μυοφορον s. mures referens HEUCHER *provent.* III. p. 74. cum icone.

IV. Humile, caule nudo, unifloro, foliis ellipticis, totis serratis, dentibus magnis, adfine *Hieracio unifloro* n. 45. sed facile flore minori adgnoscendum, & maculis foliorum, quas sæpe retinet.

Eſt ex fide horti ſicci *Hieracium pumilum ſaxatile aſperum*, *radice præmorſa* C. B. *Prodr.* p. *66.* etſi icon Taraxacum plumoſum refert.

Ad muros & maceries. *Varietas* III. in ſylva *Heimholz Gottingæ*, & circa *Wernigerodam* a me lecta eſt.

Huic caulis bipedalis, ad terram folioſus, inde paucis foliis adſperſus, ſuperne fere nudus, ramoſus. Folia hirſuta, ad terram petiolata, ex ovatis lanceolata, & circa petiolum magnis dentibus triangulis inciſa, quorum primi ad angulos rectos exeunt. In longis nudisque ramis flores, non magni, raram & paucifloram umbellam faciunt: flavi, calyce nigricante & hiſpido. Semina nigra, columnaria, ſulcata. Diſcus alveolatus, ut in fruticoſis hieraciis.

Exiguo in uſu eſt, & nomen forte a maculis habet. Accipitres Hieracium ſcalpere, ſuccoque oculos tingere, & eorum obſcuritatem diſcutere Plinius *s*). Contra, noxiam eſſe armentis plantam, pappisque ſuis gulam inflammare & ventriculum, Cl. Schreber *t*).

β. Varietas foliis ſubhirſutis, dentibus profundioribus, primis retroverſis.

Pulmonaria gallica femina Tabern. p. 195. bene.

Piloſellæ majoris ſive Pulmonariæ luteæ ſpecies magis laciniata J. B. II. p. 1034. bene.

Broad dented Hawkslung Petiver *tab.* 13.

In ſylvis opacis paſſim reperi, ut in valle alpina *Chapuiſe*: in fagetis circa *Baſileam* Cl. Gagnebin in fiſſuris rupium *de Pertuis*, & in *Combe de Valanvron.*

γ. Varietas pene glabra, nervis ſolis hirſutis, foliis majoribus, profundius dentatis, fere ſemipinnatis, dentibus iterum dentatis; alte cæterum adſurgens, etiam ad tres pedes.

Piloſellæ majoris ſive pulmonariæ luteæ laciniatæ ſpecies minor J. B. II. p. 1034. bona icon.

RAIUS in M. *Saleve* ex rupium fiſſuris; ego paſſim, in *valle urſaria*, in *valle Ormond*, in *Chapuiſe*, in M. *Fouly*, *Audon*, *Cland*, *Ovannaz.* Prope *Zollbrük* vallis *Lepontiæ* D. la Chenal, Cl. Dick in itinere Rhætico ex M. *Früla.* In muris *Bruntruti* etiam Cl. la Chenal, tum in *Motier Grandval*, & *Roche aux Corbeaux* Cl. Gagnebin.

Huc videtur pertinere *Hieracium profunde ſinuatum pubeſcens* C. B. *Prodr.* p. *67.* *Baſil.* Michelfeldæ lectum & ad ſylvam *die Hard.* Lego enim in meis, eſſe de Pulmonariæ genere, foliis amplis, profunde & argute inciſis, ſubhirſutis.

δ Varietas foliis numeroſioribus, hinc confertioribus, pro portione longioribus, ſæpe vix dentatis. Hæc varietas memorabilis eſt.

Pulmonaria gallica tenuifolia Tabernæm. p. 195. Dillen *nov. Spec.* p. 48.

Gottingæ paſſim, ut circa patibulum *Bovendenſe*: ſupra *Burgdorf* eundo verſus *Hutwyl.* Inter *Steg* & *Waſen.*

ε Folio ovato aut vix dentato, aut nihil quidquam.

Pulmonaria gallica rotundifolia Barrelier *ic.* 342.

In monte *Chaſſeralle* legi.

*47. HIERACIUM foliis levibus integerrimis, radicalibus longe petiolatis, ellipticis, caulinis amplexicaulibus, hamis obtuſis.

Hieracium glabrum, *ſucciſæ folio integro* Vaillant. p. 243. *Le* Monnier *mont d'or* p. CLVII.

In M. *Chaſſeralle* legi. Circa *Ferriere* Cl. Gagnebin. Etiam ſupra *Blankenburg.*

Si varietas eſt Pulmonariæ, certe præter reliquas a murali longiſſime recedit.

Folia glaberrima, venoſa, aliqua bupleuri ſimilitudine, cum toto habitu leviſſima, ima longiſſime petiolata, inde longe ovata, obtuſo fine terminata, vix aliquo dentium veſtigio relicto: ſuperiora caulem amplexa, ſed brevibus hamis & obtuſiſſimis; ſuprema linearia. Caulis pauciflorus, brachiatus, cum 46. convenit, & calyx niger, hirſutus.

48. HIERACIUM caule nudo, brachiato, paucifloro, foliis linearibus, rariter dentatis. *Cat. rar.* n. *966.*

Hieracium montanum, *anguſtifolium*, *non nihil incanum.* C. B. ex fide horti ſicci.

Hieracium folio ſtatices caule nudo Vaillant.

Hieracii montani VI. varietas II. Clus. *Pannon.* p. 846.

Hieracium folio ſtatices, *caule foliato* Seguier *ſuppl.* p. 270.

Alpina

Alpina planta, in rupibus M. *Enzeinda* & M. *Sanetsch*, & in M. supra *Kienthal*, & monte *Splugen* lecta. Cum torrentibus descendit in planitiem, & abundat in glareis de la *grande eau*, ad torrentem cis *Ellé*, ad fl. *Vevaise*, *a la baye de Clarens*, circa *Sedunum*, ad *Rhenum* versus *Curiam*, ad *Ticinum* prope *Zollbrük*, & circa *Bellinzona*.

Radix crassa, lignosa. Folia semper glauca, longa, gracilia, alias obtusa, acutiora alias, ora vel integra, vel dentata. Caulis pedalis, aut paulo ultra, alias brachiatus, alias simplex; sub divisione foliolum lineare, acutum. Flos floresve in ramo longo, nudo, minores, quam paulo priori hieracio, majores quam pilosellis, calyce expanso, squamis nigris, subhirsutis; semen oblongum, sulcatum.

β. Varietas caule unifloro, foliis plerumque integerrimis, acutis, gramineis

Hieracium montanum VI. CLUS. *Pannon.* p. 64. cum tamen nostrum raro uniflorum sit.
Hieracium montanum asphodeli foliis acuminatis BOCCONE *Mus.* p. 147. *tab.* 106. caule ramoso.
Hieracium caule ramoso, folioso, foliis lineari lanceolatis integerrimis JACQUIN *plant. vindob.* p. 275. *fig.* 6. foliis peranguftis. LINN. *Spec. II.* p. 1138.
Narrow smoot Mouseear PETIVER *tab.* 11.
An icon 55. GESNER *posth.* Calyx enim non permittit de Scorzonera cogitare.
An *Hieracium alpinum foliis angustis raro dentatis, flore magno* SEGVIER *supplem.* p. 270. flos certe nostræ virescit, dum siccatur.
Hieracium foliis lanceolatis, glaucis, caule brachiato, multifloro, *Emend.* II. n. 96. *Cat. rar.* n. 973.
Icon OEDERI *tab.* 27. pro planta foliis integerrimis.

In rupibus circa Eremitæ *Agaunensis* cellam, & ad arcem *Octodurensem*: ad arcem *Gilgenberg* STÆHELIN.

49. HIERACIUM caule unifloro, foliis lingulatis, dentatis, hirsutis, calyce hirsuto *Cat. rar.* n. 970.

Hieracium pumilum II. Fr. *Gregor* COLUMN. *Ecphras.* II. p. 29. *ic.* p. 30.
Hieracium alpinum angustifolium, villosum SCHEUCHZER *Itin.* IV. p. 336.
Hieracium villosum alpinum, flore magno singulari, caule nudo RAI *synops.* III. p. 169. *tab.* 6. *fig.* 2.
Woolly cupd hawkweed. HILL. III. *tab.* 124.
Hieracium alpinum LINN. *Spec. II.* p. 1124.

In alpinis non rarum: in M. *Gotthard*, *Fouly*, *Speluga*, *la Varaz*, *les Martinets*, *Taveyannaz*, *Chapuise*, *Salanfe*, *Val de Trient* & S. *Bernard*, in montibus *Vallis de Bagne*; in monte *Bructero Germaniæ*.

Multiformis planta, caule fere nudo, humili, unifloro, & calyce villoso adgnoscitur, tum foliis pilosis, mollibus, flavescentibus.

Figura ludit: dantur hic lingulata, integra: ovata integra & brevia, & dentata; profunde demum incisa, & peracuta. Ad caulem acutæ ligulæ. Flos grandis, subniger, villo albo, aut fulvo.

50. HIERACIUM caule subnudo, foliis ovatis integris, floribus umbellatis aurantiis *Enum. Cat. rar.* n. 967.

α. Varietas naturalis, floribus immaturis purpureis, adultioribus aurantiis.

Hieracium Germanicum I. F. *Greg.* COLUM *Ecphr.* II. p. 28.
Hieracium alpinum hirsutum, floribus minoribus atropurpurascentibus SCHEUCHZER *It.* IV. p. 336.
Orange Hawkweed HALE *Eden.* *t.* 48.

β. Varietas hortensis, flore ex purpura rubente.

Pilosella indica CORNUTI p. 209.

γ. Floribus flavis in M. *Kahlenberg*, *Fouly: à la Baume*, supra *bonne ville*.

Floribus aurantiis, extus, & dum immaturus flos connivet, purpureis reperi abunde, qua a pago *Hospital* ad M. S. *Gotthardi* adscenditur, tum ad viam inter *les Granges* & *Forclaz*: *aux Nombrieux*, in M. *Enzeindaz*, *Naye*. Passim etiam super *Portvaley*, in M. *Raveneuse* Vallesiæ. In Rhætia super pagum *Juf* SCHEUCHZER. Etiam in M. *Vogeso*, *le petit Balon*. In Jurasso inter *le Chasseral* & stabula *Biennensia* GASNEBIN.

Folia & totus habitus hirsutus, ista ad terram ovata, & ovato lanceolata, integra aut perraris dentibus incisa: ad caulem pauca, lanceolata.

Caulis non ramosus, nisi petiolos velis, bipedalis, nigris pilis hirsutus. Flores octo, decem, in spicam brevem collecti, ex petiolis brevibus. Calyx niger, hispidus: flos, qualem dixi. Semina columnaria, sulcata, nigra.

51. HIERACIUM caule nudo, foliis petiolatis, ovatis, integerrimis, hirſutis, floribus ſpicatis *Enum. Cat. rar.* n. 968. & GMELIN II. p. 32. *tab.* 13 f. 2.

Hieracium pratenſe latifolium non ſinuatum majus, C. B. *Baſ.* p. 39. & minus ib.

Hieracium præmorſum LINN. *Spec. II.* n. 1126.

In ſylvis circa Baſileam, in pratis inter villas *Gundeldingen*, & in M. *Muteto*, etiam in ſylva *Welmeſe* prope Jenam. C. B. in pratis circa *Münchenſtein*, & in humidis circa *Crenzach*. Cl. GAGNEBIN ad viam inter *Neufchatel* & *Valangin*, & circa *Ruchenette*.

Caulis bipedalis & ultra, hirſutus, rectus, non ramoſus, præter florales petiolos. Folia ad terram ovata, mollia, breviter hirſuta, petiolata. In ſummo caule ſpica florum ad usque 25. ſtipulis tomentoſis, petiolis ſimplicibus & ramoſis, etiam in ſuecico *Hieracii præmorſi ſpecimine*. Flores parvi, lutei, calyce livido glabro, ut omnino veram crepidis fabricam habeat, ſquamas ad baſin breves *u)*, & calycem interiorem tubuloſum, cylindricam.

51. HIERACIUM caule ſubnudo, foliis hirſutis, lanceolatis, floribus umbellatis, petiolis ramoſis.

Hieracium foliis lanceolatis integris, piloſis, ſcapo ſubnudo, baſi piloſo, floribus ſubumbellatis LINN. *Spec.* II. p. 1126.

Piloſella major altera TABERN. p. 197.

Piloſella minori flore, hirſutior & elatior, non repens J. B. II. p. 1040. ſatis bene: an GMELINI p. 34.

C. BAUHINUS Baſileæ, ego in Germaniæ M. *Altenſtolberg*, deſcriptam ad RUPPIUM p. 204.

Folia utique ſubhirſuta, pilis brevibus, non ut in piloſelloideis hieraciis prælongis, lanceolata, tamen etiam obtuſa; ad caulem pauca, bina, terna. Caulis bipedalis, non ramoſus niſi petiolos velis, undique hirſutus. Petioli in ſummo caule conferti, ramoſi, hirſuti. Flos perexiguus, luteus, calyce hirſuto, quibus notis a priori diſtat.

52. HIERACIUM caule nudo, ſtolonibus reptantibus, foliis longe piloſis, lanceolatis, floribus umbellatis.

Piloſella minor folio anguſtiori, minus piloſo, repens J. B. II. p. 1040.

Piloſella major erecta C. B. *Baſ.* p. 78.

Et Piloſella montana, hiſpida, parvo flore C. B.

Et Hieracium murorum, anguſtifolium, non ſinuatum C. B. *Baſ.* ex fide horti ſicci;

Et Hieracium alpinum, folio oblongo anguſtiſſimo C. B. *Prodr.* p. 64. iterum ex fide horti ſicci.

Piloſella major umbellifera μακροκαυλος *montana & pratenſis* COLUMN. *Ecphraſ.* p. 248. 249.

Piloſella erecta, foliis longis, anguſtis, floribus parvis, numeroſis, in ſummis caulibus SHERARD apud RAI *ſyllog.* p. 400.

Hieracium foliis integerrimis, lanceolatis, ſcapo nudo, multifloro, ſtolonibus reptantibus LINN. *Spec.* II. p. 1126.

Paſſim ad vias, & muros, inque glareoſis. Reperi in M. *Muteto* & *Crenzach*: *à la grande eau*, & prope *Roche à la Marbriere*, & *aux gauges*. *Genevæ* ad confluentem fl. *Arve* cum *Rhodano*. Gottingæ *vorm Grünerthor* &c.

Proxime prioris habitum refert, & umbellam florigeram, ex petiolis hirſutis, & ramoſis factam caulemque cubitalem & ultra, nudum. Folia prælonga, anguſta, acuta, & glabra, ut paucis plerumque, & quos numeres, longisque pilis pubeſcant. Ora integra aut rariter ſerrata. Caulis plerumque levis, cum ſtolonibus ex radice pullulantibus. Flores parvi, hirſutis calycibus nigriſque. Placenta alveolata.

A ſequente vix ſatis differt, etſi altius eſt & multiflorum.

53. HIERACIUM caule nudo, paucifloro, ſtolonibus reptautibus, foliis longe piloſis, lanceolatis.

Piloſella major repens, minus hirſuta C. B. *Baſ.* p. 78.

Piloſella major prima TAB. p. 196.

Hieracium foliis integris. ovato oblongis. ſtolonibus reptantibus, ſcapo nudo, multifloro LINN. *Spec.* p. 425.

In pratis, ſylvis, & torfaceis.

Huic ſtolones etiam folioſi; folia integerrima, pilis longis piloſa, lanceolata, rariter dentata, etiam ovata & integerrima. Caulis pedalis & ultra, erectus, nudus, ex petiolis ſimplicibus aut parum ramoſis, paucos, quinque ad octo, flores ſulfureos gerit, calyce hirſuto, etiam hic crepidi ſimiliores.

In

u) Etiam in *ic.* GMELINI

In alpibus varietas pilosior, fulvis circa radicem pilis reperitur, ut in monte *Fouly*, *Thuiry Enum.* n. 2.

54. HIERACIUM caule brachiato, paucifloro, foliis lanceolatis, longe pilosis, calycibus glabris *Enumerat.* n. 4. †

An *Hieracium piloselloides vulgari simile, florentinum* VAILLANT.

Etsi pauca specimina habeo, circa *Leucam Valesiæ* lecta, non tamen possum, quin separem, & diversum esse consentit Cl. *la* CHENAL, qui *Basileæ* ad *Rhenum* reperit.

Planta humilis est, pedalis, caule recto, nullis in nostris stolonibus. Folia similia, longe pilosa, acutiora, angustiora. Caulis in medio bifidus, hactenus a pilosellis diversus. Calyx glaberrimus crepidis, & flores in summo caule congesti minores, luteoli.

55. HIERACIUM caule unifloro, stolonibus reptantibus, foliis petiolatis, ovatis, longe pilosis, subtus tomentosis.

Pilosella CAMER *epit.* p. 708. TREW ad *Blakwell. t.* 365.

Et *major* CAMER. *Epit.* p. 709.

Hieracium foliis integerrimis, ovatis, subtus tomentosis, caule repente, scapo unifloro LINN. II. p. 1129. *flor. Ingr.* p. 122. cum descriptione.

β. Variatas foliis utrinque mollissimo & densissimo albo tomento obsita.

Dens leonis alpinis minimus Pilosellæ folio SCHEUCHZER IV. p. 333.

Hæc in M. *Fouly*, in *Gotthardo* M. In alpium pratis SCHEUCHZER. Altera vulgo ad vias.

Caulis erectus, nudus, uniflorus, raro biflorus, sub flore intumescens: alii foliosi stolones ex radice prodeunt. Folia petiolata, peculiari nota longorum pilorum & canorum in superiori glabraque facie insignia, in vulgari specie inferne tomentosa. Flos major, quam prioribus, sulfureus, calyce nigro, hispido.

Amara est, siccior quam aliæ plantæ lactescentes, magisque adstringens, hinc ad hernias laudata, etiam in angina & in morbis pectoris, ex sero acri nati. Vix unquam tamen serio in medicinam recipitur *x*).

In hoc difficillimo genere puto omnia recte esse constituta; tantum species 47. & 54. ex paucis speciminibus sumtæ sunt.

Varietates vero n. 35. β. n. 43. β. 44. δ. & n. 46. δ. adeo sunt insignes, ut pro speciebus haberi queant.

Inter plantas BURSERI *y*) sunt aliquæ mihi non satis notæ. Earum prior *Hieracium alp. glabrum angustifolium* ex alpibus Valesiorum, ob calycem villosum erit forte *Piloselloides*.

Hieracium vero *montanum angustifolium, flore pallido* &c. a LINNÆO ad picridem relatum est, ut pappo putes esse plumoso.

Omitto etiam plurima Hieracia C. BAUHINI, de quibus nihil certi norim constituere.

TARAXACUM *offic.*
DENS LEONIS T. VAILLANT.
LEONTODON LINN. n. 912.

Genus difficile. Ut simplicius redderem, separavi ab eo, quæ plumoso sunt pappo, & quæ facile possunt cum Picride manere. Calyx ergo Hieracii erit, foliis imis reflexis. Pappus ex stilo. Clanculum addunt auctores caulem monoclonum.

56. TARAXACUM calycibus glabris, squamis imis reflexis *z*).

Dens Leonis CAMER. *Epit.* p. 286. BLAKWELL *tab.* 1. cum malo calyce, & bene t. 501.

Curled dandelion HILL. t. 126.

β. amplissimo folio.

Dens Leonis major DILLEN *Cat. Giess.* p. 53.

γ. Foliis integris tantum dentatis. In alpibus, M. Saleva.

δ. Foliis acutissime & profundissime divisis & pinnatis.

Dens Leonis angustiore folio C. B. *Basil.* p. 37.

γ. Laticaule & biflorum, circa *Ferriere* GAGNEBIN.

Nihil vulgatius in pratis, & ad vias. Folia plurima, semper tenera, & lactucina, nervo

x) BUCHWALD p. 42.

y) *Act. Lit. suec.* p. 502. 503. *Comm. Acad. I.* p. 152.

z) VAILLANT *fig.* 5.

vo albo, plerumque femipinnata, pinnis retroverfis, extrema ampliffima, triangulari, tamen & pinnata, & integra, dentata. Scapus tener, cavus, fucculentus, uniflorus. Flos magnus, luteus, extus etiam fublividus, fquamis calycis glabris, imis reflexis. Semen ovato acutius, echinatum *a*), cum pappo *b*) fuo volatili.

Lac amarum habet, radicem potius amariorem. Aqua acida eft, in fpiritu fal volatilis copiofus, in cinere fal lixivus & terræ *c*) aliquid latet. Vires gentis fui poffidet, ex fortioribus. Succus debet adhiberi, totave planta, quæ abfque morfu refolvat. Ingreditur cum radice graminis *regiam* illam *ptifanam*, cujus formulam LUDOVICUS XIV. magno pretio redemit. Ad icterum valet, fucco *d*) ad integras libras dato: tum ad coagula pulmonis, ad tuffim, ad febres intermittentes rebelles; ad lepram *e*) & herpetem *f*). Datur etiam ad fuperandas acutorum morborum reliquias. Unguentum ex tufa radice ad fcrophulofas *g*) glandulas laudant. Aquam plantæ fermentatæ ftillatitiam odoratam *h*), vinofi faporis, acidulam, nuperi ad eachexiam commendant. Extractum aquofum balfamicum debiliter fubdulce eft, inde amarum: Vinofum leviter adftringit *i*). In cibum fumitur, etiam radix *i**).

57. TARAXACUM calycibus hirfutis, fquamis rectis T. I.

Hieracium alterum minus IV. COLUMN. *Ecphr.* II. p. 29. 31. extremo folio acuto.

Dens Leonis foliis extremo fubrotundis floribus aureis SHERARD apud RAI *fyll. ext*, p. 399.

Hieracium dentis leonis folio obtufo minus SCHEUCHZER *Itin. I.* p. 40. & *minus flore fanguineo* IV. p. 336.

Leontodon aureum LINN. JACQUIN *obff.* n. 67. cum defcriptione.

Vulgare in Alpium pafcuis, etiam in *Jura* vifum, & in M. *Falconario.*

Habitus prioris, folia tamen fimpliciora, dentibus minus profundis, paucioribus; fine parabolico, obtufo. Scapus durior, ligulis adfperfus, raro, fed tamen etiam biflorus, ut in icone noftra. Calyx hifpidus, fquamis rectis, non reflexis. Flos aurantius, & ex luteo rubens, quam vulgari minor.

PLANTÆ FLORE COMPOSITO.

II. RADIATÆ.

JUNG *Phytolog.* c. 19. 20.

VAILLANT. *Mémoir. de l'Acad. des Scienc.* 1720. p. 277.

In hac claffe difcus eft, ut in priori, pulpofus, rotundus, feminifer. Ex eo duorum generum flofculi nafcuntur. Interiora areamque circuli occupant flofculi ab hactenus defcriptis alii, femini fuo innati, tubo angufto, inde campanula *k*) latiori, plerumque quinquefida. In ea campanula quinque funt filamenta, antheræque quinque coalitæ *l*). Ex ea eminet tuba longa bicornis *m*). Rarum eft carere tuba *n*).

Hi in difco vulgo dicti *flofculi.*

Ambitum autem circuli occupant femiflofculi, quales in priori claffe defcripfimus, femini fuo innati, ex brevi tubo expanfi *o*), ad angulos cum petiolo fere rectos radiati. Feminini fere funt, tubamque continent, fine fuo bicornem, absque ftaminibus. Dantur & plantæ absque tuba *p*). Vocant *radios.*

Claffis facilis, quod ad fpecies adtinet, generibus potius nimis fui fimilibus, non fatis tamen cafta. Nam intercedunt aliquæ, quæ radiis carent, adeo fimiles reliquis dotibus, ut vel genere feparare non aufis: ut in Senecione vulgari, vel ne fpecie quidem, ut in Senecione vifcido, & in Jacobea, inque Chamæmelo. Deinde inter difcifloras non radiatas funt aliæ, quæ aut fpuriis radiis ornatæ calycinis, Bidentis exemplo & Xeranthemi, aut veris demum femiflofculis luxuriant, ut in Petafite.

Claffis in Europa & America *q*) feptentrionali frequens, nulla in Africa *r*) calidiori.

ORDO

a) Aliquando glabrum. GMELIN l. c. p. 15.
b) VAILLANT. *fig.* 12. PARSONS *tab.* 2. *fig.* 11. V.
c) GEOFRO p. 200.
d) BOERHAAVE apud BORETIUM *Hierac, Pruff.*
e) LEIDENFROST *Suec. plant.*
f) FEBVRE *Chymie* II. p. 408.
g) MALOUIN *Chym.* II. p. 365. ed. 1751.
h) DELIUS *difput. de Taraxac.*
i) CARTHEUSER *mater. med.* p. *poft.*
*i**) Apud *Grônlandos* CRANZ p. 83.
k) GREW. c. 5. & *anat.* p. 38. VAILLANT. t. 9. f. 1. BERKHEY t. 3. f. 16. 17. 29.
l) GREW. l. c. & p. 38.
m) IDEM l. c. & p. 39.
n) *Males* VAILLANT.
o) IDEM l. 9. f. 6; 10. 11. 12. BERKHEY t. 3. f. 24. 25. 26.
p) *Neutres* VAILLANT.
q) DOUGLAS II. p. 216. Afteres potiffimum & Solidagines.
r) ADANSON *Senegal. pref.* p. CLVII.



C. J. Rolltnres. Med. C. Del.

Sculp. C. F. Fritzsch C. filius. Acad. Gött. Sculpt.

ORDO I.

PLACENTA NUDA.

I. SEMINIBUS PAPPO CORONATIS.

SENECIO a) LINN. n. 913.

JACOBEA I. R. H. t. 276. & VAILLANT. *Mem de l'Acad.* 1720. p. 298.

SENECIO I. R. H. t. 260. & VAILLANT. *Mem. de* 1719.

& SOLIDAGO VAILLANT. 1720. p. 292.

Calyx Crepidis, nempe squamæ interiores in cylindrum fictæ, & conglutinatæ: quibus ad basin ligulæ aliquæ accedunt, ut tamen a nonnullis absint. Non possunt removeri, quæ absque radiis sunt. Nam & Senecio 58. cum 59. summa adfinitate cohæret; & in Jacobea 60. & 62. varietas datur, radiis destituta.

I. FOLIIS LACINIATIS.

JACOBEA VAILLANT.

58. SENECIO corollis nudis, foliis pinnato sinuatis, amplexicaulibus, floribus sparsis; LINN. *Spec. II.* p. 1216.
Senecio Erigeron TABERN. *p.* 168.
Senecio major, vulgaris PONTEDER *diss. p.* 153.
Erigerum Senecio BLAKWELL *t.* 132.
Sinuated groundsell HILL. II. *t.* 85.

In hortis frequentissime, etiam in muris.

Caulis erectus, ramosus, pedalis, tener tamen & latus. Folia numerosa, inferne aliquantum tomentosa, lata basi sessilia, semipinnata, latis brevibusque pinnis, serratis. Flores in summis ramis, lutei, constanter absque radiis. Semen longe ellipticum, sulcatum *b*), subhirsutum. Autumno nudos flosculos femininos intercurrere BOEHMERUS *flor. Lips.* p. 76.

Accedit ad Cichoraceas SENECIO. Succulentus, sapore herbaceo, subsalso. Pro refrigerante medicamento ad inflammationes & scirrhos mammarum & testium inponitur, cum malvis in lacte coctus, ad anginam ab aliis; Vulnerarium alii faciunt *c*). Nimium videtur, tostum & ventriculo inpositum Senecionem vomitum movere, febresque sanare *d*).

In colica spasmodica infantum eo LENTILIUS *e*) utebatur. Oleum ad ambusta laudant *f*). Parco tamen in usu est.

59. SENECIO foliis pinnatis, pinnis alterne majoribus, semipinnatis, angulosis, calycibus levibus, radiis brevissimis, revolutis.
Senecium montanum TABERN. *p.* 169.
Senecio minor latiore folio, sive montanus C. B. *Basil.* p. 39. DILLEN *hort. Elth. t.* 258.
Senecio montanus mollior, pallido parvo flore BARRELIER *ic.* 401.
Double Jaggd Groundsell HILL. II. *tab.* 84.
Senecio corollis revolutis foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboso erecto DILL. *Spec. II.* p. 1127.

Circa *Cliben* C. B. sed erat in horto sicco vulgatissimus Senecio n. 588. In sylvis Germaniæ cæduis abunde. Iconem dedi ad RUPPIUM *tab.* 3.

Medius inter 58. & 60. ut possis pro hybride habere. Vide discrimen a LINNÆO definitum *olansk Götlanska res.* p. 326. & *Wästgöta resa* p. 142.

Caulis cubitalis & ultra, erectus, ramosus. Folia subtomentosa, petiolata, nervo lato, pinnata, pinnis minoribus intermistis, majoribus pene semipinnatis, angulosis, angulis in brevem spinulam exeuntibus. Flores umbellati, in toto genere minimi. Petiolus intumescens discum facit, ex quo calyx in coni truncati modum convergit, glaber iste, cum exigua fere ad basin subhirsuta ligula. Radii brevissimi, revoluti, flavi.

60. SENE-

a) Erigeron Senecio herba molli canitie, caput lanugine multa divisum, quam pappum vocant PLIN. L. XXV. p. 100.

b) GREW *tab.* 13.

c) BUCHWALD p. 261.

d) *Ess. of a Societ. at Edimb. II.* p. 47.

e) *Iatromnem* p. 502.

f) KRAMER *med. milit.* p. 72. *Comm. Lit. Nor.* 1741. n. 27.

60. SENECIO foliis viscidis, pinnatis, pinnis semipinnatis, angulosis, calycibus hirsutis.

Jacobea Pannonica mollior CLUS *Pannon.* p. 537a.

Senecio hirsutus, viscidus, graveolens DILLEN *hort. Eltham.* p. 347. *tab.* 258.

Clammy Groundsell HILL. II. *t.* 83. *f.* 5.

Senecio corollis revolutis foliis pinnatifidis, viscidis, squamis calycinis laxis, longitudine perianthii LINN. *Spec. II.* p. 1217.

In sylvis cædis, & potissimum in carbonariorum areis.

Caulis bicubitalis, ramosus, foliosus, & floriger, totus una cum planta pilis pinguibus obsitus. Folia prioris similia, petiolata, nervo folioso, pinnata, pinnis alterne minoribus, & majoribus, semipinnatis, angulosis, ex angulo ciliatis. Flores lutei, umbellati, quam priori multo majores, toto calyce hirsuto, accessoriis ad basin squamis aliquot, multo quam calyx brevioribus, sed hirsutis. Radii etiam revoluti, tridentati.

β. Absque radiis circa *Heilbad* Valesiæ reperi.

61. SENECIO tomentosus, foliis pinnatis, pinnis subrotundis, umbella globosa.

Chrysanthemum alpinum I. CLUS *Pann.* p. 566.

Jacobea alpina incana minor BARRELIER *ic.* 262.

Jacobea pumila, alpina BOCCONE *mus. di piante t.* 8.

Jacobea αλπικοχαμαιπoδωδης. RICHER.

Jacobea pumila, absinthii umbelliferi foliis incanis, floribus velut in umbellam positis PLUKNET p. 194. *tab.* 39. *f.* 6.

Absinthium pumilum palmatum, crasso tomentoso pallescente folio BARRELIER *ic.* 881.

Senecio mollis, radiantibus foliis, utrinque tomentosis, subpinnatis, obtusis, corymbo subrotundo LINN. *Spec. II.* n. 1219.

β. Semiflosculis brevissimis & angustissimis misit Cl. ALLIONE.

C. B. ex *Gotthardo* M. SCHEUCHZERUS in montibus *Prægalliensibus & Aversanis.* MURALTUS in *Glaronensibus.* Nos in *Veragricis* ubique, *Jeman*, *Fouly*, *Pennino* M. in M. *Bovinaz*, in MM. supra *Bagnes*, & ex Sabaudia circa *Chamouny.* In M. *Bernina* Rhætiæ.

Pulchra planta tota utrinque tegitur albo tomento, uti Jacobea maritima. Caulis firmus, dodrante non altior, foliosus, etiam ramosus. In summo caule vel ramo umbella congesta. Folia petiolata, petiolo latescente, firmo, pinnato, pinnis eundo majoribus, confertis, integris, vel incisis, sed rotundo fere fine terminatis *g*), tamen alias angustioribus, & acutioribus *h*). Amant lineis percurri. Floris calyx alba lanugine tomentosus, superne potius latescens: Segmenta unius ordinis obtusa, oris fuscis, squamis accessoriis vix ullis. Radii flavi, pauci, etiam tres, & duo. Discus subfuscus, flosculi grandes, pauci. Pappus prælongus. Radix longa, lignosa, fibris longis luxuriat. *Emend. II.* p. 38. *Genipi jaune* accolis.

62. SENECIO foliis lineatis, pinnatis, pinnis dentatis, extrema maxima.

S. Jacobi herba FUCHS p. 741. 742.

Senecio incanus HILL. II. *t.* 85.

Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato serratis lacinulatis, caule erecto LINN. *Spec. II.* p. 1219.

Multiformis plantæ multæ sunt varietates.

β. Floribus nudis, absque semiflosculis SHERARD apud RAIUM *Syllog. III.* p. 177. Reperi prope *Roche* ad marmoreas rupes.

γ. *Jacobea major foliis viridibus, rigidis & laciniatis* GERBERI ex Tartaria.

In hortis in vulgarem speciem redit *i*).

Nihil vulgatius ad vias, in agris & fossis.

Caulis erectus, ramosus, firmus, tripedalis. Folia inferne subtomentosa, firma, pinnata, nervo lato, pinnis eundo latioribus, plerumque acutis, alias obtusis, primis simplicibus, ulterioribus incisis, extrema maxima. In superioribus ramis folia lata basi ex caule prodeunt, a qua pinnæ utrinque exeunt. Flores in summis ramis in umbellas. Calyx glaber, squamis ovato lanceolatis, accessoriis paucis, patulis. Semiflosculi patuli fere duodecim, flavi *k*), fine tridentato. Petioli glabri etiam subhirsuti, & denique tomentosi.

Folia

g) *Ic.* BARREL. 481. PLUKNET.
h) CLUS. *ic.* BARREL. 262.
i) WILLICH *obs. bot.* p. 76.
k) Radiis albis ROYER *hessensch garten* p. 119.

Folia amara sunt, acria, ingrato sapore A *Simone* PAULI laudantur ad anginam, ad erysipelas, ad dysenteriam; vix tamen credo serio in medicina adhiberi. Incisa in aqua coquuntur, & una per horam lana, ita tingitur viridi colore, solem tamen non ferente *l*).

δ. *Jacobea Artemisiæ folio, intana, latifolia, non repens* BARRELIER *ic.* 262.
& Jacobea incana repens hirta EJUSDEM *ic.* 153.
Jacobea Erucæ folio altissima &c. MOEHRING *Phil. Transf.* n. 454.
Groundsell ragwort PETIVER *tab.* 17.
Senecio erucifolius LINN. II. p. 1218. *Scanorensis skonska resa* p. 225.

Passim in sylvis, *Basileæ* legi, & *Jenæ*, & circa *Gottingam* in *Eulenloche*, & prope *Goumoens* in fagetis meis. In pede M. *S. Bernhardi.*

Habitus vulgaris plantæ, potius durior: caulis tomentosus, folia & subtus incana, & superne subhirsuta, ramis & lineis parallelis evidentioribus percursa, pinnis sibi parallelis, acutioribus & magis linearibus. Calyx in basi tomentosus: qui vulgari glaber, squamis accessoriis brevioribus, ad calycem veriorem appressis, non patulis.

Vereor ut satis diversa sit. Separat tamen Cl. MÖHRING *m*), ZINNIUS *n*), LINNÆUS *o*). In hortis culta naturam tomentosam deponit, quam etiam in vulgari Jacobea, dum junior est, non raro reperi. Superiora folia perinde lata basi ad caulem adnata habet.

ε. *Jacobea latifolia* J. B. II. p. 1057.
Jacobea Barbareæ instar laciniata LOESEL p. 129. *ic.* 35.
Marsh Ragwort PETIVER *tab.* 17.
Senecio aquaticus HUDSON *flor. angl.* p. 317.
Water groundsell HILL. *system. II. tab.* 86.
Senecio floribus radiatis corymbosis, foliis imis petiolatis ovatis crenatis, superioribus pinnatifidis SCOPOLI p. 381. n. 5.

Bernæ reperi in adscensu ad clivum *Sandrein, um Seelhofen*, circa *Noville*, in Cellensi regione, ubi fere sola provenit, fere in fossis.

Dubito num iste Senecio satis sit diversus, qui & ipse ludat. Nam alia exempla habent folia quidem inferiora ovata, petiolata, serrata, integra: superiora vero pinnata, pinnis dentatis, extrema ovali maxima: suprema tamen, ut in vulgari, basi sua lata ad caulem adnascuntur. Alia specimina, circa *Noville* lecta, omnia folia ovata habent, pinnata nulla. Habitus umbellatus, & calyx glaber, cum paucis squamis accessoriis exstantibus de flore, ut in vulgari.

63. SENECIO foliis cordato lanceolatis, serratis. †
Jacobea latifolia, altera CLUS *Pann.* p. 576. C. B. *Prodr.* p. 69. bene.
Jacobea alpina foliis subrotundis, serratis C. B. SCHEUCHZER *It. I.* p. 40. PONTEDER *diss.* p. 235.
Heartleavd groundsell HILL. II. t. 72.

In Alpium pinguibus pratis, & circa casas pastorias vulgo nascitur, in ipso pago *les Plans*, in *valle Ursaria*, *Gotthardo*, *Speluga* &c.

Multa habet varietatis ε Jacobeæ vulgaris. Folia tamen ima petiolata quidem, sed cordata sunt, ut petiolus in hilum subeat, lanceolata, circumserrata: superiora folia pinnas sæpe ad petiolum accessorias habent. Omnia nervosa sunt, nervis exstantibus, subtus tomentosa. Flores ex maximis, in umbellas rariores, vulgari speciei similes, calycis squamis accessoriis tomentosis, radiis numerosis. Petioli ramosi. & lanuginosi, calycis foliola lanceolata, paucis cum ligulis, & sæpe unica.

Acrem audio esse, & deleteriam, & cum torminibus purgare, ovesque depilare.

β. Videtur in Austria varietas dari foliis superioribus Jacobeæ vulgaris, quæ *Jacobea latifolia Pannonica* CLUS *Pann.* p. 574. 575. Nam etiam in meis altioribus speciminibus suprema folia unum alterumve pinnarum par ad petiolum habent.

Noster Senecio cum Senecione *integrifolio* nullam omnino similitudinem habet.

II. FOLIIS INTEGRIS SOLIDAGO VAILL.

64. SENECIO foliis ovato lanceolatis, serratis, subtus hirsutis, floribus umbellatis *Enum.* p. 734 *Iter hercyn.* p. 23. *Cat. Gott.* p. 485.

G 2 *Virga*

l) K. *Swenska wetensk handling* 1745. p. 248. KALM. *Wästg. res.* p. 130.

m) *Comment. Lit. Nor.* 1743. *hebd.* 51.
n) *Flor.* p. 423.
o) WILLICH *obs. bot.* p. 75.

Virga aurea f. Solidago saracenica latifolia serrata J. B. II. p. 1063. PLUKNET p. 390. t. 235. f. 1. cum flores dicat umbellatos.
Jacobæa nemorensis, latiore rigidiore & hirsuto folio RUPP. p. 142.
Senecio corollis radiantibus octonis, foliis lanceolatis, biserratis, subtus villosis, caule ramoso LINN. II. p. 1211.
Twiceserrated groundsell HILL. II. t. 85.

LINNÆUS huc refert *Solidaginem foliis lanceolatis, serratis, floralibus ad pedunculum minimis* GMELINI *Sibir.* T. II. p. 163. Sed alia omnino est Jacobea Limonii folio, & hirsuties nostræ manifesta est. J. B. dicit circa *Münchenstein* provenire. Vix tamen credo in Helvetia repertam esse, quæ in Hercynia frequentissima provenit.

A *Saracenica* differt foliis mediis latescentibus, ovato lanceolatis, subtus hirsutis & incanis. LINNÆUS radios octo facit, nostris sunt fere quinque. Calyx conglutinatus, tribus ad basin angustis ligulis ornatur, dimidia calycis longitudine. Vereor ut satis diversa sit.

65. SENECIO foliis lanceolatis, serratis, glabris, floribus umbellatis.
Solidago saracenica FUCHS p. 728. & *offic.*
Virga aurea angustifolia, serrata C. B. P.
Solidago saracenica J. B. II. p. 1062.
Saracen groundsell HILL. II. t. 86.
Senecio corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis lanceolatis, serratis, glabriusculis LINN. *Spec. II.* p. 1221.

In montanis & alpinis frequentissimus, etiam in planitiem descendit, ut ad viam inter *Roche & Rennaz.*

Speciosæ plantæ caulis tripedalis & ultra, non ramosus, nisi qua finditur in umbellam. Folia frequentia, ima longiuscula, petiolata; superiora sessilia, firma, glaberrima, longe lanceolata, argute dentata, dentibus ut in priori minoribus, & majoribus, intermistis. Flores umbellati, calyce glabro, cylindrico, unifolio, cum nonnullis ad basin ligulis, sex ad octo. Semiflosculi pallidi, lutei, lineati, fere quinque.

Habetur pro remedio vulnerario, & datur ad mala ex lapsu, & ad urinas pellendas. In theiforme infusum *Faltrank* recipitur. Ejus decocto sanatus est *rarior ulceris intestinalis casus* A. EPPLI. Equum, cui dorsum adtritum vulneratum fuerat, sanavit impositus *p*).

66. SENECIO foliis linearibus serratis, floribus umbellatis.
Lingua major Dalech LUGD. p. 1037.
Conyza aquatica maxima serrato folio THALII p. 11. *ic. III,*
Marsh Goldenrod PETIVER t. 16.
Consolida palustris TABERN. p. 555.
Swordleavd groundsell HILL. II. *tab.* 85.

In arundinetis ad fluvios, & in humidis pratis. Abunde circa *Villeneuve & Noville*, & inter *Roche & Chessel*, & ad *Brojam* fluvium. Tiguri ad lacum. C. B. *Michelfeldæ.*

Caulis a duobus ad quinque pedes altus, erectus, non ramosus, nisi umbellam velis. Folia sessilia, prælonga, angusta, linearia, inde lanceolata, argute serrata, inferne lanuginosa, per ætatem calva. Umbella fastigiata. Flos multo major, biuncialis, semiflosculi numerosi & longi, in apice incisi. Calyx conglutinatus, cum ligulis ad basin accessoriis, apicibus, ut LINNÆUS vocat, sphacelatis *q*).

67. SENECIO foliis crassis, serratis, imis petiolatis subrotundis, caulinis lanceolatis. Multiformis planta.
α. *Doronicum angustifolium alterum* CLUS. *Pannon.* p. 519.
β. *Doronicum Helveticum incanum* C. B. *prodr.* p. 97. SCHEUCHZER *It. I.* p. 36. *Itin. VII.* p. 511.
γ. *Jacobea rotundifolia incana* C. B. *prodr.* p. 69. ex notis meis ad plantas siccas C. B. factis.
δ. *Tussilago alpina folio oblongo* C. B. *prodr.* p. 101. hæc hirsuta.
ε. *Doronicum folio longo, serrato* J. B. III. p. I. p. 19.
ζ. *Donnicum Helveticum humile crassis foliis* C. B. *prodr.* p. 97. HIST. OXON. III. *tab.* 24. *fig.* 10.
Senecio corollis radiantibus, caule simplici, subunifloro, foliis indivisis, radicalibus petiolatis, subtus incanis GERARD. p. 196. n. 7. cum bona icone. LINN. *Spec. II.* p. 1224.
Solidago Doronicum HILL. t. 73. & *Woolly Leopards bane* EJUSD. *tab.* 24.

In

p) LEHMAN *Chronic.* p. 651.

q) *Skonska resa* p. 396.

In Alpinis lapidosis frequens. Legi in M. *Rohtenhorn*, *Waach*, *Gemmi*, *Enzeinda*, *Ovanna*, *Chapuise*, *Joux verte*, *Richard &c.* In *Rhætiæ* M. *Albula*, in *Braulio*, in M. *Thuiri*, qui *Juræ* est; ego in M. *Dolaz*.

Radix ex crasso tubere innumera capillamenta demittit. Caulis simplex, pedalis, cubitalis, firmus, tomentosus, plerumque monanthos, ut tamen alias duos, ad sex usque, flores ferat. Folia ad terram petiolata, aliquando pene rotunda, ut in Valesiæ Alpibus, lanceolata, alias elliptica, lanceolata, semper crassa, serrata, ex natura sua tomentosa, ut tamen aut superne calvescant, aut utrinque. Ad caulem sessilia sunt, & lanceolata. Flos prægrandis, saturate aurantius, calyce magis expanso, ligulis ad basin latis, lanceolatis, ut ad Solidagines accedat. Et glabrum vidi & tomentosum. Semiflosculi multi, lati, tridentati. Adeo amplum & glabris pedalibus foliis vidi, ut *Jacobeam limonii folio* æquaret, a qua calyce differt, & numero semiflosculorum. Alias figuram suam tenet, ut tamen & glaber sit, & dentes suos convoluto margine folii contegat. Ea est *Jacobea integro & crasso hieracii folio* J. R. H.

*68. SENECIO foliis imis petiolatis, cordatis, obiter dentatis, caulinis ligulatis, sessilibus.

Jacobea pannonica folio non laciniato CLUS *Pannon.* p. 574. 575.
Othonna integrifolia HILL. II. t. 17. f. 2.
Solidago &c. GMELIN II. p. 154. t. 71.
Cambridge ragwort PETIVER t. 17.
Cineraria umbella involucrata, pedunculo communi nudiusculo, foliis oblongis, villosis LINN. *Spec. II.* p. 1243. Nam Senecio 63. omnia folia ovalia habet, aut semipinnata, nulla oblonga, & duritate differt, aliisque notis. Hæc etiam dicta sint ad Cl. JACQUIN *obss.* p. 286.

In Germania quidem frequentior, tamen etiam passim in *Jura* M. provenit. *Aux Marais de Chetelat*, prope molendinum pagi *Chaux de fonds*, *à l'entrée des Combes de Valanvron*, in udis *à la Chaux d'Abele*, *aux Marais de l'Echelette*, *à l'Anvers de Renan*. In M. *Dolaz*. Supra *Mürtschen*: supra *Neuenstatt aux prés de la Praye*. In M. *Generoso* Helvetiæ transalpinæ.

Caulis tomentosus, cubitalis & ultra, non ramosus, præter umbellam. Folia ima longe petiolata, subrotunda, cordata, leviter dentata, aut integra; caulina sessilia, longa, linearia, sæpe per oras plicata, mollia; juniora tomento albissimo obducta, quod adulta dejiciunt. Petioli tomentosi; conspicui flores, calyce tomentoso, nigricante, expanso, absque ligulis. Semiflosculi lineati, tridentati, flavi, ad quindenos.

Senecio foliis tomentosis, imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus, lingulatis Cat. Gott. p. 402. nondum in Helvetia repertus est.

SOLIDAGO LINN. n. 955.

VIRGA AUREA I. R. H. t. 275. VAILLANT.

Solidago calycis squamis multorum r) ordinum, ad florem adpressis distinguitur *Cat. Gott.* p. 405. quæ asteri repandæ sint, Erigeronti rectæ. *Virga aurea* TOURNEFORTII & VAILLANTII a solo situ florum, pene spicato, nomen habet.

69. SOLIDAGO caule anguloso, hirsuto, foliis ovato lanceolatis, dentatis, racemis multifloris, congestis.

α *Virga aurea vulgaris, latifolia* I. B. II. p. 1062.
Spiry goldenrod HILL. t. 72.
Solidago caule subflexuoso, angulato, racemis paniculatis, erectis, confertis LINN. II. p. 1235.

β Varietas dentibus foliorum obscurioribus.
Virga aurea MATTH. p. 1006.
Virga aurea angustifolia minus serrata C. B. &c.

Vulgaris in sylvis submontanis. Varietas α utique etiam Bernæ in sylvis *Weissenstein* & M. *Gurten*. Varietas β in vallibus M. *Juræ*.

Radix

r) Confer. TOURNEF. ad C. & K.

Radix lignosa, perennis. Caulis erectus, ad sex usque pedes, firmus, angulosus, subasper. Folia firmula, subhirsuta, ima petiolata, ovata, lanceolata, serrata; ad caulem lanceolata, oblonga, serrata, aut non serrata, pleraque petiolata. Ex tota longitudine caulis, alisque foliorum, petioli prodeunt erecti, multiflori, foliis longiores, in summa planta in spicam congesti. Calycis folia lanceolata, pallentia: Semiflosculi trinervii, apice contracto, inciso, pauci, a quinis ad denos; flosculi pauci, & grandes *s*), de quibus vagina eminet.

Planta amara, styptica, inter præcipuas stirpes vulnerarias *t*) habetur, quæ & mundet ulcera, & adstringat. In lenta putredine valde laudatur *v*). Ulcus urethræ interno & externo usu sanavit, renumque abscessum. Vulnera & ulcera vesicæ purgare & consolidare ETTMULLER. Ad calculi initia laudatur, quæ renes purget, & repurgatos consolidet *x*). Tribus drachmis pulveris, octava quaque hora datis, calculum expulit, & arenulas *y*) comminuit, ut tamen absit inflammatio: Negat tamen STAHLIUS, ad vesicæ lapillum sibi verum emolumentum præstitisse *z*).

γ *Virga aurea* CAMER. *Epit.* p. 748.

Virga aurea montana minor BARRELIER *ic.* 783. BOCCONE *mus.* p. 169. t. 118. SCHEUCHZER *Itin. II.* p. 144. *It. IV.* p. 463.

Solidago caule simplicissimo, foliis caulinis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris a).

In omnibus Alpibus frequens, humilior, sæpe dodrantalis, floribus paucis, potius majoribus, petiolis unifloris, spica brevissima. Sed eæ notæ non videntur sufficere, in tanto totius habitus consensu.

Cambrica videtur foliis incanis differre.

*70. SOLIDAGO foliis tomentosis, ovatis & semipinnatis *Emend. III.* p. 22. n. 76. add. *Emend. V.* †

Nova planta. In M. *Fouly*, & in M. *Montemor* & *Stokberg* Valesiæ superioris. In Alpibus suis etiam reperit Cl. ALLIONE.

Formosa planta. Radix lignea, plurimis fibris capillata. Folia radicalia petiolata, crassa, solida, utrinque tomento albo obducta, alia ovata, rotunda, dentata, alia bis, ter, quater incisa, semipinnata, pinnis subrotundis: Ad caulem & semipinnata sunt & simplicia. Caulis non ramosus, nudus, semipedalis, uniflorus. Flos grandis, uncialis, expansus, flavus. Calycis tomentosi folia recta, lanceolata, trium ordinum. Semiflosculi lineati, fine tridentato, circiter quatuordecim.

71. SOLIDAGO foliis vaginosis, pinnatis, pinnis perangustis, acutis, simplicibus, & bifidis *Emend. VI.* p. 21. n. 74.

Chrysanthemum alpinum II. CLUS *hist. I.* p. 333.

II. *Achillea montana Artemisiæ tenuifoliæ facie* LOBEL. *Adv.* p. 333. *ic.* p. 746.

Ageratum ferulaceum LUGD. p. 1184. MUNTING *ic.* 87. I. B. III. P. I. p. 152.

Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato linearibus, nudis, acutis, floribus corymbosis LINN. *Spec. II.* p. 1219. n. 23. conf. JACQUIN p. 288.

Rara planta. MURALTUS scribit, invenisse se in Alpibus *Glaronensium*. Cl. DICK & BATTIRANI in M. *Fräla* vallis *Tellinæ*. In monte supra lacum *Ferriere*, qua respicit S. *Bernhardi* M.

Habitus Jacobeæ, calyx Solidaginis. Caulis in radicem lignosum continuatus, ad terram lignosus, totus tectus reliquiis foliorum defractorum; inde erigitur, cubitalis, continuo foliosus. Folia dura, glabra, rugosa, ima petiolata: caulina oriuntur a vagina ciliata, nudo nervo, qui pinnas longas, angustas, lineares producit, simplices primo, inde trifidas. Flores in spicas umbellatas.

Calycis squamæ trium ordinum, minime primæ, majores quæ interiores, absque sphacelatis apicibus. Flos fere vulgaris Jacobeæ, flavus, semiflosculi quatuordecim, tridentati, flosculi numerosi.

Specimina gallica laxius quid habent, minusque confertum, qualis etiam est icon LOBELII.

ASTER

s) Pingit GREW. *tab.* 59.
t) SCOPOLI *Carniol.* p. 379.
v) LISCHWIZ *virg. aur.* n. 4748. CHOMEL.
x) BARCLAI *Euphorm. in duce Lotharingiæ.*
y) FULVIUS GHERLI *obs.* 56. 57. HILL. *Knowledg of plants* p. 8.
z) *Nova calculi pathol.* p. 17.
a) LINN. *Spec. II.* p. 1231.



ASTER *caule ramosissimo, foliis ovato lanceolatis subtus incanis floribus umbelatis.*

ASTER Tournefort t. 274.
ASTER Linn. n. 954. ib.
INULA Linn. n. 956.
ASTER Vaillant. p. 309. &
HELENIUM *b*) Vaillant p. 302.

Cum Solidagine convenit calycis ſquamis multorum ordinum, plerumque etiam, quam Solidagini, numeroſiorum: Sed apices ſquamarum Aſteris apice ſuo a flore recedunt, aut reflectuntur *c*). Inulæ ex vagina ſtaminea, ſetas deorſum producunt.

I. ASTERES FLAVO FLORE.

72. ASTER foliis ovato lanceolatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis, calycinis ovato lanceolatis, maximis.

Helenium Camer. p. 35. Dod. *purg.* p. 73. 74. Blakwell *t.* 473. *vulgare* C. B. *Baſ.* p. 81. *Inula foliis amplexicaulibus ovatis, rugoſis, ſubtus tomentoſis, calycis ſquamis ovatis* Linn. *Spec. II.* p. 1236.

Vereor non veram eſſe indigenam, ut recte de ea Gesnerus ſuſpicabatur, quam in pratis circa *Tigurum* reperiebat. *Michelfeldæ* C. B. *Neocomi* ad ripam lacus reperit *D. J. Jac.* Ritter. Ex Rhætia Cl. Dick a *Pocco d'Adda* verſus *Morbinium*.

Planta maxima, ſepedalis. Radix ampliſſima, fuſca. Folia verbaſci, vaſta, amplexicaulia, utrinque ex ovatis decreſcentia, per oram ſerrata, ſubtus lanuginoſa, nervis reticulatis, ut in Verbaſcio; ima folia petiolata, ſuperiora ſeſſilia. Caulis firmus, erectus, folioſus, ramoſus. Flos ampliſſimus, ſquamis calycis latiſſimis, foliaceis, ovato lanceolatis, reflexis. Semifloſculi longi, anguſti *d*), acute tridentati, flavi. Spontanea planta minimo cum flore, radice eſt gracili.

Radix acris, amara, odorata, aromatica, aliquid cum bile ſimilitudinis habet. Multum habet gummoſi, reſinoſi octuplo minus *e*): ut educta per aquam gummoſa parte vix quidquam ſuperſit, quod ſpiritus vini ſibi ſumat *f*). Extractum tamen ſpirituoſum præfert Cl. Neumann, in quo præcipuæ plantæ vires ſint *g*). Dum deſtillat, camphora in cucurbitæ collo adhæret *h*) Princeps vis eſt in emendando ventriculo, quando ejus vis cum laxitate languet *i*), in debili ciborum digeſtione, in colicis ab acida cauſa doloribus, in malo hypochondriaco. Quare & vermes necat, & menſes urget atque lochia. Sed etiam vi penetrabili prodeſt parum meabili thoraci, ad aſthma *k*), ad ferinam tuſſim, ad obſtructiones pectoris quaslibet *l*).

Sumitur aqua cum radice decocta aut infuſa, aut radix ipſa condita, aut cum vino infuſa *m*). Aqua ſtillatitia odorata eſt. Oleum concretum, ad drachmam ſemis in libra *n*) cum eo obtinetur, quod ſponte cogitur, camphoræ adfine *o*). Ad peſtem prophylactico fine commendabat Diemerbroeckius, parum recte, ſiquidem nocet, quoties calido exceſſu peccatur *p*), etiam in pectore. Tuſa & admota phœnigmi loco eſt, & decoctum ad ſcabiem *q*) valet. Ex radice contuſa, cum urina macerata, cumque cinere clavellato & vacciniis, fit color cæruleus *r*).

*73. ASTER caule ramoſiſſimo, foliis ovato lanceolatis, ſubtus incanis, floribus umbellatis *Emend. II.* p. 55. n. 80. T. II. †

Helenium montanum ſalicis folio ſubtus incano Vaillant. ex fide plantæ ſiccæ, quæ ex Vaillantii dono ad Stæhelinum, inde ad me tranſiit.

b) Frutex eſt humi ſparſus ſerpylli foliis, ramis dodrantalibus Plin. L. XXI. n. 37. Odoratum eſſe (cum ſerpyllo) Theophrast. *cauſ. VI.* fin & c. 15. flore non odoro ib. radice candida intus & dulci Plin. L. XXI. Hoc Ægyptium; Helenium Diosc folia verbaſci habet, aſperiora, oblonga radicem magnam, ſubacrem L. I. c. 27. Flos aureus, ad Nicol. p. 265.

c) Tournefort H. H.

d) Berkhey t. 3. fig. 25.

e) Cartheuser *mat. med. II.* p. 54.

f) Neumann p. 90.

g) p. 92.

h) Malouin *Chem. medic. I.*

i) Juliæ Auguſtæ (Liviæ) eo fine familiaris fuit Plin. L. XIX. p. 169.

k) Veget. III. c. 70. Lentil. *miſcell.* p. 321. Buchwald p. 112. ſi a ſero fuerit.

l) Detharding *Spec.* p. 162.

m) Hill. *mater. med.* p. 619.

n) Parum ineſſe Cartheuser.

o) Neumann T. II. P. III. p. 91. 92. cum cera comparat & camphora. Oleum adipoſum & granulatum concretum Geofroi p. 428. 429. Habet & Hill. *mater. med.* p. 619.

p) Stahl apud Heumann p. 93.

q) Geofroi p. 431.

r) Linder p. 62.

Bernæ paſſim: In ſolitudine *di Eymatte*. In arundinetis *über dem Inſeli*, und *im Bodenaker*. In *der Hunzikerau*.

Radix fibroſa, teres, numeroſis fibris capillata. Caulis firmus, erectus, hirſutus, ſæpe purpureus, totus ramoſus, & folioſus, bicubitalis. Folia & tota planta pene pulegii odore; illa quidem peculiariter ſicca, ex ovatis lanceolata, ima petiolata, ſuperiora ſeſſilia, rugoſa, ſubhirſuta, inferne tomentoſa, cinerea. Flores umbellati, denſe congeſti. Calycis folia lanceolata, quatuor ordinum, duo imi apice reflexo, duo interni acuti & anguſtiores. Semifloſculi quadraginta, flavi, anguſti & duri, quinquedentati, aliquot ordinum: Staminum aculei retrogradi, ut ſit de *Inulæ* genere.

Aſter Thuringiacus altiſſimus, *latifolius*, *montanus*, *flore luteo*, *parvo* RUPPII p. 181. multa habet ſimilia, differt floribus parvis, calyce denſiſſime conpacto, omnium ordinum ſquamis reflexis, & foliis inferne multo magis nervoſis, & quaſi reticulatis.

74? ASTER *Britannica* GESNERI & LUGD. LOBEL. *ic.* p. 293.

Conyza aquatica aſteris flore aureo C. B. *prodr.* p. 124.

Inula foliis amplexicaulibus, *lanceolatis*. *diſtinctis*, *ſerratis*, *ſubtus villoſis*, *caule ramoſo*, *villoſo*, *erecto* LINN. *Spec. II.* p. 1237. REYGER *flor. Ged.* p. 208. HILL. t. 41.

BURSERUS prope *Sedunum* in aquoſis legit.

In meis notis, cum C. BAUHINI deſcriptione conparatis, lego, caulem cubitalem, geniculatum, hirſutum, ramoſum fuiſſe; folia villoſa, aſpera, per oras crenata, longa, anguſta, diverſa tamen a Senecione paluſtri. Flores in petiolis unifloris, aurei, umbellati. LOBELIANÆ iconis caulis ſimplex eſt, pauciflorus, & folia habet multo, quam noſter longiora, ut poſſit eſſe *Aſter ſuccisæ folio*. LINNÆUS folia caulem amplecti dicit, quod in noſtris non ita ſe habet. Nunquam ab eo tempore hæc planta in loco natali detegi potuit.

*75. ASTER foliis ovatis, venoſis, ſcabris, hirſutis. *Cat. Gott.* n. 943.

Aſter luteus, *hirſuto ſalicis folio ad* RUPP. p. 180.

Inula foliis ſeſſilibus, *lanceolatis*, *recurvatis*, *ſubſerrato ſcabris*, *floribus inferioribus altioribus*, *caule teretiuſculo ſubpiloſo* LINN. *Spec. II.* p. 1239.

Nullam aptam iconem reperio. In Helvetia hic Aſter rarus eſt. In comitatu *Neocaſtrenſi* legit Cl. DIVERNOI, in M. *Generoſo* Helvetiæ transalpinæ G. LA CHENAL & CHATELAIN. Jenæ frequentiſſimus eſt, in ſylva prope *Coſpida*, & circa *Ziegenhayn*.

Caulis erectus, ramoſus, durus, hirtus, purpureus, ſæpe uniflorus. Folia ovata, ſubtus nervoſa, fine obtuſo aut lanceolato, hirſuta & aſpera, oris ciliatis, crenatis, aut integris. Flores in ſummo caule grandes. Calycis ſquamæ foliaceæ, rectæ, virides, hirſutæ, ciliatæ, vagæ potius quam reflexæ. Semifloſculi numeroſiſſimi, anguſti, flavi, extus purpurei.

76. ASTER foliis glabris, ciliatis, ovatis, venoſis. *Cat. Rar.* n. 944. *Enum.* n. 7.

Bubonium luteum TAB. p. 137. abſque dentibus.

Aſter montanus, *luteus*, *ſalicis folio glabro* C. B.

Aſter luteus, *latifolius*, *glaber*, *foliis rigidis*, & *minutiſſime crenatis* PLUKNET p. 57. t. 16. f. 1. RAI *Syn. III.* p. 163.

Inula foliis ſeſſilibus, *lanceolatis*, *recurvis*, *ſerrato ſcabris*, *floribus inferioribus altioribus*, *ramis ſubangulatis*, *glabris*. LINN. *Spec. II.* p. 1238. vid. GMELIN II. p. 477. *tab.* 77. bene, ſed absque ciliis.

In Helvetia plurimis locis naſcitur, ut in pratis circa *Roche* verſus *Cheſſel*: ſupra *Bex* verſus *le Bouillet*: ad vias circa *Mathod*; in comitatu Neocomenſi.

Aliqua prioris ſimilia habet, habitum etiam potiſſimum. Folia tamen glabra, per ſolas oras ciliata, nec ſcabra, ad caulem duobus hamis obtuſis adnata, patula, curva, nitentia. Calycis ſquamæ, quæ priori foliaceæ, huic fuſcæ, leveſque, non vagæ, ſed parte dimidia reflexæ. Petala longa, tridentata. Caulis ramoſus.

77? ASTER.

Aſter Pannonicus quartus CLUS *Pann.* p. 534. 535. ſatis bene.

Aſter montanus, *luteus*, *anguſto*, *nervoſo*, *acuto* & *molli plantaginis folio multicaulis* BOCCONE *Muſ. di piante I*, t. 18.

Inula foliis ſeſſilibus, *linearibus*, *acuminatis*, *nervoſis*, *glabris*, *ſparſis*, *caule ſubunifloro* KRAMER, LINN. II. p. 1240.

C. B.

C. B. in *Muteto*, & in dumetis trans Birſam, monteque *Dornach*. Sed Cl. LA CHENAL tantum aſterem 76. eo loco reperit, ut non ſit peculiaris civis.

A priori omnino differt, etſi & iſte complicatis ſuis foliis anguſtifolius ſæpe videtur. Caulis pedalis & ultra, rectus, ſuperne etiam ramoſus. Folia ſeſſilia, anguſta, non venoſa, non ciliata, ſed rariter ſerrata, leviſſima, ſuperiora amplexicaulia. Flos in meo ſpecimine deficit.

Inter deſideratas meas eſt, niſi eſt, ut poteſt eſſe, prioris varietus.

*78. ASTER foliis ſubhirſutis, radicalibus petiolatis, ellipticis, caulinis ſeſſilibus, lanceolatis, calycinis peranguſtis *Emend. II.* p. 36. n. 81. †

Aſter luteus major folio ſuccisæ RUPP. p. 180. ROSEN *obſ.* 37.

Non rarus in Helvetia, ut *aux Grangettes*, haud longe a lacu Lemano. In Germania circa *Salz der Helden*, ad *Werram fluvium*, prope *Wibzenhauſen* & *Jenæ*.

Caulis cubitalis, aut altior, durus, hirſutus, ramoſus, purpureus. Folia, quæ prima prodeunt, petiolata, elliptica, etiam ovata, lanceolata, perpaucis dentibus notata, aut nullis, leviter hirſuta. Folia ſubhirſuta, etiam glabra, virentia, alias tomento obducta dum juniora; ad caulem inferiora baſi latiori quaſi caulem amplexa, ex ellipticis lanceolata: Superiora amplexicaulia & in magnis exemplis ſub ramorum origine etiam acuta, laciniata. Flores permagni ex ſummis ramis in petiolis unifloris, grandes, pleniſſimi, flavique. Calycis ſquamæ prælongæ, florem ſuperantes, molles, ſubhirſutæ, foliaceæ, anguſtæ, vagæ, etiam reflexæ, interiores longe lanceolatæ. Floſculi multorum ordinum, numeroſi, anguſti, quinquedentati: Semifloſculi minimi, numeroſiſſimi, ad 80.

79. ASTER foliis amplexicaalibus, undulatis, ſubtus tomentoſis. *Enum.* n. 3.

Conyza media HORT. AICHSTETT *æſt. ord.* 5. t. 12. f. 1.

Conyza tertia vulgaris CLUS. *Pannon.* p. 326.

Conyza TABERN. p. 860.

Aſter pratenſis autumnalis conyzæ folio I. R. H.

Inula dyſenterica LINN. II. p. 1237. *s*).

β Flore pleno LOCHNER *Eph. Nat. Cur. Ceut. VIII. obſ.* 2.

In aquoſis, cum mentha equina, inque foſſis.

Caulis lanuginoſus, teres, durus, ramoſus, totus foliis tectus, cubitalis, & ultra. Folia tota molliſſima, inferne tomento albent, ſuperne ſubhirſuta & obſcure virida. Caulem amplectuntur hamis obtuſis, cordatis, cæterum linguæ figura, longe lanceolata, margine plicato, & undulato, obſcure ſerrata. Flores flavi, in petiolis unifloris numeroſi, umbellam fere faciunt, multo, quam præcedenti 78. minores. Calycis ſquamæ anguſtæ, ſed breves, neque vagæ ut priori, tomento obductæ, oris fuſcis. Semifloſculi numeroſiſſimi, anguſti, tridentati, concinne in orbem diſpoſiti. Floſculi innumeri, fere quadrifidi, pappus in ſemine rarus.

Odor & ſapor acris. In Germania iuferiori veriori arnicæ male ſubſtituitur, *Schwedenſis* nomine diſtincta. Parum habet partium aut reſinoſarum, aut aquearum, terræ plurimum, neque debet in medicinam recipi *t*).

80. ASTER foliis amplexicaulibus, undulatis, hirſutis, radiis breviſſimis.

Conyza minima LOBEL. p. 245.

Conyza & pulicaria TREW. *ad* BLAKWELL t. 103. bene.

Halfnaked Elfwort HILL. T. II. *tab.* 42.

Inula foliis amplexicaulibus, undulatis, caule proſtrato, floribus ſubgloboſis LINN' *Spec. II.* p. 1238. Addit tamquam varietatem *Aſterem paluſtrem, fruticoſum, minimum* BARRELIER *ic.* 369.

Inter *Grandſon* & *Yverdun*. In ipſo pago *Goumoens* abunde ad viam. Baſileæ, in foſſis humidis, & ad vias.

Caulis ramoſiſſimus, cubitalis, flexuoſus. Folia fætida, amplexicaulia, obtuſa baſi, ſine lanceolato, tota per oram criſpa, ſubtomentoſa. Flores in ramis ſecundum caulem numeroſi, flavi. Calicis denſiſſimæ ſquamæ, tomentoſæ, lineares, earumque imæ non evidenter repandæ. Semifloſculi perbreves, paulum de calyce eminent, tridentati, etiam nulli. Floſculi numeroſi, quinquefidi. Pappus in ſemine rarior, paucorum pilorum.

81. ASTER

s) Confer. *ölanska reſa* p. 273.

t) NEUMANN T. II. P. I. p. 185.

*81. ASTER foliis ellipticis, integerrimis, tomentosis, caule unifloro. *Emend. II.* p. 37. n. 82. VI. p. 21. n. 75.

Aster montanus, hirsutus LOBEL. *ic.* p. 350.

Inula foliis lanceolatis, hirsutis, integerrimis, caule unifloro, calyce brevi, imbricato LINN. II. p. 1241.

Rara planta, lecta est in *Creux du Vent* a Cl. GAANEBIN; *auf der Kandermatt* a Cl. KOCH; circa *Kertzen* Glarenensium a Cl. RAMSPEK, & magna copia in *valle Augusta*, ad pedem Alpium Valesiacarum, circa *Villefranche.*

Radix dura, fibrosa. Caulis dodrantalis, pedalis, teres, firmus, erectus, uniflorus. Folia crassula, hinc viridia, subhirsuta, rugosa, inde sericeo tomento obrupta, ad terram petiolata, elliptica, ad caulem pauca lanreolata, acuta. Flos grandis, flavus. Calycis squamæ imbricatæ, latæ, tomentosæ, lanceolatæ, apicibus suis reflexæ. Semiflosculi lati, lineati, tridentati, ad triginta, flosculi numerosissimi. Posses vocare, triviali nomine, Asterem sideritidis folio.

An iste fuerit *Aster montanus flore luteo*, qui Aster Italorum, cujus admoti vis cani a vipera demorso vitam sæpe servavit, ut tamen etiam cum eo præsidio denique interiret, cum duarum viperarum vires unirentur *v*). Sed vide Buphthalmum.

II. FLORE PURPUREO.

82. ASTER foliis radicalibus petiolatis, ovatis, scabris, caule unifloro *Cat. rar.* n. 941. conf. GMELIN. *Sibir. II.* t. 73. f. 2.

Aster atticus V. CLUS *Pannon.* p. 533.

Aster montanus cæruleo magno flore foliis oblongis C. B. SCHEUCHZER. *Itin. IV.* p. 329. & paulo alio nomine *It. I.* p. 30. *It. II.* p. 130.

Aster montanus pumilus, flore cæruleo magno IC. REG. *tab.* 36.

Aster hirsutus austriacus, magno flore, folio subrotundo C. B. *Prodr.* p. 124. ex fide horti sicci &

Doronicum in Stiriæ montibus, floribus cæruleis C. B. nostrum enim asterem vocant *blaue Gemschwurz.*

Aster alpinus LINN. *Spec. II.* p. 1226.

Woolly Aster HILL. II. *tab.* 55.

β Flore albo passim in *Prapioz Salanse.*

In omnibus Alpium herbosis, etiam in Juræ M. dorso *Creux du Vent.*

Radix lignosa, scabra. Folia sicca, subhirsuta, subscabra, ad radicem petiolata, ovata, aut elliptica, obtusa, ciliata, integra; ad caulem pauca, gracilia, lanceolata. Caulis uniflorus, dodrantalis. Flos speciosæ magnitudinis, ex purpureo cæruleus, perraro albus. Calycis squamæ ovato lauceolatæ, subhirsutæ, rarius apice reflexæ. Semiflosculi latiusculi, ordine non simplici. Discus flavus.

83. ASTER caule folioso, foliis scabris, ciliatis, lanceolatis, obtusis, calycis squamis ovatis ciliatis *Cat. rar.* n. 942.

Aster atticus DODON. p. 266. HILL. II. *tab.* 56.

Icon GESNERI 64. lign.

Aster &c. IC. REG. T. 31.

Aster atticus sive inguinalis BLAKWELL. *tab.* 109.

Aster amellus LINN. II. p. 1226.

β Flore *albo* I. B.

In *Juræ* herbosis juniperetis & apricis supra *Mathod* ubique. In vineis *Octoduri. Basileæ* in vinetis ultra *Huningen* versus sylvam, & in collibus ad patibulum; ad *Birsam*, circa *Gundeldingen &c.* In M. *Dessenberg* circa *Lamblingen &c.* Flore albo inter *Bubendorf & Zifen Basler-Merkwürdigkeiten* p. 1801.

Pulchra planta caule hirto, recto, duro, tripedali, ramoso. Folia ima petiolata, reliqua per caulem sessilia, sicca, subhirsuta, scabra, lanceolata, ciliata, nervo divisa. Flores in summis ramis umbellati, ex petiolis unifloris. Calycis squamæ concinno ordine imbricatæ, ovatæ, apice repando, oris ciliatis. Semiflosculi cærulei, numerosi. Pappus amat rufescere.

v) VALISNERI *Oper.* T. I. p. 359.

ERIGERON *Hort. Gotting.* p. 409. LINN. n, 951.

ASTERIS SPECIES TOURNEFORTII & VAILLANTII.

Calycis ſquamæ aliquot ordinum rectæ, neque adpreſſæ, neque repandæ. Semifloſculi peranguſti, etiam abortivi, ut ſemen ſolam ſuam tubam habeat.

*84. ERIGERON floribus paniculatis, conf. LINN. *Spec. II.* p. 1215.
Conyza thyrſoides foliis minutis ramoſa JUNGERMANN *hort. Catal.*
Virga aurea Virginiana hirſuta annua di fior pallido ZANONI *nov. ic.* 78. & p. 36.
Conyzella DILL. *nov. gener.* p. 142. *Eph. Nat. Cur. Cent. II. obſ.* 125.

Ex Virginia advenit, olim exotica a), nunc vulgatiſſima in ſylvis cæduis, locisque ruderoſis.

Caulis hirtus, erectus, ad tres uſque cubitos, ramoſiſſimus. Folia hirſuta, ciliata, ut ſerrata videantur, linearia, pallida, numeroſiſſima. Flores perexigui, ad alas foliorum racemoſi, in petiolis multifloris, ſpicas prælongas & anguſtas efficiunt. Calyx longe ſubhirſutus, cylindricus: ejus ſquamæ lineares, virentes. Semifloſculi plani, ſed graciliſſimi, filiformes, numeroſiſſimi, pallide carnei. Floſculi lutei, perexigui, quadrifidi.

85. ERIGERON caule alterne ramoſo, petiolis unifloris, ſemifloſculis pappum æquantibus.
Ic. aen GESNERI 43.
Conyza cærulea TABERNAEM p. 861.
Amellus montanus æquicolorum COLUMN. *Ecphraſ. II.* p. 26.
Conyzoides DILLEN. *Gieſſ.* p. 154.
Allernated flowerd Simſon HILL. T. II. *tab.* 75.
Erigeron pedunculis alternis unifloris LINN. *Spec. II.* p. 1216.

Ubique in arvis aridis, collibus lapidoſis, ſiccis.

Caulis hirtus, ad cubitum uſque altus, ſubaſper, ramoſus, in macilentis etiam non ramoſus, uniflorus. Folia ligulata, ſubhirſuta, ciliata, ſæpe undulata, mollia. Flores in longis petiolis unifloris aut multifloris, alterne de alis foliorum prodeuntibus, majores quam prioris. Calycis ſquamæ lineatæ, tomentoſæ. Semifloſculi duorum generum; plani quidem peranguſti, filiformes, bifidi, dilute carnei, ad quadraginta: alii flores nihil habent plani radii ſimile, ſemineque ſolo, & tuba bifida de obſcuro tubo florali eminente conſtant. Diſcus floſculorum luteus, pappus ſubrufus, ubi paulum planta adolevit ſemifloſculis æqualis.

Acris eſt & in Germania ad pectoris morbos ob vim incidentem adhibetur.

86. ERIGERON caule alterne ramoſo, petiolis unifloris, ſemifloſculis pappum ſuperantibus.
GESNER *ic. aen.* 44. 45.
Conyza cærulea alpina major C. B. *Prodr.* p. 124.
& *minor* EJUSD.
Aſteri montano purpureo ſimilis vel globulariæ I. B. II. p. 107. SCHEUCHZER *It. I.* p. 30. *It. II.* p. 130. *Itin. IV.* p. 7. & 29.
Hairycupd Simſon HILL. II. *tab.* 75.
& *Oneflowerd Smſon* ib.
Ic. OEDERI *tab.* 292.
Erigeron caule ſubbifloro, calyce ſubhirſuto LINN. *Spec. II.* n. 10.

β Flore albo, non infrequens in *Forclettaz*, *Enzeindaz*, *Chapuiſe*, *Prapioz*, *Javernaz*, *Roſſelinaz*, *Speluga*, verſus *Zollbrük* vallis *Lepontiæ*.

Vulgaris cæterum in alpinis & ſubalpinis, in gramineis lapidoſis, ubique etiam in ſummo monte *Chaſſeralle*.

Vereor ut hic Erigeron omnino a priori diverſus ſit, etſi ab omnibus ſcriptoribus ſeparatur. In ſterilibus equidem natus caulis fere ſemper uniflorus eſt, & abſque ramo, flos ipſe major, & numeroſis, atque longioribus, ſemifloſculis conſpicuus. Verum in pratis montanis circa *les Plans*, idem caulis & ramoſus & folioſus invenitur, cubitalis & cubitali major, ſimillimus *acri*, & potius ſpecioſior: folia etiam, & alternos ramos, & floris fabricam communem habet, numeroſiſſimos nempe ſemifloſculos gracili purpurea bractea terminatos; ſed & alios ſola tuba de ſtricto tubulo prodeunte, breviter bifida: florem tamen ſemper majorem, calycis ſquamas majores, aliquas ad Aſteris modum vagas, omnes modo pene glabras, modo hirſutas, etiam tomentoſas habet.

I 2 87. ERI-

a) RAI in *Epiſt.*

87. ERIGERON caule unifloro, calyce tomentoſo, radiis omnibus ſemifloſculoſis.

Aſter montanus cæruleus omnium minimus RAI. HIST. OXON. III. p. 120. &c.

Aſteri montano purpureo ſimilis vel globulariæ, calyce villoſo SCHEUCHZER *It. IV.* p. 329.

Aſter caule unifloro, foliis integerrimis, calyce villoſo, ſubrotundo LINN. *flor. lapon.* n. 307. t. 9. f. 3.

Erigeron caule unifloro, calyce piloſo LINN. *Spec. II.* p. 1211.

Vulgo *albo* flore eſt, purpureum habet PONTEDERA p. 228. & SCHEUCHZER l. c.

In alpinis editioribus. Legi in *Javernaz*, *Enzeindaz*, *Roſſelinaz*, *Gotthardo*, *Gemmio.* SCHEUCHZERUS in alpibus *Glaronenſium & Uriorum.*

Caulis vix trium unciarum. Flos æque magnus ac priori, craſſus, ſquamis tomento albo obductis, lanceolatis, latioribus: ſemifloſculis omnibus ligulatis, imperfectis nullis, quantum reperi: floſculis luteolis anguſtis.

DORONICUM VAILLANT. p. 301. LINN. *gener.* n. 959.
DORONICI TOURNEF. T. 277. ſpecies.
& ARNICÆ LINN. *gener.* n. 958. ſp.

Calyx *b)* ex dilatato pedunculo natus, amplus, in duos ordines foliorum dilatatus. Semifloſculorum ſemina non papposa *c)*, cum floſculorum ſemina pappo coronentur *d).* LINNÆUS neſcio quomodo nomina invertit, & veras arnicas ex ſua definitione Doronica vocavit, cumque iſta ſpecie reliquit, cui evidenter character eſt Doronici noſtri, a radiorum ſeminibus nudis petitus.

88. DORONICUM foliis cordatis, obtuſis, imis longe petiolatis, ſuperioribus amplexicaulibus *Enum. Cat. Gott.*

Aconitum Pardalianches DODON. *purgant.* p. 305.

Doronicum radice ſcorpii C. B. I. R. H. &c.

Doronicum Romanorum BLAKWELL t. 239.

Spreading Leopards bane HILL. II. t. 24.

In Helvetia infrequens. Legi in ſcopuloſis M. *Thuiri*, quando per ſemitam ex rupibus ad vallem pervenitur. In M. *Saleva* Gen. DE SAUSSURE.

Radix longe ſerpens, transverſa, lignoſa, craſſa, aſpera, fibrillis numeroſiſſimis barbata. Folia ex radice lato petiolo naſcuntur, cordata ipſa, ſed obtuſa, craſſula & tomentoſa. Caulis brachiatus paucifolius: quem folia ovato lanceolata amplectuntur. Flores prægrandes, flavi, in ramis unifloris. Calycis ſquamæ longe lanceolatæ & acutæ, ad triginta *d*).* Semifloſculi grandes, lineati, tridentati. Semina ovata.

Huic plantæ celebres MATTHIOLI cum optimo GESNERO *e)* lites famam impertiunt. Olim MARANTA *f)*, deinde LUCAS GHINUS *e)*, & COSTÆUS *g)* hanc ſtirpem pro deleteria habuerunt, quæ ſit verum *veterum Pardalianches Aconitum.* Relatum eſt etiam, CORTUSUM canes quatuor radicis Doronici drachmis enecaſſe, & Antverpiæ ab eo aconito mercatores ſublatos *h)* fuiſſe.

Contra MATTHIOLUM C. GESNERUS Thoram, de ranunculi genere, pro pardalianche Aconito propoſuit, noſtrumque Doronicum ſalubre eſſe contendit, quod dulce eſſet, gratique odoris.

Inde ANGUILLARA *i)* quidem & MATTHIOLUM erraſſe ſcripſit, & GESNERUM. GUILANDINUS vero ſtirpem noſtram dedit pro vero Doronico Arabum, acri radice & theriacæ vim habente *k)*, repugnante GESNERO. Quare vir candidiſſimus litem, experimento in ſe ipſo capto *l)*, amputare adgreſſus eſt, & drachmas radicis duas adſumſit, absque noxa: innoxiam etiam eſſet LOBELII *m)* ſententia fuit, & SEPTALII *n).* Sed etiam SPIGELIUS *o)* ex ventriculo animalis exciſam radicem a venatoribus ad colicos dolores uſurpari teſtis eſt. Neque nocuiſſe vidit DONZELLINUS *p).* Ad capitis mala debile, ſed innoxium, medicamentum expertus eſt DANIEL LUDOVICI *q).* In Anglia infuſam in vino, inque cereviſia radicem ad menſes pellendos adhibent.

b) TOURNEFORT.
c) IDEM E.
d) VAILLANT. *fig.*41. TOURNEFORT D.5. *d*)* TOURN. A.
e) *Method.* p. 67.
f) Apud ANGUILLARAM p. 272.
g) In MESUEN de *Elect.* p. 86. MATTHIOLUS in *dioſc.* p. 1086.
h) DESSENIUS p. 524.
i) l. c.
k) AVICENNA *cord. Tr.* 2.
l) *Hort.* p. 257. *Epiſt.* p. 18. b. p. 74. b. p. 78.
m) *Adverſ.* p. 290.
n) *Anim.* L. IX. n. 54. 55.
o) *Rei herb. I.* c. 53.
p) p. 137.
q) *Oper.* p. 115.

adhibent. Denique ipſe MATTHIOLUS, contra ſententiam *r*) propriam canem ſumto ſeſcunce etiam alacriorem factum eſſe fatetur. Quare fabula omnino eſt, a J. COSTÆO *s*) prognata, inde ad C. HOFMANNUM, ad BOERHAAVIUM, & ad PONTEDERAM *t*) propagata, ex ejus ipſius radicis uſu magnum GESNERUM interiiſſe, quem certiſſime peſtis peremit. SCHULZIUS etiam majori errore fabellam ad Anthoram transtulit *v*). NEUMANNUS videtur Arnicam I. analyſi ſuæ ſubjeciſſe *x*).

ARNICA *Enum. Stirp. Helv.* MOEHRING. *hort. priv.* p. 106. 107. LINN. n. 959.

DORONICI *Spec.* VAILLANTII, TOURNEFORTII.

Omnia eadem, quæ Doronicum, ſed omnia ſemina pappo coronata, Filamenta quinque in tubo florali non potui in ſiccis reperire, cum accurate in Arnica officinali inquirerem, niſi quinque linearum originem velis, quæ in petalum continuantur.

89. ARNICA foliis alternis, argute ſerratis, radicalibus petiolatis, conf. LINN. II. p. 1246. n. 3. GESNER ic. 53. d.
Doronicum majus ex alpibus helveticis GESNER apud CORD. IV. *c.* 72.
Doronicum auſtriacum III. CLUS. *Pannon.* p. 520. 521.
Doronicum radice dulci C. B. SCHEUCHZER *Itin. I.* p. 36.
& *Doronicum latifolium flore magno* C. B.
Doronicum auſtriacum TREW ad BLAKWELL *t.* 503.
Habet HILL. II. *t.* 24.

In alpinis lapidoſis ubique, cum nomine *Graphengel*, ut videas *Doronicum Graphoy* I. B. huc pertinere. Reperi in *Gemmio*, *Gotthardo*, M. *Rohtenhorn*, *Orgevaux*, *Prapioz*. In *Joch*, *Pilato*, *Speluga*, *val de Lie* &c. paſſim provenit.

Radix curva, teres, aſpera, ex uno latere ramos teretes numeroſos emittit. Folia ad radicem longe petiolata, ex ovatis lanceolata. profunde ſerrata: ad caulem aliqua, lanceolata, maximis dentibus inciſa, etiam ad baſin uſque laciniata; omnia mollia, hirſuta, & viſcida. Caulis dodrantalis, pedalis, uniflorus. Calyx hirſutus, ſquamis primi ordinis prælatis. Flos maximus, biuncialis, flavus. Semifloſculi tridentati, ſeminibus papposis.

De iſta NEUMANNUS *y*), extractum ſpiritu vini ſuccum dulcem eſſe, cum aromate, & vim plantæ præcipuam continere. Dimidio quidem plus aqua extrahit. Radicis ſuccus ipſe ſubdulcis eſt. Add. LINN. II. n. 1. p. 1245.

90. ARNICA foliis conjugatis, ovatis, integerrimis.
Caltha alpina DODON. *purg.* p. 62. TABERN. p. 336.
Διουρητικη RENEAULME p. 118. 119. hæc foliis acutis.
Doronicum auſtriacum quartum CLUS. *Pann.* p. 520. 522.
Ic. OEDERI *t.* 63.

Vulgo in Alpium pratis ſubhumidis *vallis Ormont deſſus*, *vallis les Moſſes*, M. *Tompey*, *vallis Hasli*, *Urſelen*, in M. *Neſſo*, *Pilato*, *Schweizerhaken* &c.

Radix lignoſa, fibris comata. Folia pleraque ad terram ovata, vel ex ovatis lanceolata, trinervia & quinquenervia, pallida: ad caulem nulla, aut unum alterumve par conjugatum *z*), lanceolatum. Caulis pedalis & cubitalis, ſimplex aut brachiatus, triflorus. Flos inſigni magnitudine, ſaturate flavus, biuncialis. Calycis foliola quindecim, ovato-lanceolata, breviora quam priori 89. ex una origine nata. Petala plana tridentata, ſemen habent pappo coronatum, hirſutum.

Tota planta odorata, acris, ſternutationem movet, unde nomen habet, & ex latino deforme, & Lotharingicum *a*). Nauſeam etiam *b*) ciet, & vomitum *c*). Vires in floribus magis reſinoſæ, in foliis magis gummeæ *d*); aqua inodora & inutilis, ſalis fixi plurimum *e*). Vis in extracto gummoſo eſt, vel in cereviſia cum planta infuſa.

r) *Epiſt.* p. 302.
s) In MESVEN. p. 86. Addidit calumniæ, GESNERUM frigidæ potæ ſæva ſymptomata tribuiſſe, quæ paſſus ſit.
t) In ſummum diſcrimen adductum fuiſſe *diſſert.* p. 238.
v) *Hiſt. vit.* p. 29. b.
x) *Meth. med.* p. 316.
y) T. II. P. II. p. 287.
z) JUNG.
a) *Tabac de Voges Journ. Oecon.* 1755. Decembr. A.
b) Non in omnibus DE LA MARCHE p. 11. 12.
c) SCHULZE *mat. med.* p. 308. GMELIN. II. p. 154.
d) NEUMANN T. II. P. I. p. 181.
e) BUCHNER l. c. ad duas uncias in 48.

fusa. Totam plantam alii dare malunt *f*). Essentiam amaram, extractum blandum fere & amarum esse BUCHNER *g*).

In Germania frequentissimn usu est, etiam inter rusticos, ob vim resolventem sanguinem *h*), ex lapsu aliquo effusum, aut ex nixu, ut vulgo creditur, extra vasa sua manantem *i*) & coactum *k*), & ad contusa *l*), vulneraque boum *m*), & icterum ex sugillatione ortum *n*). Porro ad pectoris morbos, parciori paucorum *o*) granorum dosi; ad pleuritidem spuriam rheumaticam *p*); ad epilepsiam *q*), ad adfectum spasmodicum, cum mentis emotione *r*) conjunctum exhibetur. Vim diureticam in dysuria jam LOBELIUS notam habuit *s*), indeque RENEAULME nomen finxit. Adeo certe penetrabili est vi, ut dolorem in parte adfecta augeat *t*), sudorem rubrum in pectore movisse *v*) visa sit, & demum anxietates cieat & noceat *x*).

91? ARNICA foliis alternis ovatis integerrimis.

Doronicum primum vel minus CLUS. *Pannon.* p 517. 518.

Doronicum longifolium hirsutum, asperum C. B. SCHEUCHZER *Itin. VI.* p. 455.

Jacobea montana croceo amplo singulari flore spathulæ folio BARRELIER *ic.* 265.

SCHEUCHZER in Albula Rhætica & aliis Rhætorum alpibus.

CLUSIUS plantæ suæ radicem geniculatam, nigricantem, fibris teretibus comatam, aromaticam, folia prima ovata pingit, ad caulem petiolata, lingulata, obtusa, mollia omnia & hirsuta: caulem uniflorum, flavum aureum. Addit SCHEUCHZERUS, folia non serrata esse, longe petiolata, ad caulem sessilia, hirsuta, aspera, latiora, quam in CLUSII icone. Ejusmodi plantam nullam in Helvetia inveni, sed misit ex suis alpibus Cl. ALLIONE Doronicum, quod merito pro novo habet, radice conveniens primisque foliis; aliis etiam radicalibus longe petiolatis, ovatis, paulo tamen quam apud CLUSIUM angustioribus, hirsutis, ciliatis, ad caulem alternis sessilibus, latioribus utique quam in CLUSII icone: calyce ovato lanceolato, hirsuto, flore unico grandi, flavo, semiflosculis numerosis, tridentatis, quorum semen pappum habet.

92. ARNICA caule nudo, unifloro, foliis ovato lanceolatis, serratis.

Bellis media CAMER. *Epit.* p. 654.

Bellis ορειοραχιοφυλλος RICHER.

Bellis sylvestris minor SCHEUCHZER *Itin. V.* p. 424. & *Bellis alpina minor sylvestri minori similis It. VI.* p. 453. cum icone.

Bellidastrum alpinum, foliis brevioribus hirsutis, caule palmari, flore albo MICHELI *tab.* 29. p. 32.

Bellis caule pedali aut bipedali, nudo, foliis magnis latis, floribus rubris & albis MENZEL *pupill. plant. rar. tab.* 8.

Daisy Leopards bane HILL. II. *t.* 24.

Doronicum scapo nudo, simplicissimo, unifloro LINN. *Spec. II.* p. 1248. JACQUIN *Vindob.* p. 82.

β Flore ruberrimo, in subalpinis reperi. Non est *Bellis* minor autumnalis monathos &c. PONTEDERÆ, cujus semina pappo destituantur *diss.* p. 277.

Abunde in Helvetiæ montosis, etiam in planitie, ut in solitudine *die Eymatte* prope Bernam, & *derriere Plantour* prope Aqnilegiam; ad Silam J. GESNER &c.

Multa omnino Bellidis vulgaris similia habet, folia ad terram, scapum nudum, uniflorum, colores floris. Robustior tamen planta est, & altior, foliis paulo angustioribus, flore majori, seminibus omnibus papposis.

RADIATARUM
ORDO I. PLACENTA NUDA.
II. SEMINIBUS NULLO PAPPO CORONATIS.

Nam Pyrethra & Chamæmela alterius generis coronam in semine habent.

BELLIS

f) SCHULZE.
g) De *Arnica* n. 18.
h) S. PAULI *quadrupart.* FEHR *Eph. Nat. Cur. Bresl. Samlung* 1719. m. Mart. a. 1721. m. Mart. & Nov. a. 1722. m. Febr. a. 1724. 1725. m. Jul. &c. DE LA MARCHE *de vero usu Arnicæ* RONCALL. *Europ.* p. 442. ex JUNKERO. SCOPOLI *flor.* p. 377.
i) WOLF *Bresl. Saml.* 1725. m. Jul. *Eph. Nat. Cur. Vol. I. obs.* 125. BUCHNER *Miscell.* 1728. p. 1450. DE LA MARCHE l. c.
k) *Act. francf. I.* p. 190. seq. DELIUS *cas. I.*
l) *Bresl. Samlung* 1726. p. 244. RODDER apud ALBERTI *Med. Leg. obs.* 9. p. 767.
m) SCHREBER *Samlung I.* p. 226.
n) VATER *icter.*
o) RAST *Journ. œconom.* l. c.
p) BUCHNER *de arnic.* p. 30.
q) *Breßlauer sammlungen* 1724. p. 218.
r) BUCHNER n. 30. de infuso.
s) *Advers.* p. 133.
t) RODDER. SCHULZE l. c. SCHODER *ingress. intestin.* p. 43
v) DILTHEY *obs.* 2.
x) *Bresl. Samlung* 1719. m. Aug.

BELLIS *y*) TOURNEFORT *tab.* 280.

VAILLANTII p. 278. LINN. n. 962. & omnium Auctorum.

Calyx *z*) femiduplici ordine foliolorum ovato lanceolatorum factus. Semiflofculi lanceolati *a*); difcus floris conicus *b*), femen longe cordatum, marginatum *c*).

93. BELLIS fcapo nudo LINN. *Spec. II.* p. 1248.
Bellis minor fylveftris C. B. I. R. H. BLAKWELL *t.* 200.
Bellis foliis parvis, floribus albis alpina MENZEL *tab.* 8.
Varietates innumeræ, hortenfes *d*), proliferæ *e*), tum flore rubro, & femiflofculis fiftulofis a Cl. GAGNEBIN à *Boinoud* lecta, & in pomario de *Renans*: nuda femiflofculis apud HILL.
Vulgatiffima ad vias tota fere hieme floret. Folia radicalia in circulum expanfa, petiolo longo, foliofo, ipfo folio fere ovato, circumcrenato, firmulo, fubhirfuto. Scapus nudus, uniflorus, dodrantalis. Semiflofculi quadraginta, albi, extus purpurei, etiam toti rubri; flofculi lutei. Pappus *f*) in femina aliquis, etfi parcior, ut omnino non poffis longe ab ultima Arnica removere.
Mitis planta eft, aliquantum fubacida *g*), adftringens & vulneraria *h*). Decoctum viride, fpiffatum falfum eft & amarum *i*), nempe in melluginem abit falfam, amaro fale plenam, folubilem *k*). Salem habere non lixiviofum BOURDELIN. Non valde frequenter in ufus medicos recipitur. In hectica febre *l*) funt qui laudent, ea potiffimum, quæ a frigido potu *m*) in corpus exæftuans recepto oritur, five bellidem in aqua infuderis, five in caprillo lacte *n*). In aliis etiam hecticis febribus cum nafturio WEPFERUS dabat; alii in peripneumonia, ad refolvendum fanguinem *o*) coactum, in morbis inflammatoriis *p*), cum melle conjunctum fuccum, tum in hæmorrhagiis, aliisque ex laxitate morbis *q*). Sunt etiam, qui inter antifcorbutica, & medicamenta hypochondriorum obftructiones folutura recipiunt *r*); funt contra qui alvum ducere moneant *s*). Decoctum multi præferunt *t*). Etiam oleracea planta eft, & cum carne bene coquitur *v*).

CALENDULA TOURNEFORT t. 284. LINN. n. 990. BLAKWELL *tab.* 106.
CALTHA VAILLANT. p. 288.
& DIMORPHOTHECA EJUSD. p. 279.

Calycis fquamæ duorum *x*), ut in Bellide, ordinum, longiores tamen, anguftiores, & acutiores. Semiflofculi extremi tridentati *y*); femina *z*) iis fubjecta funt capfulæ convexæ, per medium dorfum folum inftar limæ afperæ, utrinque glabræ & tenuiores, in concava facie duabus foveis incifæ, quas medium jugum dividit. Hæc femina fecunda fpeciem propagant. Flofculi *a*) de more gentis: eorum femina funt capfulæ minus latæ, folidiores, majori parte afperæ *b*), fecundo femine plenæ, in centro contra fterilia *c*). Ita in noftra fpecie video.

94. CALENDULA foliis lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, floribus concoloribus.
Calendula arvenfis TABERNÆMONT. p. 335.
Calendula feminibus cymbiformibus, muricatis, incurvis, extimis erectis protenfis LINN. *Spec. II.* p. 1301.

y) Bellis in pratis nafcitur flore albo, aliquatenus rubente PLIN. L. XXVI. n. 13. Bellis luteus paftillicantibus tubulis coronatus IDEM L. XXI. c. 8.
z) TOURNEFORT I. I. K. VAILLANT *fig.* 16. MALPIGHI *ic.* 119.
a) TOURNEF. A. F.
b) VAILLANT. ib. TOURNEFORT K. L.
c) VAILLANT. *fig.* 20.
d) HILL. t. II. *tab.* 25.
e) HILL. DES SERRES p. 693.
f) TOURNEFORT *tab.* 280. F. G. TREW. ad BLAKWELL t. 200.
g) GEOFROI p. 170.
h) CORNUT *plant. Canad.* Negat FLOYER *pharmacobafan* p. 101.
i) STAHL *mater. med.* p. 320.
k) IDEM *fundam. Chem. III.* p. 319.
l) EYSEL *bellidograph* p. 26. 27.
m) RIEDLIN. MICHAEL BRUNNER apud FABRI de *bellid. min.* p. 12. CHRISTIANUS medicus Bernenfis. Vulnus thoracis cum læfione pulmonum decocto bellidis fanatum habet KOENIG *regn. veget.*
n) Mavult BRUNNERUS.
o) FABRICIUS apud S. PAULI.
p) BOERHAAVE.
q) BUCHWALD p. 48. 49.
r) LUDOVICI p. 205.
s) BURGGRAV. p. 1535.
t) DETHARDING *meth.* p. 151.
v) HOPPE *Erdäpffel.*
x) TOURNEFORT H. H.
y) GREW. *tab.* 61. TOURNEFORT T.
z) VAILLANT. *fig.* 26. BERKHEY t. 5. *figg.* 4. 5. 56.
a) GREW. l. c.
b) TOURNEFORT K. K. VAILLANT. f. 26. 27. BERKHEY *fig.* 44. tribuit radiis.
c) Abortiva BERKHEY *fig.* 47.

Non credo veram esse indigenam, etsi hinc inde in cultis aut in agris reperta est. Circa Basileam Stæhelinus. Neque credo ab hortensi, & officinali, vere differre, & dubitat, qui separat, Linnæus.

Hortensis equidem planta in medicinam recipitur, sed pares sunt hujus vires. Acris planta est, vehementis odoris, neque mihi grati, & penetrabilem indolem promittentis. Signum fuerit non modicæ acrimoniæ, si vere verrucæ succo *d)* calendulæ illitæ delabuntur, & si vesicas cuti admota excitat. Recentis etiam plantæ succus alvum movet, sicca eadem magis calefacit. Ab omni fere tempore acetum, cum calendula maceratum, habitum est pro alexipharmaco *e)* & sudorifero medicamine, quod in peste, petechiis, & malignis exanthematicis febribus utiliter posset propinari. Uteri etiam tarditatem, chlorosin, ipsas scrophulas creditur resolvere, motus vitales excitare omnes, & coactum sanguinem liquefacere. Succus ad uncias tres exhibetur, extractum quod vocant, ad unam duasve drachmas. Ut tamen dicam, quæ vera sunt, parcius in medicinam recipitur. Tinctoria vi pollet, ut omnes flavi flores magis saturati. Butyrum ea planta in Neustria tingitur *f)*.

PYRETHRUM *g) Enum. Stirp. Helvet.* p. 720. Gmelini &c.

CHRYSANTHEMI SPECIES Linnæi.

Calyx hemisphæricus, foliolis factus imbricatis. Semen corona dentata ornatum, quæ flosculum excipit.

95. PYRETHRUM foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, acute dentatis, floribus umbellatis *Cat. rar.* n. 935.

I. Flore majore.
Tanacetum inodorum I. Clus. *Pannon.* p. 550.
Tanacetum inodorum latifolium, magno Bellidis flore Barrelier *ic.* 781.

II. Flore minori.
Tanacetum inodorum II. Clus. p. 551.
Tanacetum leucanthemum Tabernæm. p. 131.
Bellis montana minor Tanaceti folio Pluknet p. 66. *tab.* 82. *fig.* 1.

I. & II. *Chrysanthemum foliis pinnatis inciso serratis, caule multifloro* Linn. *Spec. II.* p. 1251. Olim I. B. I. & II. conjunxit, cui est *Tanacetum album* III. p. 133.

Reperi in sylvis inter *Münchenstein* & *Muttenz*, & abunde in sylvis Aquilejensibus. In M. *Legerberg* J. Gesnerus, in nemoribus vallis circa *Engelberg* Scheuchzerus. Genevæ. In M. *Generoso* Insubriæ helveticæ.

Caulis firmus, erectus, brachiatus, tripedalis & ultra. Folia ampla, firma, petiolo lato, pinnato, pinnis pene æqualibus, longis, semipinnatis, pinnarum laciniis acute dentatis. Calycis squamæ virides, ora fusca. Semiflosculi albi, tridentati, flosculi lutei, discus planus. Semina & radiorum, & disci, coronam quinquedentatam gerunt. Planta insipida & inodora.

96. PYRETHRUM caule unifloro, foliis glaucis, petiolatis, palmatis *Cat. rar.* n. 9.
Pyrethrum alpinum Gesner. *hort.* p. 2746.
Leucanthemum alpinum Clus. *Pannon.* p. 564.
Chamæmelum montanum incanum absinthioides italicum Barrelier *ic.* 457.
& *Leucanthemum alpinum tenuifolium* Ejusd. *ic.* 458. *n.* 3.
Chrysanthemum foliis cuneiformibus pinnatifidis, laciniis integris, caulibus unifloris Linn. *Spec.II.* p. 1253.

In saxosis Alpium non rarum, in M. *Scheidek*, *Gemmio*, *Gotthardo*, *Stokhorn*, *Javernaz*, *les Martinets*, *Chaudcommun*, *Audon.* Scheuchzerus ad pedem M. *Titlisberg*, & in alpina valle *Waldnacht.* In Valesiæ montibus *Jeman*, *Salanfe*, supra *Val de Trient*, M. *Col de Ferry*, *Fouly*, *S. Bernard &c.* In *Pilato* M.

Radix lignosa, acri sapore, multos caules fundit: caulis procumbit, semipedali vix major. Folia crassula, firma, ex glauco viridia, petiolo longo, eundo latiori, fine palmato, profundis fere septenis laciniis inciso, simplicibus, aut bifidis. Et glabra folia habeo, & subhirsuta, & ex Pyrenæis tomentosa. Flores in quoque caule singuli, magni. Calycis squamæ fuscæ, flava linea divisæ. Semiflosculi albi, tridentati. Discus flavus, seminis corona foliacea, alba.

Absinthium

d) Hecquet *pharmac. paup.* p.89.
e) Mizald *hort.* p. 103. ex A. Benedicto.
f) Societé de Rouen p. 221.

g) Πύρεθρον genus herbæ, cujus radix vim inflammandi habet, & dentium dolores levat Suidas III. p. 243.

Abſinthium montanum Columnæ *h*), altiori & recto caule eſt, foliis tomentoſis, paucioribus, minoribus, pinnis minus palmatis, brevioribus.

97. PYRETHRUM caule unifloro, foliis glabris, radicalibus petiolatis, ſemipinnatis, caulinis ſeſſilibus, acute dentatis ✝.

Bellis alpina minor C. B. *prodr.* p. 102. ex meis notis.

Leucanthemum alpinum anguſtifolium Barrelier *ic.* 458. *n.* 2.

Bellis montana folioſa coronopi laciniis Pluknet p. 65. *t.* 17. *f.* 3.

Leucanthemum alpinum foliis profunde inciſis Scheuchzer *It. I.* p. 42. *It. II.* p. 136. *It. IV.* p. 307.

Non eſt varietas Leucanthemi rigidi.

In alpium ſaxoſis. Legi in M. *Gotthardo*, in *Rohtenhorn*, in *Gemmi*. Scheuchzerus & J. Gesnerus in alpibus *Glaronenſibus*, *Rhæticis*, & *Abbatiscellanis*. Cl. Dick *auf den Kienthalbergen.*

Multa habet ſimilia Bellidis majoris. Radix perennis, lignoſa, multicaulis. Caulis dodrantalis, uniflorus. Folia ad terram plurima, petiolata, petiolo lateſcente, ad finem quaſi palmato, in magnos nempe & acutos, ſimplicesque dentes ſeptem vel novem inciſo, confertim natos. Ad caulem acute dentata ſunt, ſeſſilia. Calyx nigrior quam Bellidi majori. Semifloſculi albi, latiuſculi, tridentati, ad ſuum tubum ſublutei: diſcus flavus. Corolla in ſemine ſemifloſculorum trifida, in diſco obſcurior, certe in ſiccis noſtris ſpeciminibus.

MATRICARIA.

MATRICARIA Linn. n. 967. &
CHRYSANTHEMUM Linn. n. 966.
MATRICARIA Tournefort. t. 281. &
CHRYSANTHEMUM Tournef. t. 280. &
LEUCANTHEMUM Tournef.
MATRICARIA Vaillant. p. 283.
& BELLIDIOIDES Vaillantii p. 280.

Calyx *i*) imbricatus, hemiſphæricus, ſquamis multorum ordinum denſe congeſtis: diſcus nudus, & ſemina non coronata. Ob oras ſiccas, & ſqualentes, foliorum calycis in nonnullis ſpeciebus Linnæus Chryſanthema ſeparat: Adfinitatem Bellidis majoris cum Chryſanthemis dudum Jungius viderat *k*).

98. MATRICARIA foliis radicalibus petiolatis ovatis, crenatis, caulinis amplexicaulibus, dentatis.

Varietates hujus plantæ fere innumeræ ſunt. Ecce aliquas:

α Foliis, ut in alpibus, craſſioribus, rigidioribus, acute inciſis, fine lanceolato, floribus maioribus in M. *Dolaz*, *Danſex &c.*

Bellis alpina major folio rigido C. B. *Prodr.* p. 121. Rai *Syll.* p. 76. Scheuchzer. *It. Helv. noſt. n.* 61.

An *Bellidis majoris pulchra ſpecies in Rhætia viſa* Rauwolf *flor. Orient.* p. 3.

β *Bellis montana major folio acuto* C. B. *Prodr.* p. 121. Seguier *Supplem.* p. 281.

Separat Linnæus & *Atratum* vocat *Spec. II.* p. 1252. ſed habet notas conjunctionis evidentiſſimas, ut longos dentes circa caulem decuſſatos.

γ Foliis ſubrotunde dentatis, obtuſis.

Bellis major plerorumque Auctorum. Blakwell *tab.* 42. Hill. II. *tab.* 44. *fig.* 2.

δ Varietas foliis profunde inciſis, ſemipinnatis & pinnatis, pinnisque inciſis.

Huc *Icon* Matthioli p. 910.

ε Folio obtuſo crenato C. B. *Prodr.* p. 121.

ζ Folio perangusto denticulis raris Vaillant.

η Semifloſculis fiſtuloſis *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 10. *obſ.* 184.

θ Diſco albo Hofmann *Mont. Mauric.* p. 8.

ι Caule lato Gagnebin in M. *Pouillerel.*

In

h) *Phytobas* II. p. 23.

i) Tournefort T. 281. I. T. 280. ad P.

k) Tournef. T. 281. H. T. 280. K. Q. Vaillant. t. 33.

In pratis ubique, & in agris, quos aratrum intactos reliquit, fere ſola dominatur.

Caulis erectus, cubitalis, ramoſus & brachiatus. Folia ad terram petiolata, fine ovato, obtuſo, crenato: ad caulem ſeſſilia, amplexicaulia, primis dentibus circa caulem decuſſatis. Flos grandis in quoque ramo ſuus, ut umbellam laxam faciant. Calycis ſquamæ lanceolatæ, oris fuſcis. Semifloſculi albi, tridentati, diſcus luteus. Semen profunde ſulcatum, fuſcum, jugis albis.

In medicinam vix ſerio adhibetur Decoctum acre eſſe, pene piperato ſapore, diureticum, & pectoris etiam purulentis pleni exſcreationem juvare GEOFROI *a*). Contra dulcem plantam eſſe, pene ut glycyrrhiza, & theam valere ad orthopnœam *b*) Cl. FLOYER.

Chryſanthemum ſegetum, exoſam Germanis ſtirpem, in arenoſis Germaniæ vulgarem, nondum in Helvetia reperimus.

*99 MATRICARIA foliis amplexicaulibus pinnatis, pinnis ſemipinnatis, acute dentatis, ſemifloſculis latiſſimis.

Chryſanthemum *b**) MATTHIOLI & *Chalcitis* TABERN. p. 125.
Chryſanthemum foliis Matricariæ C. B.
& *Chryſanthemum majus folio profundius laciniato, flore magno* EJUSD.
Eo icon ZANONI *tab.* 51. nov. ed.
Chryſanthemum creticum CLUS. *hiſt. I.* p. 334. 335.
Chryſanthemum coronarium HILL. II. *tab.* 46,

Specioſa planta naſcitur in M. *la Combaz* Valeſiæ inferioris, inque M. *Fräla* vallis Tellinæ. In Bohemia, Moravia, Auſtria frequentem naſci MATTHIOLUS *c*).

Caulis ſulcatus, folioſus & ramoſus, bicubitalis. Folia glabra, tenera, nervo lato & eundo lateſcente, baſi ſua ad caulem ſeſſili, longisque dentibus eum amplexa, pinnis alias ſemipinnatis, alias integre pinnatis, extrema maxima, bifida, pinnulis acute inciſis. Flores in ſummis ramis unifloris. Calycis folia ovata, magna ala ſqualente cincta, quod LINNÆUS vocat ſcarioſum eſſe. Semifloſculi maximi, latiſſimi, breves, obtuſe tridentati, una cum diſco in planta ſpontanea flavi *c**).

100. MATRICARIA foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, lacinulis obtuſis, floribus umbellatis.

Parthenium MATTHIOL. p. 908.
Matricaria DOD. *coron.* p. 236. BLAKWELL *tab.* 192. *noſtras* LOBEL. *ic.* p. 751.
Matricaria ſ. Parthenium Ic. Reg. p. 132.
Ramoſe feverfew HILL. II. *tab.* 64.

β Folio criſpo FABBRIC. HELMSTATT *hort.* p. 81.

γ Flore pleno SWEERT II. *tab.* 13.

δ Diſco nudo abſque ſemifloſculis PONTED. p. 285.

Exotica planta, nunc quidem paſſim in ruderoſis provenit.

Caulis tripedalis, firmus, erectus, ramoſus. Folia hirſuta, ſubaſpera, pinnata, nervo anguſto, eundo lateſcente, pinnarum extrema bifida & majori, laciniis pinnarum obtuſis incisis. Flores in petiolis ramoſis, nudis, in umbellam congeſti. Calycis ſquamæ oblongæ, pariter ſicca ora cinctæ, ut Chryſanthema LINNÆI. Semifloſculus brevis, latiuſculus, tridentatus, albus: diſcus luteus.

Odor ſingularis, mihi ingratus. Deſtillata dat oleum adipoſum, ad quadrageſimam totius ponderis. Omni tempore Parthenium habitum eſt pro planta emmenagoga, chamæmeli adfini, quæ menſes moveat & lochia *d*), & dolores a partu ſequentes ſopiat. Multum ea Brunsvicenſes utuntur, & pulvere quidem ſicco, cum ſpiritu frumenti *e*) ſumto. Ad nephritidem etiam *f*), adque ventris obſtructiones laudant. Alvum ducere expertus eſt TURNER *g*), ſi ad uncias quatuor ſuccus ſumatur *h*), & infuſo pro omni potu ſolo adhibito quarta hebdomade ſanatum hydropem *i*). Calida cum ſit, ab ea plethoricas mulieres abſtinere æquum eſt *k*).

Externo

a) p. 170.
b) FLOYER *pharmacobaſan.* p. 100.
*b**) Chryſanthemon herba tenera fruticoſa, intus proferens caules, & multifida folia. flores ſupra modum ſplendentes, luteos. Caules oleris vice manducantur DIOSCORID IV. n. 53. Poſſit noſtra eſſe.
c) p. 1048. forte de *Chryſanthemo ſegetum* locutus.
*c**) Sudaſſe argentum vivum *Muſ. ruſtic.* Vol. I. n. 67. Vol. IV. n. 71.
d) S. PAULI.
e) LANGE *Brunſv. medic.*
f) BUCHWALD p. 170.
g) *Oper. bot.* T. II. p. 796.
h) BRASSAVOLA *Exam. ſimpl.* p. 344.
i) SPINDLER *obſ.* 51.
k) LANGE p. 75.

Externo uſu laudatur ad mammarum tumores, ad cephaleas, clavum hyſtericum: tum ad clyſteres *l*). Trita folia auri inſerta dolores ejus particulæ placant.

101. MATRICARIA foliis planis capillaribus, foliis duplicato pinnatis, pinnulis lanceolatis, bifidis, trifidisque.
Anthemis ſ. Chamomilla MATTHIOL. p. 905.
Chamæmelum vulgare DODON. *coron.* p. 236. BLAKWELL *t.* 298.
Fine leaved feverfew HILL, II. *tab.* 64.
Matricaria receptaculis conicis, radiis patentibus, ſeminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus LINN. *Spec. II.* p. 1256.

In pago Vaudenſi ubique ad vias, in ruderoſis.

Caulis erectior, bipedalis, ramoſus. Folia pene capillaria, laxe ramoſa, plana, pinnata, pinnis diſtantibus, ſimplicibus aut bifidis, denuo pinnatis, pinnulis longis, bifidis trifidisque, nervo plano, lineato: Calyces parum hemisphærici, pene plani, eorum ſquamæ virentes, ora fuſca, non ſqualente. Semiflóſculi tridentati, albi; diſcus luteus. Receptaculum valde convexum, pene cylindricum.

Odor dulcis, non ingratus, vires adeo, quam romano Chamæmelo debiliores, ut præferri non debeat *i**): olei enim eſſentialis, in quo tota vis latet, paulo minorem portionem habet *m*). Ex noſtro tamen cæruleum prodit *n*), absque ſuſpicione *o*) cupri, & ſatis quidem durabilis coloris *p*). Aqua odorem & vires habet. Recens plus dat olei *q*). In reſinoſo extracto, & in tinctura ſpirituoſa, vires meliores ſunt *r*); extractum aquoſum iners eſt. Sal impurus acidum continet & phlogiſticum *s*). Decoctum, pariter ſalſum *t*) eſt. Infuſa cum vino planta ad dolores nephriticos laudatur *v*), floresque ad viginti & triginta grana adverſus febres tertianas *x*), aliquoties de die exhibentur, etiam ad pernicioſas febres *y*), & irregulares *z*). Vi etiam antiſeptica ad corticem peruvianum accedit *a*), & ſudorem optime movet *b*). Ob ſtypticam vim, ut cinnamomum, tarde per vaſa tranſit *c*); minus tamen putredini reſiſtit *d*). Decoctum ad dolores in dyſenteria ſedandos *f*) optimum eſt, & in nephriticis doloribus calculos expedit *g*). Infuſum vinoſum amarum eſt, cum plantæ odore, & colicæ medetur *h*). Aquoſum frequens eſt ad colicos dolores feminarum, quos nunquam non fere lenit. Tinctura ſpirituoſa alio ſapore eſt. Oleum decoctum veteres laudabant. in phrenitide, ut ARETÆUS *i*), ad mitigandum & reſolvendum NICOLAI *k*). Cataphasma ex furfure cum jure chamæmeli cocto ad phrenitidem præſcribit ALEXANDER *l*).

β Varietatem ex ſummis alpibus Penninis, & M. *Fräla* accepi, foliis ex vaginis magis conſpicuis prodeuntibus. Ea etiam cum nomine *Chamæmeli alpini altiſſimi, inodori magno flore* ad me miſſa fuit.

PLANTÆ RADIATÆ.

II. DISCO SQUAMIS DISTINCTO.

I. SEMINIBUS NUDIS.

CHAMÆMELUM TOURNEF. T. 281. VAILLANT. p. 316.

ANTHEMIS LINN. n. 970. *m*).

Adde Characteri generico, quod ſemifloſculorum longitudo ad latitudinem inſignem rationem

l) LANGE.
*l**) *Skonska reſa* p. 177.
m) NEUMANN T. II. P. I. p. 535.
n) IDEM ib. CARTHEUSER p. 113. TEICHMEYER l. c. REDI T. II. p. 139.
o) Adulterio tribuebat RICHTER *corrupt. medic.* p. 20.
p) NEUMANN p. 538.
q) FEISTL. *diſſ.*
r) CARTHEUSER *mat. med.* p. 113. 115. 116. P. poſt. p. 99.
s) GMELIN. *Act. Petrop.* T. V. p. 289.
t) NEUMANN p. 536. & aqua HILL. *mat. med.* p. 442. GEOFROI p. 301.
v) S. PAULI.
x) Superaſſe febres, quæ cortici reſiſtebant FAVRAT. *Theſ. miſcell.* Laudat HEISTER *med. germ. indig.* p. 13.
y) Cum peruviano cortice VALGARENGHI *medic. rational.* p. 20.
z) Cum ſale abſinthii PRINGLE p. 218. nov.
a) PRINGLE *Phil. Tranſ.* p. 496.
b) HARRIS de *peſte* p. 27.
c) HALES *hæmaſtat.* p. 134.
d) MACBRIDE *eſſ.* p. 130.
f) PRINGLE p. 284.
g) PECHEY *herbal.*
h) WELSCH *mictomimet.* p. 35.
i) *Cur. acut.* l. c. 8.
k) p. 181.
l) L. VI. p. 270.
m) Anthemis aliis chamæmelum, floribus parvis in radio aureis, forinſecus orbiculato ambitu albis aut melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutæ DIOSCORID. III. n. 137. PLIN. L. XXII. n. 26. Anthemis alba centro flavo THEOPHRAST. VII. c. 7; Sola a ſummis florere incipit PLIN. L. XXI. n. 23.

tionem habeat, quod iidem numero fuperent, & quod difcus convexus fit: quibus folis notis ab Achillea feparatur. Calyx, qui Matricariæ.

102. CHAMÆMELUM foliis fubhirfutis, nervo duro, pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis incifis.

Parthenium nobilis Chamomilla TRAGI p. 149.
Chamæmelum odoratum DODON. *coron.* p. 243.
Sweet Camomile HILL. II. *t.* 28. cum figura nimis capillari.
Anthemis foliis pinnato compofitis linearibus acutis fubvillofis LINN. *Spec. II.* p. 1260.

β Flore pleno CAMER. *Epit.* p. 646. bene.

γ Flore femipleno, quæ varietas eft perfrequens WEINMANN *tab.* 363. d.

δ Flore nudo C. B. &c.

Non nimis certus fum, hanc plantam ad Helveticas cives pertinere. Inter ftirpes equidem D. CONSTANT exemplum adfuit, cum nota, lectum fuiffe *en Chamblande*, (prope Laufannam) & ad viam verfus *Fechy*. Sed etiam Romæ, & Tibure *n*), & circa *Dreux* gallicam civitatem *o*) fponte provenit. Circa Sedunum quoque lectum fuiffe dicitur.

Caules procumbunt, ramofi, pedales, & ultra. Folia ad lentem vitream fubhirfuta, fubincana, plana, ex vagina amplexicauli, pinnata, nervo lato, robufto, pinnis diffectis, quarum primæ minores, reliquæ pene æquales funt, & ipfæ pinnatæ, earumque laciniæ bifidæ, trifidæ. Flores finguli fuos ramos terminant. Petioli hirfuti. Calyx ex viridi albicans, oris late argenteis. Semiflofculi albi, tridentati. Semen ex ovato conicum, nudum.

Gratus in ifta fpecie & aromaticus odor eft *p*); viresque, quam priori, magis excitatæ, cætera fimiles, ut tamen paulo rariori in ufu fit *q*). Vires pariter in oleo effentiali latent *r*), quod ex calyce obtinetur; cæterum ex Romano Chamæmelo non perinde cæruleum ftillat *s*). Aqua, ut ex planta odora, bona eft, & valde ab ILL. TRILLERO laudatur *t*). Ad fyncopen TRALLIANUS *v*).

103. CHAMÆMELUM foliis glabris, duplicato pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, feminibus levibus.

Chamæmelum inodorum C. B. *Bafil.* p. 41. *f. Cotula non fœtida* I. B. III. p. 120.
Anthemis receptaculis conicis, paleis fetaceis, feminibus coronato marginatis LINN. *Spec. II.* p. 1261
Anthemis arvenfis LINN. *flor. fuec. II. n.* 768. cum nonnullis notis.

Circa Bafileam C. B. Nos circa *Goumoens*, *Laufannam*, *la Chetelaz &c.*

A priori facile feparatur, foliis craffioribus, majoribus, glabris, femine marginato: a fequente ægrius. Caulis fimilis, ruber, cubitalis, ramofus. Folia cum ramis fubhirfuta, craffiufcula, nervo ejusdem cum pinnis naturæ, qui in Romano multo lignofior eft. Folia ipfa pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis, ariftatis. Calycis ora potius fufca quam argentea. Flos fimilis, difcus hemifphærico altior, fquamis inter flofculos latiufculis, ovato lanceolatis, feminibus quadrangularibus, brevi quafi & albo diademate coronatis.

104. CHAMÆMELUM foliis glabris, duplicato pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, feminibus exafperatis *v**).

Cotula fœtida TRAGI. BLAKWELL *tab.* 63.
Chamæmelum fœtidum C. B. *Bafil.* p. 41. *&c.*
Fœtid Chamomile HILL. II. *t.* 29. nimis capillaris.
Anthemis receptaculis conicis, paleis fetaceis, feminibus nudis LINN. *Spec. II.* p. 1261.
Anthemis cotula LINN. *flor. fuec.* T. II. *n.* 768.

β Flore pleno SIBBALD. *natur. hift. of Fife.*

γ Flore abfque radiis.

δ Semiflofculis fiftulofis MORTON *Nat. hift. of Northamptonshire* p. 364. t. 12. f. 2.

Vulgo Bernæ, & circa *Roche*, *Ivornæ &c.* in agris, & ad vias.

Pleraque

n) WELSCH *hecatoft. I. obf.* 59.
o) STROBELBERGER p. 180.
p) VAILLANT. *fig.* 31.
q) NEUMANN T. II. P. I. p. 532.
r) IDEM p. 535.
s) TEICHMEYER *Chem.* p. 66.
t) *Difpenfat. I.* p. 351.
v) L. XII. p. 699.
*v**) Parthenium foliis coriandri tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore fubvirofo, fapore amaro DIOSCORID. L. III. c. 138. poffit huc referri, aut ad Matricariam.

Pleraque prioris, folia glabra, latiuſcula, cum nervo ejuſdem naturæ, pinnis pinnatis, pinnis lanceolatis, extrema trifida. Calycis ſquamis ora ſubargentea, anguſtior. Flos ſimilis, diſco valde convexo, Semina abſque diademate, undique ſpinulis *x*) exaſperata, ſuſcepta ſquamis peranguſtis. Fætet utique, neque credo in agris macris bene olere *y*).

Vulgo pro Chamæmelo in clyſteribus, etiam in epithematibus emollientibus, adhibetur. Siccum urinam pellere, atram bilem ducere, liberare pulmonem LOBELIUS *z*). Decoctæ cum cotula aquæ magna copia ſumta ſudorem movet, & arthritidem viri pene paralytici ſanavit *a*). Hoc puto eſſe Chamæmelum, quod in hyſtericis DETHARDINGIUS romano præfert *b*). Tritum cutim impoſitum exulcerat *c*).

105. CHAMÆMELUM foliis pinnatis, hirſutis, pinnulis ſimplicibus, lanceolatis.
Buphthalmum MATTHIOLI p. 909. BLAKWELL *t.* 439. *vulgare* CLUS. *Pann.* p. 569.
Chryſanthemum foliis Tanaceti LOESEL p. 47. *ic.* 9. *flore aureo Italicum* BARRELIER *ic.* 465.
Anthemis foliis bipinnatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis, caule corymboſo LINN. *Spec. II.* p. 1263.

In *Helvetia* minus frequens, quam *Gottingæ*. *Baſileæ* legi ad *Rhenum*. C. B. in dumetis prope rudera *Auguſtæ*, & non longe a *Riehen*. I. B. ante portam *lapideam*. (Steinenthor)

Caulis cubitalis, durus, anguloſus, ramoſus & folioſus. Folia robuſta, viridia, ſubtus incana, petiolo lato, pinnis ſimplicibus, acutis, ariſtatis, pene æqualibus, quinque vel ſeptem parium. Flores in ſuis ramis ſinguli, ſpecioſi, patuli. Calycis ſquamæ denſe imbricatæ, ſubhirſutæ, pallentes; intimæ oris ſquallentibus. Semifloſculi tridentati, flavi, diſcus concolor. Squamæ inter flores ariſtatæ. Semina, ut in Buphthalmo, in ambitu incurva, per medium ſulcata, ad latera tenuia, quaſi alata, ſub floſculis quadrangula. Quare ambigit inter Buphthalmum, cui duorum generum ſeminibus convenit, & inter Chamæmela, ad quæ accedit ſeminibus non coronatis.

Odor & vires fere Chamæmeli. Pulverem tuſæ plantæ flavum ad icterum *d*), ad volvulum *e*) laudant, ad duas drachmas ſumtum. Urinam ciet *f*). Colorem luteum pulchrum lanæ impertit *g*).

ACHILLEA *h*) VAILLANT. p. 320. LINN. n. 971.

MILLEFOLIUM TOURNEF. T. 283.

& PTARMICA TOURNEF. *Tab. eadem.*

Calyx pariter imbricatus, hemiſphæricus. Semifloſculi breves *i*), tridentati, *k*), ut latitudo longitudini parum cedat: numero exiguo *l*), non ſupra decem.

106. ACHILLEA foliis hirſutis, pinnatis, pinnis æqualibus pinnatis, pinnulis integris & trifidis, floribus luteis umbellatis.
Stratiotes lutea CLUS. *hiſp.* p. 371.
Millefolium tomentoſum luteum C. B. I. B. III. P. I. p. 138.
Yellow Yarrow HILL. II. *tab.* 65.
Achillea foliis pinnatis, hirſutis, pinnis linearibus, dentatis LINN. *Spec. II.* p. 1264.

Pulchra planta in Valeſia inferiori ad vias, & inter vineas abundat, ut circa *Branſon*, *Fouly*, *St. Pierre*. Circa *Stalden*.

Formoſæ plantæ caules pedales, ex una radice numeroſi, folioſi. Folia tomento obnupta, tenuiter diviſa, petiolo amplexicauli, pinnis longe æqualibus, parium quindecim, pinnulis primis trifidis, reliquis ſimplicibus. Flores umbellati. Calyx glaber, pallens, ſubnitidus. Flos totus pulcher, flavus. Odor grate aromaticus.

107. ACHILLEA

x) *Emend. VI.* p. 22.
y) SCHULZE *chamæmel.*
z) *Adverſ.* p. 341.
a) B. LANGRISH p. 122. 123.
b) *Spec.* p. 129.
c) MATTHIOLUS.
d) CAMERARIUS.
e) EHRHARD ad LONICERUM.
f) BRASSAVOLA.
g) Conf. LINNÆUS *plant. tinctor.* p. 24.
h) Achillea gerit ſcapos dodrantales, majores, minutulis foliis circumdatos, habentibus inciſuras, coriandri ſimilitudine, odore multo non inſuavi, umbella in acumine rotunda, floribus candidis, perpaucis, & aurum æmulantibus DIOSCOR. IV. c. 32. Poteſt noſtra eſſe. Achilleos foliis minutioribus quam fœniculi PLIN. L. XXV. n. 19. Millefolium DIOSC. L. IV. c. 110. alio pertinet, paluſtris planta, foliis fœniculi.
i) VAILLANT. f. 2. 10. TOURNEFORT A. A. F.
k) Ibid.
l) Ibid. Ad ſedecim LINN.

107. ACHILLEA foliis pinnatis, pinnis longe æqualibus, pinnatis, pinnulis trifidis & quinquefidis.

Millefolium BLAKWELL *tab.* 18.

Millefolium terrestre minus Dioscoridis TABERNÆM. p. 130.

Pasture Yarrow HILL. II. *tab.* 65.

β Flore carneo, & purpureo, ludit.

Ad vias abunde.

Caulis erectus, pedalis, foliosus, ex summa parte umbellifer. Folia subhirsuta, firma, prælonga, valde divisa, lato petiolo, pinnis brevibus, numerosissimis, ad 25. paria, lente & crescentibus, & decrescentibus, & longe pene æqualibus. Pinnularum in una pinna paria tria ad septem, trifidæ eæ, & quinquefidæ, lanceolatæ. Tota folia punctata sunt & reticulata. Calycis squamæ virentes, ora dilute fusca. Petala plana quatuor & quinque, perbrevia, alba aut rubra: discus ochroleucus aut ruber.

γ Millefolium odoratum minus Monspeliensium SCHEUCHZERI *Itin. VII.* p. 515. quod PELLETIER describit p. 271. mera varietas est, quam in arce Sedunensi legeram, tum circa *Branson* ad vias. Quando calor æstivus plantulam adussit, diversa videtur a se ipsa, foliorum laciniis magis capillaribus, tota & inprimis folia valde lanuginosa. Verum per omnes medios gradus a vulgari in istam *tomentosam* varietatem degenerasse vidi. Separat LINNÆUS *m)* de alia forte planta locutus. Ad nobilem refert Cl. GOUAN *flor.* n. 372.

δ *Millefolium alpinum* CLUS. *Pann.* p. 562. SCHEUCHZER *Itin. IV.* p. 338. flore albido mera varietas in *Gemmio* monte lecta.

Planta subadstringens, paulum aromatica, terreis elementis abundans *n)*, ut vis in mucilagine sit *o)*, tamen ut & aquosum extractum & resinosum vires habeat *p)*. Destillantem ad ignem dat aquam cæruleam *q)*, in qua cæruleum, penetrabilis odoris, oleum *r)* natat. Ipse spiritus *cohobatus*, iterata destillatione, cæruleus prodit *s)*, quem modum etiam NEUMANNUS laudat *t)*, nisi malis extracto admisto spiritum confirmare. Tinctura spirituosa, & extractum cum spiritu vini paratum, meliora sunt aquosis, & magis balsamica *v)*, & tincturam STAHLIUS plurimi fecerat, alii minoris *x)*. In sale sulfur est, & alkali volatile *y)*.

Succus ad aliquot uncias epotus ad fluorem album compescendum, ad gonorrhœas, ad hæmorrhagias laudatur, & ad pulmonum vitia. In hæmorrhoidibus coercendis in se ipso expertus BUCHWALDUS *z)* laudat; in hæmoptysi alii *a)*, & in uteri sanguineo fluxu *b)*, aut sanguinis post nimium nixum de intestino stillicidio *c)*. Idem post lithotomiam vulneris confirmationem adjuvat. STAHLIUS vix alio *d)* tonico medicamento & stomachico frequentius usus est; in febribus intermittentibus, morbo hypochondriaco *e)*, phthisi, alisque malis F. HOFMANN. Cum scordio & melle, phthisin sanasse KELLNERUS. Infusum, quale theæ est, ad cardialgias, ad suppressa lochia, ad colicos dolores adhibetur; & ad pulmonis morbos decoctum cum cortice peruviano *f)*. Ad dolores hæmorrhoidum cæcarum specificum esse STAHL *g)*. Unguentum ad hæmorrhoides cæcas commendatur *h)*. Aquam vinosam WELSCHIUS ad calculum exhibet *i)*.

Neque pecori ingratum est *k)*, ad scabiem pecudum utile *l)*.

108. ACHILLEA foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, incisis & integris.

Stratiotes millefolium MATTHIOLI p. 1007.

Millefolium s. Achillea DODON. p. 1000. *icon.*

Mille-

m) *Spec. II.* p. 1268.
n) NEUMANN p. 372.
o) ibid.
p) ib. p. 373.
q) NEUENHAHN *biblioth.* T. II. p. 477.
r) IDEM ib. NEUMANN. CARTHEUSER *mat. med. part. post.* p. 121. qui addit, ex pingui solo natum cæruleum dare oleum, flavum si in macro. Negat sibi cæruleum provenire ILL. SPIELMANN *Inst. Chem.* p. 188. Ex floribus potissimum habuit NEUMANN II. P. 3. p. 368.
s) GMELIN *flor. Sibir.* T. II. p. 199.
t) NEUMANN iq. p. 374.
v) CARTHEUSER.
x) TRALLES *Hist. Choler.* p. 328.
y) GMELIN *Comm. Petropol.* T. V. p. 290. 291.
z) p. 178. Infusum theiforme STAHL *de specif.* p. 33.
a] *Bresl. Saml.* 1718. mens. Mart. LANG. *de millefol.* p. 14.
b] THOMASIUS ib. p. 16.
c] CHOMEL *plant. medic.* p. 574. Succo ad sex uncias dato.
d] Princeps vulnerarium medicamentum BUCHWALD, p. 129.
e] HEISTER *med. germ. indig.* p. 29.
f] LOESECKE *Arzneymitt.* p. 432. 433.
g] De *alternat. & specif.*
h] *Hamb. Magaz.* T. 18. p. 487.
i] *Mictomim.* ib.
k] Amatur SCHREBER *Saml. III.* p. 57.
l] KALM *resa* p. 299.

Millefolium purpureum majus C. B. *Prodr.* p. 72. I. R. H.
Purple tanzy leaved Achillea HALE *Eden. t.* 55.

Vel notabilis varietas est, vel vera planta *m*). In pratis circa *Curiam* Rhætorum C. B. in M. *Generoso* Cl. LA CHENAL.

Caulis cubitalis, erectus. Foliorum alia proportio. Breviora sunt & latiora, nervo lato, pinnarum paribus paucioribus, vix supra sedecim. Sed quæque pinna multo latior est, semipinnata, lobulis sæpe simplicibus, tamen etiam breviter incisis, dentibus binis ternisve. Puncta habent. Umbella floralis & reliqua similia. Calycis glabri oræ fuscæ.

109. ACHILLEA foliis tomentosis, duplicato pinnatis, pinnis remotis, pinnulis semipinnatis *Cat. rar.* u. 930.
Nobile Millefolium TRAG. p. 476. bene.
Tanacetum minus album odore Camphoræ C. B. *Basil.* p. 40. *&c.*
Openleaved Yarrow HILL. II. *tab.* 65.
Achillea foliis bipinnatis, inferioribus nudis, planis, superioribus obtusis, tomentosis, corymbis convexis, confertissimis LINN. II. p. 1268.

C. B. in agrorum limitibus versus *Häsigen*, & ad *Wiesæ* pontem in arenosis. Versus *Alschweiler*, *Hägenheim* & *Neuweyher* Cl. LA CHENAL. Biennæ abunde ad vias inter vineas, & Neocomi. In Valesia circa *Gonthey*, & alibi.

A vulgari Millefolio satis manifesto differt *n*), cubitali caule & multo altiori, folioso, anguloso, tomentoso: foliis laxius divisis, pinnis a se invicem remotis, paucioribus, ad paria decem, duodecim, pinnis iterum pinnatis, pinnulis semipinnatis, laciniis parium fere ad sex usque, lanceolatis aut bifidis, demum varie incisis, minoribus intermistis. Folia dum siccantur, contrahunt se, ut habitus obtusus fiat. Non punctata sunt. Flores umbellati, calyces lanuginosi, subfusci; semiflosculi albi, tum flosculi, sed tubæ flavæ. Radii amant contra calycem reflecti. Odor multo gratior, & acrius aromaticus.

Hanc speciem oporteret in medicinam recipere, quæ multo plus virium, quam vulgaris species, promittat.

*110. ACHILLEA foliis hirsutis, pinnatis, pinnis acute dentatis, latescentibus *Emend. IV.* p. 22. n. 61. †

Rarissima planta in *Valesiæ* decuria Gomsensi provenit, haud procul Rhodani fontibus.

Credas Te *Pyrethrum* 95. videre, sed character distat. Radix perennis, lignosa, ramosa, caules educit multos, rectos, cubitales, non ramosos, nisi umbellam velis. Folia pinnata, petiolo longo, pinnarum paribus decem, & ultra. Primæ pinnæ parvæ sunt, mediæ maximæ, ultimæ cum nervo folii confluunt. Porro eæ vel palmatæ sunt, cum dentibus quatuor aut quinque, vel semipinnatæ, acute dentatæ, dentibus deorsum longioribus, ut ad id latus quasi lobulus fere tridentatus accedat. Umbella laxior caulem terminat; calycis squamis per oram fuscis. Semiflosculi albi, obtuse tridentati: discum squamæ distinguunt longæ, fuscæ, obtusæ. Semiflosculi quinquefidi, albi. Odor gratus, acutus.

111. ACHILLEA foliis pinnatis, glabris, pinnis simplicibus, & multifidis.
Parthenium alpinum CLUS. *Pannon.* p. 262.
Matricaria alpina chamæmeli foliis SCHEUCHZER *Itin. IV.* p. 338. cum flores non multo majores faciat, quam vulgari Millefolio.
Chamæmelum alpinum, saxatile, perenne, flore albo, singulari, calyce nigricante TILLI *hort. Pisan. t.* 19.
Achillea foliis pinnatis, pectinatis, integriusculis, pediculis villosis LINN. *Spec. II.* p. 1267.

In saxosis alpium passim, & ad rivos alpinos: in *Lioson*, *Javernaz*, *Enzeindaz*, *Ovannaz*, *Chapuise*, *sur Champ; Grimsula*, *Gemmio*, *Furca*, a me lecta, & in M. *Kahlenberg*, *Stafelberg*.

Radix nigra, lignosa, fibris teretibus ramosa, fervida, saporem in lingua durabilem pyrethri relinquit. Caules multi, duri, pedales & dodrantales. Folia viridia, subhirsuta, pinnata, pinnarum paribus ad decem & duodecim, nervo lato, pinnis linearibus, acutis, simplicibus, non raro etiam in tres, quatuor, vel quinque, lacinias discerptis. Vidi laxe divisa, pinnis ex apice bicornibus, tricornibus, floribus paucissimis. Umbella ramos terminat, petiolis tomentosis. Flores majusculi, ad 8. lineas lati. Calyx levis, ora squamarum nigra, & squalente. Semiflosculi

 abi,

m] Separat foliis alternis JUNG.

n] Ad ROSEN *obs.* p. 48.

albi, tridentati, sex, octo & decem. Squamæ inter flosculos fuscæ, flosculi albi, tubo stamineo flavo.

Radix alpicolis ob pyrethri saporem aliquo in usu est. SCHEUCHZERUS cum spiritu vini ait destillari. Sed nostra inodora est. Vereor ne cum sequente confundat.

112. ACHILLEA foliis pinnatis, pinnis simplicibus glabris punctatis *Emend. II.* p. 39. n. 87. †

Iva moschata GESNER *epist.* p. 66.

Assenzo III. alpino umbellifero PONA *Bald. Ital.* p. 120.

Tanacetum alpinum odoratum C. B. P. SCHEUCHZER *Itin. II.* p. 142. *Itin. VI.* p. 462.

In alpibus summis. In *Veragricis* passim, *Jeman*, *sous la dent de Morcle*, in ditione Aquilejensi, in M. *S. Bernhardi*, *Gotthardo*, *Furca*, supra *Bagnes*, in M. *Speluga*, *Rossboden*, *Kahlenberg*, *Stafelberg*, *Simplon*, in M. *Prægallensibus* SCHEUCHZER: in M. *Braulio* J. GESNER. In M. *Bernina* R. DICK.

Cum Achillea 111. proxime convenit, ut non continuo discrimen invenias, si ab odore grato, aromatico, recesseris. Radix tamen non acris est; caules humiliores; petioli minus tomentosi. Folia viridiora, simpliciora, pinnarum non supra decem paribus, foveolis exsculpta, pulposa, ad lentem vitream reticulata. Squamæ calycinæ levissime subhirsutæ, breviores, magis compactæ, fuscæ, neque nigræ. Flores minores.

Hæc est verior species *Genipi*, alpicolis celebrata: ob egregium enim odorem infusum theiforme ad movendum sudorem adhibetur, calidum tamen *o)*, & facile nociturum in pleuriticis, si febris magna fuerit *p)*.

Achillea GMELINI *tab.* 83. f. 1. nimis alta videtur, & flores habere multo minores, radicem non perinde lignosam, neque amicus noster aromatici odoris meminit.

β Varietatem foliis hirsutis, odore etiam diversam, nolim tamen distinguere *q)*.

113. ACHILLEA foliis tomentosis, pinnatis. pinnis simplicibus & incisis.

Achillea αλπικοχβαμαλος RICHER.

Millefolium alpinum incanum, flore specioso I. B. III. p. 138. SCHEUCHZER *Itin. II.* p. 138.

Millefolium tomentosum, odoratum BOCCONE *mus. di piant.* T. 120.

Millefolium alpinum flore specioso SCHEUCHZER *It. IV.* p. 338.

Achillea foliis pinnatis, lanugine totis obsitis, floribus albis, umbellatis ALLIONE p. 9. *t.* 2.

Achillea foliis pinnatis, dentatis, hirsutissimis, floribus glomerato umbellatis LINN. *Spec. II.* p. 1267.

In summis alpibus. Sub *Furcæ* culmine legi; SCHEUCHZER in altissimis M. *Prægallensium & Aversanorum.* In *Hinterhein* Cl. SCHINZ. In *Furcula* Cl. DICK. In M. *S. Bernhardi*, alpibus supra *Bagnes*, montibus vallis *S. Nicolai*, *Sempronio*, *Stafelberg*, *Kahlenberg*, *Schönbühl* &c. Valesiæ.

Cum priori 112. per varietatem β consentire videtur. Humilius tamen est, caule sæpe incurvo, cum foliis tomento obducto. Folia pro portione longa, pluribus pinnarum paribus, pene æqualibus, primis ex radice simplicibus, ulterioribus incisis trifidis, quinquefidis, semper lanceolatis. Caulinorum pinnæ sæpe simplices, parallelæ. Foveolæ balsamo plenæ minus conspicuæ. Umbellæ conpactæ, angustæ, planæ. Calyx hirsutus, oris nigris. Semiflosculi lati, obtusi, tridentati, albi. Tomentum per ætatem non dejicit.

Odor aromaricus, diversus a priori, & aliquanto debilior. Satis a priori diversum videtur, cum tomentum nunquam per ætatem dejiciat. Etiam hoc pro *Genipi* venditur.

114. ACHILLEA foliis tomentosis, longe petiolatis, palmatis *Cat. rar.* n. 925.

Absinthium montanum, umbelliferum CLUS. *Pann.* p. 553. 555.

Absinthium umbelliferum CLAVENNÆ in proprio libello, qui a CLUSII planta separat.

Antabsinthium P. DE SPRECHIS minus bene.

Achillea foliis laciniatis, planis, obtusis, tomentosis LINN. *Spec. II.* p. 1266.

C. B. & WAGNERUS in alpibus helveticis ajunt reperiri. In M. *Generoso* sola folia legerunt D. LA CHENAL & CHATELAIN.

Radix pulchræ plantæ lignosa, longa, aspera. Caulis ad terram foliosus, superne fere nudus, dodrantalis, hirsutus, laxa umbella florigera terminatus. Folia radicalia utique fere absinthii similia, albo tomento plano & adpresso obducta: nervo longe nudo, latiusculo, & latescente, fine palmato in aliquot dentes subito inciso, aut semi-

o] *Journ. Helvet.* 1758. Mens. Sept.

p] Monet ibidem Cl. NEUHAUS, & ILL. TISSOT *Avis au Peuple* p. 129.

q] *Emend. II.* p. 40. n. 88.

semipinnato, pinnis ad septem usque, simplicibus, aut unico dente notatis. Flores in umbella fere vigeni. Squamæ calycis subhirsutæ, ora fusca. Semiflosculi fere octoni, albi, tridentati.

115. ACHILLEA foliis pinnatis, pinnis acute serratis, extremis confluentibus *Cat. rar.* n. 923.
Dracunculus alpinus foliis scabiosæ C. B. *prodr.* p. 39.
Ptarmica alpina matricariæ foliis TRIUMPHETTI *obs.* p. 83. BOCCONE *tab.* 150. Iconem dedit etiam ZANONI *nov.* p. 186. *tab.* 142.
Irregular leaved Yarrow HILL. II. *tab.* 67.
Achillea foliis pinnatis, planis, inciso serratis, extimis majoribus coadunatis LINN. *II.* p. 1265.
In alpinis non rara, ut in M. *Taveyannaz*, *Lioson*, *Richard*, *la Varaz*, *Chapuise*, *Orgevaux Aquilejensium; au Trient*, in M. *Salanfe*, *Sempronio*, & alibi in Valesiæ alpibus. In via per M. *Grimsulam*, per M. *Gotthardum*, sursum a *Ponte diaboli*, in monte *Furca*, *Speluga*. In M. *Furkmatt*, & apud *Abbatiscellanos*: & supra *fabarias Thermas* J. GESNERUS & C. BAUHINUS. In *Albula* M. HUBERUS.
Radix lignosa, crassissima, capillata. Caulis erectus, non ramosus, & tamen cubitalis & tripedalis. Folia pinnata, plana, latiuscula: pinnarum paribus tribus majoribus, extremo pare demum cum nervo confluente. Eæ pinnæ glabræ sunt, nervis subhirsutis, omnes acutæ & profunde circumserratæ, ut tamen deorsum profundiores dentes educant, & pene semipinnatæ sint. Flores in umbellam laxam, quæ caulem terminat. Calyx ex ovato contrahitur, squamis dense congestis, ovatis, cavis, ora fusca. Semiflosculi a quinis ad octonos, albi, profunde tridentati, quorum longitudo latitudinem superat. Discus convexus, flosculi quinquefidi; pali fusci, oblongi, flos cæterum totus albus.
Tota planta odorem gratiorem ptarmicæ spirat, sed potissimum florum gratus est odor.

116. ACHILLEA foliis semipinnatis, pinnis minutissime serratis *Enum.* n. 3. *Cat. rar.* n. 924. GMELIN. *flor. Sibir* T. II. n. 161.
Ptarmica alpina Millefolii folio BOCCONE T. 101.
Achillea foliis lanceolatis, dentato serratis, denticulatis, tenuissime serratis LINN. *Spec. II.* p. 1266.
Nunquam in alpibus nostris reperi, sed in Catalogo inter alpinas SCHEUCHZERUS recensuit.
Folia longa, angusta, semipinnata, nervo folioso, pinnis lanceolatis, acutissime dentatis, in apice sæpe perargute incisis. Umbella laxa caulem terminat: calyx pallens; flores cæterum fere ptarmicæ.

117. ACHILLEA foliis linearibus, lanceolatis, acutissime serratis.
Ptarmica p) CAMER. *Epit.* p. 354. BLAKWELL *tab.* 276.
β Flore pleno CLUS. cum icon.
γ *Ptarmica alpina foliis angustis, partim serratis, partim integris* BOCCONE *Mus. di Piant.* p. 107. T. 85.
In pratis subhumidis vulgaris.
Caulis firmus, cubitalis & major, ramosus, erectus. Folia firma, fragilia, levia, longa, longissime lanceolata, per oram minutissime, sed vere serrata, dentibus æqualibus, innumeris. Flores in umbellas laxas, toti cum disco albi, tubis fuscis. Semiflosculi pauci, ad undecim. Calyx & paleæ disci subhirsutæ, barbatæ.
Odor acris, aromaticus. Sternutationem ciet *q)*, salivam masticata movet, ad mucosas faucium obstructiones valet BOERHAAVE. Pecori grata est *r)*.

RADIATÆ.

II. DISCO PALEIS DISTINCTO.

I. SEMINIBUS CORONATIS.

BUPHTHALMUM *s)* LINN. *gener.* n. 977.

ASTERISCUS TOURNEFORT. t. 283. VAILLANT. p. 331.

& ASTEROIDES VAILLANT.

Ab Achillea & a Chamæmelo differt seminibus *t)* margine inciso & multifido coronatis. Flosculorum disci seminibus marginatis, peeinde coronatis *v)*.

118. BUPH-

p] Ptarmica exiguus frutex, surculos habet multos, rotundos, folia oleæ longa, multa, capitulum anthemidis parvum, rotundum, quod sternutamentum excitat DIOSCORID. L. II. c. 156. Nostræ folia non sunt oleæ.
q] WIGAND. *boruss.* p. 64. b.
r] SCHREBER III. *Saml.* p. 68.
s] Buphthalmum caulibus tenuibus, mollibus, foliis fœniculi, luteo flore, anthemidis majori, oculi similitudine DIOSCORID. III. c. 139. non est nostrum.
t] VAILLANT. *fig.* 38. BERKHEY T. V. f. 36. 37.
v] TOURNEF. Q. BERKHEY *tab.* 5. f. 38. 39.

118. BUPHTHALMUM foliis imis petiolatis, ovatis, ſuperioribus amplexicaulibus, lanceolatis, hirſutis, rariter dentatis.

Aſter Pannonicus Clus. *pann.* p. 526. 527.
Conyza major altera Thal. *ic. II.* p. 21.
Aſteroides hirſuta Michel *hort. flor.* p. 12.
Buphthalmum foliis alternis lanceolatis, ſubſerratis, villoſis, calycibus nudis, caule herbaceo Linn. *Spec. II.* p. 1275.

Noſtra perpetuo ſubhirſuta eſt & ſubaſpera, auſtriaca leviſſime ſubhirſuta. Non alpina eſt, ſed ſubmontana. In M. *Bözberg*, & *Hauenſtein*, circa *Langenbruck*, in M. *Farnspurg*, qui ſunt ex humillimis Juræ dorſis. In pratis ſalinarum Aquilejenſium. Verſus *Fenalet* ad viam, quæ ducit *aux Fondemens.* Circa cavernam *Beati*, ſupra lacum *Thunenſem.* Circa *Weſen*, *Ragaz*, & *thermas fabarias*: in valle *Lepontia*, *Mendriſii*, & in M. *Cenero*, *Pilato*, *Uetliberg.*

Caulis rectus, cubitalis & altior, hirſutus, ramis erectis, unifloris. Folia radicalia petiolata, ovata; ad caulem amplexicaulia, longe elliptica, lanceolata, hirſuta, per oram rariter ſerrata. Flos nudus, ſpecioſæ magnitudinis, ſummum caulem ramuma terminat. Calycis ſquamæ duorum & trium ordinum, ovato lanceolatæ, firmæ, hirſutæ. Semifloſculi flavi, trinervii *x*), tridentati, numeroſi; diſcus potius fuſcus.

Hic eſt forte *Aſter luteus Italorum*, cujus ſucco circa vulnus inuncto adjutus canis aliquot viperæ vulnera pertulit *y*).

119? BUPHTHALMUM foliis conjugatis, flore nudo nutante. †

Cannabinæ aquaticæ ſimilis capitulis nutantibus C. B. *prodr.* p. 138.
Conyza capite nutante I. B. II. p. 1055. cum icone.

Michelfeldæ C. B. in humidis.

Hic plantam refero, quam inter ſtirpes C. B. ſiccas vidi, non alias, & cujus exemplum inter ſtirpes Hagenbachianas eſſe Cl. la Chenal monuit.

Caulis cubitalis, ex ſummitate ramoſus. Folia conjugata, hirſuta, ſerrata, lata baſi caulem amplexa, lateſcunt inde & lanceolato fine terminantur. Sub ramis folia ſolitaria. Flores prodeunt ex alis ſummorum foliorum, corona folioſa deſtituti, nutantes. Calycis ſquamæ laxæ, paucæ, ad quinque, ex ovatis lanceolatæ, concavæ. Semifloſculi breves & latiſſimi, tribus amplis dentibus. Squamæ inter floſculos ellipticæ. Staminum vagina eminens, & longa tuba. Semifloſculorum ſemen latum, planum, utrinque acuminatum, levi pappo coronatum. Floſculorum ſemen paulo craſſius videtur. Adparet ad Buphthalma pertinere, non ad Bidentes, etſi habitu conſentit. Nuperi omnes hanc plantam ignoraſſe videntur, veram utique, etſi non potuit circa *Michelfelden* reperiri.

BIDENS Tournef. T. 262. Linn. n. 932.
CERATOCEPHALUS Vaillant. p. 326.
& COREOPSIDIS ſpecies Linn. n. 981.

Hoc genus inter radiatas & diſcoideas ambigit, his propius: cum tamen nonnunquam veros & ſpecioſos ſemifloſculos producat, cum radiatis reliqui, Vaillantium ſecutus. Calycis ſquamæ laxæ, obtuſæ, ſimileſque in diſco inter floſculos ſquamæ *z*). Flos plerumque nudus, ſolis fit floſculis androgynis *a*), campanulatis, quadrifidis & quinquefidis. Semen planum, medio dorſo utrinque eminente diſtinctum, coronatum ex ſuis angulis duabus perpetuis, retrorſum hamatis, ariſtis, quibus duæ aliæ minores, non raro, medio ex dorſo accedunt, alias unica *b*). Frequenter etiam, certe in ſpeciebus noſtratibus, ſemifloſculi *c*) in ambitu trideutati, colorati, ſpecioſi, ſteriles, accedunt, tuba deſtituti, & abortivo ſemine fulti *d*).

120. BIDENS foliis ſeſſilibus, ſerratis, floribus nutantibus, circumvallatis.

Eupatorium aquaticum femina ſeptentrionalium ſtellato & odoro flore Lobel. *ic.* p. 429.
Bur Marygold Petiver *tab.* 20.
Bidens foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, ſeminibus erectis Linn. *Spec. II.* p. 1165. Conf. *Oelanska reſa n.* 334.

β *Eupa-*

x] Berkhey T. III. f. 26.
y] Valisneri T. I. p. 359. Seguier II. p. 233.
z] Tournefort A.
a] Idem.
b) Vaillant. *fig.* 48. Tournef. K. F.
c) Quatuor eſſe ariſtas Bobart in *epiſt. poſt* Raii Epiſtolam.
d) Tournef. D. E. ſed fertilem pingit.

β *Eupatorium Cannabinum chrysanthemum* TABERN. p. 117.
Conyza palustris foliis serratis LOESEL *flor.* p. 54. *ic. II.*
Bidens in Hibernia radiatus RAI *de method.* p. 97.
Hepatorium aquatile folio non diviso, flore aureis undique petalis radiato TRIUMPHETTI p. 65. HIST. OXON. III. p. 17. *tab.* 5. *fig.* 25.
Bidens cernua HILL. II. T. 18.
& *Coreopsis bidens* EJ. *t.* 35.
Coreopsis foliis lanceolatis, serratis, oppositis, amplexicaulibus LINN. II. p. 1281. *Wästgöta resa* p. 160. 272. ROSEN *observ. n.* 40.
Ic. NEBEL. f. 3.
Multas varietates seminis aristis 2. 4. flore specioso aut non specioso habet MICHELI *hort. flor.* p. 16.

γ Annon etiam huc pertinet *Verbesina minima* DILLEN. *Cat. Giess. nov. spec.* p. 66. *Syn.* RAI p. 188. *t.* 7. *f.* 2.
Bidens foliis lanceolatis, sessilibus, flore seminibusque erectis HUDSON *flor. angl.* p. 310. LINN. *Spec. II.* p. 1165.
Bidens Dilleniana HILL. T. III. *t.* 89.
Huic folia perangusta & parum dentata, statura semipedalis. Mihi idem & erecta capita habere visus est, & nutantia.

δ Foliis subrotundis TARGIONIUS *viagg.* IV. p. 237.

Vulgo in fossis & locis aquosis Bernæ, circa *Mathod* & alibi.

Caulis erectus, cubitalis, ramosus. Folia conjugata, patula, elliptica, etiam ovata, lanceolata, undique serrata, basi ad caulem sessili, hamis obtusissimis. Flores aliquot, in ramis ex alis prodeuntibus congesti: non raro foliis viridibus, ligulatis, lanceolatis, integris succincti, ut aliqua Buphthalma, alias nudi. Calycis squamæ ovatæ, lineis nigris lineatæ, sæpissime in naturam floralem degenerant. Accedunt minime raro radii flavi, patentes, speciosi, unici ordinis. Flosculi concolores, aristæ fere quatuor, quarum duæ breviores.

Plantam β nulla præter semiflosculos nota distinguere possum. Sed ii etiam in Chamæmelis, Senecionibus aliisque floribus radiatis sæpe desunt.

Plantam γ separat amicus noster Cl. HUDSON, & nunc etiam LINNÆUS, potissimum ob erectos flores; sed ii etiam in nostra, non raro, ante plenam maturitatem eriguntur. Nobis icon DILLENIANA plurimum convenire visa est, cum novis plantulis autumno repullulantibus. Si vere differt planta DILLENII, eam nondum in Helvetia reperi. Nostra planta sæpe perinde semiflosculis abundat.

Acris odor plantæ tritæ vires promittit. Cum ergo Acmellam videret de genere esse Bidentis Cl. NEBELIUS, eiusque discipulus Cl. BLANKENHORN, facta analysi easdem in bidente vires esse sibi persuaserunt, quæ sint in Acmella. Post abactam aquam, & oleum destillatum, residuum, in aqua non in vini spiritu solubile, suavi est odore, & residua herba e) dat aquam vires plantæ habentem, iterumque oleum empyreumaticum tenuius, & crassius, præter empyreumaticum subacidum liquorem. In capite motruo etiam nitrum est, & sal fixus & ferrum. Etiam hanc plantam tinctoriam esse, & flavo tingere LINNÆUS f). Extractum resinosum viridi tingit NEBEL.

121. BIDENS foliis petiolatis, trilobatis & quinquelobatis, serratis, floribus circumvallatis.
Cannabina aquatica folio tripartito diviso C. B.
Bidens tripartita HILL. III. *t.* 89.
Bidens foliis trifidis, calycibus subfoliosis, seminibus erectis LINN. II. p. 1165.

β Flore radiato.
Conyza palustris foliis tripartito divisis LOESEL p. 53. *fig.* 10.
Trifid Bur Marygold PETIVER *tab.* 20.

γ Foliis supremis tridentatis BLANKENHORN *Acmell. Palat. fig.* 1.

Cl. MICHELI habet varietates foliis imis trilobatis, superioribus integris, & flore luteo radiato g).

Iisdem locis, etiam vulgatior.

Caulis bipedalis, valde brachiatus. Folia ex petiolo communi trilobata, quinquelobata g*), profunde serrata. Medius lobus amplior, rhomboideus: Suprema folia petiolata, ovato lanceolata. Sub flore corona foliorum viridium, ciliatorum. Calycis squamæ virides, nigro lineatæ, interiores sæpe squamæ florali margine flavo luxuriant, & demum corona semiflosculorum accedit. Aristæ fere tres, quarum duæ persistunt. Semen medium linea percurritur, quasi granulis facta; lineæ laterales ciliatæ sunt.

 Vires

e) *Comm. Lit. Nor.* 1745. *hebd.* 46.
f) *Olanska resa* p. 97. 334.
g) *Hort. flor.* p. 120.
g*) NEBEL. f. 6.

Vires eædem videntur. Et ipſa oleum dat aquæ innatans, & liquorem empyreumaticum, ſed alcaleſcentem, qui priori acidus ſit. In calce ſal cubicus.

Vires prioris potius meliores habet *h*). Inter Vulnerarias in America habetur *i*): ad reſolvendos humores laudat APOLLO *k*), flavo colore tingit, ſi linum cum alumine in aqua maceratum, ſiccatum, iterum cum bidentis decocto maceratum, demumque incoctum fuerit *l*).

FLORE COMPOSITO.
DISCIFERO.
III. RADIIS NUDO. FLOSCULOSÆ *m*).

CORYMBIFERÆ VAILLANT. *Mémoir. de l'Acad.* 1719. p. 277.

Hæc claſſis a priori radiorum defectu differt, ut ſolos campaniformes floſculos, aut certe femineos, ſola tuba cum graciliſſimo tubo conſtantes habeat. Non pura eſt. Nam & aliquæ radios habent, ut Tuſſilago, Petaſites; aliæ radiorum imaginem, ut Xeranthemum. Deinde a Capitatis difficilius ſeparantur, quibus eadem omnino natura eſt, niſi quod floſculi multo longiores ſint, & tuba valde breviter inciſa: deinde caput floridum planius, latius, non perinde longum, neque ventricoſum. Separavit etiam in claſſibus naturalibus LINNÆUS *n*), & pleraſque *nucamentaceas* vocat, alias inter radiatas admiſcet.

I. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.
I. SEMINE CORONATO.

XERANTHEMUM VAILLANT. *Mem. de l'Acad.* 1718. inter Capitatas. TOURNEFORT *tab.* 284. LINN. n. 947.

XERANTHEMUM habet ſquamas calycis multorum ordinum, primas ovatas *o*), ariſtatas, intimas longe lanceolatas, pungentes, ſiccas omnes & ſplendentes, expanſas, ut radiatum florem referant *p*). Floſculi in ambitu *q*) feminini ſtricti, longique, impoſiti ſemini villoſo, quinque triangularibus *r*) glumis coronato. Interiores floſculi latiorem campanulam habent *s*), de qua vagina ſtaminea eminet *t*). Diſcus plenus ſquamis longioribus, quam ſunt floſculi.

*122. XERANTHEMUM herbaceum foliis lanceolatis.
GESNER *ic. lign.* 72.
Ptarmica Auſtriaca CLUS. *Pann.* p. 548. 549. bene.
Jacea oleæ folio minori flore, C. B.
Xeranthemum capitulis inapertis Enum. p. 709.
Xeranthemum herbaceum foliis lanceolatis, patentibus, caule herbaceo LINN. *Spec. II.* p. 1201. cum multis varietatibus.
Xeranthemum MILLER *tab.* 297.

Frequens ad vias Valeſiæ, circa *Sedunum*, *Sideram*, *Leucam*, *Saillon*.

Caules ex non magna radice numeroſiſſimi, duri, una cum foliis lanugine tecti, folioſi. Folia linearia, lanceolata, hinc ſubatra, inde incana. Singulum ramum ſuus flos terminat, quem menſe Julio inapertum reperi, ſed ſeriori demum tempore idem autumno expanditur, calycis ſquamis nitentibus, albis aut purpuraſcentibus. Calyci ſimiles inter floſculos bracteæ.

Non fætet, etſi ita fert nomen MORISONI.

I. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.
II. SEMINE NUDO.

SANTOLINA TOURNEF. T. 260. p. 311. VAILLANT. LINN. n. 942.

Calyx ſquamoſus, imbricatus, hemisphæricus *v*). Floſculi *x*) omnes androgyni *y*), innati ſemini prismatico *z*), quadrangulari.

*123. SAN-

h) *Comm. Lit.* l. c.
i) HUGHES *Barbad.* p. 214.
k) Præfert Eupatorio p. 48.
l) JÖRLIN *plant. tinctor.* n. 68. KALM p. 98. LINN. *reſa &c.* p. 101. LINDER *färgek.* p. 89.
m) Ex folis fiſtularibus JUNG c. 20.
n) n. 49. α & ζ.
o) DILLEN. l. c. D.
p) TOURNEFORT A. B.
q) Majores eſſe, & inæqualibus laciniis DILLENIUS *nov. gen.* p. 100. *tab.* 8. A.
r) TOURNEFORT H. I.
s) Æqualiter dividi DILLEN. l. c. B.
t) TOURNEF. C. D. MILLER.
v) TOURNEF. F.
x) VAILLANT. *fig.* 8. TOURNEFORT A. A.
y) *fig* 13. TOURNEF. B. C.
z) *fig.* 34.

*123. SANTOLINA pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis LINN. *Spec. II.* p. 1179.
Polium Theophrasti & Dioscoridis COLUMN. *ecphras.* p. 54. optime.
Santolina foliis teretibus I. R. H.
Abrotonum femina a) LOBEL. *ic.* p. 768. BLAKWELL p. 346. *incanum hispanicum* BARRELIER *ic.* 463.

Circa *Fouly*, etsi non sum certus, plantam vere spontaneam esse.

Formosa planta, fruticosa, ex eadem radice plurimos caules pedales fundit, cum foliis tomento tectos. Folia nervo magno, valente, alias unice pinnata sunt, pinnis utrinque brevibus, obtusis, simplicibus, etiam bicollibus; alias, & in progressu folii etiam potissimum, pinnæ teretes, breves, ovatæ quatuor, in lineis de petiolo excurrunt, & alterne sibi hinc & inde anterius & posterius succedunt. Flores solitarii in summis ramis longe nudis. Calyx glaber, durus, squamis ovato lanceolatis, interiorum oris albentibus: discus flavus. Odor aromaticus.

II. PLACENTA PILOSA.

APSINTHIUM *Cat. Gott.* p. 371. PONTEDER p. 223. *b)*

ABSINTHII T. ARTEMISIÆ LINN. *Spec.*

Ab Artemisia differt placenta lanata, quæ etiam Andryalæ characterem constituit. Ex Sibiria plures species accesserunt.

124. APSINTHIUM foliis incanis, pinnatis, pinnis primis bilobatis, pinnulis incisis, lanceolatis, spicis heteromallis, floribus pendulis *Enumer.* p. 696. n. 4. Adde GMELIN. *Sibir. II.* p. 63.
Absinthium CAMERAR. *Epit.* p. 652. BLAKWELL *tab.* 16.
Absinthium montanum s. romanum TABERNÆM. p. 1.
Absinthium foliis compositis, multifidis, floribus subglobosis, pendulis, receptaculo villoso LINN. *Spec. II.* p. 1188.

Ad vias Valesiæ; sed inprimis inmensa copia ultra *Lavey*, qua circumitur rupes, cui mapalia *Morcle* insidet. In Rhætia ad vias. In Ponto vulgare *c)*; ex quo nostrum sumere jubet SALADIN *d)*, & MESVE *e)*.

Caulis erectus, durus, angulosus, bipedalis, ramosus & foliosus. Folia superne cum tomento virent, inferne tomento nitente sericeo obducuntur, ad folium adpresso; mollia eadem & plana, nervo lato, foliaceo, latescente, pinnato, pinnis primis bilobatis, pinnulis inæqualiter bifidis, trifidis, quadrifidis, etiam semipinnatis, laciniis ultimis obtuse lanceolatis. Ex alis foliorum rami ferentes spicas in unum latus vergentes: flores ex petiolis unifloris penduli. Calyx hemisphæricus, squamis glabris, ovatis, imbricatis, ora albente. Placenta papposa. In ambitu flosculi feminini, tubo minimo, tuba longa, bicorni: interiores in disco flosculi campaniformes *f)*; semina ex ovatis longa, acuminata. Discus planus, multiflorus.

Planta amara, odorata, aromatica, folia floribus tamen amariora, & viribus superiora *g)*, radices non amaræ, aromaticæ, calidæ, stomacho amicæ *h)*. Ante expansionem flores tamen meliores plus dant salis volatilis *i)*, & recens planta plus oleum fundit *k)*. In aqua de foliis stillante odor plantæ est, & oleum essentiale in spiritu plus est naturæ alcalinæ, & sal ipsum volatile concretum ad drachmam in libra adscendit. Si flores addideris, plus inest in liquore primo acidi. Sal fixus pure alcalinus est *m)*. Vires sunt in vinoso *n)* infuso, & in tinctura, cum nova semper herba repetito iterata, quæ mihi cum aqua cerasorum gratior videtur adsurgere. Cum fermentante melle paratam LUDOVICUS laudat *o)*. Eadem validior fit, si in ea oleum stillatitium dilueris *p)*. Ex seminibus spiritus cæruleus stillat: eadem rarius interno usu

a) Abrotonum femina arboris specie fruticans candicat, circum ramulos foliis seriphii modo minutim incisis, floribus referta est, comantibus in summo fulgore auri corymbis: suaviter olet cum gravitate quadam & amaro gustu DIOSCORID. III. c. 25.

b) *Apsinthium* CELS. L. IV. c. 4. Αψινθιον ARET. *cur. acut. I.* c. 1. &c.

c) BELLON. *obs.* p. 167. DIOSCORID. L. III. c. 23.

d) p. 258. b.

e) c. 12.

f) BERKHEY *tab.* 3. n. 23.

g) GEOFROI p. 10.

h) FLOYER *pharmacobasan.* p. 88. DIOSCORIDES &c.

i) HILL. *mat. med.*

k) FEISTL. *recent. med. præst.*

m) GEOFROI p. 9.

n) Vinum apsinthites jam PLINIUS habet L. XXVII. c. 28. & CELSUS L. VIII. c. 21.

o) *Oper.* p. 216. Cum secali fermentato FEHR.

p) HOFMANN. BURGGRAV.

usu veniunt *q*). In aqua coctum Apsinthium vires amittit, quæ sint in odoris partibus *r*); si coctio præcesserit, insipidus sal fit *s*) cum cubicis particulis.

Princeps est medicamentum stomachicum, quod tonum fibrarum ventriculi laxatum reparet; in cruditate acida, aut hypochondriaca, magnum auxilium est: longo usu podagram avertit, proprio meo experimento *t*). Quare etiam in ictero extractum *v*), & in hydropis initiis vinum *x*) apsinthites summo cum fructu adhibui, idque solum Cl. viris ad sanandum id malum suffecit. Nobis non videtur alvum purgare *y*), neque narcoticam vim satis confirmatam puto, neque noxiam oculis potestatem. De vi calculum tollente *z*) perinde amplio.

Febres intermittentes superavit *a*), cum cortex non posset: & de succo expresso ad scrupuli pondus cum theriaca sumto, aut de oleo ad paucas guttas hausto, exstat testimonium *b*). In oris fætore dat MESVE *c*). In nimia crispatione fibrarum & intemperie calida nocet *d*). Equos exercitus Russici circa *Agrachan* Apsinthio pastos intra unam diem periisse lego *e*). Vermibus adversum est, ut etiam anguillas necet *f*), quæ in aceto vivunt. Decoctum dabant veteres *g*). Cerevisia, in qua Apsinthium pro lupulo *h*) incoctum est, minus probatur, & inebriante vi superat *i*). Penetrabili vi lac vaccarum *k*) amarore imbuit. Vina facile in acorem transitura incoctum conservat *l*). Salem non puto quidquam ab aliis salibus diversum habere *m*). Subamarum esse PECHLIN *m**), sed alcalinum esse monet GMELINUS *n*). Eo quartanam PARACELSUS oppugnavit *o*). Externo usu cum vino coctum ingreditur fomenta, quibus gangræna inhibetur: tum ad ulcera sordida *p*).

125. APSINTHIUM foliis sericeis petiolatis, pinnatis, pinnulis trifidis & quinquefidis.

Absinthium alpinum candidum humile C. B. ALLIONE T. I. *fig.* 3. I. R. H.

Artemisia foliis palmatis multifidis, *sericeis*, *caulibus adscendentibus*, *floribus glomeratis*, *fastigiatis* LINN. II. p. 1187.

Multo rarior reliquis, in summis alpibus, circa glaciales montes reperitur, ut secundum magnum tractum glacialem inter vallem *Bagnes* & *Viege*, in M. *Chermontana*; in vallis *S. Nicolai* præaltis montibus, in M. *Sylvio* &c.

Habitus fruticosus. Ex magna radice multi caules dodrantales & humiliores. Folia radicalia sericea, longe petiolata, pinnis tantum duorum & trium parium, pinnulis unius, duorum, trium parium, laciniis lanceolatis. In caule pauca folia, perbrevia, palmata. Caulis pene absque foliis. Flores non alii, nisi in summo caule congesti, tres ad quinque, magni, majores quam in Apsinthio 126. pene sessiles, rotundi, plani. Calycis squamæ ovatæ, subhirsutæ, ora fusca. Flosculi plures, ad quadraginta, & ultra, plerique androgyni, pauci, ad novem usque, feminini. Placenta pappo distincta. Odor aromaticus, gratus. Lapsu aliquo exstat inter Artemisias *Emend. V.* n. 51.

126. APSINTHIUM ex alis floridum, foliis angustis, sericeis, pinnatis, pinnis trifidis, & quinquefidis *Emend. II.* n. 72. *Cat. rar.* n. 903.

Inter icones GESNERI æneas n. 34.

Assenzo alpino IV. PONA *baldo* p. 21.

Absinthium alpinum incanum C. B. *Prodr.* p. 71.

Artemisia n. 95. GMELIN. *flor. ex herb. siccis.*

An *Artemisia foliis palmatis*, *ramis adscendentibus*, *hirsutis*, *floribus globosis*, *pendulis*, *receptaculo papposo* LINN. *Olanska resa* p. 285. cum *ic.* & *Spec. II.*

Putem esse *Absinthium sericeum montanum*, *candidum* SCHEUCHZER *It. I.* p. 29. *tab.* 3. *fig.* 1. cum *ic.*

GÆBIUS ibid. p. 512.

Hæc

q) In cruditate BUCHWALD p. 74.
r) MULLER *de emend. opii* p. 13.
s) GREW. *idea of plants* p. 19.
t) Eo fine utebatur *Carolus V.* DESSENNIUS p. 845.
v) HEIDE.
x) GATENARIA p. 141. VESLING apud WELSCH *Episagm. obs.* 51. FEHR *Absinth.* p. 117.
y) SERAPIO L. VII. MESVE c. 12.
z) HAGSTROM *de gener. calcul.* p. 26.
a] Species hispanica QUER. *flor. Espann. II.* p. 146.
b] LANG. *Remed. Brunswic.* p. 110.
c] l. c.
d] GEOFROI. QUER. II. p. 150.
e] BELL *voyages* L. III. p 223.
f] BONANNI *micrograph.* p. 291.
g] MESVE ad uncias octo.
h] *Tour through great Britain III.* p. 227. *de Northumbria.*
i] LINDER *venen.* p. 547.
k] LA MOTTRAYE circa *Bender.*
l] SCHEND van der BECKE *app.* ad E. N. C. *vol. I,*
m] Valere ad Cassavæ amaræ succum HUBERT. *de ea radice.*
*m**] *Purgant.* p. 111.
n] l. c. p. 285.
o] BORRICH *hermet. ægypt. Sap.* p. 348.
p] BARTHOLIN. *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann.* 2. *obs.* 2.

Hæc species in alpinis minime rara est, locis lapidosis & inter rupes. In *Scheidek*, *Mettenberg*, *Gemmi*, *Lioson*, *Enzeindaz*, *Surchamp*, *Richard*: porro in M. *Culand*, *Prapioz*, *Darbon*, *Dunggel*, *Audon*, *Sanetsch*. In *Joch*; in M. *St. Bernhardi*, in montibus vallis *de Lie*.

Habitus idem brachiatæ radicis ligneæ, multicaulis. Caules paulo altiores, nobis pedem nunquam excesserunt, subhirsuti, semisupini. Folia perinde sericea, plana, longe petiolata, angusta, pinnata, pinnarum paribus duobus tribusve, extrema pinna impare: pinna qualibet petiolata, tripartita & quinquepartita. Ad caulem folia pinnata sunt, duobus tribusve paribus pinnarum, & demum simplicia, lanceolata. Flores passim per caulem in longis ex alis petiolis præfert, eorumque imi fere soli nutant, in hoc a LINNÆANA planta diversi. Flores etiam minores, calyces pallidiores, ora minus fusca, etiam alba, iidem hirsutiores. Flosculi in ambitu feminini, reliqui campanulati, flavi. Placenta papposa.

Odor etiam grate aromaticus. Infusum ad pleuritidem q) perinde adhibent, ad febres intermittentes, ad menses pellendos, ad vulnera consolidanda. Vocant *Genipi blanc* r), Grindelienses vero Gäbuse.

III. PLACENTA NUDA.

ARTEMISIA.

ABSINTHII TOURNEFORT T. 260. VAILLANT. p. 282.

ARTEMISIÆ LINN. n. 945. VAILLANT. p. 284. TOURNEFORT T. 260.

& ABROTANI TOURNEFORT. VAILLANT. f. 23.

pleræque species.

Calyx imbricatus, squamis conniventibus, obtusis. Flosculi in disco androgyni, in amibtu feminini, obscura cum campanula, & longe bicorni tuba t).

*127. ARTEMISIA foliis sericeis, radicalibus petiolatis, pinnatis, incisis, caulinis semipinnatis *Emend. II.* n. 71. p. 31. †

Absinthium pumilum palmatum minus, argenteo sericeoque folio BARRELIER p. 462. BOCCONE *tab.* 71.

Absinthium spicatum foliis petiolatis bis trifidis, caulinis, pinnatis ALLIONE *Stirp. Pedemont.* T. I. *fig.* 5.

LINNÆUS cum Apsinthio 126. confundit.

Aliquanto priori rarior, crescit in M. *Javernaz*, *les Martinets*, *Prapioz*, *aux Ormonds*, in *Fouly* M. & super *Val de Bagnes*.

Ab Apsinthio 126. certo differt. Habitus idem. Folia ad radicem perinde sericea, petiolata, tripartita. Pinna quælibet palmata, ex petiolo trifida, medium segmentum æqualiter, lateralia minus. Ultimæ laciniæ lanceolatæ, obtusæ, in caule etiam magis. Folia multo quam in Apsinthio 126. latiora sunt, nervo potissimum prælato. Ad caulem sessilia eadem, semipinnata, pinnarum paribus quatuor, extrema pinna maxima, breviter trifida. Caules similes, sed non ramosi, dodrantem vix adtingunt. Petioli uniflori, recti, imi longiusculi, summi perbreves, ex alis foliorum in spicam floralem consentiunt, foliosam, superne densiorem. Calycis foliola ovata majori pro parte fusca, unde nomen. Flosculi in ambitu feminini, sola cum tuba, semine plano cordiformi. Interiores adrogyni, cum lutea campanula. Placenta nuda.

Paiter aroma spirat. Alpicolis *Genipi noir*.

128. ARTEMISIA foliis tomentosis, multifidis, floribus erectis, longe spicatis, pene sessilibus *Emend. IV.* p. 20. n. 55. †

Herba alba GESNERE *hort.* p. 244. 289. b.

Absinthium seriphium montanum candidum C. B. SCHEUCHZER *It. IV.* p. 328. *It. VII.* p. 508. I. R. H. QUER. *flor. Esp. II.* p. 144.

Planta hispanica, non alpina, in calidiori Valesia frequentissima est, a *Gundes* ad *Leucam* usque, ad vias & in desertis.

Ex radice lignosa caules numerosi & ramosissimi, toti cum foliis albo tomento obducti. Fo-

q] BERGSTRAL *Swensk lärd. tidn.* 1751. etsi enim *A. candidum humile* nominat, nimis tamen hoc rarum est.

r] GAUTIER p. 100.

t] TOURNEFORT L. M.

Folia recentia plana ſunt, ſicca contorquentur, & teretia quaſi fiunt, lobique propius ad ſe invicem accedunt. Cæterum multifida ſunt, non accurate pinnata. Pinnæ multifidæ, in quinque fere lobos diviſæ. Lobi acuti, ſimplices, bifidi, trifidi, quadrifidi; laciniæ lineares, lanceolatæ. Spica florigera longa, recta, compoſita ex alternis perbrevibus ramulis, in quorum quolibet tres ad ſex flores, in brevibus petiolis ſeſſiles. Infimi florum faſciculi laxiores, foliis exiguis palmatis inſident, ſupremi in ſpicam confluunt. Flos brevis, rotundus, contractior. Calycis ſquamæ cavæ, ovatæ, extremæ extus tomentoſæ, interiores tenues, pellucidæ. Floſculi androgyni fere ſeni, flavi, etiam aurantii, & pene rubri, quando juniores. Non puto femineos intercedere. Placenta nuda. Autumno demum floret, hinc character nuper nobis innotuit. Odor aromaticus, gratiſſimus.

*129. ARTEMISIA foliis duplicato pinnatis, pinnulis parallelis, tomentoſis *Cat. rar. Gott.* p. 372.

Abſinthium ponticum CAMERAR. *Epit.* p. 454. cum folio.

Abſinthium ponticum tenuifolium, incanum C. B.

Artemiſia foliis multipartitis, ſubtus tomentoſis, floribus ſubrotundis, nutantibus, receptaculo nudo LINN. *Spec. II.* p. 1187.

Paſſim cum dicerent reperiri, erat n. 126. Tamen in M. *Beuerin* Rhætiæ Cl. SCHINZ legit. In montibus ſupra *Couvet* ad ſeptentrionem, *au Cul des Roches* prope *Locle.*

Planta fruticoſa, caulibus frondoſis, ſpicis floralibus, in paniculam coaleſcentibus, floribus grandiuſculis, pendulis. Folia concinna, albo tomento obducta, pinnata, pinnis ſibi parallelis, iterum pinnatis, pinnulis & ipſis parallelis, plurium parium, lanceolatis. Calycis ſquamæ ſublanuginoſæ, ovatæ, duorum ordinum. Multi in flore floſculi; in ambitu feminini, tuba magna de gracili tubo eminente, latis cornubus. Interiores androgyni. Placenta nuda.

Magis quam vulgare Apſinthium aromaticum eſt, minusque amarum *v*): Aqua vires herbæ habet, & oleum æthereum minus, quam ex Apſinthio, amarum: præter quod & aliud oleum adipoſum adſcendit, & ſalis volatilis urinoſi portio. Etiam utilius puto, quoties vires aromaticæ deſiderantur. Ad eſſentiam, & oleum, hoc ipſum Cl. viri præferunt *x*). Præferebat olim ponticum GALENUS, ut magis aromaticam *y*).

130. ARTEMISIA foliis pinnatis inferne tomentoſis, pinnis acute dentatis, ſpica paniculata, erecta.

Artemiſia y) BLAKWELL *tab.* 431.

Artemiſia rubra TABERNÆMONT. p. 7. & *alba* IDEM p. 8.

Artemiſia foliis pinnatifidis, planis, inciſis, ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus, floribus ovatis, radio quinquefloro LINN. *Spec. II.* p. 1188.

β Flore ſulfureo VAILLANT.

γ Foliis variegatis ZANONI p. 24. *tab.* 17.

Non ſatis certa civis, etſi in ruderibus & ad ſepes, inque ripis fluviorum provenit. In India certe & Japonia videtur indigena eſſe.

Caulis tripedalis & ultra, ruber, aut virens, erectus, folioſus, terminatus inſigni ſpica, ex floralibus ſpicis compoſita. Folia ſuperne viridia, inferne albiſſima, firma, nervo folioſo & eundo latiori, pinnata, pinnis acute dentatis, conjugatis, extrema trilobata. Ex alis foliorum ſuperiorum linearium petioli florales, ſpicati, ramoſi, floribus erectis, congeſtis, onuſti. Flos ovatus, calyx longus, ſquamis tomento obductis. Floſculi ambitus ſimplices, tubo obſcuro, tuba bicorni: reliqui androgyni, tuba breviori, modice de campanula florali eminente. Placenta nuda, abſque villo.

Planta acris, aromatica eſt, & præter ſolitos liquores dat oleum adipoſum *z*), & ſalis volatilis urinoſi benignam copiam. Sal fixus alcalinus *a*) eſt. Ab omni tempore pro emmenagoga *b*) planta habita eſt, ejusque infuſum, potiſſimum vinoſum, eo fine

præſcriptum,

v] GEOFROI p. 19.

x] MALOUIN *Chym. medic.* p. 274.

y] *Meth medend.* L. XI.

*y**] Artemiſia abſinthii modo fruticoſa, majoribus & pinguioribus foliis ramisque, aliud genus laetius, virgis latioribus: aliud tenuius flore parvo tenui, candido, graveolente DIOSCORID. L. III. c. 110. Add. PLIN. L. XXV. c. 36.

z] GEOFROI.

a) GMELIN l. c.

b) Folia viridia decocta *ten* RHYNE *arthrid.* p. 133.

præscriptum, tum ad balneum. Etiam fetum abegisse legas *c)*, id quidem nimium: lochia vero urgere *d)*, & dolores a partu superstites tollere facilius credas. Ex semine Artemisiæ Persas gelatinam *e)* coquere lego, in petechiis & morbis malignis utilem. Hydropem ex infuso hujus herbæ superatum *f)* invenio. Aqua de ea herba stillans in officinis habetur: Sed ea potentior est spiritus, per fermentationem paratus, grate aromaticus. Debiliorem esse monet CARTHEUSERUS *g)*. Externo usu ad fomenta, & vulnera sclopetaria & ambusta *h)* laudatur: ad balnea reficiendis post chronicos dolores viribus apta *i)*. Moxa Japonica *k)*, per certa testimonia, fit ex medulla caulis artemisiæ: coni ex eo fomite facti cutem adurunt, & dolores podagricos *l)* tollunt. Carbones ad radices Artemisiæ reperti *m)*, vetustæ forte radices fuerint.

131. ARTEMISIA caulibus procumbentibus, foliis primis sericeis, adultis viridibus, pinnatis, pinnis multifidis, lanceolatis.

Abrotanum campestre n) TABERN. p. 16.

Ambrosia altera CAMERAR, *Epit.* p. 597.

Artemisia foliis multifidis, linearibus, caulibus procumbentibus, virgatis LINN. *Spec. II.* p. 1185.

Passim ad vias & rupes in calidioribus circa *Roche*, *Aigle*, *Bevieux*, *Ebrodunum*, in *Valesia*, *Besileæ*, in valle *Lepontia*, & *Helvetia* insubrica.

Fruticosa planta radice lignosa, prælonga, ramosa, capillata. Caules numerosi, fere prostrati, neque integre erecti, duri, brachiati, cubitales. Folia prima sericea, deinde levia, viridia, firmula, compressa, longis & foliorum & pinnarum petiolis, pinnata, pinnis trifidis, quinquefidis, pinnulis lanceolatis. Flores in spicas ex foliorum lateribus erectas, in petiolis pene nudis. Capitula sunt breviter ovata, squamis calycis ovatis, virentibus, oris albis. Flosculi utriusque sexus perpauci, feminini gracillimi. Pappus in placenta nullus. Odor & sapor acris, aromaticus, absque amarore.

TANACETUM LINN. n. 944. TOURNEF. t. 261.
TANACETUM VAILLANT. p. 280. & BALSAMITA Ej. ib.
& aliqua ejus Absinthia.

Plura cum Apsinthio communia habet, calycem imbricatum, magis quidem hemisphæricum, placentam nudam, flosculos duorum generum, & alia: differt squamis calycis acutioribus, flosculis femininis inæqualiter trifidis *o)*.

132. TANACETUM foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, acute dentatis.

Tanacetum TRAG. p. 158. DODON. p. 36. BLAKWELL. *tab.* 464. *vulgare* Icon REG.

Tanacetum foliis bipinnatis, incisis, serratis LINN. *Spec. II.* p. 1184.

β Oris foliorum crispis TABERN. p. 10. DODON. CLARICI p. 484.

Exoticam puto, quæ GESNERI tempore nondum sponte provenerit. In altissimis quidem Rhætiæ montibuus repertam fuisse apud SCHEUCHZERUM *p)* lego: nobis nihil simile contigit: Ad ripas fluviorum, fossas & muros reperitur: Abundabat in muris sub templo majori Bernensi Aventici.

Caulis firmus, erectus, ramosus, ad quinque usque pedes adscendit. Folia petiolata, petiolo lato, pinnata, pinnis ad nervum dilatatis, multorum parium, eundo longioribus, viridibus, glabris. Pinna quælibet semipinnata, pinnulis ultimis confluentibus;

c) P. AMMAN. *med. crit.* p. 6.
d) BUCHWALD p. 34. 35.
e) MULLER *Saml. Russ. Gesch. VII.* p. 97. 98.
f) SPINDLER *obs.* 55.
g) *Mat. medic. II.* p. 456.
h) *Eph. Nat. Cur. Vol. II. obs.* 195.
i) GEOFROI.
k) Ex artemisia sinica latifolia parari RUMPF L. VIII. c. 54. *ten* RHYNE p. 26. siccatis summis plantæ partibus, inter manus fricatis, fibris rejectis, servata medulla. Non bene negant Jesuitæ *Recueil d'Observ. curieuses II.* p. 114. 115. Nam confirmat ex nostra planta Moxam esse CLEYER ad SCHEFFER *Introd.* n. 14. & *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 4. *obs.* 1. & *ten* RHYNE *arthrit.* p. 96. & in China nostram Artemisiam nasci nuper vidit Cl. OSBEK p. 242. Conf. BIRCH T. IV. p. 119.
l) BUSCHOFF in proprio libro. *Guilielmus* TEMPLE in se ipso expertus.
m) BUDÆUS p. 1152. ad herbam S. Johannis CARDAN. *variet.* p. 119. *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 10. *obs.* 128. MANGET. ad BARBETTE p. 7.
n) Abrotanum herba fruticosa amarissima, tertio gradu calida; tritum datur ad algores periodicos SUIDAS I. c. 4. Acre medicamentum fuisse ex Poetis adparet, quod cautum medicum requireret. Vulnera purgabat CELSUS V. c. 5. Amarum & calidum fuisse, tum montanum, tum campestre PLINIUS L. XXI. n. 92.
o) TREW. ad BLAKWELL. LINN.
p) In posthumis.

tibus: semipinnulæ acute lanceolatæ, sæpe bidentatæ. Florum umbellæ planæ, nudæ, summos ramos terminant. Flosculi numerosissimi, flavi *q*).

Planta amara, aromatica, Apsinthiis congener. Succus chartam cæruleam rubefacit *r*), & etiam in sale fixo acor superest *s*). Quare tonum solidarum partium confirmat, & vires vitales excitat: sudorem movet, ventriculum roborat. Ad cachexiam succus majori dosi quatuor unciarum perinde prodest *t*), ut Apsinthium; tum ad intermittentes *v*) febres. Hystericis florum siccatorum drachma pro magno remedio datur *x*). Decoctum cum tanaceto vinum album in podagra ad ventriculum conversa calens exhibetur *y*), magna cum spe. Vermes *z*) necare & pellere putatur, si juniores inprimis ramos exhibueris, etsi ejus semen non est verum *semen contra a*). Urinam pellere *b*) lego. Succus ad pleuritidem datur *c*), & aqua amara ad rheumatismos *d*). Externo usu cum vino cocto abortum præcavere legitur *e*), & fetui robur addere *f*), & dolores spurios sedare *g*). Vaporem per inferiora susceptum menstruas purgationes expedire *h*), in balneo incoctum ante partum in septentrione adhiberi *i*) audio. Folia contusa inter caput & pileum posita defatigatos solari BOCCONE *k*). Rarius tamen a Medicis præscribitur.

*133. TANACETUM foliis ovatis, integris, serratis LINN. *Spec. II.* p. 1184.
Balsamita major DODON. *Comm.* p. 299.
Mentha hortensis corymbifera C. B.
Balsamita mas BLAKWELL *t.* 98.

Non credebam veram indigenam esse. In pago tamen *Moutru* late sparso, suis lauretis celebri, passim ad viam provenit. Circa *Lugano*. Ibi facile putem indigenam esse.

Odorata planta, mihi quidem nimis dulce olens. Caules cubitales, firmi, valde ramosi, in summis ramis umbellas florum laxas gerunt. Folia ovata, aut elliptica, circumserrata, tota molliter hirsuta. Flores lutei, in petiolis nudis, ramosis.

Vires odor permittit, parum tamen officinis nota est. Ad dysenterias avertendas inprimis valere PORTIUS *l*).

CARPESIUM LINN. n. 948.

CONYZOIDES TOURNEFORT *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1706.

A Tanaceto potissimum squamis calycis reflexis differt. Flosculi omnes campaniformes, quinquefidi sunt, in ambitu tamen feminei, conniventes, in centro patentes & androgyni.

134. CARPESIUM floribus terminalibus LINN. II. p. 1029. HILL. II. t. 82.
Aster cernuus COLUMN. p. 251. 252. *columnæ flore citrino* BARRELIER *ic.* 1142.
Conyzoides flore flavescente TOURNEFORT l. c.

Michelfeldæ C. B. In *Goldey* prope *Unterseen*, & abunde legi inter menthas, & asteres aquaticos, ad pedem M. *d'Arvel* inter *Rennaz* & *Villeneuve*.

Caulis valde ramosus & foliosus, pedalis & cubitalis, asper. Folia hirsuta. subaspera, elliptica, lanceolata, rariter serrata. Flos singulum ramum terminat; eum ambit corona foliorum mollium, undulatorum, inæqualium, lanceolatorum. Maturi iidem ex lato pediculo nutant. Calycis prima folia, qualia plantæ universæ, longa, reflexa: sequentia breviora, apice pariter reflexo, ultima fere alba, apice non reflexo. Placenta nuda: semina longa, elliptica, acuminata, striata. Flosculi in ambitu graciles, quinquefidi, circa tubam bicornem contracti, feminini, staminibus destituti. Flosculi interiores multorum ordinum, androgyni, majori campanula, radiata, albida, tuba lutea.

q) TOURNEFORT l. c. A. D. BERKHEY *tab.* 3. n. 22.
r) *Projet &c. in Act. Paris.* p. 222.
s) GMELIN I. p. 237.
t) PONTEDERA.
v) ibid.
x) F. GHERLI *observat.* 58.
y) BRADLEY *new improv.* p. 334.
z) TRAGUS. FISCHER p. 80. C. HOFMANN. ANDRY *des vers* c. 9. BUCHWALD p. 267.
a) ELSHOLZ *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 3. *obs.* 1. CHOMEL *plant. us. II.* p. 441.
b) BOCCONE *mus. di fis.* p. 191.
c) BUCHWALD l. c.
d) *Anciens Mèmoir. II.* p. 183.
e) CRATO.
f) *Oecon. Pflanz. hist.* XI. p. 15.
g) ibid.
h) S. PAULI *quadrupart.*
i) LINN. *flor. Lap.*
k) *Osservat.* p. 80.
l) *Med. milit.* p. 156. 157.

FLOSCULOSÆ.

II. PLACENTA NUDA.

II. SEMINE PAPPO CORONATO.

CONYZA LINN. n. 950.

CONYZÆ VAILLANT. p. 298. & TOURNEFORT T. 259.

pleræque ſpecies.

Calycis ſquamæ imbricatæ, multorum *m)* ordinum, ſquamis, ut in aſtere, apice patulis. Floſculi in ambitu feminini *n)*, campanula deſtituti, reliqui androgyni *o)*. Semen coronatum, pappo ſimplici *p)*.

135. CONYZA foliis ovato lanceolatis, rariter ſerratis, floribus umbellatis *q)*.
Conyza major q)* MATTHIOLI p. 870. CAMER. *Epit.* p. 612. *vulgaris* C. B. I. R. H.
Conyza foliis lanceolatis, acutis, caule annuo, corymboſo LINN. *Spec. II.* p. 1205.

Ad vias, ſepes, in collibus, & ſylvis.

Multa habet ſimilia Carpeſii. Caulis erectior, firmus, tripedalis, ramoſus, & in ſumma parte laxe umbellatus. Folia mollia, hirſuta, ſubtus incana, mollia, ex ovatis aut ellipticis fere lanceolata, rariter ſerrata. Petioli florigeri ramoſi. Calyx pene cylindricus; prima ejus folia magna, ex ovatis lanceolata, pene tota viridia, reliqui ordines ſola parte ultima virent, qua amant a toto calyce recedere. Feminini floſculi multi, abſque campanula, niſi tubum floralem velis peranguſtum; tuba ipſis prælonga, purpurea. Interiores floſculi androgyni, flavi. Semen longe ellipticum, ſulcatum.

Odor leniter, neque abſque gratia aromaticus, TRAGUS ait emmenagogam eſſe: vix tamen officinis nota eſt.

EUPATORIUM *r)* LINN. n. 935.

EUPATORII TOURNEFORT. T. 259. VAILLANT. p. 302.

multæ ſpecies.

Calyx Solidaginis *r*)*, ſquamis imis ovatis, interioribus linearibus, lanceolatis, longioribus, rectis, apice non patulis. Floſculi omnes androgyni *s)*, calyce longiores, tuba longiſſima *t)*. Pappus ſimplex, breviſſime plumoſus.

136. EUPATORIUM foliis ovato lanceolatis, tripteris.
Eupatorium adulterinum FUCHS p. 265.
Eupatorium avicennæ BLAKWELL *tab.* 110. cum charactere.
Fingerd dutch agrimony HILL. III. *tab.* 98.
Eupatorium foliis digitatis LINN. *Spec. II.* p. 1173.

β Foliis integris neque digitatis RAI *Syn. III.* p. 180.

Prius quidem vulgo in humidis: alteram varietatem reperi ultra *Lavey* eundo *vers les Isles*; tum circa *Gernsheim* in palatinatu.

Caules hirſuti, quadranguli, tripedales & ſepedales. Folia conjugata, quam notam VAILLANTIUS genericam, LINNÆUS etiam claſſicam facit, ex craſſo pediculo ternata, omnibus foliolis ſubhirſutis, acute ſerratis, medio maximo, ovato lanceolato. Id alias ſolum adeſt, & lateralia illa bina deficiunt, alioquin multo minora. In ſummo caule umbella plana, denſa. Floſculi & tubæ purpureæ, etiam albæ. Semen longum, gracile, pyramidale, baſi arcta.

Odor acris, ſapor peramarus. In deſtillatione *x)* præter acidos liquores etiam ſalem vo-

 latilem

m) TOURNEFORT ut in A.
n) VAILLANT. *fig.* 25.
o) ibid. *fig.* 14.
p) VAILLANT. *fig.* 37. 38.
q) Cunilago quæ Conyza PLIN. *hiſt. nat.* L. XXI. n. 29.
q)* Conyza major caule bicubitali, foliis latioribus, gravi odore. Folia olivæ ſimilia, hirſuta, pinguia. Flos caducus lutei coloris, qui in pappum abit DIOSCORIDIS III. c. 119.
r) Eupatorium herba fruticoſa, caule unico, lignoſo, nigricante, recto, tenui, hirſuto, cubitali, etiam ampliori: foliis per intervalla quinquefolii, aut cannabis potius ſimilibus, quinquepartitis, aut amplius diviſis, per ambitum ſerratis. Semen medio ex caule erumpit, piloſum, deorſum ſpectans, quod ſiccatum noſtribus adhæret DIOSCORID. IV. c. 37. PLIN. L. XXV. n. 29. Videtur noſtrum.
r)* TOURNEF. A. K. L.
s) IDEM C. E.
t) TOURNEFORT D. G.
x) GEOFROI p. 453.

latilem urinosum satis abunde fundit, etiam concretum, & oleum adiposum. Ex GESNERI *y*) experimento decocta radix, ad pugillum, alvum movet, & vomitum, quem effectum CHOMELIUM non vidisse mireris, nisi parca dosi usus est. In ictero cachexia & hydrope rusticorum medicamentum est *z*), ut etiam post paracentesin infuso florum utantur *a*). Febres intermittentes, ulcera pedum putrida, infuso Eupatorio debellari BOERHAAVIUS. Dosis succi unciæ, extracti drachmæ. Non alio medicamento scorbuticos in Turcia fossores sibi mederi TOURNEFORTIUS. In fomento vulnerarium est *b*), ad hydropica crura, & tumentia scrota apprime utile *c*).

CACALIA *d*) TOURNEFORTII T. 258.

VAILLANT. p. 306. LINNÆI n. 933.

Calyx cylindricus, ex paucis squamis, fere quinque *d**) conglutinatus, ut monophyllos videatur *e*). Flosculi paucissimi, androgyni, quadrifidi *f*).

137. CACALIA foliis cordatis, serratis, longissime petiolatis, floribus umbellatis.
Cacalia alpina HILL. III. *t.* 109.
Cacalia foliis reniformibus, acutis, denticulatis, calycibus subtriflorus LINN. *II.* p. 1170.

a. Varietas foliis subtus albentibus & tomentosis, junior, aut alpina.
Cacalia incano folio CLUS. *Pannon.* p. 500. 501.
Cacalia foliis crassis, hirsutis C. B. *Basil.* p. 58. SCHEUCHZER *It. I.* p. 32.

b. Flore albo BURSER.

c. Foliis profunde sectis SCHEUCHZER.

d. Foliis subtus glabris, adultior aut montana.
Tussilago alpina s. montana DALECH LUGD. p. 1052.
Cacalia glabro folio CLUS. *Pannon.* p. 501.
Cacalia GHINI DE CHOUL *quer.* p. 87.
Cacalia foliis cutaneis, acutioribus & glabris C. B. SCHEUCHZER *It. I.* p. 32. *Ic.* ROBERTI 52. GESNER *ic. lign.* LXXI.

b. Flore albo PONTEDERA.

Frequens in montanis dumetis Juræ M., vallis *Emmiæ*: tum in alpinis non altissimis, *Dansez*, *Luan &c.*

Caulis cubitalis & ultra, foliosus, & ramosus, tamen per intervalla. Folia petiolata, infima etiam longissime cordata, etiam latiora, renis similiora, semilunaribus dentium intervallis: subtus alias tota glabra, alias nervis hirsutis, demum tota tomentosa, & una crassiora, Summus caulis ramosus, in ramis subdivisis latam & densam umbellam gerit. Flosculi tres ad quinque, purpurei, tum tubæ, & calyx. Semina quadrangula, longa, sulcata.

PETASITES.

TUSSILAGO LINN. n. 952.

PETASITES TOTRNEFORT. T. 258. VAILLANT.

& TUSSILAGO TOURNEFORT. T. 267. VAILLANT.

Tussilago equidem vera planta radiata est, tum Petasites sibiricus, quem GMELINUS pinxit, & nostræ alpes non habent. Reliquæ species flosculosæ sunt, aliæ flosculis omnibus androgynis, aliæ admistis flosculis femininis. Summa tamen adfinitas habitus fecit, ut cum LINNÆO Petasites radiatos cum non radiatis relinquamus. Cæterum Petasites cum Cacalia habitu convenit, diversus calyce imbricato, squamis multorum ordinum, flosculorum numero multo majori, & flore obesiori. Adde habitum caulis in omnibus speciebus aphylli, solis squamis coloratis, teneris, & tenuibus adspersi.

I. FLOSCULIS

y) *Epist.* p. 63. & 121.
z) CHOMEL. BUCHWALD p. 120.
a) BLAIR.
b) TRAGUS.
c) CHOMEL. SCOPOLI p. 368.
d) Cacalia Leontice semine margaritis simili, foliis magnis, albis, e quibus medius caulis emicat, rectus, albus, florem gerens oleæ similem: in montibus nascitur DIOSCOR. III. c. 118. PLIN. L. XXV. n. 85. Ejus radix ad tussim valet PLIN. L. XXVI. n. 15.
*d**) ad decem LINNÆUS.
e) TOURNEFORT D. D.
f) IDEM B.

I. FLOSCULIS OMNIBUS ANDROGYNIS.

138. PETASITES *g)* floribus denſe ſpicatis, floſculis androgynis.
Petaſites DODON p. 597. H. AICHSTÆTT *hibern. tab.* 5. *fig.* 1. BLAKWELL *tab.* 222.
Tuſſilago major CAMER. *Epit. p.* 592.
Oval headed butterbur HILL. T. III. *t.* 90.
Tuſſilago thyrſo ovato floſculis omnibus hermaphroditis non CLIFF. ſed *Spec. II.* p. 1215.
β Flore *albo*, vera varietas calyce albicante, in valle *Chapuiſe.*
Ad rivos paſſim vulgaris.

Radix magno ex tubere ramoſa, lineata & anulis percurſa. Caulis floriger primo vere erumpit, dodrantalis, & pedalis, ſimplex, purpureus, ſquamis concoloribus adſperſus. Superior pars caulis ex petiolis producit florum faſciculos, qui ſenſim magis congeſti in ovalem ſpicam colliguntur. Stipulæ latiuſculæ, longe ariſtatæ. Calyx quaſi campaniformis, ruber, quatuor ſquamarum ordinibus: ejus folia appreſſa, æqualia, longe lanceolata, ſæpe obtuſa. Floſculi albi, rubris lineis picti, aut rubri, a decem ad viginti, ſpecioſi *g)*, quinquefidi, omnes androgyni; vidi tamen aliquando in ambitu femininos *h)* etiam fuiſſe, cum tuba bifida, de gracili tubo eminente. Erant androgyni 20 & 24. cum femininis 5. 6. Semen perfectum ſub femininis. Plerumque tamen ſoli ſunt mares. Vagina ſtaminum de flore eminens, purpurea. Poſt thyrſum floralem Majo menſe folia ſuccedunt ampliſſima, terræ impoſita, longo pediculo, cordata, tamen cis mucronem latiora, margine dentato, intervallis dentium ſemilunaribus, ſubtus lanugine adſperſa, aut tota tomentoſa.

Radix acris, aromatica, ſapore non ingrato, & reſinoſo, ſi verno tempore *i)* effodias. Inter alexipharmaca numeratur, ſudorem movet, in aſthmate laudatur *k)*. Bubonibus tuſa in peſte imponitur: & in podagra *l)*. Vapor tollit podagram *m)*. Recens demeſſa folia conciſa pecori non diſplicent *n)*.

II. FLOSCULIS IN AMBITU FEMININIS.

I. TUBULOSIS.

*139. PETASITES ſpicis laxis, umbellatis, floſculis plerisque androgynis *Emend. IV.* p. 58.
Icon GESNER *lign.* 70.
Petaſites flore albo CAMERAR. *Epit.* p. 593. LA CHENAL *diſſ. inaug.* p. 8.
Looſe ſpiked butterbur HILL. T. III. *tab.* 90.
Tuſſilago thyrſo faſtigiato, floſculis femineis nudis, paucis LINN. *Spec. II.* p. 1214.

Prope *Muttenz* im *Engethal* Cl. LA CHENAL. Abunde & magna copia in ſylvis ſubalpinis, & ad fluviorum ripas in *Chapuiſe*, *Ormond deſſus &c.* A *la Combe de Valanvron*, & *ſous le Cret de la Ferriere* Cl. GAGNEBIN.

Huic folia magis tomentoſa, ſpica multo laxior, lata, pene umbellata, petioli longiores magis ramoſi, diſſiti; Stipulæ in petiolis longiores, neque latæ, neque ariſtatæ. Calycis folia duplo longiora, magis ſubulata & acuta. Floſculi majores, albi, etiam carnei, plerique androgyni, cum paucis femininis, ut etiam nullos viderim.

In iſto ſemifloſculos ligulatos quinque ad decem vidit Cl. LA CHENAL.

*140. PETASITES floribus ſpicatis, pendulis, petiolis multifloris, calycibus æqualibus, floſculis pauciſſimis androgynis *Emend. IV.* p. 21. n. 59.
Petaſites major & vulgaris: prima ſpecies RUPP. p. 153.
Petaſites major floribus longis pediculis inſidentibus DILLEN. *hort. Eltham* p. 309. *ic.* 237. ut tamen ventricoſus calyx a noſtris diſſentiat.
Tuſſilago thyrſo oblongo, floſculis femineis nudis plurimis LINN. *Spec. II.* p. 1214.
Longſpiked Butterbur HILL. T. III. *tab.* 90.

Gottingæ ad papiri fabricam *Wendenſem.* Circa *Birſam* & *Wieſam* Cl. LA CHENAL *n*)*. Fere ubique ad *Suzam.* In montanis Juræ *au moulin de Renan*: ſed abunde in ſubalpinis, *Chapuiſe & Ormond deſſus.*

Habitus potius amplior. Scapi altiores, cubitales & ultra: flores multo minores, in hoc

g) Petaſiti pediculus cubito major, craſſitudine pollicis, a quo prægrande folium, galeri modo amplum, quaſi fungus dependet DIOSCORID. IV. c. 103.
g)* TOURNEFORT *tab.* 251. A. B. C.
h) IDEM D. G.
i) S. PAULI.
k) BUCHWALD p. 197.
l) WOOD *Epiſt.* ad RAIUM.
m) KRAMER p. 22.
n) SCHREBER *Saml. III.* p. 65. BERNHARD *Wieſenbau* p. 193.
n)* *Diſp. inaug.* p. 7.

hoc genere minimi, multo numerofiores, petiolis biuncialibus, ramofis, floribus ob pedunculorum longitudinem, fæpe pendulis. Calycis fquamæ ovatæ, parum lanceolatæ, quafi pali in unum regularem ejusdem ordinis circulum difponuntur. Pappus etiam in juniori flore ultra calycem eminet. Flofculi pene omnes feminini, androgynus unus, aut alter. Tubæ pappi longitudine.

*141. PETASITES floribus fpicatis, erectis, foliis calycinis lanceolatis, flofculis pauciffimis androgynis *Emend. IV.* p. 21. n. 60. II. n. 78. †

An *Cacalia tomentofa* C. B. *Prodr.* p. 102. SCHEUCHZER *It. II.* p. 130. *tab.* 18. *It. IV.* p. 331. Nunquam æque pauciflorum petafiten vidi.

Petafites minor SCHEUCHZER *It. VI.* p. 425.

In alpinis, *au Torrent des males pierres*, verfus *la Joux verte*: in valle *Chapuife*, in M. *Breitlauwenen*, & alibi; *à Roulier mairie de la brevine*, & verfus *Bellelai*.

Amat ifte tomento effe denfiori & magis laneo, utrinque abundante. Folia fæpe triangularia, Squamæ ad caulem omnium maximæ. Spica multo quam in n. 140. brevior, petiolis plerumque unifloris, etiam bifloris, fed pro floris portione brevioribus, ftipulofis, magis erectis, nunquam pendulis. Flores multo majores, quando adoleverunt: nunquam penduli. Squamæ calicinæ minus ordinatæ, lineares, acute lanceolatæ, virentes, cum fufco villo adfperfo: tubæ prælongæ, ut fe fuper calycem efferant, dum flos viget, & filamentis fuis Eupatorium imitentur: tubæ enim duplo pappo longiores funt, dum flos integer eft. De pappo unus alterve flos androgynus eminet, reliqui feminei funt, tubo perangufto, longa tuba. Varietatem rubris calycis apicibus, tubisque reperi in M. *Chapuife*.

Omnibus conputatis adfinis eft prioris, & cum omnibus, quæ adnotavi, difcriminibus, forte non fatis diverfa.

Radiatum petafiten nos nullum habemus.

142. PETASITES fcapo unifloro, foliis reniformibus.

Icon GESNERI *n.* 42.

Tuffilago alpina I. CLUS. *Pann.* p. 496. 497. *evanida canefcente folio*, & *Tuffilago alpina glabro folio* EJ. & p. 498. 499.

Tuffilago alpina rotundifolia canefcens C. B. SCHEUCHZER *It. IV.* p. 332.

& *Petafites alpina rotundifolia minima canefcens* EJ. *It. VII.* p. 516.

Tuffilago fcapo fubnudo, unifloro, foliis cordato orbiculatis, crenatis LINN. *Spec. II.* p. 1213.

Crimfon butterbur HILL. II. *tab.* 19.

β Flore albo.

Rubello flore in fylvis locisque umbrofis Juræ & alpium non rarus. *Albo flore* J. GESNER fupra thermas Leucenfes reperit, ad radicem montis glacialis, quem ab iis thermis folent adire.

Habitus a prioribus diverfus. Caulis, qui idem radix eft, profternitur & fubinde folia edit, miftasque foliis radices, & denique erigitur, floremque profert, rotundior, quam priores fpecies. Folia firmæ carnis, venofa, ut adfinitatem adgnofcas; juniora tomentum habent, quod adulta dejiciunt. Figura renis eft, dentesque in ambitu acuti. Scapus dodrantalis, paucis foliis, ovato lanceolatis, adfperfus. Flos unicus, fpeciofa magnitudine, cum calyce rubro. Flofculi feminei unum ordinem efficiunt, fere deni, tubo minimo, bifido. Androgyni ad trigenos ufque, tuba eminente. Semina prifmatica, ftriata.

II. FLORE RADIATO.

143. PETASITES fcapo unifloro, flore radiato.

Ic. GESNER *lign.* 67.

Tuffilago o) CAMER. *Epit.* p. 590. 491. *vulgaris* IC. REG.

Tuffilago f. farfara BLAKWELL *tab.* 204.

Common Coltfoot HILL. T. II. *tab.* 19.

Tuffilago fcapo imbricato, unifloro, foliis fubcordatis, angulofis, denticulatis LINN. *Spec. II.* p. 1214.

Nihil frequentius in agris argillofis, udis, ad vias & in foffarum aggeribus.

Scapus

o) Tuffilagini folia funt majuscula quam hederæ, fex, feptem a radice, fubalbida a terra, fuperne virentia, in plures angulos exeuntia. Caulis palmam altus: flos luteus vere prodit, quo una cum caule confeftim exuitur Radix tenuis, fupervacua. Hæc DIOSCORIDES III. c. 109. Omnino noftra. Chamæleuce f. farfara nafcitur fecundum fluvios PLIN. L. XXIV. n. 85. & XXVI. n. 16. cum defcriptione. Equi ungula MARCELL. p. 121.

Scapus floralis, ut in plerisque aliis Petasitis speciebus, primo vero solus prodit, squamis adspersus frequentibus, semipedalis, uniflorus. Folia ad terram utcunque cordiformia, sed angulosa, serrata, intervallis dentium semilunaribus. Calyx fit uno ordine foliorum longorum, in cylindrum conjunctorum *p*), quibus aliqua ad basin accedunt, ut in senecione. Semiflosculi patuli *q*), numerosissimi, flavi, perangusti *r*): feminini campanulati, magni *s*), trigeni, tuba clavata.

In sale fixo acor superest *t*). Folia viscida, subamara, lenire dicuntur & aperire: in morbis pectoris, tussi, phthisi, asthmate, cum floribus infusa, aut cum aqua cocta adhibentur, & fumus *v*) denique plantæ incensæ, cujus ad tussim *v**) usus antiquissimus est. Decocta cum tussilagine aqua etiam in scrophulosis utiliter adhibita fuit *x*). Succum abunde sumtum ad calculum commendant *y*). Elementa radicis cum taraxaco convenire invenit Cl. CARTHEUSER *z*). Ex lanugine radicis fomes paratur *a*).

CHRYSOCOMA *a**) LINN. n. 939. DILLEN *nov. gener.* t. 14.

CONYZÆ *spec.* TOURNEF. & VAILLANT.

Calyx imbricatus, squamis linearibus, acuminatis. Flosculi omnes androgyni.

*144. CHRYSOCOMA.

Linariæ tertium genus TRAG. p. 358.
Osyris austriaca CLUS. *Pann.* p. 310. 311.
Chrysocome DIOSCORIDIS & PLINII COLUMN. *Ecphras.* p. 81. 82.
Linear goldenloks HILL. III. *tab.* 94. folio lato.

β minor TABERNÆM. p. 825.

γ flore speciosiori *Hort. flor.* p. 129.

Passim de rupibus durioribus erumpit *au Chalet* prope *Aigle*, prope *Rupem à la Marbriere*: in rupibus *Passgartfluh* prope *Biennan*, *Neocomi*, *à la Bonneville*. Circa *Fouly &c.*

Caules virgati, foliosi, longe simplices, cubitales, & ultra, ex summitate ramosi. Folia lini similia, linearia, lanceolata, glabra, viridia. Flores in umbellam spicatam, ex petiolis unifloris foliosis. Hi sub flore intumescunt *b*). Calycem paulatim folia, universæ plantæ foliis similia, & linearia ordiuntur, deinde imus calyx, ex squamis imbricatis conpositus, ut in solidagine *c*). Flosculi flavi, magni, omnes androgyni. Semen villosum, pappus ochroleucos, aut rufus.

FILAGO.

ELICHRYSUM *c**) TOURNEFORTII T 259. VAILLANT. p. 290.

& FILAGO VAILLANT. p. 296. TOURNEF. ib.

GNAPHALIUM *d*) LINN. n. 946.

& FILAGO LINN. n. 995.

Calyx imbricatus, squamis simplicibus *e*), aut lanceolatis, ovatis, conniventibus. Sexus in hoc genere omnes reperias, plantas flore mere androgyno, misto ex flosculis femininis *f*) & androgynis *g*), & sexubus demum tota planta distinctis.

 Commune

p) TOURNEFORT T. 276. A.
q) ibid. A. B. C.
r) ibid. G. F.
s) ibid. D.
t) GMELIN l. c. p. 237.
v) Vapor PLIN. L. XXVI. n. 16. radicis nidor IDEM L. XXIV. n. 85. & foliorum fumus & radicis suffitus DIOSCORID. Fumus aridæ tussilaginis ore haustus BRASSAVOLA *rat. vict.* n. IV. Add. BUCHWALD p. 279.
*v**) Ad tussim equi ungulam laudat MARCELLUS. Hecticum hominem sola tussilagine cum pauco pane se sanasse KRAMER *med. milit. II.* p. 175. Recens radix ad catarrhales pectoris congestiones optima DETHARDING *method.* p. 154.
x) FULLER *gymnast.* p. 87. 88.
y) *Comm. Lit. Nor.* 1736. p. 394.
z) *Mat. medic. part. post.* p. 416.
a) SCALIGER *subtilit. exerc.* 180.

*a**) Chrysocome fruticat, palmi altitudine, corona specie corymborum, hyssopi simili, radice hirsuta veratri nigri, calida, cyperum æquante DIOSCOR. L. IV. c. 50. non est nostra.
b) DILLEN. *ic.*
c) IDEM ib.
*c**) Helichrysum, quod & Chrysanthemum vocant & amaranthum, ramulo candido, virenti, recto, firmo: folia intervallo distincta, angusta, abrotano similia: coma aurea in orbem umbella rotunda, radice tenui DIOSCOR. IV. c. 52. Non est nostra.
d) Γναφαλος tomentum, quo culcitræ fulciuntur SUIDAS p. 487. Γναφαλις centunculus MARCELL. p. 203 Gnaphalium foliis albis mollibusque, aliqui pro tomento utuntur DIOSCORID. L. III. c. 115.
e) VAILLANT. *fig.* 2. TOURNEFORT B. I.
f) TOURNEFORT H. & in filagine G. H. F.
g) VAILLANT. *fig.* 14. TOURNEF. C. E. & in filagine B. D.

Commune omnibus ſpeciebus eſt lanuginoſas eſſe, & diductis foliis *fila agere*: frequens etiam eſt calyci nitorem habere metallicum, quæ Elichryſa ſunt TOURNEF. & VAILLANTII. Filagines anguloſo *h)* calyce, aut acutis ſquamis, ſumma adfinitas cum aliis, terete calyce ſpeciebus, vetat ſeparare, & genus multo magis naturale eſt, quam ſit Petaſites: pluſcula etiam LINNÆI Gnaphalia calyce ſunt acuto.

I. FLOSCULIS OMNIBUS ANDROGYNIS.

*145. FILAGO foliis linearibus, oris contractis, ramis ſimpliciſſimis, umbella convexa terminatis.

Stoechas citrina tenuifolia Narbonenſis I. B. III. p. 154.

Elichryſum ſive Stoechas citrina minor BARRELIR *ic.* 410. forte & *n.* 409.

Gnaphalium fruticoſum, foliis linearibus, ramis virgatis, corymbo compoſito LINN. *Spec. II.* p. 1192.

Eſt inter meas ex plantis CONSTANTII, addito loco natali ſupra *Blonai.* Ibi mea cura requiſita non potuit reperiri. Suſpicor ex horto aliquo caſu elapſam, alicubi loco inculto germinaſſe.

Radix lignoſa. Caules duri, ut in pleriſque Gnaphaliis ſolent, numeroſi, virgati, erecti, cubitales, toti folioſi, non ramoſi. Folia roriſmarini, oris contractis, linearia, acuta, tomento obducta. Umbellæ caules terminant, denſæ, convexæ, florum obſcure luteorum, non valde ſplendentium, hemiſphæricorum. Petioli uniflori & biflori, ſquamæ calycis ovatæ.

STOECHAS citrina in ſabuletis Germaniæ adeo frequens, nondum in Helvetia reperta eſt. Etiam huic ſpeciei floſculi omnes androgyni ſunt.

*146. FILAGO foliis lanceolatis, viridibus, ſubtus tomentoſis, floribus umbellatis.

Gnaphalium Americanum CLUS. *hiſt.* p. 327. *Lamon.* p. 496. I. B. III. p. 162.

Gnaphalium herbaceum foliis lineari lanceolatis, acuminatis, alternis, caule ſuperne ramoſo, corymbis faſtigiatis LINN. *Spec. II.* p. 1198.

Everlaſting Cudweed HILL. *t.* 103.

American livelong PETIVER *t.* 18.

Cum & in *Kamtſchatka*, & in Anglia ad ripas fluviorum proveniat, hic recenſendum putavi, quod in aſpero colle prope villam *Drakau* ſuper *Arolam* fl. abunde naſcatur, quo loco & olim legi, & nuper. Potuit tamen olim ex horto aliquo eo aberraſſe.

Caulis tomentoſus, folioſus, bipedalis, & ultra. Folia viridia, inferne tomentoſa, elliptica, lanceolata. In ſummis ramis umbellæ laxæ. Petioli ramoſi. Calycis ſquamæ, qua parte coloratæ ſunt, albæ, abſque ſplendore. Floſculi omnes androgyni, ex luteis virides, ſtaminum vagina eminente crocea, deinde fuſca. Pauci aliquando feminini flores admiſcentur. Planta in America nata circa *Neu-Gottingen* Carolinæ auſtralis, miſſa ab optimo BORNEMANNO, tamen differt, rubiginoſis pilis caulis, calycis ſquamis minus obtuſis.

II. FLOSCULIS IN AMBITU FEMININIS. IN CENTRO PAUCIS ANDROGYNIS.

*147. FILAGO foliis molliſſimis, tomentoſis, obtuſis, umbella convexa, electrina *Cat. rar.* u. 908.

Jerſey livelong PETIVER *tab.* 18. & in *Phil. Transact. n.* 378.

Chryſocome altera CLUS. *hiſp.* p. 267.

Chryſocome citrina ſupina, latifolia, italica BARRELIER *ic.* 367.

Gnaphalium herbaceum foliis ſemiamplexicaulibus, enſiformibus, repandis, obtuſis, utrinque pubeſcentibus, floribus conglomeratis LINN. *Spec. II.* p. 1196.

In Helvetia paſſim. Circa ſcaturiginem *Heilbad* thermarum Leucenſium. In *Valeſia* ad vias inter *Sedunum & Leucum.* Trans alpes circa *Chiavennam*, *Bellinzonam*, *Morbegno &c.*

Caules ex eadem radice numeroſi, erecti, toti cum foliis albo tomento obducti. Folia copioſa, linearia, fine obtuſo, molliſſima, vaga, undulata, convoluta. In ſummis caulibus umbellæ ramoſæ, convexæ. Petioli multiflori. Calyx hemiſphæricus, ſquamis viridibus, margine argenteo cum flavi admiſti tinctura, ut color ex auro & argento temperatus naſcatur. Floſculi feminei, albidi, androgyni, ſubflavi.

148. FILA-

h) VAILLANT. *fig.* 5.

148. FILAGO foliis linearibus, alis spiciferis.
English livelong PETIVER *tab.* 18.
Filago Germanica altera secundum folia florida LOBEL. *adverf.* p. 201. *ic.* p. 482.
& *Gnaphalium anglicum vel Belgicum, folio longiori* LOBEL *ic.* p. 482.
Gnaphalium rectum I. B. III. p. 160.
Gnaphalium caule simplicissimo, floribus sparsis LINN. *Spec. II.* p. 1200.
Icon OEDERI *tab.* 254.
Abunde in collibus, dumetis, sylvis, Bernæ etiam vulgatissima.
Caules albi, tomentosi, numerosi, recti, ab imo ad summum ramosi, ramis brevibus, folia non superantibus. Folia linearia, acuta, viridia, tomento cinereo obnupta; subtus tota lanuginosa. Ex alis foliorum petioli valde tomentosi, sexflori, aut ultra, toti floribus obducti. Ex istis minoribus spicis una magna & erecta, angusta spica coalescit. Flores cylindrici, squamæ calycis virides, lanceolatæ, spadiceo notatæ, ora pallente & nitida. Flosculi feminini plurimi, androgyni quatuor aut quinque.
Foliis ad decem lineas latis in M. *Gotthardo* reperi, & in M. *Fouly* floribus nigerrimis, in spicam congestis vix triuncialem.

149. FILAGO caule simplicissimo, spica pauciflora terminato *Emend. II.* n. 77.
Leontopodium parvum LOBEL ob folia inter flores.
Gnaphalium alpinum, incanum & pumilum BOCCONE *plant. rar.* p. 40. *tab.* 20.
Gnaphalium supinum Lavandulæ folio BOCCONE *t.* 85. p. 107.
Gnaphalium umbellatum minimum SCHEUCHZER *It. IV.* p. 335. ex loco natali.
& *Gnaphalium oblongo folio* EJ. *It. II.* p. 134.
An *Gnaphalium sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, capitulo terminali aphyllo, floribus oblongis* LINN. *Spec. II.* p. 1199.
In altioribus alpium ubique in *Gotthardo*, *Scheidek*, *Furka*, *Javernaz*, *les Martinets*, *Jeman*, montibus supra vallem *de Bagnes*, *S. Bernhardi*, *Fouly*, *Wängenalp*, *Speluga* &c.
Nostro caulis simplicissimus, vix erectus, trientalis, aut paulo altior. Folia angusta, lineata, tomentosa, sed mollia, flaccida. Flores in summa planta in alis foliorum solitarii, coalescunt in spicam foliosam brevem, florum octo, non multo ultra. Ii grandes, cylindrici, calycibus glaberrimis, spadiceis. Flosculi in ambitu feminini pauci, androgyni plures, campanula ex flavo in fuscum degenerante. Non satis certo a n. 148. separo.

150. FILAGO caule simplici, umbella pauciflora, calycis basi tomentosa *Emend. II.* p. 33. n. 76. †
Filago alpina minor, erecta SCHEUCHZER *It. II.* p. 133. cum a n. 149. distinguat.
In Alpinis non rarissima, in *Gemmio*, *Nesso*, *sur Champ*, *Ovanna*, *Enzeindaz*, *les Martinets*, *Culand*, *Taveyannaz*, *Prapioz*, *Jeman*, *Fouly*, *Rossboden*, *St. Bernhard*, *Gotthardo*, *Speluga*, montibus supra *Bagnes*.
Radix lignosa, crassa, nigra. Folia ex radice latiora, superne viridia, glaberrima, in fine tomentosa. Caulis non ramosus, vix ultra sex uncias altus, foliis gracilioribus adspersus. Flores in apice, absque foliis intermistis, tres, quatuor, ad octo, congesti, umbellati, cylindrici, in hoc ordine maximi, squamis calycinis lividis, ex qua nota facile adgnoscas, & in basi tomentosis, per oras nigris, etiam albis. In ambitu flores feminini pauci, cum longa tuba: in disco androgyni, numerosi, campanula quinquefida, pallente, de qua tuba longa eminet, tum pappus, qui calycem semper excedit. A prioribus facile distinguitur.
Hoc forte fuerit *Gnaphalium sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, capitulo terminali, aphyllo, floribus oblongis* LINN. II. p. 1199. etsi nostrum neque dioicum est, neque sarmenta habet procumbentia.

151. FILAGO caule ramosissimo, diffuso, umbella sessili terminatrice.
Gnaphalium humile, ramosum, capitulis nigris RAI p. 295.
Blakheaded Cudweed HILL *t.* 107.
Long Cudweed PETIVER *tab.* 18.
Gnaphalium herbaceum, caule ramoso, diffuso, floribus confertis, terminalibus LINN. *Spec. II.* p. 1200.
In fossis, hortis, &c.

Caulis ramofiffimus, paucas fæpe uncias altus, etiam pedalis, diffufus, ramofus, ramis procumbentibus, tomentofis, inprimis fuperne. Folia mollia, tomentofa, inprimis inferius, linearia, lanceolata, obtufa, vaga. In fummis ramis numerofi flores, in brevibus petiolis, feffiles, inter folia fedent, multo tomento tecti, minimi. Calycis fquamæ fplendentes, fufcæ; juniores etiam fubluteæ. Flofculi androgyni, fatis numerofi, luteo lineati, graciliffimi, feminini.

Gnaphalium medium C. B. *Baf.* p. 78. a noftro non differt, ut per exemplum adparet, quod ex ejus horto ficco fumtum apud me eft.

152. FILAGO floribus feffilibus, umbellatis, foliis tomentofis umbellam excedentibus *Cat. rar.* n. 909.

Gnaphalium alpinum CLUS. p. 495.

Icones BARRELIER 127. *n. VIII.* & 128. *n. VIII.*

Icon exftat inter regias t. 59.

Filago caule fimpliciffimo, capitulo terminali, bracteis hirfutiffimis radiato JACQUIN *vindob.* p. 150. LINN. *Spec. II.* p. 1312.

β *Leontopodium, five pes leoninus* LOBEL. *ic.* p. 484. icon vitiofa.

In alpibus & montanis paffim. In *Juræ* culmine *la Dolaz*: frequentior in lapidofis alpium. In Aquilejenfium montibus *Chamoseire*, *la Boulaire*, *Taveyannaz*, *Enzeindaz*, *Prapioz*, *Tour de majen*, *Ovannaz*, *fur Champ*, *Sanetfch*. In *Waach* M. in *Gemmio*, *Simplon*, *Scheidek*, *Mettenberg*. In *Col de Ferry*, & fuper *vallée de Bagnes*. In Rhætiæ M. *Fräla*, *Albula*, *Speluga*, *Bernina*, in M. *Averfanis* &c.

Radix nigra, lignofa; caules numerofi, dodrantales, tomentofi. Folia ima numerofa, plantaginea, elliptica, fine obtufo, lata, inferne tomento obnupta, fuperne levia, obfcuri coloris: ad caulem etiam latiufcula, ex ellipticis lanceolata. In fumma planta longiufcula folia tomentofiffima, obtufa, nidum faciunt, in quo congefti flores in petiolis breviffimis fedent. Breves funt & lati, calycibus tomentofis, fquamis lanceolatis, ora fufca. In ambitu flores feminini, minimo tubo floris, & tuba præditi: neque androgyni *a*), campanulati, pauci funt.

153. FILAGO *b*) caule dichotomo, corymbo, fphærico, in angulo feffili.

Gnaphalium FUCHS p. 222. *vulgare* CAMERAR. *Epit.* p. 606.

Filago panicula dichotoma, floribus rotundatis, axillaribus, hirfutis, foliis acutis LINN. *Spec.II.* p. 1311.

Forkd Cudweed HILL. *t.* 107.

β *Low childing Cudweed* PETIVER *tab.* 18.

Varietates foliis expanfis & ad caulem adpreffis MICHELI *hort. flor.* p. 37.

In omnibus agris, inter ftipulas abunde. Caulis erectus, tomentofus, foliofus, ad maximum angulum dichotomus; fic rami. Folia mollia, tomentofa, linearia, lanceolata, latiufcula. In divifione caulis, ramorumve, fedet ubique fua fphæra, facta ex floribus ex communi centro undique ad ambitum exeuntibus, tomento conjunctis: nempe vera in juniori planta fphæra floralis caulem terminat: verum ramus, ad ejus originem fubnafcens, ita producitur, ut in adulta planta eadem fphæra fit in divifione caulis. Cuique flori calyx unicus, pentagonius, fquamis factus fufcis, acutis, fed nitentibus, ora fublutea. In quolibet flore multi flofculi feminini; androgyni, fublutei, campanulati, duo vel tres. Semen omnibus pappofum. Flofculi non aliter pofiti, quam in Elichryfis.

Paffim populari in ufu eft, adftringendi fcopo, ad diarrhœam, & dyfenteriam. Dicitur etiam ad verminofos animalium morbos valere *c*).

154. FILAGO caule recto, ramofiffimo, foliis molliffimis, tomentofis, florum acervis feffilibus, in fpicas coalefcentibus.

Filago alia DOD. p. 67. abfque icone.

Filago incana tomentofa, erecta VAILLANT.

Filago floribus conicis, lateralibus, caule paniculato LINN. II. p. 1312.

Spreading Cudweed HILL. III. *t.* 107.

In fabulofis ad vias in Valefia, circa *Bellinzona*, verfus *Hüningen* & *aufm Birsfeld* inter ftipulas.

Caulis

a) Paulo aliter Cl. SCOPOLI p. 366. qui mafculos vocat.

b) Herba impia, incana, inde rami adfurgunt, capitula fua gerentes, liberi fuper caput excellunt PLINIUS L. XXIV. n. 113.

c) BOCCONE *muf. di fific.* p. 148.

Caulis tomentosus, erectus, ramosissimus, pedalis & cubitalis, ramis erectis. Folia conferta, tomentosa, mollia, linearia. Flores in acervos collecti, per totam caulis longitudinem alis foliorum insident, ita spicae laxae nascuntur, quae ramos terminant. Calyx conicus, totus tomentosus, cum virore albus. Flosculi in ambitu feminini, tuba de more bicorni, & gracili campanula: in centro androgyni, perexigui. Semen omnino papposum, & situs flosculorum, qui in Elichrysis.

155. FILAGO caule dichotomo, acervulis spicatis.

Gnaphalium minimum LOBEL. p. 481. non bene. PETIVER *t.* 18. *f.* XI. melius.
Filago minor I. R. H.
Leaning Cudweed HILL. III. *t.* 107.

Passim inter stipulas & in arenosis *im Grauholz* prope Bernam. Basileae. In sylva versus *Haltigen.*

Caules semipedales, ex una radice frequentes, foliosi, erecti, superne ramosi & brachiati. Folia tomentosa & incana, linearia, acuta, tamen ad lineam lata, longa ad semuncem. Glomeres florum ut in priori, sed florum minus numerosorum, etiam duorum triumve, ad verticem plantae conferti. Flores conici, sulcati, calyce ex albo virente, & in parte superiori nitido. Cuique lateri coni utcunque pentagoni duae glumae subjiciuntur, cum tertia ad basin accedente. Flosculi utriusque sexus.

156. FILAGO florum acervulis insidentibus foliis filiformibus.

Gnaphalium minimum alterum nostras Stoechadis citrinae foliis tenuissimis PLUKNET *tab.* 298. *fig.* 2.
Gnaphalium vulgare, tenuifolium I. B. III. p. 159.
Filago caule erecto, dichotomo, floribus subulatis, subalaribus, foliis filiformibus LINN. *Spec. II.* p. 1312. sed nomen nostro non convenit.
Gnaphalium vulgare medium PETIVER *t.* 18.
Grassy Cudweed HILL. l. c. & PETIVER *tab.* 18.

Basileae, in segetibus circa *Gundeldingen*, *auf dem Bruderholz* & in comitatu Badensi.

Differt omnino, foliis perangustis, filiformibus, & tamen ad unciam longis, rigentibus, minus tomentosis, neque tamen glabris, quorum aliqua sub quoque florum glomere eminent, ut habitus inde echinatus nascatur. Flores conici, ex albo virides, squamis adprime acutis & aristatis: flosculi duorum sexuum, feminini, numerosi, & androgyni.

III. PLANTIS FEMININIS & ANDROGYNIS, TOTA PLANTA DIVISIS.

157. FILAGO flagellis reptans sexu distincta, flosculis omnibus androgynis *e*).

α Floribus brevioribus & elegantioribus.
Pilosella minor DODON. p. 68. icon interior.
Gnaphalium montanum, purpureum Ic. Reg. tab. 94.

β Flosculis omnibus femininis, flore ob pappum & tubas longiori.
Lagopus TRAG. p. 332.
Icon GARIDELLI *n.* 30.

α. β. Gnaphalium sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, floribus divisis LINN. *Spec. II.* p. 1199.

Vulgo in adclivibus, sterilibus, herbosis. Densi cespites ex radice, & admista longa sarmenta reptantia, novos orditura cespites. Folia petiolata, fine obtuso, elliptico, nervo in aristam mollem educto, superne viridia, subhirsuta, inferne incana & tomentosa, caeterum firma & sicca. Caulis floriger aliquot unciarum, paucis & gracilibus foliis adspersus. Umbella ramosa, convexa. Calyx sursum latescens, squamis obtusis, parte sicca purpurea, rosea, vel alba. Androgynorum flosculi purpurascunt, vagina staminea crocea est, hinc flos brevior, statura potius humilior. Feminae vero flores longiores sunt, ob semen longius, & pappum insignem, flosculi vero stricti & angustiores, altior etiam scapus, & flos inelegans. Androgynis putem semen infecundum esse.

Hispidulae & Pilosellae nomine in Medicinam recipitur, ad siccandas defluxiones in pulmonem, & ad tussim puerorum commendata. Syrupus in officinis prostat *f*). Subadstringens planta est.

e) DILLEN *Eph. Nat. Cur. Cent. VI.* p. 78.

f) GEOFROI III. p. 525.

PLANTÆ FLORE COMPOSITO.

I. STAMINIBUS COALESCENTIBUS.

III. FLOSCULIS OMNIBUS TUBULOSIS.

II. CAPITATÆ.

CYNAROCEPHALÆ VAILLANT. *Mem. de l'Acad.* 1718. p. 149.

Huic claſſi non ſatis definitos limites natura circumſcripſit. Facile adgnoſcas, ex capite fere oblongo, ad baſin plerumque tumido, floſculorum tubo ſub campanula longiori *g*), campanula plerumque paulum difformi, ut lacinia profundius inciſa ſit, tuba longa minus profunde bifida, quam in prioribus. Pleræque ſpecies floſculos habent omnes androgynos, aliquæ in ambitu ſteriles *h*).

Calyx communis in unico genere nullus, in longe pleriſque imbricatus, ſquamis multorum ordinum.

In calidis regionibus carduorum frequens claſſis, ab ultimo ſeptentrione late abeſt *i*).

I. CALYCE PROPRIO.

ECHINOPS LINN. n. 999.

ECHINOPUS *k*) TOURNEFORT. t. 262. VAILLANT. p. 151.

Facile adgnoſcitur floribus *l*) pentagonis, in capitulum *m*) perfecta ſphæricum conjunctis, calyce proprio imbricato *n*), pentagono, ſquamis extroverſis, per oram ciliatis, baſi ſetis circumvallata, ſemine ſetis brevibus coronato *o*). Calyx communis multifolius, ſimplex, lanceolatis, ciliatis foliis factus, contra caulem reflexus *p*). Receptaculum ſphæricum *h*), aut ovale.

*158. ECHINOPS foliis ſemipinnatis, pinnis dentatis, dentibus ariſtatis, caule ramoſo.
Echinopus major I. B. III. p. 69. I. R. H.
Echinops capitulis globoſis, foliis pubeſcentibus LINN. *Spec. II.* p. 1314.
Echinops HILL. T. V. *tab.* 55.

In Valeſia ſupra Sedunum, verſus *Sion & Brieg*, paſſim ad vias: dicunt etiam in Senenſi ditione naſci.

Specioſa planta foliis amplis, ſuperne hirſutis, ſubtus incanis & tomentoſis, ſemipinnatis, pinnis anguloſis, ex angulis ariſtatis. Caulis ramoſus, rami globo florali terminati, qualem dixi. Flos albus, floſculis æqualibus *r*).

II. CALYCE PROPRIO NULLO.

I. FLOSCULIS OMNIBUS ANDROGYNIS.

ONOPORDON VAILLANT. LINN. n. 927.

Character a receptaculo florum ſumitur, quod cellulis quadrangularibus *s*) effoſſum, ſemina ex ovatis quadrangularia *t*) recipit, pappo coronata *v*). Calycis ſquamæ lanceolatæ, longa ſpina terminatæ, imæ reflexæ *x*).

159. ONOPORDON *y*) caule alato, foliis ovatis, dentatis, dentibus anguloſis, ariſtatis.
*Spina alba y**) FUCHS p. 57. *tomentoſa, latifolia, ſylveſtris* C. B. LOESEL p. 261. ic. 81.
Acanthium z) *tomentoſum, capite & ſemine majoribus, criſpantibus caulium alis* BARRELIER ic. 502.

Onopordum

g) VAILLANT. f. 6. 8. BERKHEY t. 3. f. 3. 4. 7. LEDERMULLER *Beluſt.* t. 92. Vaginam ibidem pingit.
h) VAILLANT. *figg.* 11. 14. 16.
i) BIRCH I. p. 380. Vide diſtinguentem a corymbiferis Cl. BERKHEY p. 132. 135.
k) Εχινοπους primo vere floret THEOPHRAST. L. VII. c. 8. ex correctione SALMASII.
l) BERKHEY *tab.* 3. f. 18. 34. *tab.* 7. f. 5. TOURNEFORT B. B.
m) VAILLANT. *fig.* 4. TOURNEF.
n) TOURNEFORT D. F. VAILLANT. *fig.* 5.
o) VAILLANT. *fig.* 49.
p) ID. f. 15. BERKHEY *tab.* 7. *fig.* 5. TOURNEF. G.
q) ibid.
r) BERKHEY *tab.* 3. f. 18. t. 4. f. 34.
s) VAILLANT. f. 39. BERKHEY t. 7. f. 1.2.4.
t) BERKHEY ib. f. 3. 4.
v) ID. t. 1. f. 7.
x) TOURNEFORT *tab.* 253. D.
y) In utraque Sicilia nomen conſervavit ANGUILLARA p. 145.
*y**) Spina alba habet folia albida chamæleonis anguſtiora, candidiora, aliquantum hiſpida & aculeata: caulem ſupra bina cubita altum, pollicari aut ampliori craſſitudine, albicantem, intus cavum. In acumine capitulum ineſt ſpinoſum, Echini marini æmulum, ſed minus, & oblongum. Flores purpurei, in quibus ſemen ſeu Cnicus, ſed rotundius DIOSCORIDES L. III. c. 12.
z) Acanthium, albæ ſpinæ ſimile, foliis aculeatis per ambitum, & lanugine araneoſa obductis, ex qua collecta, & neta, veſtes bombycinis ſimiles texuntur. ibid. c. 16. Neutra, ut puto, noſtra.

Onopordum calycibus squamosis, spinis subulatis, foliis ovato oblongis, sinuatis LINN. *Spec. II.* p. 1158.

Onopordon Acanthium LINN. HILL. IV. *t.* 12.

β Flore albo TABERN. p. 685. &c. in M. *Schin* prope *Rätzuns*, & ego *Morati.*

Ad vias Helvetiæ, inter Bernam & Genevam, a pago *Gümmenen* ad austrum. Circa *Basileam.* In Valesia valde tomentosum.

Caulis altissimus, sepedalis & ultra, ramosus, brachiatus, radicibus foliorum foliaceis, dentatis, tamquam alis percursus. Et caulis & folia tomento obducuntur, modo raro, ut planta tota virescat, modo albissimo. Folia sessilia, ex ovatis lanceolata, in origine sua angustiora, cis finem latiora, ora dentata, dentibus triangularibus, tres angulos educentibus, quorum quisque in validam spinam exit: aliquando tamen in duas. Ramos magni flores terminant, squamis calycis in acutam spinam desinentibus: Flosculi numerosissimi, violacei.

Efficaciam succi ad cancrum olim PETRUS BORELLUS *q*) laudavit, deinde ILL. ELLERUS in cancro labiorum per propria in Nosocomio Berolinensi facta experimenta confirmavit, tum Cl. ROSSI *r*), in mammarum cancro tamen nimis debilem deprehendit. Etiam VATERO exhibente ejusmodi cancrum certe minuit *s*). Ad scrophulas adhiberi, & cum vino decoctum urinam pellere lego. Etiam radicem Romæ edulem esse, sibi tamen non placuisse WELSCHIUS *t*). Ad empyema radicem cum melle juglandis mole bis de die HENRICUS *v*) dabat. Vide ad analysin chemicam Cl. GOELICKE *x*).

CENTAURIUM *y*).

Huc refero plantas calycis foliis simplicibus, subrotundis, non spinosis: qualia sunt Rhapontica VAILLANTII. Sed ea radiato flore differunt. Nomen nostræ reliqui, quod in medicina gerit.

160. CENTAURIUM foliis petiolatis, lanceolatis, ad pediculum emarginatis *Emend. II.* p. 28. n. 64. & *Cat. rar.* n. 862.

Rha capitatum inulæ s. centaurii majoris facie LOBEL. p. 288.

Rhaponticum alterum angustiori folio LOBEL. *ic.* p. 288.

Centaurium majus germanicum CORD. *hist. IV. c.* 59.

Centaurea calycibus scariosis, foliis ovato oblongis, denticulatis, integris, petiolatis, subtus tomentosis LINN. *Spec. II.* p. 1294.

Magna copia in M. *Alesse* Valesiæ inferioris, supra M. *Fouly.* In montibus *Prægallienſibus & Aversanis* SCHEUCHZER, in *Galanda* FABRICIUS. J. GESNER in descensu *Spelugæ.*

Speciosæ plantæ radix crassa, teres, aromatica, quando sicca est, rugas longas agit: coronatur capillitio foliorum siccorum. Folia ad radicem multa, in parte aversa albo tomento obnupta, longe petiolata, ad pediculum emarginata, longe lanceolata, ut in Lapathis, ora non profunde dentata. Non rarum est, petiolum aliquot pinnarum gracilium & acutarum paribus augeri. Caulis totus cubitalis: ad cum folia similia, non multa, brevius petiolata, etiam pinnata. Flos constanter unicus, maximus, ut soli Cynaræ cedat. Calycis squamæ plurimorum ordinum siccæ, fine dilatato, sicco; per oram lacero, ut in vulgari Rhapontico. Flosculi purpurei, innumerabiles, omnes androgyni, omnes regulares, tubo stamineo ornati & tuba, & semine pappo coronato.

Jacea incana capite pini ad nostram valde accedit, folia tamen habet aliquanto magis tomentosa, & habitum humiliorem.

CRATO *z*). Infusum vinosum ad malum hypochondriacum laudat. Vi tonica ad Diarrhoeas valet, licet reprobet ROSENBERGIUS *a*).

Huc etiam refero *Centaurium majus alpinum, acaulon fere, foliis verbasci lanuginosis* I. R. H. quod SCHEUCHZERUS *b*) in altissimis alpibus *Prægalliensium & Aversanorum* ait se reperisse: & quod nemo præterea vidit.

LAPPA

q) L. II. *obs.* 51. *Comm. Lit. Nor.* 1740. *hebd.* 19. GOERLICKE *de Onopordo.*

r) Duisburg 1727. 4.

s) *Polyp. nas.* p. 27.

t) CUMANI *obs.* 100. Add. MUFFET *health.* p. 229

v) GUIDO p. 49.

x) *De Onopord.* p. 18. 19.

y) THEOPHRAST. L. IX. c. 1. Non est Centaurium magnum folio juglandis viridi, flore cæruleo, radice tripedali, succo prægnante DIOSCORID. L. III. c. 6. p. 216. PLIN. L. XXV. n. 30.

z) *Consil.* L. VI. p. 519. BUCHNER *mat. med.* p. 291.

a) *Anim.* 17.

b) *In catal. postb.*

LAPPA *c)* TOURNEF. t. 256. VAILLANT. p. 154.

ARCTIUM LINN. n. 923

Character eſt in ſquamis *d)* calycis lanceolatis, apice ad unci modum recurvo, ad obvia quæque adhæreſcentibus. Semen brevi pappo coronatur *e)*.

161. LAPPA.

α tomentoſis capitulis.

Perſonata ſ. Lappa major altera MATTHIOLI p. 1155.

Lappa arctium HILL. *tab.* 25. *f.* 2.

Lappa major montana capitulis tomentoſis MILLER *t.* 159.

β Capitulis glabris majoribus.

Bardana major BLAKWELL. *t.* 117.

Lappa vulgaris HILL. *t.* 25. *f.* 1.

γ Capitulis glabris minoribus.

Lappa minor HILL. *fig.* 3.

II. Flore albo.

Sex varietates habet PETIVER t. 23.

α. β. γ. Arctium foliis cordatis, inermibus petiolatis LINN. *Spec. II.* p. 1143.

Nolim ſeparare. MILLERUS tamen monet, tres ſpecies diu in horto cultas conſtanter ſuum diſcrimen tenuiſſe.

In Helvetia glabræ varietates ad oras viarum frequentiores ſunt, in Germania tomentoſæ.

Radix craſſa, longa, recta, ſimplex. Folia omnibus perampla, cordata, obtuſa, ſubtus tomentoſa, obiter ſerrata, etiam ad caulem aliqua. Caulis pedalis, cubitalis, brachiatus. Capitula congeſta in aliquam umbellæ ſpeciem, ſphærica, modo aliquo tomento obnupta, modo glabra. In receptaculo ſetæ. Floſculi omnes androgyni, violacei. Semina curva, eminentibus quinque lineis inſcripta, inter eas reticulata.

Radices edules *f)* ſunt, ſapore cynaræ, ſubdulces, ſubauſteræ, cum acoris ſignis *g)*, ad venerem incitandam aptæ *h)*. Etiam caules dulces & boni alimenti ſunt, etſi vulgo negliguntur: folia amariora. Radix, ſemina & folia, ad ignem acidos liquores fundunt *i)*, & ambuſta ſalem mere alcalinum relinquunt: ſemina, ut ſolent, oleum abunde ſuppeditant. Extractum aquoſum, leniter balſamicum, ſubſalſum eſt *k)*. Sic ſpirituoſum. Radici vis blande reſolvens, ſudoremque & urinam abſque vehementia pellens tribuitur *l)*.

Hinc etiam in acutis morbis, ad exanthematum & variolarum eruptionem adjuvandam, decoctum bardanæ datur: & in pleuritide *m)*, atque peripneumonia. In malignis febribus idem decoctum in Gallia calidiori vulgo adhibetur *n)*, etiam in Belgio, cum ſucceſſu, magno teſte *o)*, tum in *ptiſanis* alvum ducentibus, quas Galli regias vocant. Eo decocto ſolo legas Polonos, corpore in fimum defoſſo, luem veneream ſanare *p)*, & eo etiam medicamento ſolo HENRICUS III. ſanatus fuiſſe dicitur *q)*. Idem medicamentum ad arthritidem datur *r)*, & in paroxyſmis podagricis ab HILLIO *s)* adhibetur. Etiam cum vino cocta radix olim eo ſcopo dabatur *t)*. Urinam lacteam puliſſe legimus *v)*. Ipſam radicem conditam ad calculum & dyſenteriam eſitant *x)*. Aquæ ſtillatitiæ uncias aliquot in pleuritide PREVOTIUS exhibebat. Semina amariſſima emulſionem ſuppeditant in nephritide utilem; ſed & pura exhibentur, & urinam vehementer movent.

Folia extus admota ad cephaleam *y)*; ad tumores diſſipandos *z)*, ad vomicas *a)*; ad arthritidem *b)* laudantur. A pecore repudiantur *c)*.

CARDUUS

c) Arction, foliis Verbaſcis ſimile, niſi quod hirſutiora & rotundiora ſunt, caule longo, molli, ſemine cumini parvo, radice tenera, alba, dulci. Ad coxendicum dolores bibitur DIOSCORID. L. IV. c. 101. Perſonata folia habet cucurbitæ majora, hirſutiora, nigriora, craſſiora, caulem albicantem, radice intus candida, foras nigra. Ad purulenta bibitur c. 102. PLIN. L. XXV. n. 66. Perſonata cujus folio nullum latius, grandes lappas fert PLINIUS L. XXV. n. 58. Lappa adhæreſcit; flos ejus intra ſeminat IDEM L. XXI. n. 17.

d) TOURNEFORT E. F. BERKHEY T. 2. f. 17.

e) TOURNEFORT.

f) MUFFET *health. impr.* p. 217.

g) GEOFROI p. 157.

h) LOBEL. *adv* p. 253. cum ſaccharo conditæ.

i) GEOFROI l. c.

k) CARTHEUSER *mat. med. part. poſt.* p. 414.

l) Non valde credit CARTHEUSER.

m) MONCONIS *Voyag.* T. II. 2. p. 230. MANARD L. XIX *epiſt.* 5. BOERHAAVE.

n) GARIDEL. CHOMEL p. 241.

o) BOERHAAVE

p) SINAP. *paradox II.* p. 109.

q) FORMIUS apud RIVER. *obſ.* 41.

r) FORESTUS.

s) In *proprio libello.* Eo ſanata podagra CHESNEAU p. 409.

t) In NICOLAUM p. 178.

v) BROOKE T. IV. p. 128.

x) LOBEL. *adverſ.* p. 253.

y) WELSCH *mictomim.* p. 63.

z) CHOMEL.

a) MARCELL. c. 17.

b) ETTMULLER.

c) SCHREBER *Samlung III.* p. 15.





Carduus mollis, Lappae capitulÿ foliis imis Acanthi superioribus integris.

C. I. Rollinus Med. C. del.

Sculpsf. C. F. Fritsch filius Acad. Gött. Sculptor

CARDUUS Vaillant. p. 153.
CARDUI Linnæi. Tournefortii multæ species.
& LAPPÆ Linn.
& SERRATULÆ Linn. species.

In receptaculo setæ, inque semine pappus. Squamæ calycinæ simplices, sine erecto.

162. CARDUUS inermis, foliis imis pinnatis, superioribus ovato lanceolatis, serratis, squamis calycis reflexis *Enum.* n. 6. *It. helvet.* n. 35. Tab.III.
Cirsium majus caule alato polycephalon capitulis majoribus personatæ æmulis Sherard apud Raium *Syll. exter.* p. 399.
Arctium foliis decurrentibus, ciliato spinosis, inferioribus pinnatis, caulinis oblongis Linn. *Spec. II.* p. 1142. Recte ad Carduos revocat Cl. Jacquin p. 275. *n.* 75.
Carduus capitulis in vertice congestis, lanigeris, squamis reflexis Gmelin. T. II. p. 62. *tab.*24.
Cirsium hallerianum Hill. *tab.* 24.

Sherardus prope Genevam. Passim in vallibus M. Juræ. *Sur le mont Damain, aux Convers, à Pertuis, au cu. des prez* Gagnebin. Ego in *Creux du vent*, & supra *Orvins.* Etiam frequentius reperi in alpinis vallibus *Ormond, Grindelwald, Ursaria.* M. *Jorogne*, in alneto denique dominii Rupensis. *Valentiæ* super thermas fabarias, ad agrorum margines.

Radix lignosa, capillata, nigra. Caulis erectus, ramosus, crassus, alis foliaceis, angustis, percursus, bicubitalis: summi petioli hirti. Folia viridia, inferne incana, per oram ciliata, & serrata; ima petiolata, semipinnata, pinnarum tribus quatuorve paribus, paulum retroversis, angulosis, extrema pinna amplissima: Folia superiora ovato lanceolata, serrata. Summi rami fasciculos florum sessilium educunt: iis calyces sunt Asteris succisæ folio æmuli; squamæ nempe longæ, magna parte sui vagæ, reflexæ, innocuæ. Flores violacei, seni, septeni. Squamæ calycis non habent hamos lappaceos, & multorum carduorum atque cirsiorum squamæ calycinæ mucrone sunt reflexo. Semina striata, sulcata, curvula.

163. CARDUUS inermis foliis glabris, serratis, imis ovatis, superioribus semipinnatis.
Serratula d) tinctoria Tabern. p. 156. foliis omnibus integris.
Serratula tinctoria II. Ej. p. 117. foliis inferioribus integris, superioribus incisis.
Serratula tinctoria III. Ej. ib. foliis omnibus incisis.
Serratula alpina con foglie laciniate Zanon. *nov. t.* 94. foliis omnibus laciniatis.
Quatuor varietates Thal. p. 26.
Various leaved Sawwort Hill. IV. *t.* 37.
Ic. Oederi *t.* 281.

β Flore albo Royer p. 120. & ipse legi.

In dumetis, & pratis paludosis, circa *Vervai, Mathod, Seelhofen &c.*

Caulis firmus, rectus, tripedalis, ex summitate ramosus. Folia peculiari firmitate, levissima, ora argute serrata, unde nomen: alias ima integra ovata: alias semipinnata, petiolo aliquot paria pinnularum educente: alias tota pinnata. Umbella caulem terminat. Calycis squamæ graciles, durissime compactæ, ora leviter lanigera. Flosculi androgyni, ut tamen eorum multi abortent, quibus minora semina sunt, quales fere exteriores sunt. Purpurascunt. Pappus in semine ex aureo & fusco splendens.

Creditur vulneraria esse, ad lapsum ex alto, ad hernias utilis *e)*, rarissime tamen in usum venit.

Sed vi tinctoria pollet, & ad eum finem etiam in hortis colitur *f)*. Cum alumine pulchrum flavum *g)* colorem dat, & cum cæruleo viridem *h)*, meliorem, quam luteola *h*)*, aut genista. Est inter fidos colores *i)*.

Ab armentis repudiatur *k)*.

Dillenius *l)* genus Serratulæ ex squamis calycis adpressis, cuspidatis, & flosculis uniformibus, constituit: eum Linnæus secutus est, ob cylindricum florem *m)*, & nudum receptaculum. Gmelinus *n)* ob receptaculum nudum separabat. Mihi cylindrica

S 2 figura

d) Serratula s. Vettonica Cestrum foliis fere lapathi, serratis, semine purpureo Plin. L. XXV. c. 46. Sed Cestrum Dioscoridis L. IV. c. 1. est Betonica.
e) Lobel *adversf.* p. 231.
f) Trowell. & Ellis p. 102.
g) Linder *färgekonst* p.86.
h) Hellot *art de teindre les soyes* p 45.
h)* Idem ib. p 45.
i) Idem ib. p.397.
k) Schreber *Saml.* III. p. 79.
l) *Hort. Elth.* p. 352.
m) *Gener.* n. 924.
n) *Flor. Sibir.* T. II. p. 82.

figura floris variabilis videtur. In *Cirsio Lapathi folio* flores juniores conici, adulti cylindrici sunt. Neque reliquæ notæ mihi certiores videntur, nam serratulæ tinctoriæ receptaculum setis distinguitur.

164. CARDUUS inermis foliis ciliatis, scapo nudo, paucifloro *Enum* n. 4. *tab. IV. It. helvet.* n. 29. *Cat. rar.* n. 879.
Annon *f.* 40. *lign.* GESNERI *posth.*
Cirsium capitulis singularibus parvis C. B. *Basil.* p. 101.
Cirsium angustifolium EJ. *Prodr.* p. 155.
Carduus dictus Cirsium folio laciniato, nigrius I. B. III. p. 43.
Carduus foliis decurrentibus, lanceolatis, serratis, subspinoso ciliatis, pedunculis longissimis, lanuginosis, unifloris LINN. *Spec. II.* p. 1152. JACQUIN p. 277. *n.* 77. qui a Cirsio Pannonico I. CLUSII separat, cujus icon non dissentit p. 656.
Carduus desloratus HILL. IV. *t.* 13.
β Flore albo in M. *Mettenberg &c.*
Vulgo in alpinis herbidis, lapidosis. *Dansez*, *Chamoseire*, *Nesso*, *Ovanna*, *Chapuise &c.* Etiam in montosis vallis Juranæ: in *Dolaz*, *Grandvi*, *Thuiri*.
Variabilis planta. Plerumque caulis nudus, uniflorus, ad radicem folia numerosa habet firma, nitida, glaberrima, margine undique ciliata, alias integra, lanceolata, alias semipinnata. Flos unicus in longo petiolo, sæpe pendulus quando adolevit, speciosus, purpureus. Calycis squamæ longe lanceolatæ, pene subulatæ, nervo albo divisæ, imæ deviæ; semina ex ovatis oblique acuminata, nitentia.
γ Passim reperitur caule toto ramoso, ramis florigeris brevioribus: in M. *Neunenen*.
δ Foliis adeo spinosis, ut carlinam imitentur.


165 CARDUUS foliis ovatis & semipinnatis, subtus tomentosis, spinosis, calycibus molliter spinosis, reflexis.
Carduus caule crispo I. B. III. P. I. p. 59.
Carduus spinosissimus, angustifolius vulgatis C. B. LOESEL *ic.* p. 43.
Carduus foliis decurrentibus, sinuatis, margine spinoso, floribus aggregatis, terminalibus, inermibus LINN. *Spec. II.* p. 1150.
Curldthistle HILL. IV. *tab.* 9.
β. Flore albo SCHEUCHZER *It. II.* p. 131.
Ubique in ruderosis & ad vias. Albo flore SCHEUCHZER in Rhætia inter *Tieffenkasten & Fürstenau*, & ego circa *Roche*.
Multa habet similia Carduo Lappæ capitulis. Caulis tripedalis & ultra, fragilis, erectus, ramosus, totus percursus alis, sive foliorum nascentium radicibus spinosis, crispisque. Folia mollia, subtus pariter tomentosa, ovata, aut semipinnata, pinnis angulosis, angulis aristatis, pungentibus. Flores in summa planta fasciculati, in tomentosis petiolis; calycis squamæ acutæ, sed innocuæ, imæ reflexæ, ut in Carduo, reliquæ rectæ. Flosculi purpurei, etiam solitarii.

166? CARDUUS alis caulinis latissimis, foliis semipinnatis, pinnis angulosis, spinosis, floribus longis, fasciculatis.
Carduus Acanthoides I. B. III. P. I. p. 56. I. R. H.
Polyacantha TABERNÆM. p. 701.
Carduus spinosissimus capitulis minoribus RAI *Syn. III.* p. 194.
Iconem habet Cl. HILL. t. 9. sed floribus laxe umbellatis, distantibus.
DILLENIO auctore pro Acanthoide Carduo habeo, quem ex Anglia, & a summo olim viro, & a Cl. HUDSONO accepi, veram distinctam plantam. J. BAUHINUS ad fluvios & in salicetis suum legit, ego nunquam in Helvetia, neque alii nuper repererunt.
Facile a Carduo *Crispo* distinguitur. Caulis quidem perinde ramosus, etiam alatus, sed alis multo latioribus, angulosis & serratis, angulis spinas educentibus. Folia inferne tomentosa, & superne hirsuta, semipinnata, pinnis triangularibus, angulosis, ex angulis spinosis. Flores passim per caulem, & in summo caule sessiles, in fasciculos congesti, multo, quam crispo longiores, calyce glaberrimo, squamis lanceolatis, in pungentem, sæpe deflexam spinam exeuntibus, foliis hirsutis suscepti. Flosculi purpurei, pappus longus,
CARDUUS acanthoides LINN. *skonska resa* p. 297. & *Spec. plant. II.* p. 1150. n. 4. non potest noster esse. Videtur varietas cardui crispi, quam in Germania legi, circa *Salz der Helden*, etiam albo flore, quam etiam Cl. GRIMM ex M. *Insel*s*berg* misit.



C. J. Rollinus. M. C. delin.

Sculpsit. C. F. Fritzsch. filius. Acad. Gött. Sculptor.



Spinæ foliorum ferociores, flores majores, ſolitarii, erecti. Squamæ anguſtæ, plurimæ, reflexæ, pungentes, paulum villoſæ *o*). Cl. LINNÆUS Hybridam facit ex criſpa & nutante *p*): nos cum *nutante* relinquimus.

167. CARDUUS foliis ſemipinnatis, pinnis anguloſis, ſpinoſis, floribus nutantibus, calycibus pungentibus patulis.

Acanthium ſylveſtre AICHSTETT. *æſtiv. ord. XI. tab. 2. fig. 2.*
Carduus nutans I. B. iII. P. I. p. 56. LINN. *Gotlandsk reſ.* p. 298.
MERIANÆ icon n. C.
Musk thiſtle PETIVER *tab.* 21.
Carduus foliis ſemidecurrentibus, ſpinoſis, floribus cernuis, ſquamis calycinis ſuperne patentibus LINN. II. p. 1150.

β. Flore albo AICHSTETT l. c. in Rhætia LINDER.
γ. Caule ramoſo, capitulis multo minoribus, numeroſis, erectis, diverſiſſimo habitu inter Roche & Aigle ad viam, flore albo. Convenit folioſis ſquamis calycis.

Frequens ad vias.

Caulis ramoſus, cubitalis, non valde ramoſus, obductus alis ſpinoſis, brevibus, & interruptis. Folia firma, ſemipinnata, nutantia, nervis ſubhirſutis, pinnis anguloſis, ſpinoſis, ſpinis robuſtis, ex folio cis angulum prodeuntibus. Rami florigeri longi, nudi; capitula grandia, nutantia. Squamæ calycis foliaceæ, latæ, in ſpinam valentem terminatæ, exteriores reflexæ, intimæ rectæ. Flos moſchi odore. Floſculi carnei, vagina ſubviolacea. Semina nitida, ex ovatis acuminata, utrinque conpreſſa, multo & lato pappo.

Carduorum ſicci flores optimum fermentum præbent *q*), quo lac coagulatur.

CIRSIUM *r*).

CIRSIUM VAILLANT. p. 157.
& ERIOCEPHALUS VAILLANT. p. 160.
CIRSII TOURNEFORT. *tab.* 255. ſp.
& CARDUI T. ſp.
CARDUI ſp. LINN.
& SERRATULÆ ſp. LINN.

Facilis character eſt, etſi poſſit artificialis videri, pappum habere plumoſum, qui carduo ſimplex ſit. A ſpinis enim Characterem ſumere non licet, quæ per lentos gradus decreſcant. Deinde pleraque Cirſia in calyce tomentum habent, alia parcum, alias uberius.

I. CIRSIA SPINOSA.

168. CIRSIUM foliis pinnatis, pinnis bilobis, lanceolatis, ſpinoſis, calycibus tomentoſis, ſphæricis, ſpinoſis.

Carduus eriocephalos DODON *purg.* p. 445. CLUS. *Pannon.* p. 666.
Carduus tomentoſus LOAEL *ic. II.* p. 10.
Carduus foliis ſeſſilibus bifariam pinnatifidis, laciniis alternis, erectis, calycibus globoſis, villoſis LINN. *Spec. II.* p. 1153.

β Flore albo I. R. H. WEINMANN *tab.* 310. b.

Omnium carduorum noſtrorum ſpecioſiſſimus, in montanis ubique provenit. In Juræ M. *Neirivaux*, circa lacum *de Joux*, in ejus nominis valle, tum à *Pont* ad *Montendre*, & inter *Pont* & *Vallorbe.* Circa *Ferriere* paſſim GAGNEBIN. In ſubalpinis frequenter reperi, in Aquilejenſibus frequentiſſime, ut in *Gouſin.*

Caulis ſepedalis, firmus, ramoſus, aſper, ſulcatus. Folia ampliſſima, pedalia & ultra, pulpoſa, ſuperne viridia & hirſuta, inferne alba & tomentoſa, pinnata, nervo albo, folioſo, pinnis bilobatis, utriusque lobi nervo albo in duriſſimam ſpinam abeunte,

o) LINNÆUS villoſas facit.
p) *Plant. hybrid.* p. 23.
q) LAWRENCE p. 139.
r) Cirſium cauliculo tenero bicubitali, triangulo ſimili, foliis ab imo ſpinoſis circumdato; roſæ ſpeciem referentia, anguli ſpinoſi, per intervalla molles; folia Bugloſſo [linguæ Jovis] ſimilia, longiora, ſubalba, modice hirſuta, partibus extremis aculeata. In cacumine orbiculato, hiſpido, purpurea capitula, quæ in lanugines ſolvuntur DIOSCOR. L. IV. c. 114. & PLINIUS L. XXVII. c. 39.

abeunte, altera pinna longiſſima, lanceolata. Capitula congeſta ramos terminant. Flos ſphæricus, maximus, calycis ſquamis foliaceis, lanceolatis, erectis, etiam vagis, goſſypiacea s) lanugine obnuptis, in flavum aculeum terminatis t). Floſculi longiſſimi, incurvi, purpurei, vagina pallente, ſemine albo, pene ovali, compreſſo, oblique truncato. Placenta edulis ut cynaræ, quod plerisque cum carduis commune habet: quorum placentæ carnoſæ & boni ſucci eſſe ſolent.

169. CIRSIUM foliis ſemipinnatis, pinnis bilobis, ſpinoſis, capitulis congeſtis, conicis, tomentoſis.

Carduus lanceatus Tabern. p. 699. *latifolius* C. B.

Carduus foliis decurrentibus, pinnatifidis, hiſpidis, laciniis divaricatis, calycibus ovatis, ſpinoſis, villoſis, caule villoſo Linn. *Spec. II.* p. 1249.

β Flore albo Gottingæ reperi.

Ad vias vulgaris.

Caulis bicubitalis, totus obductus alis foliaceis, brevibus, vehementer ſpinoſis. Folia priori Carduo 168. ſimilia, breviora, paucioribus pinnis, ſemipinnata, pinnis bilobatis, lanceolatis, nervo in ſpinam exeunte, extrema pinna longiſſima. Superne virent & hirſuta ſunt, inferne albicant. Capitula in ſummis ramis congeſta, conica; ſquamæ calycinæ extimæ lanceolatæ, in ſpinam terminatæ, reflexæ, intimæ innocua ſpinula terminantur; omnes tomentum obnubit. Floſculi purpurei: ſemen curvulum, ab altera parte linea diviſum, ex ſpadiceo varium.

170. CIRSIUM caule recto, ſubnudo, alato, foliis ſemipinnatis, ſpinoſis, calycibus molliter ſpinoſis,

Carduus polycephalos, anguſtifolius C. B. *Prodr.* p. 156. Dalech p. 1743.

& *Carduus lanceatus, anguſtifolius* C. B. *prodr.* p. 155. ex fide horti ſicci.

& *Carduus paluſtris* Ej. ib. p. 156.

Carduus ſpinoſiſſimus, anguſtifolius, pratenſis Loesel p. 35.

Marshy maythiſtle Hill. IV. *t.* 9.

Carduus foliis decurrentibus, dentatis, margine ſpinoſis, floribus racemoſis, erectis, pedunculis inermibus Linn. *Spec. II.* p. 1151.

Cirſium &c. Gmelin. *tab.* 23. *f.* 2. p. 57.

In pratis & agris udis, inque ſylvis.

Caulis altus ad ſex pedes, longe nudus & gracilis, ramis aut nullis, aut brevibus, ex qua nota vel ſola hanc plantam adgnoſcas, totus obductus alis foliaceis, ſpinoſis. Folia pauca, neque magna, viridia, inferne parce tomentoſa, ſemipinnata, pinnis breviter bilobatis, anguloſis, nervis in aliquot longos aculeos exeuntibus, extrema pinna longiſſima. In ſummo caule capitula congeſta, oblonga, parva, quæ per maturitatem diſcedunt, & in laxam umbellam abeunt. Squamæ calycis foliaceæ, lanceolatæ, tomento obductæ. Earum extremæ ſæpe deflexæ, in ſpinam modice pungentem terminatæ, intimæ mucronatæ abſque ſpina. Floſculi purpurei, vagina alba. Semina ex ovatis obliqua, quaſi truncata.

171. CIRSIUM caule anguloſo, ramoſo, foliis ſemipinnatis, pinnis anguloſis, ſpinoſis, calycibus longis, inermibus.

Carduus arvenſis Tabernæm. p. 700.

Ceanothos Theophraſti Columm. *Ecphraſ.* p. 45. 46.

Carduus repens vinearum C. B. *prodr.* p. 156.

Carduus ſerpens, levicaulis I. B. III. p. 59.

Serratula foliis dentatis, ſpinoſis Linn. *Spec. II.* p. 1049.

β Flore albo.

γ Flore pleno Meeze p. 117.

Ad vias & in agris, aliquanto, quam in Germania parcius.

Radix longa, reptans, peſtis frugum. Caulis rectus, tripedalis, ramoſus, anguloſus, non alatus. Folia ſemipinnata, pinnis triangularibus, anguloſis & complicatis, dentibus in ſpinulas exeuntibus: folia ſuperiora pene integra & dentata. Vidi tota levia fuiſſe, in Germania ſolent inferne tomento obnubi. Flores in umbellas laxas, in ſuis longis tomentoſis petiolis ſolitarii, aut bini. Calyx longus, multiplici ſquamarum ordine, denſis iis, lanceolatis, in brevem, non valde duram, ſpinam exeuntibus. Floſculi læte purpurei. Pappus longiſſimus, plumoſus, & brevis ſetaceus, in placenta.

Pappum ad lectos inſervire v) lego.

172. CIRSIUM

s) Berkhey I. f. 27. t) *Fig.* 26. v) Linn. *Wäſtgota reſa* p. 266.



Cirsium alpinum spinosissimum floribus albis congestis

C. J. Rollinus. MED. C. delin.

C. F. Fritzsch Sculpsit. Acad. Gött. Sculptor.

172. CIRSIUM foliis caulinis semipinnatis, pinnis angulosis, spinosissimis, terminantibus mollibus, hirsutis, umbellam floralem comprehendentibus. T. V.

Cirsium It. helv. n. 66. Enum. n. 3.

Carlina polycephalos alba SCHEUCHZER *It. II.* p. 131.

Cirsium foliis amplexicaulibus, sinuato pinnatis, spinosis, caule simplici, floribus sessilibus LINN. *Spec. II.* p. 1157.

Non est *Cirsium spinosum, capitulis in vertice inter foliorum valla congestis nudis, inermibus* GMELIN. *Flor. Sibir. II.* p. 64. *t.* 25. neque enim nostro calyx inermis est.

Cnicus spinosissimus HILL. *tab. 6.*

Frequens in alpium herbosis, nondum summis, in M. *Nesso, auf Boll, Enzeindaz, Chapuise*, etiam versus *Gotthardum, Spelugam.*

Radix crassa, lignosa. Caulis non ramosus, pedalis, cubitalis, superne totus foliis obductus, angulosus, non alatus. Folia caulina ferocissime spinosa, amplexicaulia, semipinnata, pinnis angulosis, multilobis, nervis in spinas robustas productis. Folia in summo caule nidum pro flore facientia, latiora, ovato lanceolata, tamen semipinnata, tenera, ex flavo albida, pubescentia. Flores sessiles, inter ea flavida folia congesti; calyx conicus, squamis lanceolatis, in spinam robustam exeuntibus, fuscis. Flosculi cum vagina ochroleuci.

II. CIRSIA NON SPINOSA.

173. CIRSIUM foliis ciliatis, amplexicaulibus, inermibus, flores comprehendentibus.

Carduus pratensis Tragi LOBEL. II. p. 11. I. B. III. P. I. p. 42.

Cnicus foliis pinnatifidis, carinatis, nudis, bracteis subcoloratis, integris, concavis LINN. *Spec. II.* p. 1156.

Various leaved blessed thistle HILL. T. IV. *tab.* 5.

In pratis udis autumno ubique.

Caulis simplex, fragilis, angulosus, ad tres, & sex demum pedes erigitur. Folia ima amplissima, pedalia, pinnata, pinnis longis, parallelis, dentatis & ciliatis, molliter quasi spinosa: superiora amplexicaulia, ovato lanceolata, similia. Est ubi omnia ovato lanceolata sunt. In summo caule aliquot folia, multo capitulis majora, conniventia, albida, flores nascentes velant; adulti vero flores in longioribus pediculis nudi nunc eminent. Capitula conica, duo, tria. Squamæ lanceolatæ, in spinulam terminatæ, aliquo tomento obnuptæ. Flosculi ochroleuci, vagina fusca. Semen ex ovato compressum, signatum linea media, ab altero latere magis eminente. Inutilis, ab armentis evitatur SCHREBER III. *Saml.* p. 23.

Non videtur ex solo foliorum circa flores situ, neque eo satis certo, character genericus sumi posse.

174. CIRSIUM foliis pinnatis, pinnis ciliatis, squamis calycis recurvis *Emend. III.* n. 244. †*

An *Carduo cirsium alpinum polypodii instar profunde laciniatum, & aliquando dentis leonis laciniis, flore luteo polycephalon* PLUKNET p. 83.

SHERARDUS in adscensu ad summum M. *Dolaz.* Inter plantas Cl. LE CLERC fuit.

Rarissimæ plantæ folia viridia, hirsuta, inferne pallida, ima omnia profunde divisa, pinnata, cubitalia, pinnarum paribus duodecim, quarum mediæ longissimæ, semipedales. Pinnæ majores cis finem bilobatæ, minores simplices, fere lanceolatæ, per oram ciliatæ, non raro retroversæ. Folia caulina amplexicaulia, lata basi caulem amplexa, fabricæ ejusdem, nervo latiori. Flores & in summo caule, & in uno alterove prælongo ramo, de folii ala exeunte. Sub floribus folia ligulata, ciliata. Fasciculi quatuor vel quinque florum in summo ramo, petiolatorum, etiam sessilium. Squamæ lanceolatæ, apice ut in Astere reflexo, inermi. Flores ochroleuci.

Similem plantam Cl. LA CHENAL in M. *Generoso* insubriæ helveticæ legit, flore aliquanto minori.

175. CIRSIUM foliis ciliatis, imis ovatis, superioribus semipinnatis, floribus sessilibus obversis. *Comm. Gott.* T. I. p. 206. *tab. VIII. Cat. rar.* n. 885. In *Enum.* est n. 9. & 10. hoc ex planta non visa.

Erisithales LUGDUN. I. p. 1094. ob folia non lata, pinnata.

An *Carduus ακανωδης* II. RICHER *ic.*

Cirsium elatius polycephalon, foliis imis integris, superioribus latis, profunde laciniatis SHERARD apud RAI *syll. exter.* p. 398.

Carduo cirsium dictum montis piniferi repens? foliis imis integris, subtus incanis, superioribus dissectis, capitulis singularibus, geminis, tergeminisve HOFMANN in VOLCAMERI *flor.* p. 85.
Carduus Erisithales Cl. JACQUIN *vindob.* p. 279. *n.* 78. *obs. t.* 17. vel ob capitula glutinosa.
Carduo cirsium maximum profunde laciniatum in foliorum ambitu spinis mollibus hirtum PLUKNET p. 83. *tab.* 154. *fig.* 2.
Cirsium alpinum &c. PONTEDERÆ *class.* p. 133. *tab.* p. 132.
Cnicus foliis amplexicaulibus, pinnatifidis, hirsutis, calycibus nutantibus, glutinosis LINN. *Spec. II.* p. 1057.
Carduus &c. Cl. LA CHENAL *obs.* 4. p. 296.

Frequens in alpinis, in pratis vallis *Ormond dessus*, versus *la Croix*, *aux Aviolats*, versus *Forclaz*, *à la Combala* vallis *les Mosses*, & alibi. Ad rivum haud longe Geneva SHERARD. Prope *Courtelary* GAGNEBIN, & alibi circa *Ferriere*.

Radix lignosa, reticulata. Caulis tripedalis & ultra, angulosus, aliquando subtomentosus, cavus, non ramosus, nisi ex summitate, sub floribus longe nudus. Folia ima petiolata, ovato laciniata, incisa, circumserrata, ciliata: superiora amplexicaulia, neque semper, semipinnata, pinnis longis, ciliatis, angulosis, nam etiam omnia in caule florente ovato lanceolata vidi. Nervos habent subhirsutos. Sub floribus petioli tomentosi, albi, & foliola subspinosa, ciliata, quæ cum adulto flore evanescunt. Flores tres, quatuor, collecti, sæpe bini oppositi, sessiles, nunquam foliis circumvallati, raro solitarii, per maturitatem nutantes. Calyces conici, viscidi, squamis lanceolatis, aristatis, non spinosis. Flores alias purpurei, alias ochroleuci, etiam albi, cum staminibus & vagina violacea.

In pratis vallis Juranæ inter M. *la Dent* & pagum *le Pont* reperi humilem, pedalem, monstrosum, capitulis mere foliosis, ex innumeris foliis calycinis stipatis, in acervos copiosissimos congestis, etiam proliferis.

Ci *Serratuloides* Cl. JACQUIN differt caule unifloro.

176. CIRSIUM foliis ciliatis, semipinnatis, pinnis angulosis, spinosis, superioribus amplexicaulibus.

Carduus foliis amplexicaulibus, lanceolatis, serraturis spinoso setaceis, floribus triphyllis LINN. *Spec. II.* p. 1155. Cl. LA CHENAL *Act. helvet.* T. IV. p. 294. *tab.* 16.

Non est *Carduus tartaricus* HILL. T. IV. *tab.* 15.

Passim in Helvetia & Germania. Reperi circa *Vervai* in pratis humidis, in valle alpina *les Mosses*, similibus locis. Cl. LA CHENAL in pascuis macilentis ad *Birsam* inter pontem majorem & *das Schänzlein.*

Plurima habet sequentis similia. Radix lignosa, non tamen adeo magnos bulbos dimittit, sed fibras cylindricas, graciliores. Caulis fere ramosus, tamen & simplex, sulcatus, subvillosus, pedalis & cubitalis. Folia omnia similia, virentia, inferne pallidiora, superne hirsuta, nervis inerne pubescentibus, pallida, non lanuginosa. Omnia cæterum semipinnata, pinnis angulosis & lobatis, duobus, tribus, quatuor lobis, extrema pinna trilobata: eorum ora undique ciliata est, binis angulorum sic satis pungentibus; tum iis, quæ sunt in rotundis hamis foliorum amplexicaulium, qualia per superiorem partem caulis reperiuntur. Sub flore, dum junior est, aliqua folia simpliciora, ciliata, & subspinosa sunt, quæ tamen a maturo flore longe distant, ut omnino nudus sit. Flos ingens, inverse conicus, squamis late lanceolatis, in spinulam terminatis. Flosculi ochroleuci.

Ex morbo, quem in *tartarico Carduo* LINNÆUS describit, suspicarer eum Carduum meum 175. esse *x*), eum nempe ait plenum fieri, pappo in folia angusta dilatato, corollis viridibus, serratis, stylo in duo folia ciliata abeuntibus. Verum Carduus Erisithales ab hoc Carduo n. 176. abunde differt, vel solis foliis plerumque latis, ne semipinnatis quidem.

177. CIRSIUM radicibus bulbosis, foliis semipinnatis, pinnis angulosis, ciliatis, floribus nudis.

α Foliis latioribus.

Carduus bulbosus Monspeliensium LOBEL. *advers.* p. 371. *ic.* P. II. p. 10. sive *Acanthus silvestris quorumdam foliis laciniatis* I. B. III. p. 43.
Carduus tuberosus HILL. IV. *tab.* 14?

β Foliis profunde incisis, angustioribus.

Acanthus sylvestris alter LUGDUN. p. 1444.

Jacea

x) *Prolepf. plant.* p. 338.



Cirsium Alpinum boni Henrici folio.

C. J. Rollinus. Med. C. delin.

Sculp. C. F. Fritzsch Filius Ac. Gött. Sculpt.



Cirsium montanum foliis longis serratis subtus incanis.

C. J. Rollinus Med. C. delin: Sculps. C. F. Fritsch. filius Acad. Gött. Sculpt.

Jacea aculeata s. tuberosa TABERNÆMONT. p. 154.
α. β. *Carduus tuberosus* LINN. *Spec. II.* p. 1154. JACQUIN *obss.* p. 79. p. 280.
Michelfeldæ Cl. LA CHENAL. Genevæ D. LE CLERC.
A priori distinguitur radice de medio trunco educente bulbos oblongos, a quibus nomen est. Deinde caulis plerumque minus ramosus, etsi etiam ramosus reperitur, longe nudus, uniflorus, biflorus. Folia petiolata, semipinnata, pinnis bilobis, trilobis; sed & pinnæ & lobi longiores sunt: ora amat contrahi, & cilia minus evidentia sunt; spinæ tamen ex angulis pinnarum exeunt. Cæterum folia superne hirsutula, inferne subtomentosa, in Monspeliensibus exemplis tota incana sunt. Amplexantur equidem caulem, sed vix ullis cum hamis. Capitula nuda, absque foliis, minora, squamis mucronatis, non aristatis. Flosculi purpurei.

178. CIRSIUM floribus acaulis.
Chamæleon exiguus TRAG. p. 852.
Carlina minor CLUS. *hist.* p. CLVI.
Carlina montana minor acaulos BARRELIER *ic.* 493.
Carduus acaulis calyce glabro LINN. *Gotlansk. res.* p. 297. *Spec. II.* p. 1156.
β Flore albo MORISON. Cl. GAGNEBIN circa *Ferriere*, etiam in Germania.
γ Caulescens ROSEN *obs.* p. 42.
Non rara in gramineis siccis, & agris macilentis, circa *Almedingen*: in via per M. *Hauenstein &c.* Etiam in alpes adscendit.
Magna in eo similitudo est foliorum florisque cum Cirsio n. 176. Folia ad terram in circulum disposita, semipinnata, pinnis angulosis, bilobatis, & trilobatis, ciliatis, sed spinis, quam in n. 176. validioribus. Caulis unus, pluresve, vix unciales, tamen non absque foliis, uniflori. Capitulum inverse conicum, ut in Cirsio 176. sed squamis mucronatis, non spinosis, qua nota, & caulis defectu adgnoscitur.

179. CIRSIUM foliis ovato lanceolatis, dentatis, subtus tomentosis, calycibus villosis.
α. Foliis latis *tab. nostr. VI.*
Carduus mollis Lapathi folio CLUS. *Pann.* p. 663. 664. *neglectis foliorum dentibus.*
Centaurium majus folio Helenii angustiori SCHEUCHZER *It. II.* p. 132. cum decem & duodecim capitula conjuncta describat.
Carduo cirsium Britannicum floribus plurimis in summo caule adgestis PLUKNET *tab.* 154. *fig.* 3.
Cirsium inerme foliis ex ovato lanceolatis. denticulatis, infra lanugine candidis GMELIN. T. II. p. 67. *t.* 26.
β. Foliis longe lanceolatis, angustis.
Ic. flor. Dan. n. 37.
Cirsium montanum humile Cynoglossæ folio Polyanthemon DILL. *hort. Eltham. tab.* 70. *Phil. Trans. n.* 336.
γ. *Cirsium inerme, foliis linearibus, utrinque viridibus, calycibus hirsutis* GMELIN. p. 78. *t.* 33. ex fide ILL. LINNÆI.
α. β. γ. *Serratula calycibus hirsutis, ovatis, foliis indivisis* LINN. *Spec. II.* p. 1145.
Varietatem α legi in adscensu ad M. *Gotthard* circa *pontem Diaboli.* SCHEUCHZER in jugis *Prægalliensium & Aversanorum.* Cl. DICK in *Spelugæ* ad *Chiavennam* descensu, in M. *Bernina.*
Varietas β in M. *Sylvio*, *St. Bernhard*, *Grandvire* supra *Morcle*, M. *Fouly*, in alp. *Grajis.* Alpium ergo editiorum civis.
Radix perennis, lignosa. Ex ea folia petiolata, pene cordata, aut ovato lanceolata, paulum carnosa, superne virentia, glabra, inferne albissimo tomento obsita in α, nam in β tomentum paulo rarius est, margine serrato, ut intervalla dentium lunata sint. Ad caulem sessilia sunt, & in varietate β graciliora, oris contractis, dentes abscondentibus, angustiora, lanceolata.
Caulis firmus, pedalis, purpureus, tomentosus, simplex, terminatus floribus congestis, parvis, in umbellam dispositis, in petiolis tomentosis, uncialibus. Unus alterque flos accessorius sub umbella. Calyx per maturitatem cylindricus, squamis triangularibus, latis & brevibus, ora fusca, intimis & potissimum in β lanuginosis. Flos violaceus, suaveolens, placenta etiam in hac Serratula Cl. Virorum setis obducta.

180. CIRSIUM foliis ciliatis, subtus tomentosis, radicalibus petiolatis, ovato lanceolatis, caulinis lanceolatis, aut semipinnatis T. VII.
Cirsium Britannicum CLUS. *Pann.* p. 657. ex fide DILLENII, qui exemplum misit.
Cirsium Anglicum II. CLUS. *hist.* p. CXLVIII.

Cirsium singulari capitulo squamato vel incano alterum C. B. SCHEUCHZER *It. IV.* p. 332. MILLER *tab.* 94.

Folia satis accedunt ad *Cirsium tomentosum radice bulbosa, quibusdam leucacantha Anguillaræ* I. B. III. P. I. p. 44. HILL. *tab.* 22.

Carduus foliis amplexicaulibus, lanceolatis, dentatis, spinulis inæqualibus, ciliatis, caule inermi LINN. *Spec. II.* p. 1155. Diversissimam tamen plantam cum nomine *Cardui Helenioidis* Cl. HUDSON misit.

In fossis & ad vias per vallem *Ursariam* vulgo; tum circa fontes Rhodani, & in valle *S. Nicolai*, circa *Praborgne*, & in universum supra *Brieg*: circa *Formazz.*. In M. *Bernina*.

Radicem doleo me non vidisse. Planta speciosa est altitudine, tripedalis, & ultra, caule anguloso, cavo, subtomentoso, parum ramoso, toto folioso. Folia hinc viridia, inde albissimo tomento obducta, per oram dentata, & ciliata; ad terram petiolata, ovato lanceolata, ad caulem rotundis hamis dentatis adnata, longe lanceolata, simplicia. In summo caule flores ab uno ad tres, erecti, quibus angusta folia subjiciuntur. Capitulum magnum, inverse conicum, squamis fuscis, triangularibus, latis, non spinosis. Flosculi purpurei.

β. *Cirsium maximum incano folio, bulbosa radice* CLUS. p. 660.

Cirsium maximum Asphodeli radice C. B. SCHEUCHZER *It. VII.* p. 511. si hoc intelligit.

Cirsium maximum foliis carnosis, bulbosa radice, sive Lutetianum C. B. III. P. I. p. 44. SCHEUCHZER *It. VII.* p. 511.

Carduus foliis amplexicaulibus, lanceolatis, ciliatis, integris laciniatisque, caule subunifloro, calyce inermi LINN. *Spec. II.* p. 1154.

II. Etiam in eo pleni flores reperiuntur, quales in tartarico LINN. *Prolepf.* p. 338.

SCHEUCHZERUS in pratis udis Valesiæ, si de hac rarissima planta loquitur. In valle *ursaria*, & circa *Formazz.*

Planta nostra nonnullis notis cum *heterophyllo Carduo* LINNÆI convenit, dissentit in aliis. Nostra enim altissima est, quinque pedum stirpem coram habeo. Folia superne læte virent, inferne albissimo tomento obducuntur. Eorum aliqua similia prioris amplexicaulia, hamis rotundis, lanceolata, per oram ciliata, etiam dentata, ut tamen margo contractus dentes nonnunquam abscondat. Sed pleraque aliter se habent, in origine ovata, deinde semipinnata, pinnis longis, lanceolatis, parallelis, extima longissima: alias tota præter vaginam, qua ex caule prodeunt, pinnata. Caulis ut in priori saturate purpureus, angulosus, tomento adspersus. Flos alias unicus, cui alter nonnunquam subjicitur, simillimus, violaceus, minimis ciliatis foliis susceptus; alias plusculi, quatuor, quinque, quorum cuique latiusculum folium subjicitur. Squamæ calycinæ, sæpe vagæ, repandæ. Flosculi albidi, hinc profundius inaisi.

Omnibus conparatis, non credo vere a priori differre. Initia degenerationis habet OEDERUS t. 109. foliorum nempe, quæ ad apicem finduntur. Denique nunc video, GORTERUM in Ingria folia constanter duorum generum reperisse *y*). Folia habeo cirsii buibosi superne non virentia, sed tomentosa. Quare credo esse plantam, quam ex SCHEUCHZERO citavi, qui circa Sedunum legit. Si aliam plantam vult, ea erit inter desideratas.

SIBYBUM *z*) VAILLANT. p. 172.

CARDUI sp. TOURNEF. & LINNÆI.

Huic generi calycina squama, non unam, sed multas utrinque spinas educit, ut in altera classe Calcitrapa.

181. SILYBUM nervis foliorum albis.

Carduus Mariæ TRAGI p. 850. BLAKWELL *tab.* 79.

Carduus foliis amplexicaulibus, hastato pinnatifidis, spinosis, calycibus aphyllis, spinis canaliculatis, duplicato spinosis LINN. *Spec. II.* p. 1153.

Milkthistle HILL. IV. *t.* 16. PETIVER *tab.* 21.

Planta hortensis passim inter rejectanea hortorum & in ruderosis reperitur.

Caulis ramosus, procerus, alatus, sub flore nudus. Folia amplissima, levia, viridia, rete nervorum alborum distincta; ex ovatis lanceolata aut obtusa, ima semipinnata,

y) *Flor. Ingr.* p. 179.

z) Silybum lata spina est, folia ferens chamæleonis albi albis: recens istius radicis succus drachmæ pondere vomitum movet DIOSCORID. L. IV. c. 153. Non est nostra planta.

ta *a*), margine dentato, ciliato & ſpinoſo, baſi ad caulem adnata, ſpinoſa. Quemque ramum ſuus grandis flos terminat, erectus, purpureus. Squamæ calycis additamentum *b*) habent, transverſim ovale, ſpinis ex utraque ora ciliatum, media robuſta ſpina de nervo exeunte.

Semina amara, farinoſa, in medicinam recipiuntur, & emulſionem ad morbos pectoris punctorios dolores, & ad coagula ſanguinis utiliter *c*) datam fuiſſe legimus. Folia amara vim habent acidam *d*).

CARLINA

TOURNEF. *tab.* 285. VAILLANT. p. 172. LINN. n. 929.

Calycis primæ ſquamæ ſunt folia ſemipinnata & ſpinoſa plantæ ſuæ: deinde ſpinæ multifidæ & ramoſæ ſuccedunt; inde laminæ longe lanceolatæ, ſiccæ, nitidæ, quæ in ſpeciem radiorum expanduntur. Receptaculum copioſiſſimis ſetis diſtinctum. Semina coronata, exteriori corona pappi ſimplicis, non decidui, & interiori corona plumarum ramoſarum *e*). Habitus totus floris radiati, planus, transverſim, quam per longitudinem, latior.

182. CARLINA foliis imis ſemipinnatis, pinnis anguloſis, ſpinoſis, ſuperioribus ovato lanceolatis, amplexicaulibus, calycinis herbaceis, ciliatis.
Carduus vulgaris MATTHIOL. p. 669.
Heracantha TABERNÆMONT. p. 697.
Carlina ſylveſtris, quibusdam aliis atractylis polycephalos SCHEUCHZER *It. VI.* p. 454.
Carlina caule multifloro, corymboſo, floribus terminalibus, calycibus radio albis LINN. *Spec. II.* p. 1161. HILL. *t.* 8.
β. Varietas monſtroſa, caule faſciato.
Carduus monſtroſus figura cornu copiæ IMPERAT. L. LXXVIII. *c.* 1.
In arvis & collibus ſterilibus.
Caulis erectus, purpureus, teres, ſubtomentoſus, ramoſiſſimus *f*), ad cubitum latus. Folia radicalia & inferiora ſemipinnata, nervo lato, pinnis brevibus, anguloſis, plicatis, in ſpinas exeuntibus, ſubtus tomentoſa: ſuperiora ovato lanceolata, amplexicaulia, tomento obnupta, dentata, quolibet dente in duas rigidas ſpinas abeunte. Flores umbellati caulem coronant: laminæ radiatæ calycis flaveſcunt. Flos pallens, dentes ejus purpurei, vagina ſpadicea. Semen villoſum.
Sodam ſanare lego *g*).

183. CARLINA caule unifloro.
α Acaulos, ſive caule breviſſimo.
Chamæleon albus CAMER. *Epit.* p. 428.
Carlina altera DODON *purg.* p. 440.
Ic. Reg. 97. TOURNEFORT. *t.* 285. VAILLANT *f.* 38. HILL. *t.* 7.
II. Flore purpureo mihi non viſa, quam SCHEUCHZER ad radices alpium ponit.
β Varietas caulifera, pedalis, cubitalis.
Carlina prior DODON *purg.* p. 439.
α .β. I. B. III. p. 181.
Carlina caule unifloro, flore breviori LINN. *Spec. II.* p. 1160. ſed repugnat varietas β.
In pratis ſterilibus montanis & ſubalpinis. In *Emmia* valle inter *Eggiwyl & Tſchangnau*: inter *Boll & Habcheren.* In *Waſſerfall* M. *Saleva.* Circa *lacum Juratenſem.* Circa *Ferriere.* In Aquilejenſium montoſis *Ormond deſſus*; in valle *Simmia.*
Radix unciam craſſa, nigra, lignoſa, acri & penetrabili odore. Roſa foliorum ad terram glabrorum, pinnatorum, nervo anguſto, pinnis anguloſis, lobatis, plicatis, angulis, in fortes ſpinas exeuntibus. Caulis tamen folioſus, etſi ſeſcuncem vix ſuperat. Flos plerumque unicus, aliquando plures uno *h*), trientali diametro, quando ad ſolem ſe aperuit, nocte *i*) enim & pluvio in aere clauditur: radii albi: nitentes: floſculi ex luteo virentes, denticulis purpureis.
Vis radicis eſt in oleo eſſentiali *k*), inque parte reſinoſa, quorum illud difficulter ſeparatur, iſtud ſpiritu vini elici poteſt. Etiam infuſum vim radicis habet *l*). Oleum illud

a) PETIVER.
b) BERKHEY *tab.* 2. *fig.* 22.
c) *Bresl. Saml.* 1718. p. 149. 163. STAHL *ſpecif.* p. 39. NEUMANN.
d) GEOFROI.
e) VAILLANT. *fig.* 47. BERKHEY *tab.* 6. *fig.* 14.
f) Ad 79. flores *Nov. Eph. Nat. Cur. II. obſ.* 45.
g) *Nov Eph. Nat. Cur.* l. c.
h) In provecta planta FABRIC. *hort. Helmſtad.* p. 168.
i) C. GESNER. GUIL. DE LA BROSSE.
k) NEUMANN II. P. I. p. 352.
l) CARTHEUSER *mat. med. poſt.*

illud fundum petit *m*); follicita tamen cura adhibita aquæ innatat *n*). Veterinariis quam medicis notior eft. Purgare, fi ad drachmam fumatur PREVOT *o*), cum ad coitum laudet expertus DONZELLI *p*). Difci carnofi florum perinde in ufus culinarios cedunt, ut cynaræ, eosque in Aquilejenfibus montanis abfque faftidio inter fercula oblatos vidi.

JACEA.

Hoc nomen, quod in libris botanicorum vacat, impertio plantis calyce inermi, ciliato, quales funt cyani fquamæ, fed omnibus flofculis fertilibus.

184. JACEA foliis radicalibus femipinnatis, caulinis ovato lanceolatis, caulibus angulatis *Emend. III.* p. 91. n. 247.

Nova planta, hactenus cum *Jacea fquamis cilii inftar pilofis* confufa, a Cl. GUALTHERO LA CHENAL *q*) detecta eft, tribus a Bafilea leucis, qua itur verfus *Beford.* Eamdem ex Anglia habui a HUDSONIO, exque Germania ab EHRHARDO. Quantum video valde fimilis eft ejus Jaceæ toto habitu. Folia hirfutie afpera, duriufcula, nervo robufto; ima petiolata, femipinnata, paucis pinnis & fimplicibus: deinde longe petiolata & fimplicia, dentata; fuperiora ovata lanceolata, principio graciliori; fuprema linearia. Caulis ramofus, angulofus, cubitalis & ultra. Rami terminati capitulo florigero. Id a fequente differt. Additamentum nempe calycis multo longius, nigra cilia habet, ut eadem inter fe implexa in unum capillitium confundantur. Flofculi omnes androgyni.

CAPITATÆ.

II. CALYCE COMMUNI DONATÆ.

II. FLOSCULIS IN AMBITU STERILIBUS.

Omnes in unum genus collegit ILL. LINNÆUS, Centaureæ nomine. Nobis non magis videtur juftum, has plantas calyce diverfiffimas in unam congregare, quam Carduos, Lappas, Cirfia, Silyba, Carlinas, quæ fint flofculis omnibus androgynis.

CYANUS TOURNEFORT. *tab.* 254.
& JACEÆ TOURNEF. T. 254. Species aliæ.
CYANUS VAILLANT. p. 184.
& JACEA VAILLANT. p. 182.
CENTAUREÆ fp. LINN. n. 984.

Flofculi in ambitu fteriles, calycis fquamæ per ambitum ciliatæ, non fpinofæ.

185. CYANUS foliis radicalibus femipinnatis, caulinis ovato lanceolatis, fquamis calycis oblongis, obtufis.

Impoffibile videtur fynonyma hujus Cyani, a fynonymis Jaceæ 184. feparare. Probabile tamen fit, calidiorum regionum botanicos Cyanum potius intellexiffe, frigidorum Jaceam.

Huc ergo referrem.

Jaceam montanam humilem, hirfuto capite CLUS. *Pann.* p. 543. 545. ob calycem minus implexum.
Jaceam nigram DODON. LOB. *ic.* p. 541.
Cyanum cum fquamis cilii inftar pilofis PONTEDER. *diff.* p. 211. &
Cyanoidem montanam fquamis cilii inftar pilofis EJUSD. p. 220.
Jaceam nigram laciniatam VAILLANT.
Lanced Harpweed HILL. *t.* 29.

Contra ad Jaceam.

Centauream calycibus ciliatis, fquamula ovata, ciliis capillaribus, erectis, foliis lyrato angulatis, floribus flofculofis LINN. *Spec. II.* p. 1288.

In Helvetia transalpina ubique ad vias ab *Airolo* ad *Mendrifium.* Etiam olim HUBERUS inter *Chiavennam & Ripam.* Conf. *Emend.* n. 247. & T. XXIII. prioris editionis hujus operis.

Cynous

m) NEUMANN. CARTHEUSER *mat. med. II.* p. 70. 71.
n) NEUMANN ibid.
o) *Med. pauper.* p. 500.
p) *Pharmac.* p. 350.
q) *Diff. inaugur.* p. 8. n. 12.

Cyanus plurima habet Jaceæ ſimilia. Differt charactere. Capitulum multo minus nigrum, quia ſquamæ calycinæ longæ, & pallidæ ſunt, & multo minus additamentum nigrum & ciliatum educunt, ut neque implexæ ſint, neque caput floridum totum nigrum. Deinde manifeſto coronatum florem habet, floſculis in ambitu ſterilibus. Folia in meis magis ovata, & breviora, & in ſuprema parte caulis ovata, lata & cordiformi baſi ſeſſilia.

186. CYANUS foliis pinnatis, pinnis dentatis, obtuſis, ſquamis calycinis triangulis ciliatis.

Scabioſa major MATTHIOL. p. 969. *flore purpureo* TABERNÆMONT. p. 158.
& *Jacea tertia* EJUSD. p. 153.
Centaurea ſcabioſa HILL. IV. *tab.* 32.
Centaurea calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis LINN. *Spec. II.* p. 1291.

β. Foliis latioribus, glaberrimis, firmulis. Ex Sibiria.
γ. Flore albo THAL. I. B. in M. *Waſſerfall.*
δ. Flore ochroleuco *Hort. Gott.*
ε. Flore flavo *Comm. Gotting.* T. I. t. VII.
ζ. Flore helvolo, foliis tomentoſis, ibid. p. 223. *Enum. plant. hort. Gotting.* p. 367. 368.

Vulgo in adclivibus urbium vallis.

Caulis durus, brachiatus, erectus, bipedalis, tripedalis, ſulcatus. Folia firma, glabra, aut leniter ſubhirſuta, pinnata, nervo lato; pinnæ ſimplices, lineares, obtuſe lanceolatæ, & obtuſe dentatæ, nonnunquam ſemipinnatæ. Nudos ramos terminant ſpecioſi flores ſphærici, compacti: Squamæ triangulares, ornamento fuſco, ciliato. Floſculorum in ambitu ſterilium corona ſpecioſa. Pappus in diſco, & in ſemine, brevis, & niger. Color floris naturalis purpureus, etiam carneus, albus, ex carneo & albo miſtus, ochroleucus, flavus.

187. CYANUS pinnulis foliorum pinnatis, linearibus.

Stoebe gallica CLUS. *Pann.* p. 546.
Jacea foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non ſplendentibus I. R. H. SCHEUCHZER *It. IV.* p. 337.
Pinnatifid whitehead HILL. IV. *tab.* 30.
Centaurea calycibus ciliatis, oblongis, foliis pinnatifidis GMELIN. T. II. p. 95. *n.* 75.
& *Centaurea calycibus ciliatis, oblongis, foliis ſcabris, caulium pinnatis, ramorum ſimpliciſſimis, linearibus* GMELIN. T. II. p. 98. *t.* 43. ex LINNÆO, & icon accedit.
Centaurea calycibus ciliatis, ſquamis planis, foliis bipinnatifidis, rameis pinnatifidis, linearibus, caule paniculato LINN. *Spec. II.* p. 1289.

Ad vias Valeſiæ ubique, etiam Baſileæ ad ripam Rheni verſus *Huningam.*

Caulis durus, ramoſus, pedalis, cubitalis, anguloſus. Folia numeroſa, ſicca, dura, glabra, aut tomento obducta, pinnata, pinnis gracilibus, pinnatis, anguſtis, lanceolatis, rariter dentatis; in ſuprema planta ſimplicia, linearia. Numeroſi flores & exigui ramos terminant. Calyx baſi ventricoſus, ſuperne contractior, durus, ſquamis triangularibus, apice nigro, ciliis duris albiſque barbato. Placenta pappoſa, ſeminum pappus brevis. Flos carneus, radiatus.

188. CYANUS foliis ſubhirſutis, ovato lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, plumulis calycis reflexis.

α Elatior planta, hercynica.
Jacea montana, villoſa, capite elatiori CLUS. *Pann.* p. 543. 544.
Jacea latifolia, capite hirſuto SCHEUCHZER *It. II.* p. 135.
II. Flore albo RUPP.
β Humilior, helvetica.
Jacea montana, villoſo capite humilior CLUS. *Pannon.* p. 543.
Cyanus montanus, caule folioſo BOCCONE *muſ. piant.* p. 20. *t.* 2. Non ad ſequentem refero, cum calyce ſit reticulato.
II. Flore albo. In M. *S. Bernhardi.*
γ Foliis inciſis CLARET in *S. Bernhardo.*
α. β. *Centaurea calycibus recurvato plumoſis, foliis indiviſis* LINN. *Spec. II.* p. 1287.
Centaurea Phrygia HILL T. IV. *tab.* 34.

In Germania, intra urbem *Clausthal*, & ſupra *Ilefeld* altiorem reperi: in Helvetia paſſim humiliorem. Supra *les Plans.* In Valeſia ſupra *Portvalley*, in adſcenſu ad *Cotogne*:

In M. *Sempronio*, *Pennino*, fupra *Bagnes*. *Dent du midi*, *Val Orfine*. Inter *Urfelen* & *Realp*, & in adfcenfu *Furcæ*. In pratis vallis *Rheinwald* & alibi SCHEUCHZER. J. GESNER fupra *Falz* Rhætiæ. In M. *Beuerin* Cl. SCHINZ.

Noftris in alpibus, cubitalis provenit, caule duro, angulofo, in noftris ramofo. Folia ad caulem plurima, ficca, fubhirfuta, pene ovata, per marginem breviter denticulata; fuperiora amplexicaulia, ovato lanceolata, dentata. Singulum ramum flos terminat. Squamæ calycis exeunt in nervum longum, ad angulos rectos ciliatum, fufcum, deorfum reflexum *a*), tamquam plumulam. Flos purpureus, coronatus. Pappus in difco longus, in femine brevis *b*).

189? CYANUS foliis lanceolatis, tomentofis, calycum plumis reflexis GIRARD p. 185. n. 3.
Jacea montana incana, laciniata, capitulo hifpido C. B. *Prodr.* p. 128.
Cyanus alpinus Lychnidis candidiffimo folio, capite reticulato BOCCONE p. 20. *tab.* 2.
Jacea uncialis, foliofa, alpina, calyce e fquamis pinnatis compofito SCHEUCHZER *It. VI.* p. 459 cum fuam plantam a n. 188. feparet.

An huc pertinet *Centaurea* LINN. n. 9. ob nomen mollis. Sed noftræ plantæ plumula pariter reflectitur.

Si SCHEUCHZERIANA planta eft, nafcitur in *Rhætia*.

Nunquam ego quidem reperi, neque certa civis eft, ex calidis autem regionibus accepi. Habitus humilior; folia candidiffimo villo obnupta, longe angufta, lanceolata, integerrima. Capitulum fimillimum priori, in minori planta majus.

190. CYANUS caule unifloro, alato, foliis ellipticis, lanceolatis.
Verbafculum TRAG. p. 219.
Cyanus major DODON. *Coron.* p. 31. BLAKWELL *tab.* 66.
Altera Cyani majoris planta in montanis COLUMN. *phytobafan.* p. 97.
Welted bluebottle HILL. *tab.* 26.
Cyanus montunus latifolius &c. MILLER *tab.* 113. *fig.* 1.
Centaurea calycibus ferratis, foliis lanceolatis, decurrentibus; caule fimpliciffimo LINN. *Spec. II.* p. 1289.

β Flore albo WEINMANN *tab.* 447. b. *Basl. Merkwürd.* p. 1606. in M. *Wafferfall.*

γ Anguftiore & longiore folio VAILLANT. p. 235. MILLER l. c. *fig.* 2. ZANONI *tab.* 60.
Jacea integrifolia, humilis C. B. *Prodr.* p. 127. ex LINNÆO C. B. repentem dicit.
Hoary bluebottle HILL. l. c.

δ. *Cyanus major alpinus, foliis incifis* TRIUMPHETTI p. 26. ZANON. *t.* 61.

Pulchra planta nafcitur ubique in montofis Helvetiæ. In Jura, paffim, ut ad *Clufam* ufque defcendat. In *Albio* M. C. GESNER. In vallibus alpinis *Luan*, *Chapuife*, *Ormond &c.*

Caulis erectus, uniflorus, pedalis, cubitalis, alis totus obductus, quæ in folia explicantur. Folia elliptica, etiam ovata, acuta, patula, integerrima, præter varietatem δ, quæ in regionibus calidis provenit, fubtus tomentofa. Flos magnus, calycis fquamæ triangulares, latis fufcis ciliis, pinnato additamento fufco: femiflofculis cæruleis, ut in Cyanis hactenus dictis, anguftis, quinquefidis, fexfidis. Flofculi difci purpurei, femina pappofa.

191. CYANUS foliis imis ellipticis, dentatis, fupremis linearibus, femiflofculis latiffimis.
Cyanus minor CAMER. *Epit.* p. 289. BLAKWELL *tab.* 270.
Cyanus flos frumentorum DODON. *Cereal* p. 51.
Μηκον ἡρακλεια COLUMN. *phytobafan.* p. 92.
Gloffy bluebottle HILL. T. IV. *t.* 26.
Centaurea calycibus ferratis, foliis linearibus, integerrimis, infimis dentatis LINN. *Spec. II.* p. 1289.

β Flore albo.

γ Flore rofeo, purpureo.

Ubique in fegetibus.

Caulis rectus, durus, angulofus, ex fumma parte ramofus, tenui tomento obductus. Folia radicalia petiolata, elliptica, dentata, aut femipinnata, extrema pinna maxima. Inde ad caulem linearia, pinnis aliquot ad angulos rectos de nervis exeuntibus; fuperiora fimplicia, linearia. Suum quemque ramum flos terminat.

Calyx compactus, fquamis pallidis, triangularibus, ferratis potius quam ciliatis, ora nigra, ciliis albis *b*).

Flos

a) TOURNEFORT. BERKHEY *tab.* 2. *fig.* 12. *b*) In *icone* TOURNEFORTII, BHAKWELL. &c.

Flos ſpecioſus *c*), cyaneus; ſemifloſculi multo latiores quam reliquis ſpeciebus, bilabiatum efficientes infundibulum, laciniis latis, ferratis, ſuperne quatuor vel quinque, inferne duabus tribusve. Floſculi inique inciſi, ut ſolent. Semen brevi pappo coronatum in placenta pappoſa.

Flores parum promittunt virium, vix odori, vix ſapidi *d*), cum aqua tamen infuſos, forte ob pulchritudinem, creditum eſt oculorum inflammationes tollere *e*), etiam urinam movere *f*), in hydrope prodeſſe *g*): & ipſa aqua ſtillititia ad oculorum mala laudatur *h*). Flores colorem elegantem dant, recentes quidem expreſſi, cyaneum, ab acidis rubentem, ab alcali virentem *i*). Eum colorem ad pictorios uſus præparant, fere ut crocum. Oportet, floris floſculos neutros carpere, rore inigare, in furno ſuper telam ex crinibus textam ſiccare, deinde flores aqua gummata irrorare, ſic placentam paulatim facere, ſubinde invertere, denuo irrorare, & comprimere per aliqua minuta horæ, donec in ſolidam placentam abeant, pulchre tinctoriam *k*).

Semen amarum, ad dimidiam drachmam exhibitum, alvum ducit.

ATRACTYLIS *l*) VAILLANT. p. 170.
CARTHAMI ſpec. LINNÆI.

Calycis ſpinæ laterales *m*): Semina quadrangula, aſpera, latis ſetis foliaceis, non pappo coronata. In noſtra ſpecie, & in Leucophæa, floſculi in ambitu abortiunt. Poſſet adeo ad Calcitrapam referri, ob ſeminis coronam tamen ſeparo.

*192. ATRACTYLIS foliis cartilagineis, reticulatis, imis ſemipinnatis. ſuperioribus ovato lanceolatis, amplexicaulibus.

Inter GESNERI icones æneas *f.* 56.

Atractylis CAMERAR. *Epit.* p. 561. BLAKWELL *t.* 468.

Atractylis Theophraſti & Dioſcoridis ſanguineo ſucco COLUMN. *Ecphraſ.* p. 19. 23. optime.

Carthamus caule piloſo, ſuperne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis, ſummis amplexicaulibus dentatis LINN. II. p. 1163.

Ad vias Helvetiæ calidiores, inter *Treicovagnes & Succevaz*: circa *Genevam*, *Thuiri*: Paſſim in Valeſia.

Caulis durus, ramoſus, erectus, teres, hirſutus. Folia duriſſima, nervis eminentibus reticulatis, ima ſemininnata, pinnis argute dentatis, dentibus in ſpinas exeuntibus. Ad caulem amplexicaulia, pene cordato lanceolata. Ramum ſingulum ſuus flos terminat, atque ita laxa umbella naſcitur. Flos conicus, contractus: folia calycis, qualia plantæ reliquæ ſunt, reticulata, ima ſemipinnata, pinnis in ſpinas exeuntibus, intima ſimplicia, in aculeum terminata: ſub flore lanugo in caule araneoſa. Floſculi flavi.

Tota planta ex quaque parte defluracta ſanguineum *n*) ſuccum fundit: viſcida eadem, odore reſinoſo, balſamica, amara, viribus inter Hypericum & Carduum benedictum mediis. Officinis ignota eſt. Ejus floribus crocus fucatur *o*).

CALCITRAPA.
CALCITRAPA VAILLANT. p. 164. f. 31. ad 35.
& CALCITRAPOIDES VAILLANT. p. 168.
CENTAUREÆ ſp. LINN.

Calycis quælibet ſquama terminatur in aculeum valentem & ramoſum.

*193. CALCITRAPA caule alato, foliis tomentoſis, radicalibus ſemipinnatis, caulinis lanceolatis, dentatis.

Carduus ſtellatus, mitior, apertus COLUMN. *ecphras I.* p. 30. 31.

Spina ſolſtitialis DOD. *purg.* p. 449.

c) BERKHEY *tab.* 3. *fig.* 9.
d) CARTHEUSER *mat. med.* T. II. p. 475.
e) BIRCH III. p. 341.
f) C. HOFMANN.
g) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 5. 6.
h) GEOFROI.
i) BOYLE *color.* p. 253.
k) *Gentlem. Magaz.* 1748. March.
l) Spina eſt Cnico ſimilis, folia multo longiora ferens, in ſummis virgis, parte magna nuda & aſpera, qua feminæ pro fuſis utuntur. Capitula in cacumine ſpinis horrent; flos luteus, quibusdam locis purpureus invenitur. Radix tenuis, ſupervacua DIOSCOR. III. c. 91. Candidior, odore gravi PLIN. L. XXI. p. 56.
m) BERKHEY T. I. f. 3.
n) THEOPHRASTUS L. IX. c. 1. PLIN. l. cit.
o) QUER *flor. Eſpann.* T. IV. p. 369.

Harped solstitial thistle HILL. T. IV. *tab.* 18.

Centaurea calycibus duplicato spinosis, solitariis, foliis rameis decurrentibus, inermibus, lanceolatis; radicalibus lyrato pinnatifidis LINN. *Spec. II.* p. 1297.

En *plein Palais* GEN. DE SAUSSURE. Circa *Huningen* Cl. LA CHENAL.

Folia tomentosa, ima semipinnata, nervo lato, pinnis lanceolatis, extrema maxima. Ad caulem simpliciora, elliptica, lanceolata, denique linearia, dentata, & omnino integerrima. Caulis pedalis, & ultra, ramosus, alatus, alis in folia eductis, superne tomentosus, ramis sub floribus minimis foliis adspersis. Flores ramos terminantes, flavi. Calycis squamæ primæ aculeo simplici, quæ sequuntur aculeo fortissimo, ad basin brevibus spinulis ciliato: intimæ mites, ornamento foliaceo sicco.

194. CALCITRAPA foliis hirsutis, pinnatis, pinnis dentatis, floribus in alis sessilibus.

Polyacantha CORDI *hist.* L. I. *c.* 16.

Carduus stellatus DODON *purg.* p. 448.

Hippophæstum vel Hippophaes Dioscoridis COLUMN. *phytobasan* p. 105. 107.

Various leaved star thistle HILL. T. IV. *tab.* 17.

Centaurea capitulis subduplicato spinosis, sessilibus, foliis linearibus, pinnatifidis, lateribus dentatis, caule spinoso LINN. *Spec. II.* p. 1297.

β. Flore albo. *αυθολευκος* RICHER *ic.*

Bernæ ad viam, quæ rivum urbem irrigaturum sequitur, ad pedem collis: *aufm Falkenplaz*, *Vivisci*, *Lausannæ*, *Ebroduni*, circa *Treicovagnes*, *Grandson*, *Payerne* in viarum oris.

Caulis procumbens, ramosissimus, brachiatus, pedalis, & cubitalis.

Folia mollia, subhirsuta, cito exarescentia, pinnata, pinnis acute dentatis, distantibus, lanceolatis; extrema maxima, minoribus intermistis, similia ad caulem semipinnata, paucis & distantibus pinnis. Capitula sessilia, secundum ramorum longitudinem, foliis insidentia, purpurea, radiata. Squamæ calycis infimæ habent aculeum *p)* medium maximum, ad latera baseos aliquot paribus breviorum spinarum cinctum; supremæ glumæ calycis ornamento sicco cum minima arista terminantur, absque lateralibus spinulis. Semiflosculi quadrifidi, flosculi pene bilobati. Pappus in disco plurimus, in semine nullus *q)*.

Tota planta amara est, viribusque ad Carduum benedictum accedit. Corticis radicis drachma una cum aqua infusa in Gallia *r)* febrifugam virtutem habere putatur, & nephriticam *s)*. Seminis drachma una valide urinam movet *t)*, ut etiam sanguine tingatur *v)*.

RHAPONTICUM VAILLANT. p. 175.

CENTAUREÆ sp. LINN.

Huic calyx simplex, auctus additamento sicco, rotundo, sæpe per siccitatem dissiliente *x)*.

195. RHAPONTICUM foliis tomentosis, radicalibus semipinnatis, caulinis lanceolatis.

Jacea nigra TABERN. p. 152.

Lanced Ben HILL. T. IV. *tab.* 38.

Centaurea calycibus scariosis, laceris; foliis lanceolatis, radicalibus sinuato dentatis, rameis angulatis LINN. *Spec. II.* p. 1293.

β flore albo HORT. AICHSTETT.

γ foliis pictis WAGNER p. 279.

δ angustifolia C. B. *Prodr.* p. 127.

ε acaulis SPERLING *Cat. ind. Dan.* p. 466.

Vulgatissimum in pratis, etiam palustribus. In Valesia totum tomento obsitum nascitur.

Folia ima semipinnata sunt, pare pinnarum unico: etiam duobus, tribus, nervo sensim latescente, segmento ultimo maximo, obiter dentato. Superiora elliptica, lanceolata, etiam linearia; sicca omnia, nervosa, hirsuta, & albida, in calidis magis. Caulis a biunce ad cubitum adscendit, parum ramosus, flore magno, coronato, singulum ramum terminante. Squamarum calycis pars superior fusca, aut subalba, nitens,

p) BERKHEY *tab.* 1. *fig.* 10.
q) Quem COLUMNA pingit, is disco debetur.
r) TOURNEFORT.
s) GEOFROI p. 242.
t) IDEM.
v) LOBEL *adverſ.* p. 170.
x) VAILLANT. *fig.* 18.

nitens, ficca, lacerabilis. Semiflofculi longi, bilabiati, laciniis interioribus duabus erectis, tribus inferioribus pendulis: color in flore fuavepurpureus. Flofculi etiam inique incifi. Pappus in placenta multus, in femine parciffimus, quod obefum, ex ovato acuminatum, lineis varium eft.

Pulchrum flavum colorem ferico impertit. Antequam flotem expandat, planta in aqua cum alumine maceratur *y*).

*196. RHAPONTICUM foliis radicalibus femipinnatis, caulinis lanceolato linearibus nervofis, calycibus nitidis *Emend. III.* p. 91. n. 246.

Jacea alba TABERNÆMONT. p. 153. fed omnia folia divifa habet.

Jacea calyculis argenteis minor I. R. H.

Centaurea calycibus fcariofis integris mucronatis, foliis pinnate dentatis, caulinis linearibus, bafi dentatis LINN. *Spec. II.* p. 1293.

Centaurea alba HILL. IV. *t.* 38.

Inter Xeranthema legi paulo ultra *S. Pierre* Valefiæ, deinde Cl. LA CHENAL in transalpinis.

Recte dubitat LINNÆUS, num a n. 195. vere differat. Folia ima etiam lata, femipinnata, dente uno alterove, ficca, fubtomentofa: proxima petiolata, elliptico lanceolata, per oram dentata: ad caulem feffilia, linearia, femper dura, nervofa. Caules angulofi, duri, cubitales, ramofi, magis quam 195. Capitula fimilia Rhapontico-pratenfi, nifi quod flavus fufcus color mitior fit, & argenteus nitor cum tinctura flavedinis dominetur. Semiflofculi fteriles pariter ex prælongo tubo in quinque graciles lacinias finduntur, quarum interiores duplo minores funt. Flofculi fertiles quinquefidi, pappo feminis fimplice.

In hoc genere, nam non feparo Amberboi, flofculi elaftico motu fe agitant *z*). In calcitrapoide experimentis confirmavit Cl. DEL CAVOLO.

*197. RHAPONTICUM foliis pinnatis, pinnis femipinnatis, pinnulis lanceolatis, calycibus nitidis.

Stoebe Salmantica rubra CLUS. *hifp.* p. 161.

Stoebe minor TABERNÆM. p. 156.

Scabiofa fquamata argentea I. B. III. P. I. p. 30.

Centaurea calycibus fcariofis obtufis, foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis pinnatis, dentibus lanceolatis LINN. *Spec. II.* p. 1293.

Centaurea fplendens HILL. IV. *t.* 43.

In Helvetia transalpina *Bellinzonæ*, *Chiavennæ*, *Lugani*, LA CHENAL. HUBER.

Caulis angulofus, durus, bipedalis, cum foliis glaber, ramofus, multiflorus. Folia minute divifa, glabra, aut leviter tomentofa, nervo albo, foliacea parte aucto, tamen angufto, pinnis fubulatis, acutis, confluentibus; ipfis femipinnatis, pinnulis lanceolatis. Flores ramos terminant, fpeciofa pulchritudine argentea calycis, cujus fquamæ ficcæ, rotundæ, ariftam innocuam edunt. Flos purpureus.

I. GYMNOMONOSPERMÆ.

I. FLORE COMPOSITO.

I. CALYCE COMMUNI.

II. STAMINIBUS LIBERIS.

DIPSACEÆ VAILLANT. *Mem* 1722. p. 172.

AGGREGATARUM PARS LINN. *ord. nat.* 48.

Claffis naturalis eft, flofculis multis, in unum capitulum congeftis, & communi calyce exceptis, flofculo perinde femini nudo infidente, fed quatuor, aut quinque, ftaminibus liberis non coalefcentibus. Folia omnibus conjugata.

DIPSACUS *a*) TOURNEFORT. t. 265.

VAILLANT. p. 173. t. 1. f. 2. 5. 6. 7. 8. LINN. n. 114. MALPIGH. ic. 209.

Capitulum habet folia flores diftinguentia, quorum quodlibet fuum femen fufcipit. Flos quadrifidus

y) LINN. *wäftgöta refa* p. 273. LINDER *Färgekonft* p. 90

z) CAMERAR. *Eph. Nat. Cur. Cent. IX. obf.* 87. & olim BORELL. *Cent. I. obf.* 100.

a) Dipfacus folio lactucæ, & bullæ fpinofæ in dorfi medio; caulis fpinis horridus, geniculo binis foliis am-

quadrifidus. Semen proprio involucro, quasi vagina continetur: ei involucro brevis & quadrata corona est *b*). Semini sua etiam corona longior, quadrata, plumosa *c*).

198. DIPSACUS capitulis ovatis, foliis arcuatis circumvallato, aristis squamarum rectis.
Dipsacus purpureus FUCHS p. 225.
Dipsacus sylvestris BLAKWELL *t.* 50.
Labrum Veneris alterum CAMER. *Epit.* p. 432.
Dipsacus HILL. V. *t.* 2. *cum capitulis erectis.*
β Varietas laciniatis foliis.
Abunde ad vias orasque fossarum.
Caulis tripedalis & ultra, brevibus spinis asper, ramosus & brachiatus. Folia conjugata, inferiora basibus latis ad caulem adnata, labra efficiunt, quæ aquam continent, magis tamen in sativa specie. Superiora folia nulla labra faciunt. Figura ovato lanceolata est, aut ea longior, ora dentata, nervis subtus robustis, sed obtusis, spinis obsitis. Sub capitulis dena, duodena folia angusta, longa, sursum curva, spinosa, capitulum suscipiunt. Capitula ovalia, longa, flosculi innumerabiles, cærulei, inæqualiter quadrifidi *d*). Squamæ semen suscipientes longe *e*) connivent, & in aristas rectas exeunt. Semen ex ovato longe mucronatum. Involucrum *f*) quadrangulare, sulcis distinctum *g*), corollæ quadrangulari deciduæ continuatum: semen ex stylo coronam quadrangularem præfert.
Aqua, quæ in foliorum scaphis reperitur, ad maculas de facie eluendas laudatur *h*) & ad oculorum leves morbos *i*). In antidoto, ad morsum canis rabidi, dipsacum reperias *k*).
Hæc species a *laciniato Alsatico* differt foliis sub capitulo numerosis, angustis, curvis, quæ laciniato recta sunt, lanceolata, ciliata, duobus subinde curvis foliis accedentibus: caule etiam sub flore multo minus spinoso.
A sativo *l*) & ea nota differt, & squamis flores distinguentibus, quæ sativo multo duriores sunt, & apice suo reflexæ *m*). Non bene conjungit LINNÆUS *Spec. II.* p. 140.
Laciniatum suspicor circa Mühlhusiam nasci, ut indigena sit.

199. DIPSACUS foliis biauribus, capitulis hemisphæricis.
Virga pastoris CAMER. *Epit.* p. 433. HILL. V. *t.* 3.
Dipsacus foliis petiolatis appendiculatis LINN. *Spec. I.* p. 143.
Ad sepes & muros Bernæ *gegen den Sandrein*; au *grand Clos* prope *Roche*. Basileæ, inter portas *Steinenthor* & *Eschemerthor*, &c.
Caulis brevibus spinis asper, fragilis, altus ad aliquot pedes, ramosus. Folia nervo spinoso, ex ovatis acuminato, magnis dentibus serrato, ad petiolum duobus minoribus foliis accedentibus. Ramos singuli flores terminant: capitulo hæmisphærico. Squamæ flosculos distinguentes foliaceæ, eminentes, ciliatæ, omnes æquales, ut florem nulla majora folia circumvallent. Flosculi albi staminibus purpureis. Semen ex ovato quadrangulare: ex mucrone suo coronam quadrangularem sericeam sustinet: involucrum & ipsum quadrangulare ejusdem formæ sericeo margine terminatur.

200. DIPSACUS foliis pinnatis, pinnis serratis, capitulis globosis *Phil. Transf.* n. 337.
Scabiosa alpina LOBEL. *adverf.* p. 233. *Icon* p. 537.
Scabiosa alpina centauroides HORT. AICHSTETT. *Æst. ord.* 9. *t.* 8. *f.* 1.
Drooping scabious HILL. *t.* 25, nimis angustis foliis.
Scabiosa altissima foliis pinnatis serratis MANGET. *Pharmac. II.* p. 797.
Scabiosa corollulis quadrifidis æqualibus, floribus cernuis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis LINN. *Spec. I.* p. 141.
In monte *Saleva* LOBELIUS, RAIUS, & ego in montis *Thuiri* vallecula, qua primum a rupibus aditur. Sed abunde provenit in Aquilejensi ditione, circa *Leisin*, *Corbeiri* & *Arveja* ad vias, in monte *Luan*, alibi.

Tripe-

amplectentibus, concavo alarum sinu rorem continente, Capitula in cacumine in singulo caule singula echinata PLIN. L. XXVII. n. 47. DIOSCORID. L. III. c. 11.
b) TOURNEF. E.
c) TOURNEF. D.
d) VAILLANT. f. 6. 8.
e) VAILL. f. 7.
f) VAILL. f. 5. 8. c. TOURNEF. D.
g) VAILL. f. 6.
h) CÆSALPIN.
i) BOERHAAVE.
k) *Act. hafn. II. obs.* 110.
l) PETIVER t. 23.
m) VAILLANT. f. 2. TOURNEF. t. 265.

Tripedalis, quadrupedalis, Ebuli faciem refert caulis, fiftulofus, ramofus. Folia ad terram elliptica, ferrata, ad caulem pinnata, nervo foliaceo lato, paribus pinnarum fex, feptem, omnibus oblongis, lanceolatis, ferratis, extrema maxima. Eorum foliorum breves petioli inter fe & cum caule connafcuntur, ea fede villofi. A quaque pinna triangularis ala ad nervum defcendit. Capitula congefta, umbellata, convexa, pene fphærica: fquamæ inter flores magnæ, hirfutæ, villofæ, fubfufcæ. Flofculi quadrifidi, ochroleuci: exteriores difformes, interiores parum; involucrum feminis quadrangulare, ariftatis foliolis terminatum: feminis corona continua, fericea ciliata, in ftylo, non quinque facta ciliis, qua nota ad Dipfaçum accedit.

SUCCISA VAILLANT.
& ASTEROCEPHALOS VAILL.
SCABIOSÆ fp. TOURNEFORT. & LINNÆI

Ne aut nimis multa genera fiant, aut plantæ nimium charactere diverfæ conjungantur, medio modo ingredi vifum eft. SUCCISA ergo erit, cui foliola ex receptaculo flofculos diftinguunt, non pili. Flofculi quadrifidi funt *n*), aut quinquefidi *o*), in Succifis VAILLANTII parum difformes, alias magis, ut in Afterocephalis *p*) Cl. viri. Semen involucrum *q*) fuum habet, variæ figuræ, in Succifa quadrangulare, quatuor denticulis triangularibus coronatum, in Afterocephalis dilatatum, membranaceum *r*), inverfi coni fimile. Semen in omnibus fpeciebus coronatum corona quinque dentium in fetam exeuntium *s*), ad bafin pappoforum, quam in ftylo præfert. Folia placentam diftinguentia alias fub flore *t*) eminent, alias fecus *v*).

I. FLOSCULIS QUADRIFIDIS SUCCISÆ VAILLANT.

201. SUCCISA caule trifloro, floribus convexis, foliis radicalibus ovatis, **caulinis lanceolatis.**
Succifa feu Morfus diaboli MATTHIOL. p. 623.
Morfus diaboli & Succifa BLAKWELL. *t*. 142.
Scabiofa lanceolata HILL. V. *t*. 25.
Scabiofa corolliluis quadrifidis æqualibus, caule fimplici, ramis adproximatis, foliis lanceolato ovatis, integerrimis LINN. *Spec. I.* p. 142.
Icon Ill. OEDERI *t*. 229.
β Flore albo, prope *Vervay* &c.
γ Hirfuta C. B. *Bas*. p. 80.
δ Foliis incifis.
Succifa anguftifolia paluftris TRIUMPHETT. *obf*. p. 36.
ε Prolifera.
In pratis udis & fylvis umbrofis.
Radix craffa, plurimas fibras dejiciens, trahentem fere abrupta fallit.
Folia ad terram petiolata, ovalia, fere integra, longis pilis hirfuta, fed rariufculis, ad caulem longa, lanceolata, pauca. Caulis vix ramofus, nifi ad fummitatem, triflorus, aut paulo ultra. In longis ramis nudis finguli flores, magis convexi, quam fcabiofis, flofculis in ambitu non longioribus, quam in centro: neque calyx alicujus longitudinis florem excedit, & ea folia inter fe longitudine vix differunt *a*). Flofculi cærulei: fquamæ herbaceæ, triangulares, parum eminent: femen quale dixi.
In officinis non ignota eft & radix quidem pro vulneraria habetur, & ad gargarismos in anginis, etiam venereis *b*), atque ad fotus in difcutiendis tumoribus adhibetur. Fabri ad pedum equi vulnera clavis inflicta decocto fuccifæ utuntur *c*).
Oim ob vim fudores moventem *d*) & alexipharmacam laudabatur *e*); etiam ad peftem *f*); fed neque odor aut fapor tantas vires promittit, neque vis venenis oppofita laudibus auctorum refpondet *g*).
Prius quam floreat, cum lana cocta viridi *h*) colore tingit: & cum lini filis cocta, per noctem macerata, iterum cocta, denique fila viridi colore tingit *i*).

 II. FLORE

n) Succifa VAILLANT.
o) Afterocephalos VAILL. f. 17.
p) VAILL. f. 17. TOURNEF. t. 264. T.
q) Flofculos veftitos vocat JUNG *phyt*. c. 19.
r) VAILL. f. 18. 20. TOURNEF. s. & f. 3. 4.
s) VAILL. f. 17. 18. 21. TOURNEF: 2.
t) VAILL. f. 19.
v) In fuccifis: etiam N. TOURNEF.

a) HEUCHER *provent*. p. 931. *Oper*. *b*) S. PAULI.
c) SCHAARSCHMIDT. *therap. gener*. p. 270.
d) C. HOFMAN.
e) Succum ad omnia venena valere *Phil. Tranf*. n.211.
f) MAYERNE.
g) BUCHWALD p. 180.
h) LINDER *Fârgekonft* p. 98. 99.
i) LINN. *ölanska refa* p. 101.

II. FLOSCULIS QUINQUEFIDIS

ASTEROCEPHALI.

202. SUCCISA foliis imis ovatis, superioribus pinnatis, pinnis semipinnatis acutis, ciliis flosculorum longitudine.

Scabiosa minor MATTHIOL. p. 670. CAMERAR. *Epit.* p. 711.

Scabiosa minor I. TABERN. II. p. 161. III. ibid. IV. p. 162. hæc omnibus foliis incisis.

Phyteuma Dioscor. COLUMN. *phytobas* p. 99.

Scabiosa corollulis quinquefidis, radiantibus, foliis radicalibus ovatis, crenatis, caulinis pinnatis, setaceis LINN. *Spec. I.* p. 143. Conf. *ölanska resa* p. 216, etsi p. 228. ad pratensem hirsutam refert, a qua toto genere differt.

Scabiosa columbaria HILL. *t.* 29.

β Flore albo; in Valesia abundans, & ab ochroleuca diversa.

γ Prolifera LOBEL. p. 18. ROYER p. 124. I. B. III. P. I. p. 5. quam reperi circa *Walkenried.* Huic aut ex flore, aut ex ala folii, innumeri petioli florigeri adscendunt, flores gerentes imperfectos. Basileæ versus *Clibe* CHERLER.

Vulgo ad vias siccas & in agris.

Folia ad radicem petiolata, ovata, serrata, Bellidis: ea, cum continuo exarescant, multi pictores omiserunt. Ad caulem alia sunt, pinnata, pinnis in imis latiusculis, in superioribus gracilibus, linearibus, parium octo, extrema maxima. Pinnæ semipinnatæ, aut dentatæ, superiores argute lanceolatæ. Et hirsuta reperio & glabra.

Caulis erectus, pedalis & cubitalis, brachiatus. Ramus longe nudus florem fert unicum. Hic dilute cæruleus, parum convexus, flosculis in ambitu valde difformibus, majoribus, in centro minus inæqualibus. Setæ coronæ seminis prælongis, nigris ciliis barbatæ, qui pili de flore eminent, eumque atrore suo distinguunt. Involucrum laxum, membranaceum, inverse conicum. Squamæ sub flore angustæ, per ætatem reflexæ, flosculis expansis æquales.

δ *Scabiosa II. seu alpina* CLUS. *Pann.* p. 535.

Scabiosa montana foliis scabiosæ vulgaris I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 48.

Non est *Scabiosa glabra foliis carnosis & virentibus* HERMAN. *Paradis Batav.* p. 221. *ic.*

Nonnulla exempla credas suadere, propriam esse speciem, cum omnia folia ovata, rotunde dentata sint, firma præterea & solidiora. Verum in aliis exemplis folia pinnata manifesta accedunt. In monte *Fouly*, *Audon*, alibique abunde proveniunt. Ad radicem montis *Titlisberg* SCHEUCHZER.

Scabiosa Ochroleuca ægre a nostra Succisa separatur, ad n. 23. LINN. p. 146. Nam etiam nostræ duo folia lata origine coalescunt, ut perforentur, & folia ima lata sunt, neque pinnata.

Durior semper est & fruticis similior, in Helvetia nondum lecta.

203. SUCCISA foliis gramineis tomentosis.

Scabiosa corollulis quinquefidis, foliis lineari lanceolatis integerrimis, caule herbaceo LINN. *Centur. I.* p. 267. *Spec. I.* p. 145.

Scabiosa graminea, argentea I. B. III. P. I. p. 12.

Scabiosa argentea angustifolia C. B. *Prodr.* p. 127. cum *ic.*

Scabiosa graminifolia HILL. V. *t.* 32.

β Varietas glabra VAILLANT. l. c.

Rara planta in alpibus helveticis ad lacum Locarnensem lecta, secundum SCHEUCHZERI catalogum; a nemine præterea in Helvetia visa.

Tota planta albo tomento obducta: caulis aubitalis, uniflorus. Folia linearia, prælonga, graminea, nisi tomentosa forent, angusta, simplicissima. Calyx tomentosus. Flosculi quinquefidi, radiati. Involucrum in cavum infundibulum abit, seminis corona quinque ciliorum est.

SCABIOSA VAILLANT. p. 176.

SCABIOSÆ TOURNEF. t. 264. & LINN. sp.

Character præcipuus est, discum habere pappo distinctum *b*) non squamis; cæterum involucrum seminis quadrangulare, totum sericeum. Corona seminis quinque, aut plurium, setarum, in basi ciliatarum *l*). Caput hemisphæricum, ut in Succisa *m*), aut

k) TOURNEFORT ad M.

l) TOURNEF. D. I. L.

m) f. 1. 3.

aut planius *n*), cum squamis inter flosculos & ad basin floris *o*). Flosculi fere quadrifidi *p*).

204. SCABIOSA caule hispido, foliis ovato lanceolatis, subhirsutis, inferioribus dentatis.
Scabiosa latifolia rubro flore CLUS. *Pann.* p. 535. 536. I. R. H. III. P. I. p. 9.
& *Scabiosa latifolia purpurascente flore* CLUS. ibid. quæ *folia purpurante ex nigro flore* I. B. ibid. nam ipse CLUSIUS conjungit, tum mecum Cl. JACQUIN.
& *Scabiosa maxima dumetorum, folio non laciniato* I.B. ib. p.10. FABRIC. *hort. ed. II.* p.162.163.
Scabiosa sylvatica JACQUIN. *obs.* p. 28.
Scabiosa latifolia floribus subrubris BESLER *gazophylac.*
& *S. latifolia non laciniata flore purpureo moschata* ELSHOLZ p. 247.
Scabiosa corollulis quadrifidis æqualibus, foliis omnibus indivisis, ovato acuminatis, subserratis, caule hispido LINN. *Spec. I.* p. 142.

In Helvetiæ dumetis passim. Bernæ versus *Muri*, & cis *Bodenaker*: super *Rüggisberg*. In monte *Muteto* &c. In monte *Aix*.

Caulis nigris punctis maculatus & hirsutus, pilis exstantibus, ad quatuor pedes adscendit, ramosus & brachiatus. Folia ima petiolata, superiora sessilia, caulem amplexa, in universum ovato lanceolata, per oram serrata, ita profunde, ut etiam sinuata dicere possis, nervis subhirsutis: suprema ovato lanceolata sunt, margine integro. Flores nudos ramos terminant. Flos pro plantæ portione parvus, squamis calycinis circa duodecim, latis, ex ovato lanceolatis. Discus papposus: involucrum seminis sericeum & ciliatum. Corona seminis quinque setis fit, ad basin ciliatis. Flosculi pene æquales purpurei calycem non excedunt, odore etiam in sicca planta grato.

205. SCABIOSA foliis lanceolatis, serratis & integris *Enum.* n. 4.
Scabiosa annua integrifolia seu Bellidis foliis MAGNOL. *botan.* p. 231.
Scabiosa corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis serratis, ramis lanceolatis, caule herbaceo LINN. *Spec. I.* p. 142.

Monspelii, & in Helvetia, in pratis circa *Ferrieres d'Erguel*, & super *Portvaley* Helvetiæ. In montibus Glaronensibus Cl. RAMSPEK.

Caulis humilior, aut subhirsutus, aut in nostris omnino glaber, solis summis ramis aliqua lanugine adspersis. Folia robusta, glabra, quæ priori hirsuta, & mollia, ima petiolata, ovato lanceolata, Bellidis satis similia, tamen acutiora, per oram dentata, superiora lanceolata, integerrima. Flos major, extimis flosculis magis difformibus & grandioribus, cæruleo purpureis. Valde dubito, utut ita videtur, nostram vere a priori diversam esse.

206. SCABIOSA foliis petiolatis, ovato lanceolatis, dentatis, superioribus semipinnatis.
α Foliis superioribus semipinnatis.
Scabiosa, flore ex cæruleo purpureo TABERNÆMONT. p. 158.
Scabiosa sylvestris BLAKWELL. *t.* 185.
Scabiosa arvensis HILL. *t.* 24.
II. Glabra VOLK.
III. Flore albo PARKINS &c.
β Foliis omnibus integris.
Scabiosa major communior folio non laciniato I. B. III. P. I. p. 2.
α. β. *Scabiosa foliis pinnatifidis, lobis distantibus, caule hispido, corollulis quadrifidis radiantibus* LINN. *II.* p. 143.

In pratis & ad vias ubique.

Planta tota duriuscula, hirsuta & aspera, caulis ut in n 204. maculatus, erectus, cubitalis, brachiatus. Folia ad terram petiolata, ex ovatis lanceolata, modice serrata: ad caulem similia in varietate β: in vulgari pinnis ad petiolum accedentibus aucta, aliquot parium, simplicibus, lanceolatis, nervo lato, extrema pinna semper ovato lanceolata. Flores nudos ramos terminant, flosculis exterioribus amplioribus: disco convexo, calycis foliolis ovato lanceolatis, flosculos non excedentibus: color naturalis ex cæruleo purpureus. Semina qualia descripsi.

Tota planta amara est, sapore ingrato.

Habetur

n) A. A.
o) f. 9. TOURNEF. M. M.
p) TOURNEF. C. C.

Habetur pro sudorifera, vulneraria, saponacea. Ad pectoris morbos mire commendabat BOERHAAVIUS, quod molliter & absque nimio motu resolvat: etiam alii praecipuum ei in his morbis locum tribuunt *q*); & ad empyema RIVINUS laudabat. Vomicas rumpere, & apostemata maturata R. CAMERARIUS *r*), & eo fine RIVINUS utebatur. In malis ulceribus, etiam venereis, ad fomenta alii praescribunt *s*). Viridi colore lanas tingit *t*).

*207. SCABIOSA caule unifloro, foliis tomentosis, imis pinnatis, pinnis dentatis & semipinnatis, caulinis pinnatis.

Scabiosa multifida alpina repens BOCCON. *muf. di piant.* p. 22. *t.* 6. I. R. H. VAILL.

Annon *Scabiosa* ὀρεομακρομονοκαυλος RICHER?

Inter plantas Cl. CONSTANT fuit, lecta circa *Moutru*: sed unicum exemplum, neque bonum fuit, neque ab eo tempore reperiri potuit, neque adeo pro certa cive haberi potest.

Folia omnia tomentosa, prima ovata, crenata, bellidis, ad radicem, deinde semipinnata pinnis brevibus obtuse lanceolatis, etiam semipinnatis, aut dentatis, extrema pinna majori, habitu ab omnibus aliis nostratibus diversissimo.

Caulis, praeter par foliorum pinnatorum, nudus, semipedalis & dodrantalis. Flos unicus, purpureus, radiatus, calycis squamis ovato lanceolatis, flore non longioribus. Cl. BOCCONE icon infundibulum Asterocephali indicat, setaeque utique nigrae in capitulo adparent. VAILLANTIUS tamen inter Scabiosas habet. Unicum exemplum violare nolui.

Scabiosam acaulon, qualem miram iconem ZANONUS dedit t. 150. circa Curiam nasci ait WAGNERUS p. 286. Quid ea sit omnino ignoro.

Scabiosam ὀρεοακαυλον habet RICHER in icon. ibid.

I. GYMNOMONOSPERMÆ.
II. NULLO COMMUNI DISCO.
VALERIANA TOURNEFORT. t. 52.
VALERIANA VAILLANT. p. 184.
& VALERIANOIDES VAILLANT. p. 187.
VALERIANÆ LINN. spec. n. 44.

Semen coronatur anulo *a*) facto ex plicatis plumulis, quae maturescente planta se explicant, & coronam faciunt *b*), qualis fere est in Picride, ut tamen fila plumarum minus recta sint. Flos plerumque satis uniformis, quinquefidus *c*), tamen alias calcar *d*) producit. Staminum numerus incertus: tria plerumque sunt, tamen *e*) & unicum *f*). Dantur & sexu distinctae.

208. VALERIANA foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis pinnatis, sexu distincta.

α Mas cum sexu femineo imperfectiori *g*).

Phu minimum seu Valeriana montana palustris CAMERAR. *Epit.* p. 23.

Valeriana minima DODON. *purg.* p. 88.

Phu minus, Valeriana minor TABERNÆM. p. 165.

Valeriana quarta minor MORISON. *Unbellifer.* p. 51. *t.* X. D. E.

Valeriana minor BLAKWELL *t.* 484.

Femina cum rudimentis staminum.

Valeriana quarta omnium minutissima TRAG. p. 62.

Valeriana palustris inodora parum laciniata C. B. *Prodr.* p. 86.

Valeriana palustris foliis subrotundis LOESEL. p. 279. *ic.* 84.

Valeriana sylvestris, seu palustris minor altera RAI *Catal. plant. Angl.* p. 299. cum descriptione.

Valeriana flore exiguo RIVIN. *irreg. monop. t.* 2.

α. β. *Valeriana foliis triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis* LINN. *Spec. I.* p. 44.

In pratis udis vulgatissima.

Radix

q) LUDOVICI *Oper.* p. 220.
r) *Memorab. Cent. III.* n. 76.
s) BUCHWALD p. 253.
t) LINN. *ölanska resa* p. 97.
a) VAILLANT. f. 6.
b) VAILL. f. 7.
c) VAILL. f. 3. 4. 5. TOURNEF. A. B.
d) TOURNEF. B. VAILL. f. 11. 12. Eas plantas vocat Valerianoides.
e) In Valerianis plerisque.
f) In Valerianoide & Valeriana calcitrapoide.
g) Recte P. C. FABRICIUS *butisb.* p. 37.
Etiam Ill. JUSSIEU in plantis aliis dioecis alterius sexus adesse organa, etsi vitiosa, apud DU CHESNE *demonstr.* p. 34.

Radix odorata, suaveolens, multiceps. Foliorum aliquot ex eadem radice cespites: subrotunda ea, aut cordis similiora, obtusa, obiter dentata, ad caulem pinnata, parium quinque, pinnis ellipticis, obiter dentatis, extrema majori, ovali elliptica. In varietate tamen β folia latiora, & aliquando subrotunda, absque pinnis, quam in Prodromo C. BAUHINUS dixit, & ego inter *Wittighofen & Deisswyl* legi.

Caulis pedalis, præter umbellam non ramosus, ad eam faciendam trichotomus. Flores majusculi, subrubelli, in β minimi, pallidi, & densissime collecti. In ista semen coronatum tubo trifido, & rudimento staminum. In α tria stamina de flore eminentia, semen abortivum, & tuba staminibus brevior. Non ergo veri flores mares sunt.

209. VALERIANA foliis integerrimis, radicalibus ovatis, caulinis linearibus obtusis *Emend.* II. p. 27. n. 63.

Spica altera fastigiato flosculorum ordine a præcedente differens CAMERAR. *Epit.* p. 14.

Nardus celtica b), seu alpina CLUS. *Pannon.* p. 514. 515. bene.

Nardus celtica I. B. III. p. 205.

Valeriana floribus triandris, foliis ovato oblongis, obtusis, integerrimis LINN. *Spec. I.* p. 46. JACQUIN *vindob.* p. 203.

Nuper variis in alpibus detecta est, Valesiæ plerumque, ad Italiam vergentis Mont. *Dome*, *le Grandloe*, ad dextra lacus, in montibus vallis *S. Nicolas*, abunde magis in vallis Prætoriæ herbosis; nigra in terra. In Mont. *Scheinberg Switens.* Cl. SCHINZ.

Radix multis fuscis squamis obnupta, obliqua, perennis, fibras cylindricas, duras, numerosas emittit, multiceps eadem; forti & stabili odore. Multi, ex multis radicis capitibus caules, triunciales, aut paulo ultra, præter florum petiolos non ramosi. Folia ex radice petiolata, elliptica, aut ovatis longiora, obtusa, margine integerrimo, pallida & paulum crassula: ad caulem par unicum foliorum linearium obtusorum. Caulem terminat spica nuda, facta verticillis florum duobus, ad quatuor. Verticilli inferiores fiunt duobus petiolis trifloris, supremus unifloris. Semina de gentis more: floris campanula lata, patula, æqualis, segmentis lanceolatis, extus purpurea, obscurior, intus cinerea. Tuba flava, longe eminens, tribus clavis terminata. Stamina in aliis exemplis nulla: in aliis, etsi omnia sua semina habent, tria filamenta de flore eminentia, grandes bifidas antheras ferunt, sive dioica est, fere ut paulo prior, sive tubæ serius subnascuntur, & tum demum quando stamina disperierunt: Prior tamen opinio confirmatur exemplo Valerianæ 205.

Odor multo vehementior, quam vulgari, vires promittit majores. Parum tamen in officinis nota est. In Ægyptum *i)* ad sexaginta *tonnas* hujus Nardi quotannis ex Germania mittuntur, quibus utantur ad unguentum, quod cutem mollem servet, alii ad balnea ajunt adhiberi *k)*. Veteribus notissima erat Nardus gallica olusatri folio, caule cubitali geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, avium pedes imitante; aliis Phu PLINII *l)*. In antidoto habet CELSUS *m)*: citat, celtibericæ nomine CÆLIUS *n)*. Reperitur in notis ad NICOLAUM *o)*, & additur diureticam esse. Indicæ præfert COSTÆUS *p)*. Non dubito, quin ad nervorum instabilitatem perinde, ut Valeriana sylvestris & magis valeat. Nuperis neglecta est, ut nulla ejus, post Seculum XVI. icon data sit, nulla descriptio.

210. VALERIANA *q)* foliis pinnatis, pinnis dentatis.

α Foliis angustioribus.

Valeriana sylvestris major GARIDEL p. 468. *ic.* 96.

Valeriana foliis angustioribus RIVIN. l. c. *t.* 2.

Phu r) minus CAMER. *Epit.* p. 22.

Valeriana sylvestris DODON. *purg.* p. 87.

Hanc præfert HILLIUS, & sylvestrem vocat *s)*.

 β Foliis

b) Nardum celticum exigue fruticat. Folia habet oblonga in luteum languentia; florem luteum [non nostra] DIOSCORID. I. c. 7.

i) HASSELQUIST. *resa* p. 557.

k) MATTHIOLUS.

l) L. XII. c. 12. non valde consentit.

m) L. V. c. 23.

n) *Chron.* L. IV. c. 7.

o) p. 174.

p) In MESUEN. p. 98.

q) Φου ARET. I. *Cur. diut.* c. 13.

r) Phu foliis olus atri, caule cubitali, altiore, levi, cavo, molli, in purpuram vergente, geniculis intercepto, floribus Narcissi proximis, *majoribus*, tenerioribus, ex albicante purpureis, radice superius ad digiti minimi crassitie, villosa in Veratri modum, obliqua capillamentis intertextis flavescentibus, cum quadam odoris gravitate, nardum æmulantibus DIOSCORID I. c. 10

s) In proprio libello: sic BLAKWELL. t. 271.

β Foliis latioribus ſplendentibus.

Valeriana ſylveſtris AICHSTETT. *ord.* 9. *t.* 12. *f.* 2.

Valeriana ſecunda foliis latioribus MORISON. *umbellif. t.* 10. C.

Valeriana RIVIN. *t.* 1.

Phu Dioſcoridis verius COLUMN. *phytobaſan* p. 114. *Ecphras.* p. 210. Potius latiora habet folia cum charactere.

Valeriana floribus triandris, foliis omnibus pinnatis LINN. *Spec. I.* p. 45.

Hanc rejicit HILLIUS, & pingit aquaticæ nomine.

In aquoſis frequentiſſima, tamen etiam in ſepibus & ſylvis, locis ſiccioribus varietas α, humidioribus varietas β provenit.

Radix fit fibris multis teretibus, ex albo ſordide luteſcentibus, penetrabili odore, quo feles delectantur, ut eam etiam urina ſua corrumpant *t*). Caulis ad ſepedalem uſque, non ramoſus, niſi ad umbellam conſtituendam: ibi enim tripartita diviſio ſæpe repetita ſibi ſuccedit. Vidi contortum caulem intumuiſſe in ſtriatum flavumque ſaccum, ex quo folia prodibant *v*). Ea omnia pinnata ſunt, multorum parium, nervo non lato, ſuperius tamen a pinnis deſcendente in nervum ala, extrema pinna impare, parum majore. Omnes acute dentatæ ſunt. Ad caulem ſimilia folia, ſeſſiia, in origine hirſuta, denique ſimplicia. Inter flores ſtipulæ ovatæ. Flos habet ſegmentum unum majus & duo minorum paria, colore ſubrubello. Semen graciliori margaritæ forma eſt: tuba lateſcit trifida. Stamina tria de flore eminent, in quo ſexus non diſtinguitur.

Odor radicis ſingularis, penetrabilis, inter gratum & moleſtum medius. Vis in reſinoſa *x*) parte eſt, & tinctura, quæ ſpiritu elicitur, odorem & ſaporem plantæ retinet, tum *extractum* ſpirituoſum, cujus copia ingens eſt. Tincturam etiam ſpirituoſam parat Cl. HILLIUS. Oleum vix poteſt oſtendi. In aquam vis amara & nauſeoſa tranſit, ſed maſſa coacta dulcamara & nauſeoſa eſt *y*). Nos amamus radicis pulverem dare, quo COLUMNA *z*), ut ipſe teſtatur, epilepſiam congenitam in ſe ipſo ſuperavit, etſi ex diuturna a laboribus abſtinentia, nuper conjectura nata eſt, ſummum virum in priſtinum morbum relapſum eſſe *a*). Sed Cl. MARCHAND *b*) ad ſeſqui drachmam eamdem radicem contra epilepſiam dedit, & adſunt aliorum Cl. virorum teſtimonia *c*), etiam in epilepſia inter venerem *d*) ſuperveniente. Levatam certe multi teſtes ſunt *e*), & ſi aliquando morbus rediit *f*), neque vis ſemper certa fuit *g*), hæc tamen infelicitas huic medicamento cum omnibus aliis communis eſt. Ego certe ad hyſtericos morbos, nimiamque nervorum ſenſibilitatem, frequenter cum bono eventu hac radice *h*) uſus ſum; & in ipſa epilepſia, non malo ſucceſſu. In nobili juvene per ſeſqui annum paroxyſmos diſtuli, qui tamen, cum in Italiam rediiſſet, dicuntur rediiſſe & ipſi. Virginem vero patritiam, vere epilepticam, cujus paroxyſmum ipſe videram, fideliter & abſque recidiva, extracto ſucco ſanavi. Quare & JACOBUS DOUGLAS *i*) merito hoc remedium in officinas introducere ſategit, & multum eo utitur TISSOTUS. In cephalalgia *k*) medetur. In febre maligna *l*) in deliriis & in agrypnia pulvis utiliter datus eſt, etſi putredinem non valde moratur *m*). Cum Guajaco *n*) miſta glandularum obſtructiones peculiari vi ſuperat; etiam externo uſu *o*). Veteres pro diuretica *p*) habuerunt. Ad teneſmum perinde optimam eſſe BODINO *q*).

211. VALERIANA foliis radicalibus petiolatis, cordatis, ſerratis, caulinis tripteris *It. Helv.* n 7.

Valeriana alpina I. B. III. p. 208. SCHEUCHZER *It. I.* p. 11. *Primam* CLUSII Cl. JACQUIN ad ſequentem refert p. 202. ſed in duas vel tres crenas folia dividi IPSE CLUSIUS monet, quod de n. 212. dici nequit.

Nardus

t) *Muſ. med.* I. n. 2.

v) Caule contorto *Eph. Nat. Cur. III. ann* 3. *obſ.* 22.

x) CARTHEUSER *mat. med. II.* p. 59.

y) IDEM ibid.

z) *Phytobaſan* p. 97.

a) In *vitis Lynceorum.*

b) *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1706.

c) PANAROLUS *Pentec. I. obſ.* 32. radice propinata prius, quam caulis prodiret, SCHUCHMAN *Eph. Nat. Cur. Dec. III.* n. 4. *obſ.* 44. SCOPOLI *flor.* p. 347. MEAD *de ſole & luna* p. 82. 83. HILL. *mat. med.* p. 182. BUCHOZ V. p. 229. 230. cum exemplis.

d) Infuſo SAUVAGES *bradyſpermat. Noſolog.* T. V. p. 231.

e) BALDINGER *med. milit.* p. 129.

f) LOCHER. *obſ. pract.* p. 40.

g) *Bresl. Saml.* 1718. m. Febr. MEAD. l. c.

h) HILL. l. c.

i) IDEM ibid.

k) BAGLIV. *aphor. cogn.* 58.

l) *Hiſtory of Seaſons* p. 272.

m) MACBRIDE *eſſays* p. 130.

n) MORGAN. *philoſ. princ.* p. 424.

o) SPIES *de Valeriana* p. 24. cachecticos humores diſpuliſſe.

p) ARET. l. c. C. HOFMAN. in NICOLAUM p. 163.

q) *Diſſ.* t. 40.

Nardus montana altera Moris. *Umbellif.* p. 51.
Valeriana alpina prima C. B. *Prodr.* p. 65. *Basil.* p. 50.
Valeriana alpina saxatilis minor, flore albo Barrelier *ic.* 742.
Valeriana alpina minor, planta palmaris Pluknet. p 380. *t.* 231. *f.* 7.
& *Valeriaua minima planta, ut plurimum uncialis* Ejusd. ibid. *f.* 8.
Valeriana floribus triandris, foliis dentatis, radicalibus cordatis, caulinis ternatis, ovato oblongis Linn. *Spec. I.* p. 45.
Valeriana tripteris Jacquin p. 201. *n.* 2.

Minime rara in montanis & alpinis humilioribus scopulis, unde in planitiem usque descendit. Circa *Roche à la Praisse*, & in fossis viæ ducentis versus *Vervay*. Raius in *Saleva* monte. C. B. in monte *Wasserfall*, ego in montibus *Emmiæ* vallis.

Radix lignosa, multiceps, odorata. Folia ad radicem petiolata, cordiformia, sed longiora, acuta, acute serrata; ad caulem similia, ovato lanceolata, ternata, ut duo minora majori sub ejus origine accedant. Caulis pedalis & ultra, ramosus. Umbellæ androgynæ, roseæ, odoratæ, staminibus tribus, & reliquo charactere donatæ. Vidi stamina defuisse. Stipulæ sub ramis florigeris setaceæ.

212. VALERIANA foliis ovatis, acuminatis, obiter dentatis *Itin. Helvet.* n. 8.
Valeriana montana Lugdun. p. 1127.
Valeriana alpina Scrophulariæ folio C. B. *Prodr.* p. 87. bene Scheuchzer *It. I.* p. 51. & *V* p. 428. cum unica voce *Salix* loco Valerianæ.
Valeriana alpina foliis integris, radice repente inodora Rai *syllog. exter.* p. 259.
Valeriana floribus triandris, foliis ovato oblongis, subdentatis, caule simplici Linn. ibid.

Frequens in monte Jura, supra *Dornach*, in adscensu ad *Grandvi*, in *Wasserfall:* in adscensu a *Nodz* ad *Chasseral.* Gagnebin *à la Combe de Valanvrom, aux Convers.*

In alpibus etiam passim, in *Obergurnigel, Chapuise, sur Champ, Fouy*, super *Portvaley, Prapioz, &c.* Circa *Waldnacht* & lacum *Trublisee* Scheuchzer.

Radix lignosa, longa, multiceps, sæpe inodora, nam etiam odoratam vidi. Folia ad terram petiolata, prima rotunda, reliqua ovata, obtusa, pariter dentata; superiora sessilia, ex ovatis obtuse lanceolata, oris plicatis, aut non dentatis, aut rarius. Umbella quæ prioris, idemque color. Stipulæ sub ramis florigeris setaceæ latiores, subulatæ. Flos parum difformis.

*213 VALERIANA foliis glaberrimis, floribus calcaratis.
α Foliis ex ovatis lanceolatis, latifolia.
Valeriana rubra Dodon. *purg.* p. 91. Bonann. *microgr. ic.* 81, 82, 83.
Phu peregrinum Camerar. *Epit.* p. 24.
Valeriana marina latifolia Morison. *umbellif. t. XI.*
Valeriana marina Rivin. *t.* 3.
II. Flore albo Morison.
β Foliis linearibus, angustifolia.
Valeriana rubra angustifolia I. B. III. p. 211. C. B. *Prodr.* p. 88.
Valeriana rubra angustioribus & longioribus foliis Pluknet. p. 319. *t.* 232. *f.* 3.
Iconem habet Gesner æn. f. 74. & Richer, cui est ξενοφυλλανθερυθρος.
α. β. *Valeriana floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis* Linn. *I.* p. 44.

Varietas β in aditu scopuloso, qua ex *Creux du Vent* adscenditur, ad dextra.

Varietas α Seduni ad arcem *Tourbillon*, Neocomi *au dongeon du Chateau.*

Caulis cubitalis, firmus, ramosus: folia levia, oris integerrimis, in α pene cordata; ima petiolata, superiora sessilia. Vidi in Valesia acute & ampliter dentata, fere ut in Valeriana Cacaliæ folio. Umbellæ caules terminant. Flos contra pedunculum longum calcar projicit, quale brevissimum ex vulgare specie n. 210. exit. Limbus ei bilabiatus, quinquefolius, color eleganter purpureus. Stamen unicum, cum tubus floris perangustus sit. Stipulæ lanceolatæ.

In varietate β folia prælonga, & perangusta, linearia fere sunt, & lentissime decrescunt.

Capsulam huic majorem esse Vaillantius *a*). Nolui tamen repugnantibus coætaneis separare, cum præterea etiam minori capsula reperiri Idem addat.

In Sicilia *b*) acetaria ingreditur.

VALE-

a) p. 187.

b) Barthol. *peregrin. med.* p. 40.

VALERIANELLA TOURNEF. t. 52. VAILLANT. p. 188.

Si in Cichoraceis coronæ feminum genera conftituunt, nihil eft, cur hic minus valeant. Valerianæ corona plumofa eft, folida Valerianellæ.

214. VALERIANELLA foliis oblongis, rariter incifis, corona feminis fimplici, acuminata.

α Foliis integris.

Lactuca agnina I. TABERNÆMONT. p. 167.

Pfeudo-Valeriana annua arvenfis præcox humilis, femine compreffo, rotundo MORIS III. p. 104. & *Valeriana arvenfis præcnx humilior* EJUSD. *umbellif.* p. 54. *tab. fem. n.* 58. 59.

In ifta frequenter umbellæ in foliofas & fteriles fphæras abeunt.

β Foliis fuperioribus dentatis.

Lactuca agnina II. TABERN. l. c.

Phu minimum alterum LOBEL. *ic.* p. 717.

Locufta minor RIVIN. *t.* 6.

α. β. *Valeriana campeftris inodora major* C. B. *Baf.* p. 50.

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo. foliis linearibus LINN. p. 47.

Vulgatiffima in agris, primo vere edulis. Folia ad terram linearia, obtufa, dente uno alterove, etiam nullo: ad caulem feffilia, acuta, fæpe dentata. Caulis pedalis, tener, brachiatus, bifidus. Sic rami ad magnos angulos *c)* patuli. Umbellæ ramos terminant, ut in Valerianis, ftipulis ovatis. Seminis involucrum ovale, transverfim latius, hinc gibbum, inde planius, mucrone brevi *d)*, bicolli, hinc refecto, inde acumine fimplici. Semen multo minus. Flos fubcæruleus *e)*, infundibuli formis, inæqualis, fegmento extimo majori. Stamina tria & tuba de flore eminent.

In acetariis, & alioquin in cibum frequens recipitur. Ad febres jufcula cum citri fucce utilia fuppeditat. Innocentiffimum cibum folum tolerabat, qui non alium ferret, æger lientericus *f)*.

215. VALERIANELLA foliis oblongis, ferratis, feminis corona tridentata. †

Valeriana altera, nudo & umbilicato femine COLUMN. *Ecphraf.* p. 206.

Valerianellæ vulgaris fpecies major ferotina RAI *fynopf. Ed. III.* p. 201.

Pfeudo-Valeriana annua, ferotina, procerior, femine turgidiori MORISON. *Hort. Oxon. III.* p. 103. *ic. fem.* 60, 61. *in opere umbellif.*

Locufta major RIVIN. *t.* 6.

Iisdem locis, fed vergente æftate, folio ferrato, & non ferrato.

Involucrum feminis conicum, hinc convexum, inde planius, coronatum additamento cavo tridentato *g)*, cujus dens medius major eft. Ad bafin coronæ duo denticuli ægre confpicui accedunt. Flos potius fubrubellus, modice inæqualis. Semen tumidius; habitus laxior; fetæ lanceolatæ; folia caulina acutiora.

I. PLANTÆ GYMNOMONOSPERMÆ.

I. FLORE COMPOSITO.

I. RECEPTACULO COMMUNI PRÆDITO.

II. STAMINIBUS LIBERIS.

II. SEMINE INTRA FLOREM POSITO.

GLOBULARIA TOURNEFORT. t. 295. LINN. n. 112. & omnium Auctorum.

Difcus convexus, conicus. Squamæ foliaceæ, cuique flofculo fua, diftinguunt receptaculum, & fpeciem calycis communis faciunt, ut in Succifa, neque flofculo longiores funt. Calyx proprius bilabiatus, fegmento exteriori bifido, interiori trifido. Flofculus quisque ex fuo tubulo bilabiatus, fegmentis duobus interioribus, tribus exterioribus, omnibus acutiffimis. Stamina quatuor libera, duo longiora, breviora duo. Semen unicum, in calyce adolefcit.

216. GLOBULARIA caule unifolio & unifloro, foliis emarginatis, nervo ariftato.

Scabiofa X. CLUS.

c) JUNG. BOERHAAVE.
d) VAILLANT. f. 21. TOURNEF. H.
e) TOURNEFORT. B. B. F. I.
f) LEIDENFROST. *fucci plant.* p. 17.
g) VAILLANT. f. 18, 19, 20. TOURNEFORT M. N.

Glo-

Globularia montana humilissima repens I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 37. *It. V.* p. 335.
Globularia caule subnudo, foliis cuneiformibus, tricuspidatis, intermedio minimo LINN. *II.* p. 139.
Globularia cordifolia HILL V. *t.* 16.

In scopulis Juræ & Alpium ubique, & utrinque etiam in planitiem descendit, *Rupe* ad mont. de *la Praisse & la Marbriere*; sic ad *Beauchamp* ex Jura.

Radix lignea, magna, multiceps, multos cespites foliorum producit: eorum figura est, ut eundo latescant, deinde emarginato fine terminentur, quem brevis ex nervo producta spinula dividit. Caulis nudus, præter exiguam unicam ligulam, uniflorus, biuncialis & paulo ultra. Capitulum cyaneum, quale in charactere dixi, quam reliquis minus. Calycis segmenta arguta, tria superiora, duo inferiora magis distincta. Flosculi segmenta superiora prælonga, capillaria *h*).

217. GLOBULARIA foliis oblonge ovatis, integerrimis, caule nudo unifloro.
Icon est inter GESNERIANAS Lign. f. 51.
Aphyllanthes III. LUGDUN, p. 864.
Bellis cærulea caule nudo RAI *syllog. ext.* p. 16.
Globularia pyrenaica folio oblongo; caule nudo I. R. H. SCHEUCHZER *It. VII.* p. 513.
Globularia caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis LINN. *I.* p. 140.
Globularia nudicaulis HILL. *t.* 17. foliis nimis acutis.

Minus priori frequens, neque in planitiem descendit. Magna copia nascitur in monte *Richard & à la Joux verte*; etiam *aux Martinets.* In *Wängenalp & Breitlauwenen* supra *Interlachen.* In *Fronalp*, *Mürtschen*, *Schilt* Glaronensium.

Aliquanto major est, & foliis & flore. Folia firma & laurina carne, ex petiolo dilatato, longe ovata, integerrima, nunquam lanceolata. Scapus floralis, præter aliquas ligulas nudus, sexuncialis. Flos pariter cæruleus, bracteis etiam ovato lanceolatis. Calycis segmenta tria interiora superiora duo inferiora, triangularia majora. Flos ex tubulo superne duos minimos albos dentes emittit: inferiores tres lingulati, paulum obtusi, cærulei. Stamina duo longa, duo brevia. Tuba bifida *i*).

218. GLOBULARIA foliis radicalibus emarginatis, ex nervo aristatis, caulinis lanceolatis.
Bellis cærulea, Globularia Monspeliensium LOBEL. *adverſ.* p. 200. *ic.* p. 478.
Bellis cærulea TABERNÆMONT. p. 329.
& duæ aliæ icones p. 330.
Globularia caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis LINN. *I.* p. 139. & *ölanska resa* p. 6.
Globularia vulgaris HILL. *t.* 15.
β Flore albo CLUS. PONTEDER.
γ Varietas non foliosa TARGIONI IV. p. 115.

In calidiori Helvetia, in locis gramineis, inter rupes, in *Paßgartfluh*, super *Bonneville*, *Moncharand*, prope *Rupem*, à la *Marbriere*, supra *Fontanay*, aux *Gauges*, &c. supra *Morges*, *Thuiri.* Etiam Basileæ supra *Dornach* & inter portam *S. Albani & S. Jacob*, juxta patibulum. In glareis fluviorum, *grande Eau*, *Baye de Clarens* &c.

Huic folia ad terram petiolata, ovata, sæpe emarginata, & tribus dentibus inscripta, alias unice ex medio aristata, ad caulem multa, alterna, oblonga, lanceolata. Caulis sescuncialis uniflorus. Flos ejusdem coloris & fabricæ. Calyx proprius hirsutus, villo clausus, ut flos hirsutus adpareat. Labium interius minimum, tridentatum, gracillimum. Squamæ, inter flosculos, ovato lanceolatæ. Receptaculum papposum. Omnium globulariarum folia siccata nigrescunt.

h) *Emend. III.* p. 89. n. 241.

i) *Emend.* l. c.

II. PLANTÆ FLORE DIFFORMI. DUOBUS STAMINIBUS LONGIORIBUS. DUOBUS BREVIORIBUS.

DIDYNAMIÆ LINN. *gener.* p. 284.

I. SEMINIBUS QUATUOR NUDIS.

VERTICILLATÆ BOERHAAVE p. 151.
OEDER. *Elem.* p. 295.
LABIATÆ TOURNEFORT. p. 177.
ADANSON II. p. 180.
Conf. CÆSALPIN. L. XI. c. 14. BLAIR *Dec. IV.*

Classis naturalis est, ex qua non oportet Rorem marinum, Verbenam, Lycopum & Salviam, ob staminum minorem numerum separare *a)*. Nam Verbenæ *b)* bene multæ quatuor stamina habent, Salvia, aut plenas quatuor antheras *c)*, aut tamen duas perfectas, cum duarum, quæ desiderantur, luculentis vestigiis *d)*. Reliquæ, quibus duo dicuntur stamina esse, duo alia habent imperfecta *e)*.

Toti classi calyx unifolius. Semina in ejus fundo quatuor. Flos monopetalos, ex cylindrico tubo difformiter terminatus, in partem superiorem, quam *galeam* vocare solemus, & inferiorem, quæ *barba* est. Tuba unica, fine fere bifurcato, hamo altero posteriori recto, altero anteriori curvo. Stamina duo longiora, duo breviora, ex floris tubo erecta, in labii superioris concava parte posita. Folia conjugata, & in decussim sibi imposita. Caulis sæpe quadrangularis. A florum situ, qui circa caulem coacervari solent, nomen verticillatarum est.

Plurimæ inter eas aromaticæ, oleosæ; aliquæ fætidæ, inertes paucæ.

ORDO I.

FLORE PARUM DIFFORMI.

Ordinum non eadem est severitas, quæ generum & specierum. Neque enim naturæ sunt opus, sed hominum, solusque finis est, propinquius eas plantas ponere, quæ charactere sibi vicinæ sint, distinguere, quas fabrica separet.

VERBENA *f)* TOURNEF. t. 94. LINN. n. 32.
& omnium Auctorum.

Calyx tubulosus, striatus, quinquedentatus, denticulis tribus supernis medio brevissimo, & duobus inferioribus. Flos tubulum habet & segmenta quinque, ovata omnia, duo paulum superiora, tria inferiora, sed maximo angulo, & pene nullo, qui superioribus & inferioribus intercipitur. In nostra, & in plerisque aliis, stamina duo longiora, duo breviora, tubo floris continentur.

219. VERBENA foliis tripartitis, rugosis, spicis nudis gracilissimis.
Verbenaca MATTHIOL. p. 1052. *recta* DODON. p. 150.
Verbena RIVIN. *t.* 56. summa, ut fere solet, planta, BLAKWELL. *t.* 41.
Verbena tetrandra spiciis filiformibus paniculatis, foliis multifido laciniatis, caule solitario LINN. *I.* p. 29.

β Foliis vix dissectis *Hort. Florent.* p. 98.

Ad vias orasque fossarum ubique.

Caulis rectus, brachiatus, cubitalis, quadrangularis, lineatus. Folia patentia, rugosa, pleraque tripartita, lateralibus lobis minoribus, medio longiori, nonnunquam tripartito: ora profunde dentata, pene semipinnata. Suprema folia simplicia sunt & ovata. Flores in nudas, longas strictasque spicas disponuntur, solitarii, cum ovato lanceo-

a) Consentit ILL. FABRICIUS *butisbac.* p. 55.
b) *Enumerat. Hort. Gotting.* p. 346. 347.
c) ibid. p. 321.
d) ibid. p. 319, 320, 321, 322, 323.
e) ADANSON p. 182.
f) Verbenæ herbas in universum significant CELSUS L. IV. n. 18. & ipsum gramen cum radice avulsum PLIN. L. XXII. n. 2. & etiam hodie Etrusci omnes stolones vervenas nominant NARDI *Noct. genial.* p. 563. Posteritas Verbenæ nomine peculiarem plantam designavit, quæ etiam polygonus MARCELL. c. 10. DIOSCORIDIS Verbena in aquosis nascitur, caule dodrantali, foliis incisis, albidis, radice simplici L. IV. c. 55.

lanceolata ſtipula. Flos ex rubro cæruleus, tubo brevi, ſub diviſione intumeſcente *g*), faucibus piloſis: calyx longus tetragonus, claudit maturus faucem ſuam, & ſemina *h*) coercet ſemiovata, ſulcata & rugoſa, quaſi erecta, & ſibi adaptata *i*). Stamina rubra intus latent.

Inodora planta, & fere inſipida: deſtillantem *k*) dat ad ignem ſpiritum acidum, oleum empyreumaticum, & ſalem aliquem volatilem: in cinere fixus & ſalſus ſal eſt, non alcalinus. Febres intermittentes ſucci ſpiſſati drachmam bis de die ſumtam ſanare *l*), aut certe peruviani corticis poteſtatem eo remedio adjuvari lego. Balſamum, cum oleo paratum, arcanum eſt *antarthriticum* FULVII TESTI *m*). Decoctum cum ſpiritu vini miſtum gluten oculos connectens *n*) diſſipare dicitur. Ad narium hæmorrhagiam veteres *o*) adhibebant. In cataplasmate, cum rhodia radice tritam *p*), dolores capitis ſanare, & ſolam, amuleti modo *q*), eos dolores ſedare, inque pleuritide fotum prodeſſe *r*). Mihi non videtur ſerio in medicinam recipi *s*).

LYCOPUS TOURNEFORT. t. 89. LINN. n. 33.

Calycis ſegmenta quinque ſupremum minimum, longa omnia & ariſtata *t*). Galea paulo latior, modice emarginata *v*), tubus floris perbrevis *x*), ſtamina tantum duo.

220. LYCOPUS foliis acute ſerratis & appendiculatis.
Marrubium aquatile DODON. p. 595.
Pſeudo-Marrubium paluſtre RIVIN. *t.* 21.
Lycopus foliis ſinuate ſerratis LINN. *I.* p. 3.

β Hirſutus MAGNOL. IR. II.

γ Tenuius laciniatus C. B. *Prodr.* p. 110. BOCCONE *recherch.* p. 204. PLUKNET t. 45. f. 1.

Omnes iſtæ varietates abunde in aquoſis naſcuntur.

Caulis quadratus, rectus, bipedalis. Folia trium generum reperiuntur. Prima ex ovatis lanceolata, acute & magnis dentibus inciſa. Altera varietas eſt ejuſmodi folii, cui petiolus tribus paribus pinnarum augetur, multo minorum. Tertiæ varietati folia integre pinnata ſunt, pinnis parallelis, obiter dentatis, lanceolatis. Sed etiam glabra alias folia, alias villoſa ſunt. Verticilli florum denſiſſimi, tomentoſi, alis foliorum inſident, foliis breviores. Flori galea pura, barba roſeis punctis diſtincta, fauces hirſutæ, ſtamina in floris tubo latentia.

Ob lycopi uſum Gallos in nigris pannis tingendis excellere HILLIUS *y*).

MENTHA TOURNEF. t. 89. LINN. n. 713.

Flos parum bilabiatus, galea paulum erecta, latiori, emarginata *z*), barba trifida, ſegmentis rotundis, pene æqualibus, medio minori: Calyx campaniformis, quinquefidus *a*), inferioribus ſegmentis ſibi proximis. Flores parvi, in denſos verticillos congeſti *b*).

221. MENTHA caule proſtrato, foliis ſubrotundis, obiter dentatis, ſtaminibus exſertis.
Pulegium c] FUCHS p. 228. RIVIN. *t.* 23. BLAKWELL. *t.* 302.
Pulegium ſerpens LINDER *hort.* *t.* 10. EHRMANN

II. Flore albo.

β *Pulegium mas Plinii* LOBEL. *ic.* p. 505. nimis ſerratum, *regium* AICHSTETT. *æſt.*

III. Calyce octofido, ſtaminibus octo.

α. β. *Mentha Pulegium* LINN. *II.* p. 807.

Michel-

g) TOURNEF. ad A.
h) GREW. t. 73.
i) TOURNEF. G.
k) WEDEL de verbena.
l) CHOMEL.
m) *Giorn. de letter.* vol. XXII. p. 166.
n) *Fabrik of the eyes* p. 31.
o) MARCELLUS c. 10.
p) FORESTUS. ETTMULLER.
q) HAEN *rat. med. VI.* p. 292. ſq.
r) CHOMEL.
s) Nec Cl. ALLEYNE *diſpenſat.*
t) TOURNEF. D.
v) TOURNEF. A.
x) IDEM B. C.
y) *Knowledge of plants* p. 13.
z) TOURNEF. B.
a) IDEM D. E.
b) FABRIC. *flor. Butisbac.* p. 48.
c) Pulegium mas flore candido, femina rubro, efficacior PLIN. L. XX. n. 54. ſylveſtre origano ſimile, minoribus foliis melius IDEM n. 55. Inter odorata γλήχων ARETÆUS *cur. diut.* I. c. 2. In hepatitide utilis ID. *cur. acut. II.* c. 6. Cum origano confundit SUIDAS p. 484.

Michelfeldæ C. B. *Mülhusiæ* Cl. Hofer. Abunde circa *Morges*, ubique in gramineis udis.

Caules procumbentes, per intervalla radicati, obtuse tetragonii, subhirsuti. Folia petiolata, subrotunda, nervosa, integra, vel obiter dentata. Verticilli florum sphærici: foliis breviores, fiunt numerosis pedicillis simplicibus & bifloris. Calyx striatus, ventricosus, quinquedentatus, dentibus aristatis, imo segmento minimo, duobus supremis majoribus. Flos dilute ex cæruleo purpureus, galea paulum adscendente, lenissime emarginata: stamina quatuor de flore eminent.

Planta amara, acris, odore penetrabili, cum aromate, menthas superat odore & vi.

Emmenagogum fidele *d)* præstat: non aqua *e)* quidem, etsi ea odorem accipit, & oleum penetrantissimum admistum habet; sed infusum vinosum cum vino albo, & chalybe, quod me nunquam fefellit.

In pectoris morbis *f)* neque aquam, neque succum, neque infusum, neque plantam cum melle tritam expertus sum, laudant alii. Inter vulneraria *g)* veteres & reprimentia *h)*.

Oleum Mesue laudabat *i)*. Impositum tenesmum tollere *k)*.

Linguæ subdita folia aphoniam superarunt *l)*, acre enim, cutem admotum exulcerat.

*222. MENTHA foliis lanceolatis, punctatis, sub verticillis palmatis *m)*.

Pulegium cervinum Lugdun. p. 892. Blakwell *t.* 394.

Pulegium angustifolium Rivin. *t.* 23.

Nonne huc icon æn. 89. Gesneri.

Certissime inter nostras est, *Lausannæ* lecta a D. Constant *près de la Maladerie, auprès du lac*, etsi nemo potuit eam eo loco reperire.

Caulis firmus, erectus, ramosus. Folia linearia, sed in medio latiora, obtuse lanceolata, tota punctata, ut hypericum. Verticillis folia palmata subjiciuntur, rarissimo exemplo. Cæterum eadem florum natura est: & stamina eminent.

Odor idem, aut penetrabilior.

Pulegia ad menthas revocavi, cum optimis auctoribus, postquam adgnovi & difformem florem esse, & galeam leniter emarginatam *n)*, & calycem quinquefidum *o)*.

223. MENTHA floribus verticillatis, foliis hirsutis, ovato lanceolatis, verticillis tomentosis.

Mentha arvensis verticillata hirsuta Morison. *III. t.* 7. *f.* 5.

Mentha verticillata Rivin. *t.* 48.

Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis, acutis, serratis, staminibus corollam æquantibus Linn. *Spec. II.* p. 821.

Inter stipulas odore mihi detestabili, subdulci.

Caulis procumbit, pedalis & paulo ultra, ramosissimus, cum tota planta hirsutus. Folia ex ovatis lanceolata, tota hirsuta, nervis magis, ora dentata. Verticilli breves, densi, tomentosi, multo quam folia breviores. Calyx hirsutus, segmentis inferioribus brevioribus. Flos subcæruleus, galea profunde incisa, medio barbæ segmento angustiori. Tuba longe eminet. Stamina in tubo floris latent, ut introspicienti adpareant.

Ad dysuriam a Lobelio *p)* laudatur.

224. MENTHA floribus verticillatis, foliis glabris, ovato lanceolatis, verticillis subhirsutis.

Calamintha aquatica Belgarum & Mathioli Lobel. *ic.* p. 515.

Mentha angustiore folio Rivin. *t.* 48.

Mentha palustris verticillata Dillen. *plant. Giess.*

Water whirl mint. Petiver *t.* 31.

Calamintha aquatica Blakwell. *t.* 131.

Mentha floribus verticillatis, foliis lanceolatis, ovatis, glabris, acutis, integerrimis Linn. *II.* p. 826.

In fossis aquosis, circa *Cudrefin*, *Anet*, *&c.*

Similitudo ei cum priori non modica: altior tamen est, foliis multo majoribus, pene cordato

d) Ludovic. p. 219. Buchwald p. 217.

e) Closius apud Cratonem *epist.* L. III. p. 301.

f) Ad tussim convulsivam Boyle Lentil. *eteodr.* p. 635. ad asthma Chomel p. 372. ad pulmonis vitia Diosc. III. c. 30.

g) Celsus L. V. c. 4. Lentilius.

h) Idem II. c. 33.

i) p. 188. b.

k) In Nicolaum p. 163.

l) *Eph. Nat. Cur. Vol. II. obs.* 195.

m) Habet Trew. ad Blakwell.

n) ad Rivin. t. 9.

o) Magnol. *Char.*

p) *Advers.* p. 217.

cordato lanceolatis, vix hirsutis, præter nervos, perinde tamen dentatis, verticillis laxioribus, dentibus calycis longioribus, ipso calyce leniter hirsuto, floribus etiam majoribus, ejusdem coloris aut roseis; staminibus multo magis eminentibus.
Odor huic speciei alius est & tolerabilis.

225. MENTHA q) foliis ovato lanceolatis, serratis, verticillis paucissimis, terminante maximo.
Mentha aquatica sive Sisymbrium I. B. III. p. 223, BLAKWELL *t.* 32.
Mentha rotundifolia palustris seu aquatica major MORIS III. p. 370. *t.* 7. *f.* 6.
Mentha palustris spicata RIVIN. *t.* 49.
Mentha spicis capitatis, foliis ovatis, serratis, petiolatis, staminibus corolla longioribus LINN. *II.* p. 805.
β Hirsutior, quam Morati legi.
Mentha aquatica seu Sisymbrium hirsutius I. B. III. p. 224.
Mentha rotundifolia palustris minor seu flore globoso C. B. *Prodr.* p. 109.
Mentha Sisymbrium dicta hirsuta, glomerulis ac foliis minoribus & rotundioribus RAI *Synops.* *III.* p. 233. *t.* 10. *f.* 1. ex fide exempli a DILLENIO ad me missi.
In aquosis & fossis ubique.
Caules pedales, cubitales, erecti, ramosi. Folia lata, ex ovatis acuminata, serrata, subtus nervosa, lanuginosa, obscura; superne alias glabra, alias pariter lanuginosa. Verticilli in summo ramo pauci, unus alterve, densus, & capitulum denique globosum ramum terminat. Calycis dentes latiusculi. Vidi ad octo fuisse. Flos major, quam prioribus: barba æqualiter trifida, segmentis ovatis, colore dilute purpureo. Galea acute bifida, etiam revoluta: stamina de tubo floris exeunt.
Odor paludosus: acris planta, aromatica, amara est.

226. MENTHA spicis cylindricis, foliis ovatis, rugosis.
Menthastrum sylvestre AICHSTETT. *æst. ord.* 7. *t.* 3. *f.* 2.
Menthastrum folio rugoso rotundiore spontaneum flore spicato, odore gravi I. B. III. p. 219.
Mentha rotundifolia LINN. *II.* p. 805.
Basileæ *vorm Steinenthor, vorm Spahlenthor* CHERLER In tota via regia *à la Vaux* secundum muros legi. *Chiavennæ, Genevæ &c.*
Caulis similis, erectus, bipedalis, ramosus, folia brevissime petiolata, rugosa, crassa, tomentosa, præter infima, quæ potius hirsuta. Figura ovata est, absque acumine, dentes acuti brevesque. Verticilli nudi, absque foliis intermistis, in summis ramis in spicas graciles congesti. Flores albi, dilute carnei, concolores. Galea emarginata, non incisa, stamina ad faucem floris perveniunt, & rarius in hortensi eminent: in sylvestri planta tamen omnino eminuisse vidi.
Odor mihi pergratus, durabilis.

227. MENTHA foliis elliptico-lanceolatis, serratis, subtus tomentosis, spicis cylindricis, staminibus flore duplo longioribus.
Menthastrum r) FUCHS p. 292. RIVIN. *t.* 51. BLAKWELL *t.* 292.
Mentha sylvestris longiore folio C. B.
& EJUSD. *Mentha sylvestris rotundiore folio* C. B. ex fide plantæ siccæ.
Mentha spicis oblongis, foliis oblongis, tomentosis, serratis, sessilibus, staminibus corolla longioribus LINN. *II.* p. 804.
β Flore niveo, ad rivum *Sulgenbach.*
Multa habet prioris 226. similia, verticillos in primis nudos, cylindricos, foliis sessilibus. Differt foliis longioribus, angustioribus, peracutis, ex elliptico lanceolatis, galea acute incisa; barbæ segmentis linea concentrica rubra inscriptis, staminibus perpetuo longe de flore erumpentibus, odore uliginoso ingrato. Calycis segmenta capillaria, quæ latiora priori. Flos subcæruleus, aut purus, aut segmentis intus violaceis.

*228. MENTHA foliis elliptico lanceolatis, subtus tomentosis, spicis cylindricis, staminibus floris tubo æqualibus.
Sive vera planta est, sive nobilis varietas præcedentis, non potui præterire. Reperi cum Glaucio in ruderibus ad lacum prope officinas laterum *Grandisonienses.*

q) Sylvestris Mentha hirsutior odore graviori DIOSC. III. c. 35.

r) Menthastrum est Mentha sylvestris ocimi folio, pulegii odore PLIN. L. XX. n. 52.

Multa habet similia præcedentis, folia imprimis, ut tamen nervi profundiores sint, cum crispa facie. Spicæ cylindricæ, interruptæ, & flores satis similes. Calycis segmenta molliter pubescunt, & lanuginosæ fauces. Galea emarginata, intus saturata macula notata, sic segmenta tria inferiora, quæ mihi, quam præcedenti, angustiora videntur: ora pallet. Tuba de flore erumpit, non ita stamina, quæ vix floris tubum æquant. Odor gratissimus & durabilis ocimi.

Non est *ocimi odore Mentha* BAUHINORUM, quæ verticillata sit.

*229. MENTHA foliis elliptico lanceolatis, spicis cylindricis, glaberrimis.
Mentha CAMERAR. *Epit.* p. 477.
Mentha spicata folio longo, acuto, glabro, nigriori I. B. III. p. 220.
Mentha BLAKWELL. *t.* 250.
Mentha spicis oblongis, foliis lanceolatis, nudis, serratis, sessilibus, staminibus corolla longioribus LINN. *II.* p. 804.

Non credo veram civem esse, etsi in pago Vaudensi legi ad vias, inter *S. Saphorin & Vevai*, & Angli pro indigena habent, & Basileæ versus patibulum Cl. MIEG, prope Dubim haud longe *à Ferriere* Cl. GAGNEBIN legerit, & circa *Goumoy*.

Cum priori 228. consentit foliorum potissimum figura, staminibus exsertis, spica cylindrica. Differt glabritie totius plantæ, odore grato aromatico, nervis foliorum subtus conspicuis. Flos rubellus.

Duas Menthas veteres cognitas habuerunt, sisymbrium odoratum *s*), veram Menthæ speciem *t*), sed Mentha veterum nobilius, quod creditum sit in Mentham degenerare, cujus odorem induat nepetæque formam, quando cultu caret *v*).

Deinde Mentham μινθης vel ἡδυοσμου nomine cognoverunt, etiam suavi odore *x*)

Mentha crispa, spicata & verticillata, nobis odore eximio & stomachico excellunt. Vomitum aqua compescit *y*), potissimum spirituosa *z*), in qua oleum fit & vis plantæ. Ad dysenterias avertendas, cum Balsamita PORTIUS *a*) laudat. Porro menses pellit, debilius quam pulegium. Succus acris est, qui polypos *b*) narium superaverit. Cataplasma ad dolores intestinorum, morbos hystericos, dolores a partu superstites valet.

*230. MENTHA foliis rugosis, brevissime petiolatis, verticillis spicatis.
Mentha crispa, rotundifolia, spicata I. B. III. p. 217. C. B.
Mentha vulgaris fusca sacra, & Mentha sativa prior diosc. LOBEL. p. 506. *& minor* ib.
Mentha crispa RIVIN. *t.* 50.
Mentha spicis capitatis, foliis cordatis, dentatis, undulatis, sessilibus, staminibus corollam æquantibus LINN. *Spec. II.* p. 805.

CHERLERUS Basileæ *vorm Spalenthor*, neque est Menthastrum, nam hoc eodem loco etiam IDEM vir Cl. reperit. Exotica omnino & casu jus civitatis adepta.

Caulis ramosissimus, erectus, cubitalis & ultra. Folia hirsuta, ex ovatis & rotundis lanceolata, brevi petiolo aut nullo, per oram acute denticulata, nervis eminentibus, quasi rugosa & crispa. Calyces hirsuti. In summo caule folia sub verticillis exigua sunt, ut in quamdam interruptam tamen brevemque spicam verticilli abeant, quales ramos omnes terminant. Odor egregius & vires quæ prioribus.

TRIXAGO.

MARRUBIASTRUM TOURNEFORT. t. 89. *c*)

STACHYS spec. RIVINI. LINN. *in nov. ed. gener.*

STACHYDIS genus valde alioquin arbitrarium his plantis liberamus, quæ a Mentha modice *d*) differant. Labium superius multo brevius, subrotundum, parum subrectum *e*), integrum, figura floris magis bilabiata *f*), barba recta protensa *g*), tripartita, medio segmento latiori *h*), non ut in Stachyde emarginato. Calyx campaniformis

s) THEOPHRAST. *caus.* L. V. c. 22. L. VI. c. 15, 23. DIOSCORID. L. II. c. 121.
t) BRASSAVOL. *simpl. exam.* p. 294.
v) THEOPHRAST. ibid. II. c. 22. L. V. c. 8.
x) SUIDAS II. p. 564. ARET. *cur. diut. I.* c. 2. DIOSCOR. L. III. c. 35.
y) SYDENHAM p. 91. & olim Mentha utebatur DEMOCRITUS apud PLINIUM L. XX. n. 53.
z) LUDOVICI p. 258.
a) *Med. milit.* p. 156, 157.
b) Menthæ nigræ parum notæ CARRICHTER p. 20.
c) *Cunila bubula* CRATEVÆ panax PLIN. semen habet origani IDEM XX. c. 16. n. 61. C. Gallinacea est origanum heracleoticum IDEM ibid.
d) TOURNEF. A.
e) ibid.
f) IDEM.
g) ibid. B. C.
h) ibid.

paniformis *i*) in fauce villosus, profunde quinquedentatus, obscurius bilabiatus, dentibus aristatis, tribus superioribus sursum reflexis, duobus inferioribus rectis. Exiguus est & tubus, calyce brevior.

*231. TRIXAGO foliis ovatis, cordatis, rotunde dentatis, hirsutis.
Ic. lign. GESN. 101.
Sideritis Alsines Trixaginis folio C. B. *Prodr.* p. 111.
Stachys arvensis minima RIVIN. *t.* 27.
Round Jronwort PETIVER *t.* 33.
Addit Cl. LINNÆUS *Lamium paludosum belgicum Hort. Lugd. Batav.* p. 351. 353.
Stachys verticillis sexfloris, caule debili, foliis obtusis nudiusculis, corollis calyce vix longioribus LINN. *Spec. II.* p. 814.
In segetibus *du Bevieux* legi.
Caulis quadratus, debilis, procumbens, ramosus, brachiatus, pedalis & ultra. Folia petiolata, mollia, subhirsuta, pallida, ovata, tamen subcordata, obtuse crenata. Flores in verticillos paucifloros, quatuor, quinque florum, in summa planta in spicam continuantur. Flos parvus, carneus, barbæ initio maculato.
Odor singularis, validus.

II. FLORE BILABIATO.

I. GALEA EMARGINATA, AUT BIFIDA.

LAVANDULA TOURNEFORT. t. 93. LINN. n. 711. & STOECHAS TOURNEF. t. 94.

Calyx cylindricus *k*), longus, quinquedentatus *l*). Floris tubus longus *m*), limbus non maxime bilabiatus, galea bipartita, ampliori *n*), barba trifida, minus ampla *o*).

232. LAVANDULA foliis linearibus, spicis nudis.
Lavandula altera DODON. *Coron.* add. *ic.* p. 276.
Lavandula BLAKWELL. *t.* 294.
Lavandula angustifolia RIVIN.
β *Latifolia* C. B. hæc annua.
Pulchra planta passim sponte provenit, in montibus supra *Neocomum*, & in arenosis supra *Vuilly*, peculiariter supra *Nant.*
Perennat, multicaulis. Caules erecti, in spontaneis non ramosi, etsi rami ubique de alis erumpunt. Folia tota tomentosa, linearia, oris contractis. Verticilli pauciflori, fere octiflori, foliis latiusculis, aristatis excepti: ii verticilli in spicam nudam continuantur. Calyx tomentosus, lineatus, circa florem contractus, superius tres dentes habet, quorum medius maximus erectus est, inferius duo majores mediis: flos cæruleus, subhirsutus, multo calyce longior. Stamina intra tubum floris latent. Barba quam galea multo minor, ejus segmenta æqualia.
Odorata planta aquam dat sui odoris *p*) subacidam, analepticam *q*): spiritum etiam inde eliciunt *r*) ad odoramenta, & oleum æthereum. Macerata plus dat salis urinosi concreti *s*).
Florum pulvis ad drachmam semis datur ad dolores post partum superstites. Macerata folia salivam movent.
In cineribus nitrum ex detonatione percipitur *t*).

ORIGANUM TOURNEORTII t. 94. LINN. n. 726. & omnium Auctorum *v*).

Calyx non difformis, quinque dentibus æqualibus, faucibus pilosis. Flos de calyce exit, galea lata, bifida, cordiformi. Barbæ segmenta tria subrotunda, medium modice majus, a serpyllo calycis figura differt.

233. ORI-

i) f.
k) TOURNEF. T.
l) ibid.
m) B.
n) A. C.
o) D. E.
p) GEOFROI p. 685.
q) ibid.
r) IDEM.
s) RODDER apud ALBERTI *med. leg. obs.* 6. p. 762.
t) DU HAMEL *exploit.* I. p. 32.
v) Apud ARISTOPHANEM origanos feminino genere SUIDAS II. p. 713. Inter condimenta RHAZES *mansor.* III. c. 17.

233. ORIGANUM foliis ovatis, umbellis coloratis, ſtaminibus exſertis.

Origanum RIVIN. *t.* 66. BLAKWELL *t.* 280.

Origanum ſylveſtre ſeu vulgare TABERNÆMONT. p. 346.

Origanum ſpicis ſubrotundis, paniculatis, conglomeratis, bracteis calyce longioribus, ovatis LINN. *II.* p. 824.

β Flore albo TRAG. &c. neque raro reperi.

γ Foliis variis I. R. H. &c.

Ad margines dumetorum ubique.

Caulis teres, bipedalis & ultra, ramoſus. Folia ſubhirſuta, ex ovatis acuminata, integra *x*). Ex alis foliorum exeunt rami floriferi, qui folia ſuperant, & umbellam floridam convexam geſtant, foliis coloratis, rotundis diſtinctam. Tubus floris brevis, ſenſim dilatatus, color carneus. Stamina de flore erumpunt.

Acris planta, aromatica, in cujus aqua oleum eſſentiale eſt *y*), habetur pro emmenagoga *z*), ſive in pediluvio adhibeatur, ſive cum aqua infuſa. Ad aſthma & icterum laudatur *a*). Cum melle tritum vires marrubii habere abſque ingrato ſapore BOERHAAVIUS. Parcius tamen in uſu eſt, & recte monet PRÆCEPTOR, in phthiſi adhiberi non debere, in qua movere non expediat *b*).

In Italia ajunt in cibum recipi.

Rubro fuſco colore tingit *c*). Fila linea cum aqua aluminoſa macerant, ſiccant, tum in aqua cum mali ſylveſtris cortice decocta per biduum macerant, torquent, cum lixivio cinerum coquunt, & in eo decocto linum bullire ſinunt.

Origanum heracleoticum *d*) a noſtro differt ſtaminibus in floris tubo latentibus.

*234. ORIGANUM ſpicis aggregatis, priſmaticis, rectis, bracteis membranaceis, calyce duplo longioribus LINN. II. p. 823.

Icon GESN. lign. CV.

Origanum creticum C. B. &

Origanum folio ſubrotundo EJUSD.

Origanum Monſpelienſe pulchrum CAMER. *Epit.* p. 468.

Cl. vir D. ACHILLES MIEG *Baſileæ* inter *S. Jacob & Patibulum.*

Plantam ſiccam cum *origano* C. B. ex herbario vivo reſiduo contuli. Convenit ſpicis, in quibus character ſpecificus eſt. Hæ longæ, cylindricæ, fiunt bracteis, quales ſunt in vulgari, ovato lanceolatis, ſed congeſtis, imbricatis, ad 24. in una ſpica. Folia noſtrati paulo magis acuminata, cretico ſpecimini paulo rotundiora.

Poſſit eſſe varietas noſtri, bracteis majoribus, uti flores ſubinde majores fiunt.

THYMUS.

THYMUS TOURNEFORT. t. 93.

& SERPYLLUM TOURNEFORT.

THYMI LINN. ſpec. n. 727.

Calyx Thymo bilabiatus, dentibus acutis, tribus ſuperioribus reflexis, duobus inferioribus *e*) rectioribus, ſurſum tendentibus, fauces calycis villis clauſæ. Flos calyce longior, galea *f*) emarginata, barbæ ſegmenta ſubrotunda, pene æqualia, neque ullum emarginatum *g*).

235. THYMUS foliis ovatis, ad baſin ciliatis.

Infinitæ fere hujus plantæ varietates ſunt. Princeps diverſitas eſt in flore, qui alias minor eſt, alias triplo major. Nolo porro ſeparare, quas omnes ſcriptores conjungunt.

a. Folio glabro ad baſin ciliato.

Serpillum b) *vulgare minus* C. B.

b. Flore

x) Non bene ſerrata BLAKWELL.

y) HILL. *mat. med.* p. 403. penetrantiſſimum LANGE.

z) TOURNEFORT.

a) BUCHWALD p. 187.

b) *Remed. Brunsvic* p. 249.

c) LINDER *Färgekonſt* p. 40. LINN. *ölanska reſa* p. 97, 101.

d) Folio hyſſopi, umbella multifida DIOSC. III. c. 28. Onites candidius ib. Sylveſtre eſt planta umbellifera ib.

e) TOURNEF. A. G.

f) C. F. A.

g) ibid.

h) Serpyllum hortenſe folio origani, & ramulis, tamen *candidius*. Sylveſtre non ſerpit, ſed in altitudinem erigitur, foliis longioribus quam rutæ, anguſtis, floribus jucunde olentibus, ſativo efficacius DIOSCORID. III. c. 39. Ερπυλλον planta odorata THEOPHRAST. *Cauſ.* L. VI. c. 15. VI. ad fin Coronarium

I. Flore albo.
II. Albo flore inodorum.
III. Folio vario I. R. H.
b. Folio longiori, ciliato.
Serpyllum angusto glabroque folio CLUS. *Pann.* p. 628. VAILL. *t.* 32. *f.* 7. *ic.*
c. Citri odore, in glareosis collibus. CLUS. *Pann.* p. 625.
d. Moschatum PARKINSON.
e. Capitulis tomentosis, quod insecti opus est H. OXON. III. p. 407.
f. Altius & erectius RIVIN. t. 41. BLAKWELL t. 418.
II. Flore albo TABERN. p. 361.
g. Totum obiter & mediocriter hirsutum & latifolium VAILL. t. 32. f. 6. C. B. *Prodr. A Fontanai.*
h. Tomentosum, ex Rhætiæ alpibus.
β Serpyllum majori flore.
a. Foliis magnis undique hirsutis.
Serpyllum latifolium hirsutum SCHEUCHZER *It. VI.* p. 562.
Serpyllum montanum hirsutum RIVIN. *t.* 42.
In alpibus Prægalliensium: & in Valesia legi.
b. Magnum, inodorum, ciliis crebrioribus.
Serpyllum alpinum latifolium hirsutum SCHEUCHZER ibid. in alpibus ad Italiam declivibus.
I. Varietas citri odore GAGNEBIN.
II. Etiam inodorum, sed foliis minoribus.
Serpyllum angustifolium hirsutum, vel montanum repens, hirsutum C. B. In glareis circa montes glaciales.
c. Vulgare foliis ciliatis, cæterum glabris, grandiflorum, ad quatuor lineas.
Serpyllum I. TRAG. p. 39.
Serpyllum RIVIN. *t.* 42.
Serpyllum vulgare, flore majore purpureo I. R. H. VAILL. *t.* 32. *f.* 8.
II. Flore albo I. R. H. &c.
Finem facio varietatum, nam multo plures supersunt. Eas omnes Cl. SCOPOLI in quinque collegit p. 455, 456, 457.
1. Foliis glabris, flore magno, verticillis trifloris.
2. Foliis hirsutis, verticillis trifloris.
3. Foliis ovatis, basi ciliatis, verticillis trifloris.
4. Foliis ovatis glabris, verticillis multifloris.
5. Foliis basi ciliatis, verticillis multifloris.
Habet etiam plusculas Cel. SEGUIER. *Supplem.* p. 136.
α. β. *Thymus floribus capitatis, caulibus decumbentibus, foliis planis, obtusis, basi ciliatis* LINN. *II.* p. 825.
In universum caulis fere totus decumbit, etsi pars superior nonnunquam erigitur. Ramosus idem est & foliosus. Folia petiolata, ovata, integra, ovata, ad basin suam naturaliter aliqua cilia habent. Verticilli fiunt floribus in pedunculis unifloris, inque summa planta in capitulum congeruntur. Flores subpurpurei, rosei, concolores, minores, ad sesquilineam, majores ad quatuor lineas longi, staminibus eminentibus.
Planta aromatica, odorata, cum pungente acumine, vires acidas eminentes habet, ut possis CELSO *i)* credere, qui inter reprimentes posuit. Aqua odorata, subacida est, & oleo essentiali *k)* imprægnatur.
Vulgo externo in usu ad insessus fere adhibetur; tum infusum theiforme ad morbos nervinos *l)*. Anodynam vim in scorbuto *m)* ei tribuunt; hinc in spasmo canino aquam *n)* præscribunt. Meretur crebriori in usu esse. Cognatus Thymus salem volatilem crystallinum camphoræ ad finem fundit *o)*.

236. THYMUS foliis ellipticis hirsutis.
Serpyllum pannonicum III. CLUS. p. 627.
Serpyllum saxatile hirsutum, thymifolium, incanum, flore rubello BOCCON. p. 108. *t.* 89. SCHEUCHZER *It. II.* p. 142. si omnino huc pertinet.

 Ad

narium L. VI. c. 22. odore duro absque dulcedine ibid. c. 23. Sampsucho simile suavi odore SUIDAS p. 863. Sativum non serpens & sylvestre in petris PLIN. L. XX. n. 90.
i) L. II. c. 33.
k) HILL. *mat. med.* p. 368.
l) HILL. *on nerves* p. 26.
m) DETHARDING *method. med.* p. 129.
n) BUCHWALD p. 261.
o) *Phil. Transf.* n. 389. 390.

Ad vias arenoſas Valeſiæ, aut memorabilis varietas, aut propria plrnta.

Caules proſtrati, toti hirſuti, folia longiora, ut latitudo longitudinis tripla ſit & quadrupla, non ciliata, ſed tota hirſuta, ſubtus nervoſa.

Thymus *p*) verior trans alpes Penninas in valle *Auguſta* provenit, nobis nondum in Helvetia viſus. Valde ſuſpicor, in transalpina reperiri.

CLINOPODIUM *q*) Tournefort. t. 92. THYMI ſpec. Linn. & CLINOPODIUM Ejusdem n. 725.

Calyx perinde bilabiatus *r*), ſuperioribus tribus dentibus reflexis, duobus longioribus inferioribus, pariter ſurſum flexis: ſed differt, quod floris tubus longior, & in origine ſua ventricoſus *s*) ſit: deinde quod medium ſegmentum barbæ latum ſit, & emarginatum *t*). Involucrum multiſetum, ſeu ſtipulas, non habeo pro parte fructificationis.

237. CLINOPODIUM *v*) foliis ovatis, dentatis, flore foliis breviori.

Calamenthum montanum Trag. p. 37.
Ocymum ſylveſtre acinos Dodon. *Coron.* p. 298.
Acinos Rivin. *t.* 43.
Thymus verticillis ſexfloris, caulibus erectis, ſubramoſis, foliis ovatis, ſerratis Linn. *II.* p. 428.

β Album.

γ Majus &c.

Abunde in arvis & ſaxoſis.

Caules modo erecti, modo procumbentes, ramoſi. Folia petiolata, ſubrotunda, rhomboidea, lateribus duobus ad petiolum integris, lateribus ad mucronem dentatis, raris tamen nonnunquam dentibus. Verticilli florum quinque, ad octo, in petiolis unifloris. Calyx hirſutus, lineatus. Flos violaceus, faucibus luteolis, maculoſis.

Odor gratus, aromaticus. Pro verbena vendi lego, felice *x*) fraude, certo melius.

238. CLINOPODIUM foliis ovatis, acutis, ſerratis, flore folio majori.

Clinopodium auſtriacum Clus. *Pann.* p. 622. 623.
Acini pulchra ſpecies I. B. III. p. 620.
Clinopodium montanum C. B. Boccon. *muſ. di piant. t.* 45. Scheuchzer *It. II.* p. 132. *It. V.* p. 425.

β Flore albo Pluknet *à la Varaz*, *in* M. *Prapioz.*

a. β. Thymus verticillis ſexfloris, foliis obtuſiuſculis, concavis, ſubſerratis Linn. *II.* p. 826.

Frequens ad vias ſubalpinas & montanas. Circa *Weiſſenburg*, in *Gouſin* &c.

Ramoſiſſimus caulis eſt, & denſos ceſpites procumbentes efficit. Folia ſimilia prioris, potius rotundiora & acuta, ſed rarius ſerrata, magis herbacea & minus dura. Verticilli quatuor, quinque, ſex florum, in petiolis unifloris longioribus. Flos ſimilis, multo major, pene uncialis, violaceus, faucibus maculoſis, calyce purpura tincto.

Simillima planta prioris, præter florem, odore grato, aromatico; Agricolæ ad pectoris morbos laudant, quos frequentes experiuntur.

239. CLINOPODIUM foliis ovatis, acuminatis, obiter dentatis, ſtipulis ſetaceis.

Clinopodium vulgare Matthiol. p. 814.
Clinopodium Rivin. *t.* 43.
Clinopodium capitulis ſubrotundis, hiſpidis, bracteis ſetaceis Linn. *II.* p. 821.

β Humilius Clus. I. R. H.

γ Trifoliatum Weinmann t. 395. *d.* quod inter meas ſtirpes reperio.

δ Flore albo Camerar.

ε *Cli-*

p) *θυμος* & *θυμον* herba vilis Suidas II. p. 211. Inter purgantia refert Aretæus *Cur. diut. I.* c. 5. ad duas drachmas ſumtum, & Rufus c. 17. comam nempe Thymi ille, iſte Thymum ipſum. Inter diuretica Celsus II. c. 31. Theam ad hydropem laudant *Fränk. anmerk. II.* p. 366.

q) Clinopodium, zopyron, ocymoides ſerpyllo ſimile, ſurculoſum, palmæ altitudine, foliis reticulatis, ambitu ſpecie lecti pedis Plin. L. XXIV. n. 87.

r) Tournef. F. G.

s) Non ſatis, ad F.

t) C.

v) Frutex Serpyllo ſimilis ſurculoſus, duos dodrantes altus, flores ad marrubii modum intervallis diſtincti ſpeciem habent lecti pedum Diosc. III. c. 93.

x) Koronzay.

ε *Clinopodium foliis ovatis, rugosis, verticillis omnibus distantibus* Miller *t.* 95.
Frequens ad sepes & in dumetis.
Caulis rectus, una cum foliis molliter hirsutus, bipedalis. Folia dissita, ex ovatis acuminata, rariter dentata. Verticilli inter folia densissimi, 40. florum, in summa planta in capitulum coalescunt. Sub flore spinula mollis. Petioli multiflori, ramosi. Flos purpureus, longe de calyce eminens: ad ortum barbæ duo tumores pilosi. Calyx hirsutissimus.
Odor leniter aromaticus, non ingratus *y*).

MELISSA Linn. n. 728.
CALAMINTHÆ species Tournefort. t. 92.
& MELISSÆ species Ejusdem t. 91.

Calyx semper idem, nempe bilabiatus, segmenti superioris dentibus tribus reflexis, inferioribus duobus rectis *z*). Sed ea segmenta aristata sunt. Flos fere priorum, tubus strictus, fauces angustæ, galea brevis, erecta, subrotunde bifida *a*), barba trifida, lateralibus segmentis subrotundis, medio latissimo, emarginato *b*).

240. MELISSA foliis hirsutis, ovatis, acuminatis, leniter serratis, petiolis ramosis, folia superantibus.
Calamintha officinalis c) Blakwell. *t.* 167.
Melissa pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente Linn. *II.* p. 828.
II. Flore albo Till. &c.
Quatuor varietates habet *Hort. Florent.* p. 19.
β Paulo ramosior, petiolis valde ramosis, ultra folia sparsis.
Calamintha montana prælta, pulegii odore, dentatis foliis, floribus dilute cæruleis, ex longo ramoso & brachiato pedunculo provenientibus Boccone *osserv.* p. 211. 212. *Mus. di piant.* p. 45. 58. 59. cum duabus iconibus *t.* 38. 40. Scheuchzer *It. II.* p. 131.
Calamintha Sabaudica Rivin. *t.* 47.
I. B. passim ait inter stipulas provenire. Sed nobis circa rupium pedem, & in aridis secundum vias reperta est, abunde circa *Roche*, & alibi in Aquilejensi ditione, tum circa *Hoffstetten* prope *Thun.* Scheuchzer suam, quam minime separat, circa *Wesen*, *in castris Rhæticis.* Cl. la Chenal circa *Mendris.*
Caulis valde ramosus & brachiatus, debilior, non vere decumbens. Folia minora, quam sequenti, subincana. Petioli florigeri ex alis foliorum, ramosi, & multiflori, florumque racemi ultra folia extensi, subrecti. Calyx striatus, hirsutus. Flos dilute violaceus, multo quam sequenti minor, tuba longe eminente. Stipulæ perangustæ.
Varietas β insignis est; habet enim folia quidem multo magis brevi villo, quasi tonso obducta, suprema etiam incana, & calyces tamen glaberrimos.
Hæc species ab Anglis in medicinam recipitur, & aquam odoratam dat, atque oleum essentiale. Vires videtur pulegii promittere: & certe trita, atque imposita, pariter vesicas excitat.

241. MELISSA foliis subhirsutis, ovatis, acuminatis, acute serratis, petiolis ramosis, folia superantibus.
Calamintha d) Camer. *Epit.* p. 481.
Calamintha montana Blakwell. *t.* 166.
Calamintha vulgaris & officinarum Germaniæ C. B. Vaill. p. 26.
Calamintha Rivin. *t.* 46.
Melissa pedunculis axillaribus, longitudine foliorum Linn. *II.* p. 827.
In Helvetia frequens. Ad lacum Thunensem ad vias. Haud longe Berna in dumetis, circa hortos arcis *Reichenbach.* Circa *Roche*, *Aigle*, *Bex*; porro circa *Biennam*, *la Motte*, *Baume*, & ad pedem montis Juræ ubique.

Caulis

y) Tournef. A.
z) Idem H.
a) Idem t. 91. A.
b) Idem E.
c) Calamintha montana folia habet ocimi incana, surculos angustos, florem purpureum. Tertia menthastro cognata foliis oblongioribus. Omnibus folia acria, fervida, radix supervacua Diosc. III. c. 36. Ad fluvios rapidos nasci Nicand. *ther.* p. 59. 60.
d) Καλαμινθη Aristophan. herba fugans serpentes Suidas II. p. 229.

Caulis erectus. Folia quam priori multo grandiora, petiolata, pariter quidem ex ovatis acuminata, sed manifestius & acutius serrata. Flores in petiolis ramosis ex alis foliorum in majori parte plantæ, quam folia, brevioribus: in plerisque tamen ramis longioribus, ut in laxam paniculam abeant. Stipulæ similes. Calyx purpura tinctus, priori similis, & striatus. Flos duplo major, totus purpureus, faucibus maculatis & pilosis. Tuba recta, brevior.

Odor diversus, grate aromaticus, menthæ *e)* adfinis, cujus vires credas habere. Dat aquam odoratam, ad ventriculi debilitatem, ad pellendos menses *f)* utilem. Syrupum Mesue jam *g)* ad asthma & singultum laudat. Diacalamenthum Nicolai ad tussim ex causa frigida, ad menses ciendos *h)* dabatur.

*242. MELISSA *i)* petiolis unifloris, folio brevioribus, foliis cordatis, serratis.
Mentha Rivin. *t.* 45. Blakwell *t.* 27.
Apiastrum citrago Lobel. p. 514.
Melissa racemis axillaribus verticillatis pedicillis simplicibus Linn. *II.* p. 827.

Circa *Farnspurg* repererat Cl. Stæhelinus, cui ægrius fidem adhibebam, etiam cum *Rupe*, circa aditum prati *les Esserts* reperissem, & circa *Verpozaz* ad vias, passimque in Valesia, inter *Rida & Martigni.* Sed omne dubium removerunt plantæ in horrida sylva *la Chenau* repertæ.

Caules quadranguli, ramosissimi, cubitales. Folia pene cordiformia, hilo obscuriori, acuminata, circumserrata, superne hirsuta, inferne glabra. Flores in alis foliorum ex petiolis unifloris. Verticilli foliis breviores. Stipulæ ovato lanceolatæ. Calycis segmenta latiora, aristata. Flos albus, habet characterem generis.

Gratissimi odoris planta, multum de citro habet. Gratæ vires in theiforme infusum *k)* transeunt, & etiam meliores in aquam *l)*, & tincturam spirituosam *m)*; sed etiam resinosum, extractum bonum est *n)*. Ad melancholiam olim Janus *o)* Damascenus, nuper Boerhaavius commendabat, & pro cardiaco dat Avicenna *p)*. Deinde *primum ens Melissæ* totum hominem renovaturum Paracelsus promisit, & vinoso Melissæ infuso demorsum a serpente hominem sanatum fuisse legimus *q)*. Et si facile credam, Melissam nostram apibus non placere, a quibus nomen habet, non continuo inde sequeretur *r)*, non genuinam esse veterum plantam: & si omnino aliam veteres Melissæ nomine intellexerunt, nostra tamen vires ostendit, quam suæ tribuerunt.

HORMINUM Linn. n. 730. MELISSÆ spec. T.

Calyx Melissæ, bilabiatus, labii superioris tribus dentibus reflexis, inferioris duobus rectis. Galea semibifida, brevior. Barba trifida, segmento medio latiori, emarginato.

*243. HORMINUM foliis cordatis (potius ovatis) obtusis, caule nudo Linn. II. p. 831.
Gallitrichum folio subrotundo, flore magno violaceo I. B. III. p. 313. Morison. Rai.
Melissa Pyrenaica caule brevi plantaginis folio I. R. H. Magnol. *Hort. Reg.* p. 133. cum ic.

In alpe *Teuri & Alveney* novam civem detexit Cl. Schinzius.

Planta humilis, pedalis, foliosa; caulis quadratus, superne nudus, verticillis distinctis, nudis, in spicam continuatis. Folia non plantaginea, ovata, petiolata, circumserrata, nervosa. Bracteæ sub verticillis ex ovatis lanceolatæ exiguæ. Verticilli octiflori, ex petiolis simplicibus, in meis ad unum latus conversi, calycibus pendulis. Flores grandes, latitudine insigni, fere ut in digitali.

MELISSOPHYLLUM Plinii, Rivini, Seguieri.
MELISSÆ species Tournef. t. 91.
MELITTIS Linn. n. 731.

Calyx late campanulatus, bilabiatus, superiori *s)* segmento ovato, lanceolato, brevissime triden-

e) Boerhaave.
f) Lobel. p. 219. *g)* p. 140. b.
h) In Nicol. p. 172. b.
i) Μελιτταινα circa quam apes strident Nicander p.83 Apiastrum Hyginus melissophyllum vocat Plin. L. XX n. 45. In Colchide plurimum nascitur, ubi mel est optimum Lamberti p.84. 85. Folia ballotes majora, tenuiora, minus hirsuta Diosc. III. c. 101.
k) Commendat Agnan. *le Prêtre medecin.*
l) Ludovici p. 262.
m) Cartheuser *mat. med.* p. 74.
n) Idem ibid.
o) L. III. c. 22.
p) p. 564.
q) *Giorn. de Parma* ann. 1686. p. 32.
r) Uti Cordus in *botanolog.* p. 61.
s) Tournef. ad G. sed medius dens abruptus, Rivin. bene, sed absque dentibus lateralibus.

tridentato, inferioribus duobus ovato lanceolatis *t*), etiam incisis. Flos ex maximis *v*), peramplo tubo & cylindrico, galea rotunde emarginata *x*), labio inferiori pariter prægmagno, & alis, & media lacinia *y*), quæ cordata est & serrata *z*). Omnes floris laciniæ plicatæ & undulatæ.

244. MELISSOPHYLLUM (*Melittis*) LINN. II. p. 832.
Melissophyllum verum FUCHS p. 498 VAILL. p. 125. cum descript.
Lamium melissæ folio CLUS. *Pann.* p. 592. 593.
Melissa FUCHSII, CAMERARII *Hort. n.* XXX. p. 99.
Lamium PLINII, KOENIG *in disp.*
Melissophyllum RIVIN. *t.* 21.
Non est *Lamium montanum melissæ folio* MILLERI *t.* 158.

β Flore albo CLUS. *hist.* p. XXXVII.

γ Humilior CLUS.

Nihil frequentius in dumetis pene ubique circa *Burgdorf*, *Roche*, *Biel*, prope *Liechstal*, in monte supra *Muttenz*.

Caulis cubitalis & ultra, plerumque simplex, erectus. Folia petiolata, ex ovatis acuminata, serrata, lamii ad modum hirsuta, subobscuri coloris. Verticilli sexflori, petioli uniflori, foliis breviores. Flos vel totus albus cum macula carnea in labio inferiori, vel totus carneus cum macula purpurea. Galea subhirsuta.

Odor Lamii, sed gratior *a*): aqua perquam spirituosa, succus spissatus seu *extractum* bonarum virium *b*). Ad mala calculosa *c*) laudatur, etiam nomen germanicum inde nacta, & ad urinæ *d*) suppressionem, tum ad morbos pectoris chronicos. Parco in usu est, infusum magis *e*).

CHAMÆCLEMA *f*) BOERHAAVII, VAILLANT.
GLECHOMA LINN. n. 714.
CALAMINTHÆ spec. TOURNEF.

Flos Calaminthæ, tubo cylindrico, galea rotunde bifida, revoluta, labio inferiori tripartito, segmento medio lato & emarginato. Calyx non potest minimus dici, etsi flos longe eminet. Idem a prioribus aliquantum recedit: Segmenta ejus quinque aristata, quorum duo inferiora paulo breviora, & sibi propiora sunt, superiora tria longiora. Nomen BOERHAAVII melius est, quam alterum, ex pulegii græco nomine fictum.

245. CHAMÆCLEMA caule procumbente radicato, foliis reniformibus, rotunde crenatis.
Hedera terrestris DODON. *pempt.* p. 394. RIVIN. *t.* 67. BLAKWELL. *t.* 225.

II. Flore purpureo I. R. H. & passim reperi.

III. Albo MORIS.

IV. Minus VAILL. t. 6. f. 5.

β Flore majore.
Hederæ terrestris species montana CAMERAR. *Epit.* p. 401.
Chamæclema majus hirsutius VAILL. p. 33. *t.* 6. *f.* 4. & *medium* ib.

II. Tumores hirsutos in hac planta vermis excitat *g*).

Flore minore ad sepes ubique frequens est. Flore majori in locis siccis, & vallis urbium. Non separo, etsi seminatum discrimen tenet, HILLIO teste. Sed nolo cum summis viris contendere, qui conjungunt.

Nihil quidem cum hedera commune habet, quam caules procumbentes, per intervalla radicatos, parte florida erectos: non ramosi iidem sunt, & pedales. Folia longe petiolata, cordiformia, sed pene absque acumine, & breviora, orarum dentibus rotundis. Flores petiolati, in petiolis unifloris, in semiverticillum quatuor, aut octo florum, ubi plurimi sunt. Flos cæruleus: stamina brevissima, in tubo floris latent.

 Amara

t) T. id. RIV.
v) ibid.
x) B.
y) F.
z) ibid. B. F.
a) Analysin habet Cl. KOENIG.
b) KOENIG *Lam. Plin.* p. 9. 10.
c) IDEM.
d) TOURNEF. GARIDEL.
e) KOENIG p. 17.
f) Chamæcissos spicata est, foliosa, cum floret similis violæ albæ PLIN. L. XXIV. n. 84. omnino ergo diversa a nostra, MARANTA monente *meth.* p. 23. Nusquam nisi humi repit PLIN. L. XVI. c. 34. in eo adfinis hederæ.
g) Quem describit WELSCH *hecatost.* I. *obs.* 100.

Amara est, cum aliqua acrimonia, absque aromate. Dum succus spissatur, odor avolat aquæ stillatitiæ, balsamicus, ingratus tamen *h*). Infusa cum foliis aqua plantæ odorem habet, cum singulari acrimonia *i*). Extractum aquosum acerrimum *k*) est, pimpinellæ fere albæ sapore *l*), spirituosum extractum debilius *m*) *n*); tum tinctura viridis *o*). Aqua de Chamæclemate non inodora stillat, suæ plantæ odore tincta, etiam cum oleo aliquo *p*).

Pro vulneraria habetur, aperiente, roborante, vermes pellente, & urinam *q*), & sabulum calculosum *r*); ad ulcera etiam interna & dysenterias *s*) valere dicitur: Syrupum (succum plantæ melius) ad asthma laudant *t*). Ad purulentiam pectoris, & ad detergenda ejus visceris ulcera Scardona *v*). Cum urina infusa ad renum vitia adhibetur *x*), quam limpidiorem *y*) reddit. Etiam febres, leniores quidem, infuso meraco hederæ terrestris superatæ *z*) fuerunt. Nuper ex Anglia scribitur, equis funestam esse, anhelare ab ejus usu animal, & cor amplissimum, atque sanguine plenissimum in cadaveribus reperiri, in ventriculo vero & intestinis *a*) plurimum aerem. Mirifice hæc omnia inter se dissonant. Ego nunquam hoc medicamento usus sum, certioribus qui malim præsidiis ægrotos confidere.

CATARIA Tournefort. t. 95.

NEPETA *b*) Linn. n. 710.

Calyx tubulosus, cylindricus, bilabiatus. Segmenta tria superiora longiora, minus profunde divisa, recedunt a tribus inferioribus recta productis, & amplius divisis. Galea erecta, bipartita *c*). Barba trifida *d*), medio segmento *e*) descendente, quasi petiolato, sursum cavo, circumcrenato *f*). Tubus floris curvus *g*).

246. CATARIA foliis cordatis, petiolatis, verticillis spicatis.

Herba Gattaria Matthiol. p. 719.

Mentha felina Cattaria Tabern. p. 348.

Nepetha Rivin. *t.* 52. *seu Mentha cattaria* Blakwell. *t.* 455. nimis viridis.

Nepeta floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis, cordatis, dentate serratis Linn. *II.* p. 796.

Non satis certa sorte civis, in ruderosis, ad sepes viasque reperitur.

Caulis erectus, ramosus, brachiatus, bipedalis. Folia longa, petiolata, cordiformia, sed acutiora, acute serrata, incana & tomentosa. Ex alis foliorum rami trifidi, perexiguis foliis, verticillis spicatis terminati: Stipulæ angustæ, setaceæ. Calyx subhirsutus, flos subcarneus, & in medio segmento barbæ maculæ rubræ.

Odor validus, ad pulegium accedens, sapor valde amarus, cum acoris indiciis. Vis est in infuso aquoso, vinoso, in succo expresso, in aqua stillatitia, in insessu, aut pediluvio, semper emmenagoga, antihysterica. Cephalico etiam scopo, aut carminativo *h*), vires pulegii imitatur. Decocto febrem intermittentem sanatam fuisse lego *i*). Inter diuretica veteres habent *k*).

*247. CATARIA tomentosa, foliis ellipticis, acute serratis, verticillis spicatis. †

Cataria tenuifolia Clus. *parva* p. 588. *hist.* p. XXXIII.

Mentha cataria minor alpina C. B. *Prodr.* p. 110.

Non est *Nepeta* 8. Linn. *n.* 798. cum nostræ folia peracuta sint.

Inter plantas D. le Clerc fuit, ex monte Jura relata, quam circa *Wesen* Scheuchzerus indicat. Abunde vero provenit in valle *Ternanza* sub alpibus Valesiacis, & monte *Sylvio*.

Non

h) Cartheuser *mat. med. II.* p. 435.
i) Idem ibid.
k) Amarum Heder & una refrigerans.
l) Idem ibid. p. 436.
m) Idem Heder.
n) Acre vocat Heder. *heder. terr.* p. 12. & aromaticum p. 13.
o) Heder. p. 13.
p) Idem ibid.
q) Mead. *monit.* p. 173.
r) Boyle.
s) Buchwald p. 138.
t) Chomel.
v) *Cognosc. & curand. morb. II.* p. 69.
x) Mead.
y) Blair.
z) Lautter. *hist. med.* p. 2.
a) *Lond. Chron.* n. 1345.
b) Nepeta Græcis Calamintha Cælius *tard. III.* c. 5. Calamintha altera, Nepetha, pulegio similis, etiam odore, sed major Diosc. III. c. 36.
c) Tournef. A.
d) C.D.D.
e) D.D.
f) C.
g) B.A.
h) *Mem. des Savans étrangers III.* p. 456.
i) Boerhaave.
k) Cels. II. c. 31. Idem mali succi esse c. 21. & stomacho nocere.

Non minor, ſed altior vulgari eſt, quadrupedalis & ultra, ramoſiſſima, ramis longioribus. Folia tota tomentoſa, ſed longiora & anguſtiora quam vulgari, qualia ſunt in arvenſi Sideritide. Stipulæ pariter capillares, calyx totus tomentoſus. Flos violaceus ejusdem fabricæ. Odor pulegii virulentior.

*248. CATARIA foliis petiolatis, imis cordatis obtuſis, ſuperioribus ovatis, verticillis ſeſſilibus denſiſſimis, in ſpicam continuatis.

Cataria hiſpanica betonicæ folio anguſtiori, flore cæruleo & albo I. R. H.

Nepeta foliis cordato oblongis, ſubſeſſilibus, ſerratis, racemis verticillis nudis LINN. *II.* p. 197.

Abunde circa *Roche*, ad pedem rupium inter *les Gauges & le Furet*, tum ſecundum viam regiam, prope *le Furet*, *aux Gauges &c.* utraque varietas.

Caulis ad quatuor uſque pedes ſurgit, ramoſiſſimus. Folia a prioribus diverſa, petiolata, venoſa, obtuſe crenata, ſolida, pallida, ima cordata, ſed longiora & obtuſiora, ſuperiora ovata. Verticilli ex petiolis breviſſimis, denſiſſimis, cum bracteis magnis, ovato lanceolatis, ex albo viridibus, longo ordine in ſpicas colliguntur, quas nulla folia diſtinguunt. Floris fauces maculoſæ.

Odor penetrabilis.

HYSSOPUS TOURNEF. t. 95. LINN. n. 709. & nuperorum.

Non eſt *l)* Hyſſopus veterum *m)*, cui folia fecerunt origani. Calyx tubuloſus, lineatus, quinque ſegmentis lanceolatis, ariſtatis: eorum ſuperiora longiora, ſibi propiora, duo inferiora breviora. Galea ſubrecta, crenata, bifida, ſegmentis ovatis *n)*. Barba trifida, ſegmentis acutis *o)*, medio late emarginato, crenato *p)*.

*249. HYSSOPUS foliis linearibus punctatis, verticillis in ſpicas continuatis.

Hyſſopus RIVIN. *t.* 68. BLAKWELL. *t*

Hyſſopus ſpicis ſecundis LINN. *II.* p. 796.

Non veram putem eſſe indigenam, ſed abunde tamen in Valeſia provenit, Octoduri, *in Val de Lie*, & alibi.

Ex perenni radice caules adſcendunt numeroſiſſimi, cubitales, recti, parum ramoſi; foliis numeroſis, viridibus, linearibus, acutis, punctatis. Verticilli in alis foliorum fiunt duobus petiolis multifloris, folio brevioribus: & amant in unum latus ſe conjicere, & in ſpicam continuari. Flos cæruleus, ſtamina exſerta.

Acris odorata, aromatica planta. Aqua de ea plus extrahit *q)*, ſpiritus minus, & vires medicas minores educit *r)*. Aqua ſtillatitia vires plantæ habet, quæ ab oleo eſſentiali pendent, cum ea aqua miſto: ſed etiam aqua ſpirituoſa, per fermentationem parata, vires habet. Sal fixus *s)* ſulphure miſcetur. Incidit & reſolvit, mucum in bronchiis collectum tollit *t)*. Inter mali ſucci cibos CELSUS *v)* refert, & ſtomacho noxios, interque diuretica *x)*. Nuperi ventriculum debilem, flatuque diſtentum hyſſopo reſtitui putant. Epilepſiam decocto hyſſopi ſuperari vix credas *y)*. Infuſum contra vermes valet *y*)*. Perſæ faciei colorem pulvere hyſſopi corrigunt *z)*. In fotu ſugillationes potenter diſſipat.

ROSMARINUS TOURNEF. t. 92. LINN. n. 38. & omnium Auctorum.

Calyx bilabiatus, tantum trifidus *a)* videtur, vera tamen hujus ordinis ſpecies eſt, ſegmentum enim ſuperius breviſſime tridentatum eſt: inferiora duo majora, triangularia. Galea erecta & reflexa, ſemibifida *b)*, ſegmentis tamen non diſcedentibus. Barba duo ſegmenta lateralia, transverſa, ovata habet *c)*, & medium majus, petiolatum ovatum,

l) Eſſe WEDEL *Exerc. I. Dec.* 7. n. 8.

m) Eſt βοτανη ARET. *Cur. diut. I.* c. 13. Folia minora origani, flos calaminthes, ad rectitudinem declinans MESUE c. 17. Eſt origanum GAROFALI *Giorn. de letter.* 32. conf. *Act. lit. Suec.* ann. 1734.

n) TOURNEF. A.

o) Ad C.

p) D.

q) NEUMANN T. II. P. III. p. 144.

r) p. 145.

s) GMELIN. *Act. Petrop. V.* p. 287.

t) DETHARDING. *med. ſpec.* add DIOSCORID. III. c. 26.

v) L. II. c. 21.

x) ibid.

y) JAN. DAMASC. III. c. 23.

y)* ROSEN *Kinderkrankh.* p. 410.

z) *Pharmacop. Perſ.*

a) TOURNEF. F.

b) A. A.

c) B.

ovatum *d*). Stamina quidem *e*) tantum duo, longe eminentia, ſed eadem pene ex medio duo ſpicula retrograda emittunt, ut Roſmarinus hactenus cum Salvia congener ſit. Tuba breviſſime bifida.

*250. ROSMARINUS.

Roſmarinus RIVIN. *t.* 39. BLAKWELL. *t.* 159.

Paſſim in Helvetia reperi, aux *Gauges* loco deſerto, in alveo torrentis, qui pagum *Moutru* dividit, & ad pedem rupium gypſariarum prope *Bex*: exoticæ forte originis fruticem, ſed qui indigenatum ſit adeptus.

Frutex lignoſus, etiam decempedalis, quando cultus, ramoſiſſimus, arbuſculam refereus, ſpontaneus enim humilior eſt. Folia linearia, oris contractis, ſubtus albentia, & foveolis inſcripta. Flores in ramulis ex alis foliorum prodeuntibus, in quibus flores ſex, ad duodecim. Calyx ſubtomentoſus. Flos ſubcæruleus, aut albus cum maculis & punctis cæruleis.

Aroma nobile & oleoſum in foliis & calycibus reſidet, nam flores inodori ſunt *f*). Vis omnis eſt in parte reſinoſa, in aqua, quam oleum eſſentiale imprægnat, & in reſinoſo extracto primo. Olei tanta copia eſt, ut 70. grana ex libra obtineas *g*). Celeberrima eſt aqua ſpirituoſa, quam aquam Reginæ Hungariæ vocant, maximas vires habitura, ſi ter nova cum herba iterate ſtillaverit *h*). Tirnaviæ *i*) eam parant, & Monſpelii. Aquoſum extractum inutile eſt. Vires habet excitantes, analepticas, quæ nervoſi ſyſtematis motus ſuſcitant. Vino Roſmarini diarrhœam diuturnam ſuperatam fuiſſe WELSCHIUS *k*). In fomentis vinoſis & gangrænam moratur, & ſugillationes diſſipat.

SALVIA *l*) LINN. n. 39.

SALVIA TOURNEF. t. 83. galea brevi, recta.

HORMINUM TOURNEF. t. 82. galea brevi falcata.

SCLAREA TOURNEF. ibid. galea longa falcata.

Calyx iterum bilabiatus, ſegmento ſuperiori tridentato, dentibus brevibus reflexis, inferioribus duobus profundius *m*) ſectis, ariſtatis. Flos galeam habet in noſtris falcatam *n*), inciſam, ut ſegmenta non divergant: barbam amplam trifidam, ſegmentis lateralibus ovatis *o*), medio majori, emarginato *p*), ſerrato. Stamina tantum duobus, ſed bicornibus filamentis de floris tubo naſcuntur, quæ tamen in nonnullis ſpeciebus quatuor antheras gerunt, in longiori cornu unum, alterum in breviori. In eodem alias loco pro anthera foliaceum ponduſculum *q*) eſt, quod ſtamen erectum tenet.]

Salviam vulgarem in vineis naſci CHERLERUS, ſed vinitores multa hortenſia in vineis colunt.

*251. SALVIA foliis cordatis, ſerratis, verticillis denſiſſimis, in ſpicam continuatis.

Horminum ſylveſtre latifolium alterum CLUS. *Pann.* p. 577. 578.

Salvia foliis cordatis, acute crenatis, ſummis ſeſſilibus, verticillis ſubnudis remotiſſimis LINN. *l.* p. 37

Abunde novam civem reperi in parte gubernii Aquilejenſis, quæ eſt cis rivum *la grande Eau*, in ipſo pago *Leiſin*, deinde ad pedem montium inter *les Gauges & le Furet*: in monte *Luan*, etiam circa *Echarpigny r*)

Folia longe petiolata, circa petiolum exciſa, cordata, ſerrata, tota hirſuta & rugoſa: ima ſub præcipuo folio duas pinnas adjectas habent exiguas, circumſerratas. Caulis & ramorum pars ſuperior foliis nuda, ambitur numeroſis, parum diſtantibus, inque ſpicas demum continuatis denſiſſimis verticillis: breves iſti, multo cis folia terminati, rotundi, petiolis factique unifloris, ſed numeroſiſſimis. Flores perexigui, ſaturate cærulei. Barba fornicata, cochlearis cava figura, inciſa: alæ ad perpendiculum longæ: barbæ pars media profunde emarginata. Antheræ tantum duæ.

252.

d) C.
e) E.E.
f) NEUMANN T. II. P. IV. p. 117.
g) IDEM p. 119.
h) IDEM p. 122.
i) BRUKMANN *epiſt.* 61. NEUMANN.
k) *Hecatoſt. II. obſ.* 51.
l) σφακος & ελελισφακος ARISTOPHANI, SUIDAS III. p. 415.
m) In hormino TOURNEFORT. t. 82. G. In Salvia t. 83. K.
n) TOURNEFORT. hormin. A. Sclarea A.A.
o) Sclarea ad C. ad C.C.
p) Salvia F.G.
q) Glandula LINN.
r) *Emend. II.* p. 25.

252. SALVIA foliis cordato sagittatis, serratis, acutis LINN. I. p. 37.
Orvala tertia DODON. *icon* p. 293.
Horminum flore luteo RIVIN. *t.* 35,
Salvia montana maxima, folio hormini, flore flavescente I. R. H. SCHEUCHZER *Itin. I.* p. 48.
Nihil frequentius in subalpinis: descendit ad usque *Glerolle*, & lacum, & ad *Bevieux*. In monte Jura etiam frequens, in monte *Mutcto*, circa *Höllstein*, *Langenbruk*, *Wallenburg*, in ipsa demum urbe *Basileensi*.
Tota planta viscida est, odore ingrato. Caulis cubitalis, ramosus, erectus: folia longe petiolata, hirsuta, sagittata, acuminata, ut tamen cis verticem latescant. Verticilli pauciflori, petioli uniflori: ii sibi vicini in laxam spicam coalescunt, quam exigua folia ovato lanceolata separant. Flos amplissimus, flavus, galea falcata, bifida, barba maculosa, medio segmento emarginato, serrato: pondera staminum longa, imperfecta anthera terminata.
Vinum moschatum reddere BOCCONE *p*): & in universum salviæ agrestes ad cerevisiam perinde utiles sunt, ut quidem lupulus, ut tamen duplum pondus requiratur *q*). In morbis pectoris & ad calculum nostram laudant *r*), quæ tamen vix serio adhibetur.

253. SALVIA foliis imis cordatis, superioribus longe lanceolatis, verticillis nudis, in spicas continuatis.
Horminum sylvestre CAMERAR. *Epit.* p. 629.
Sclarea sylvestris matrisalvia TABERNÆM. p. 374.
Horminum pratense RIVIN. *t.* 36.
Salvia foliis cordato oblongis summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis LINN. *II.* p. 35.
β Flore minori, Jenæ a me lecta.
γ Flore pallido VAILLANT.
δ Flore albo HORT. AICHSTETT. *vern. ord.* 9. t. 11. f. 3. sæpe a me reperta.
ε Flore rubro THAL. versus *Valeire*, *Basil.* &c. carneo & purpureo colore.
ζ Foliis profunde incisis C. B. LINDER. *hort.*
Hormini sylvestris IV. alia species CLUS. *Pannon.* p. 580.
Frequentissima ad vias, & in pratis macilentis, agricolis invisa.
Folia ad terram numerosa, ad caulem pauca, petiolata, rugosa, nervis subtus eminentibus, inter quos foveæ reticulatæ intercedunt, margine obtuse serrato. Ima pene cordata sunt, inde ovata, demum ex ellipticis longe lanceolata; hæc sessilia, in varietate ζ profunde incisa, pene semipinnata. Caulis cubitalis, nudus. Verticilli pauciflori, ad sex flores, in petiolis unifloris, bracteis cordatis, lanceolatis. Color naturalis saturate cæruleus est, aut violaceus. Flos falcatus, grandis. Galea longa, fissa: medium barbæ segmentum cordis forma, serratum. Staminum pondusculum breve, filamentum antheriferum prælongum.
Odorata est, subfætida, neque tamen in medicinam recipitur.
Horminum sylvestre III. CLUS. passim in Thuringia lectum, in Helvetia nondum repertum est.

DRACOCEPHALUS LINN. n. 729. TOURNEF. T. 83. & MOLDAVICA TOURNEF. T. 85.

Calyx in his plantis non idem. Moldavicæ T. habent segmenta tria superiora in unum coalescentia *s*), duo inferiora angustiora & recta *t*), omnia aristata. Nostra calycis *v*) unicum segmentum superius habet, idemque latius, inferiora quatuor, duo breviora, duo ima longiora. Flos faucibus inferne amplis & ventricosis *x*). Galea incisa & cordata *y*), alis ovatis, fauces sequentibus, medio segmento emarginato *z*).

 *254. DRACO-

p) *Mus. di piant.* p. 58.
q) FLOYER *pharmacob.* p. 128.
r) *Bresl. Saml. Vers.* XXX. p. 96.
s) TOURNEF. t. 86, L G.
t) ibid.
v) Sic TOURNEF. t. 83. E.
x) IDEM C.C.
y) A.
z) F.

*254. DRACOCEPHALUS foliis ellipticis, fasciculatis, verticillis spicatis, bracteis ovato lanceolatis *Emend. II.* p. 27. n. 62.

Pseudo Chamæpitys RIVIN. *t.* 73.

Prunella con foglia di simfito petreo ZANON. *nov. t.* 146.

Ruyschiana glabra foliis integris AMMAN. p. 50.

Ic. OEDERI *t.* 121.

Dracocephalon floribus spicatis, foliis bracteisque lanceolatis indivisis muticis LINN. *II.* p. 830.

Abunde in gubernii Aquilejensis alpibus, *à la Boulaire*, in M. *Richard*, *Nombrieux*, *sur Champ*, *Prapioz*, monte *Fouly* &c.

Caules ex radice numerosi, pedales: ex cujusque folii ala ramus exit. Folia viridia, non dura, elliptica, acuta, amant oras contrahere. Verticilli in duobus ramis, utroque fere sexfloro, brevibus in petiolis. Hi verticilli in summis ramis in spicas continuantur. Bracteæ ovato lanceolatæ, nervo distinctæ. Calycis segmenta breviter aristata: Flos uncialis, longe de calyce erumpens, saturate cæruleus, hirsutus: alæ faucium ovatæ & lanceolatæ. Barba bifida, circumserrata, maculata. Antheræ nigræ, polline albo.

STACHYS *a)* TOURNEF. t. 86.

STACHYDIS RIVIN. & LINNÆI n. 719. species.

Calyx hujus ordinis, tria nempe segmenta superiora, distantia *b)* a duobus inferioribus, rectioribus & brevioribus, omnia aristata. Flos tubo deorsum gibbo, galea subrecta, incisa, barba recta *c)* protensa, trifida, medio segmento maximo, emarginato *d)*.

255. STACHYS caule tomentoso, foliis imis cordatis, superioribus elliptico lanceolatis, verticillis densissimis, tomentosis.

Stachys FUCHS p. 765. 766.

Stachys alba latifolia major BARRELIER *ic.* 297.

Stachys montana RIVIN. *t.* 27.

Stachys verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis, caule crenato LINN. *II.* p. 812.

α Flore albo C. B.

β Foliis angustioribus BOERHAAVIUS.

In Helvetia passim, circa Genevam ad vias. Prope Bernam in via *Gumligensi* & pago *Worb*. Basileæ inter portam *Steinenthor* & *St. Margret*, & versus *Muttenz*. Circa *Sedunum*.

Caulis erectus, ramosus, cum foliis mollissima lanugine tectus. Folia crassa, sicca, rugosa, serrata, tota tomento obducta, circa petiolum excisa, sed cordatis productiora. Verticilli densissimi, multiflori: petiolis unifloris, bracteis tomentosis, tum calycibus. Galea intus purpurea, extus lanuginosa, longa, subrecta, dorso eminente in duas obtusas partes diviso: barbæ lateralibus partibus ellipticis, intus rubris venis pictis, medio segmento longioribus, quod parallelogrammum fere & emarginatum est, & paulo post originem, ut in Scordio, obscure incisum, ex rubro venosum, etiam album.

256. STACHYS foliis hirsutis, cordatis, verticillis subtomentosis.

Pseudo Stachys alpina C. B. *Prodr.* p. 113.

Stachys alpina, folio betonicæ, flore variegato I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 36.

Stachys latifolia major, foliis obscure virentibus, flore galeato ferrugineo PLUKNET p. 356. *t.* 317. *f.* 4.

Stachys verticillis multifloris, foliorum serraturis apice cartilagineis, corollis labio plano LINN. *II.* p. 812.

Varietates duæ *Hort. Florent.* p. 164.

In montanis Helvetiæ frequens: In Jura M. circa *Langenbruk* & *Wallenburg*, super *Muttenz*, in *Engenthal*. In monte *Suchet* legi. In valle *Combe de Valanvron*. Supra *Bevieux* eundo versus *Fondemens*, in pratis *Jorogne* &c. etiam Rupe in alneto dominii.

Caulis

a) STACHYS porri [nempe marrubii] similitudine, virgis ex una radice multis maculis candidioribus, foliis longioribus, hirsutis, raris, præduris, canis, odoris jucundi, colore subluteo PLIN. L. XXIV. n. 86 collat. cum DIOSCORID. III. c. 105.

b) TOURNEF. H.

c) IDEM D.

d) ibid.

Caulis sæpe non ramosus; folia mollia, rugosa, hirsuta, serrata, petiolata, circa petiolum excisa, inferiora cordata, superiora ex ellipticis lanceolata. Verticilli densi, sed multo minus quam paulo priori speciei, & minus multiflori. Ariſtæ calycis longæ. Galea semirecta, incisa, extus hirsuta, intus obsolete purpurea. Alæ & ipsæ semiovales, minores. Segmentum medium subrotundum, emarginatum, obsolete purpureum, aut ex albo & sanguineo varium.

Odor melissophylli.

A Stachy separatur calyce campanulato, non tubulato *Hort Flor.* l. c.

257. STACHYS foliis hirsutis, elliptico lanceolatis, breviter petiolatis, verticillis spicatis.
Stachys aquatica TABERNÆMONT. p. 577.
Lysimachia hirsuta purpurea flore galericulato LOESEL p. 156. *ic.* 41.
Panax coloni BLAKWELL. *t.* 273.
Stachys palustris RIVIN. *t.* 26.
Stachys verticillis sexfloris, foliis lineari lanceolatis, semiamplexicaulibus LINN. *II.* p. 811.

In agris humidis abunde, & in fossis.

Caulis bipedalis. Folia molliter hirsuta, non tomentosa, breviter petiolata, ex ellipticis lente acuminata, rotunde serrata. Verticilli rubri, sex florum ad duodecim, in spicam continuati, quam minima folia distinguunt, pene cordata, acuta. Calyx ariſtatus, hirsutus. Galea hirsuta, ex violaceo & luteo varia, brevis, fornicata, cordiformis. Barbæ laterales alæ subrotundæ. Segmentum medium amplum, emarginatum, in origine ex iisdem coloribus varium.

Amara, fætida, Anglis colonis pro vulneraria habetur *a*). Radices sapore non ingrato, a porcis eduntur *b*).

MARRUBIUM *c*) TOURNEFORT. t. 91. LINN. n. 721. & omnium Auctorum.

Calyx cylindricus *d*), dentibus quinque majoribus, & quinque minoribus *e*). Galea angusta, profunde fissa *f*). Barbæ segmenta lateralia recta, exigua, medium transversim reniforme, emarginatum, serratum *g*).

258. MARRUBIUM dentibus calycinis denis, recurvis. Conf. LINN. *Spec.* II. p. 816.
Marrubium MATTHIOL. p. 828. *Compend. Ital.* p. 512.
Marrubium album h) RIVIN. *t.* 67. BLAKWELL *t.* 479.

Ad vias & in ruderosis potissimum planioris aut calidioris Helvetiæ.

Caules multi, firmi, non valde ramosi, cubitales, erecti. Folia profunde rugosa, villosa, pulverulenta, majoribus & minoribus crenis circumserrata, subrotunda, breviter acuminata. Verticilli florum densissimi, sessiles, foliis longe eminentibus distincti, lanugine tecti. Calyx villo clausus, dentibus incurvis. Flores albi: galeæ portiones deorsim latescunt: barba emarginata, circumserrata.

Odor validus, qui de moscho *i*) aliquid admistum habere videtur, amarities summa, & oleosa, vires promittunt non debiles. In foliis acidum & spirituosum elementum habitat *k*), evaporabile: vires inde in spirituosa tinctura majores *l*), quam in vinoso infuso aut decocto aquoso. Vinosum extractum melleo odore & stypticum est, cum dulcedine: neque malum est id præparationis genus *m*). Etiam aquosum infusum amarum est, aliquanto ingratiori sapore. In cineribus multus est sal alcalinus *n*). Veteres plurimum eo utebantur ad morbos pectoris *o*), ad vomitum sanguineum *p*), ad asthma *q*), potissimum cum pituita *r*) tenaci conjunctum, & expertus laudat ALEXANDER. Verum etiam in phthisicis vetustum est medicamentum

a) LOBEL.
b) KALM. *wästgöta resa* p. 15.
c) Frutex a radice ramosus, candicans, subhirsutus, ramis quadrangularibus: foliis pollicaribus subrotundis, hirsutis, rugosis, amaris: semen in caulibus ex intervallis, flores verticillato ambitu asperi: nascitur inter rudera DIOSCOR. L. III. c. 102.
d) TOURNEF. G.
e) D. In aliis tantum quinquedentatus.
f) TOURNEF. A.
g) C.
h) Nigro præferebat CASTOR PLINIUS l. c.
i) BUCHWALD p. 170. C. HOFMAN. de alcohole NEUMAN. II. P. III. p. 300.
k) CARTHEUSER p. 80.
l) IDEM *de marrub. & alchimill.* NEUMAN. p. 301. 2. in resinoso elemento.
m) NEUMAN. ibid.
n) HILL. *mat. med.* p. 363.
o) DIOSCORIDES.
p) PLIN. L. XX. n. 89.
q) RHAZES *ad Mansor. III.* n. 49.
r) GUMPRECHT apud LOESECKE *arzneym.* p. 399.

tum, pariter ALEXANDRI experimento confirmatum. Ad tubercula & tuffim ficcam cum melle decoctum s) veteres propinabant, validum medicamen, ad phthifin cum terebenthina CELSUS t). In abfceffu pulmonum bonum, non tamen conftanter æque certum effectum *Antonius* DE HAEN v) expertus eft. Ego quidem in morbis fimilibus cum difficili fputorum exfcreatione infufum aquofum utiliter dedi: & in phthifi fatis profecta femel vidi utile fuiffe, non autem in aliis exemplis: potius vero mihi movere videtur, quam reprimere. Sic in fcirrhis hepatis profuit x), & in menfibus pellendis y) vinofum infufum z). Extus in podagra inponebat ARETÆUS zz).

III. GALEA OBSCURIUS BIFIDA, SERRATA, ETIAM INTEGRA.

BALLOTE a) TOURNEFORT. t. 81. LINN. n. 721.

Calyx campaniformis b), pentagonus, lineatus, fegmentis quinis, æqualibus, ariftatis. Galea erecta, parum cava, omnino emarginata c), obfcure d) quidem. Barbæ fegmenta lateralia ovata, acuta e), medium erectum f), planum, crenatum.

259. BALLOTE foliis cordatis, ferratis, verticillis nudis.
Ballote FUCHS p. 154. MATTHIOL. *Epit. Ital.* p. 511.
Marrubium nigrum feu Ballote I. B. III. p. 318. BLAKWELL *t.* 136.
Marrubiaftrum RIVIN. *t.* 66.
Ballote foliis cordatis, indivifis, ferratis, calycibus acuminatis LINN. *II.* p. 814.

β Flore albo CAM. *Epit.* à *St. Blaife* &c. Noftra, in Helvetia, Jenæ, & Viennæ lecta, non habet calyces truncatos *Flor. Suec. II.* edit. p. 206. neque adeo planta eft LINNÆI.

γ An aliam intelligit Balloten albo folio ut Menthaftri, ad Tiliam nafcentem, qua itur ad templum Cathedvale CHERLER.

Ad fepes, muros & maceries vulgo.

Caulis erectus, ramofus, tripedalis. Folia petiolata, circa petiolum emarginata, pene cordata, villofa, circumferrata, pulverulenta. Verticilli foliorum longitudine, in duobus ramis ramofis. Flores obfolete purpurei, barba venis albis picta. Galea lanuginofa, alæ leniter incifæ.

Marrubium nigrum albo inertius, lamii odore, amara planta eft, hyfterica, parum ufu recepta. Infufum fudores movere, & ad podagram valere lego, fed GARIDELLUS expertus parum efficax reperit.

BETONICA g) TOURNEF. t. 96. LINN. n. 718.
& SIDERITIDIS fpec. TOURNEFORT. t. 90. LINN. n. 720.

Calyx bilabiatus h), galea adfurgens, fuperne contracta, undulata i), etiam incifa k), alias integra, etiam ferrata. Barba trifida, medio fegmento emarginato. Nullo modo potui a Betonica Sideritidem feparare.

260. BETONICA foliis ellipticis, obiter crenatis, verticillis fpicatis, bractearum dentibus ariftatis.
Sideritis montana LOBEL. *adverf.* p. 225. *ic.* p. 525. non bene.
Sideritis Valerandi Dourez brevi fpica I. B. III. p. 427. RAI *fyll. exter.* p. 237.

β Foliis integris ex fide herb. ficc. C. B.
II. *Sideritis montana hyffopi folia minor* BARRELIER *ic.* 172.
& *major ic.* 329.

Side-

s) VEGET. III. c. 69. DIOSCOR.

t) III. c. 22. CÆLIUS *tardar. II.* c. 14. & olim HIPPOCRATES.

v) *Rat. med. IV.* p. 233.

x) CHOMEL p. 173;

y) PLIN. l. c.

z) BORELL. L. IV. c. 14.

zz) *Cur. diut. II.* c. 12.

a) Caules quadranguli, nigri, fubhirfuti, complures ex una radice: folia majora quam marrubii, fubrotunda; meliffæ proxima, fætida: flore candidi verticillato ambitu DIOSCOR. III. c. 100.
Ballote, *porrum* nigrum, habet folia urticofa, caulibus nigris, foliis hirfutis majoribus, quam *porri* [Marrubii] & nigrioribus, graveolentibus PLIN. L. XXVII. n. 30. Non videtur marrubium nigrum effe, fed urtica mortua BRASSAVOL. *exam. fimpl.* p. 215.

b) TOURNEF. F. F.

c) TREW. ad BLAKWELL t. 136.

d) Integram TOURNEF. A. crenatam LINN.

e) Ad C.

f) C.

g) Caulis tenuis, cubitum altus, quadratus, folia quercus, mollia, longa, in ambitu divifa, odorata, prope radium majora: in fummis caulibus femen fpicatum DIOSC. L. IV. c. 1.

h) TOURNEF. t. 90. D.

i) IDEM t. 96. A. H.

k) IDEM B. B. & t. 90. A.

Sideritis foliis lanceolatis glabris integerrimis, bracteis cordatis, dentate spinosis, calycibus æqualibus LINN. *II.* p. 823.

Ad pedem montis *Thuiry* in sterilibus juniperetis abunde legi.

Radix lignosa, multiceps. Caules multi, hirsuti, recti, duri, pedales. Folia breviter petiolata, subhirsuta *l*), elliptica, raris & aliquando nullis dentibus, tribus nervis distincta. Verticilli densi, in spicas breves collecti, interjectis foliis ovatis, acutis, acute serratis, serris & apice in flavas spinulas exeuntibus. Calyx bilabiatus, aristatus, villosus, labio inferiori bidentato, a superiori sejuncto. Flos ochroleucus, galea aliquot lineis percursa, undulata, in longam appendicem producta, emarginata; medium barbæ segmentum emarginatum, crenatum *m*).

261. BETONICA foliis ellipticis, acute dentatis, bracteis dentatis, aristatis, verticillis spicatis.

Sideritis montana scordioides tomentosa BARRELIER *ic.* 343.

Sideritis foliis lanceolatis, acutis, dentatis, bracteis ovatis, dentato spinosis, calycibus æqualibus, spicis ovatis LINN. *II.* p. 823.

Sideritis foliis hirsutis, profunde crenatis C. B. *Basil.* p. 66.

C. B. ad ripam *Wiesæ* versus *Klein Huningen*, & veram plantam ex ejus herbario viro habeo. Nemo tamen ab eo tempore eo loco hanc pulchram stirpem reperit.

Caulis cum foliis villosus & hirsutus. Folia crassula, sicca, elliptica, obtusa, profunde crenata, sessilia. Verticilli in spicam continuati. Bracteæ cristatæ, dentibus acutis in spinulam exeuntibus: sic calycis segmenta. Flores lutei. Galea incisa, barba trifida, medio segmento rotundo, magno.

Odor gravis, non absque aromate.

Valde priori 260. similis, sed caule magis tomentoso, foliis profunde crenatis.

262. BETONICA foliis hirsutis, ovatis, rotunde crenatis, bracteis ovato lanceolatis, aristatis, integerrimis †.

Sideritis vulgaris hirsuta I. B. III. p. 425. *erecta* C. B. SCHEUCHZER *It. VII.* p. 519.

Sideritis flore luteolo RIVIN. *t.* 70.

Non est *Sideritis hirsuta procumbens* C. B. nec LINN. *Cent. II. n.* 158. *Spec. II.* p. 803. nostræ enim bracteæ non sunt dentato spinosæ: & omnino non reperio in LINNÆANO opere.

Vulgaris ad vias, ubique in Helvetia.

Pars ima ramosi caulis sæpe decumbit, summa erigitur. Folia solida, nervosa, rugosa, hirsuta, ovata, superiora elliptica, ima petiolata. Verticilli utrinque quinqueflori, in spicas continuati; bracteæ ovato lanceolatæ, ex solo mucrone aristatæ. Calycis campanulati dentes tres superiores distant a duobus inferioribus, longioribus, omnesque aristæ molles sunt. Flos pallide sulphureus, galea subrecta, angustata, subfornicata, plicata, ut Betonicæ incisa *n*); etsi subinde crena inter pilos latet, etiam trifida. Fauces striis rufis maculatæ, pars media emarginata, alæ lanceolatæ, medium segmentum non serratum.

Herba delle Strege o) Italorum, adhibetur ad contractiones artuum, quæ cum dolore conjunguntur, & ab Italis fascino tribuuntur, tum balneum ad rachitidem puerorum *p*). Flores acorem habent, quem in frigidam dimittunt *q*), folia pariter, sed cum balsamico odore: spiritus ex foliis acidulus & balsamicus obtinetur *r*).

263. SIDERITIS foliis ovatis, crenatis, bracteis ovato lanceolatis.

Alyssum majus TABERNÆMONT. p. 541.

Sideritis flore albo, barba luteola RIVIN. *t.* 69.

Stachys verticillis sexfloris, foliis ovato lanceolatis, tenerrimis, levibus, petiolatis LINN. *II.* p. 813

Abunde in agris exeunte æstate.

Caulis erectus, pedalis, ramosus. Folia pallida, rugosa, inferiora longe petiolata, ovata, rotunde circumserrata, superiora sessilia, omnia subhirsuta, aut glabra. Verticilli quinqueflori, in spicam continuati, bracteæ absque arista. Calyx manifesto bilabiatus, superioribus segmentis tribus sursum curvis, inferioribus duobus descendentibus, omnibus molliter aristatis. Floris galea ochroleuca, erecta, undulata, ut Betonicæ, bifida, etiam serrata; barba pallide sulphurea, in ortu maculata, medio segmento amplo, serrato, bifido.

Conjungebat olim LINNÆUS, tum GERARD *flor.* p. 271. qui describit. Nunc ille separat.

l) TOURNEF. ad H.H.H.
m) ZINN. *Ep.* ad ILL. WERLHOF.
n) RIVIN. Alias integra RAMSPEK *Specim. II.*
o) BOCCONE *Mus. di piant.* p. 36. *osserv.* p. 113.
p) GHEELI *Cent. II.* obs. 99. p. 322.
q) CARTHEUSER *princ. plant.* p. 72. *r*) p. 78. ed III.

264. BETONICA *a)* foliis petiolatis, imis cordatis, ſuperioribus ovatis, crenatis, ſpica brevi, foliis inſidente.

Betonica DORSTEN p. 38. CAMER. *Epit.* p. 681. RIVIN. *t.* 28. BLAKWELL *t.* 46.

β Flore albo (in pratis ſubalpinis) HEROLD apud MATTHIOLUM p. 203. TABERNÆM. &c.

γ *Minima alpina helvetica.* I. R. H.

Ubique in collibus apricis, ſylvis cæduis, pratis etiam udis.

Caulis cubitalis, erectus, non ramoſus, ſuperne longe ſub ſpica florali nudus. Folia petiolata, ſuprema ſola ſeſſilia, rugoſa, hirſuta, acute ſerrata, ex cordatis elliptica. Verticilli denſi, in ſpicam continuati, quibus duo folia ſubjiciuntur. Bracteæ ovato lanceolatæ, flore breviores. Calyx bilabiatus, duo ſuperiores dentes retrorſum recurvi, ab inferioribus ſeparati, omnes molliter ariſtati. Flos purpureus, tubo hirſuto, galea in graciliorem appendicem quaſi educta *b)*, fornicata, inciſa, aut integra, modice reflexa; barbæ ſegmenta lateralia elliptica, medium cavum, plicatum, emarginatum, ſerratum.

Monſtroſos flores in hac Betonica vidi, labium ſuperius cordatum, alarum paribus duobus, barbæ ſegmento medio trifido, ſtaminibus duobus latis, in quorum quolibet tres antheræ.

Subſalſus ſapor, paulum aromaticus eſt, odore non grato: radices amaræ, nauſeoſæ. Vix quidquam habet oleoſi *c)*, quod in alembicum adſcendat, aqua tamen aromatica eſt. Folia pene tota ſe patiuntur extrahi, & ſpiritus quidem aliquanto ſaporem acoremque ſibi ſumit, etſi minorem, quam aqua, doſin extrahit *d)*. Infuſum aquoſum amaricans, levi balſami odore eſt; ſuccus ſpiſſatus pariter ſubamarus, ſubbalſamicus *e)*. Tinctura ſpirituoſa, dum exhalat, gratum odorem ſpargit: ſpiſſamentum ſubacre eſt & balſamicum *f)*. In calcinato cinere multum eſt marini ſalis *g)*. Pro cephalico adeo medicamento omnino præter rem habetur, neque inebriare *h)* recentem probabile fit, aut vertiginem odore movere. In arthritide HILDANUS *i)* laudat, & podagram drachmis duabus pulveris ſumti in ſe ipſo ſanaſſe *k)* teſtatur. Errhinum eſſe facilius *l)* dederim, & ptarmicum *m)*. Radices etiam in exigua doſi vomitum movent *n)*, aut alvum ducunt *o)*.

*265. BETONICA foliis ovatis, rotunde crenatis, ſpica ovata, compacta *Emend. IV.* p. 19. n. 53. †

An *Betonica alpina incana, purpurea* BARRELIER *ic.* 340.

An *Betonica alpina foliis hirſutis, floribus purpureis ampliſſimis* ZANON. *t.* 30. p. 46.

An *Betonica rubicundiſſima montis aurei* LE MONNIER p. CXLVI.

Betonica major Danica FABRIC. *hort.* p. 89. ob galeam bifidam.

In montibus vallis *Geſſenai*: in *Dent de midi*: in monte *Culand*, & *Salanfe* Valeſiæ.

Diverſiſſima a vulgari, vera Stachys, niſi quod facie Betonicam vulgarem perfecte referat. Folia ſimillima, pariter ſub ſpica bina. Spica brevis, confertior, bracteæ inter flores majores, calycis ſegmenta triangularia, longiori acumine. Flos major, pallidus, labio ſuperiori lato, plano, cordiformi, ut in Stachy: labium inferius pallidum, tripartitum, ſegmentis lateralibus ovatis, medio longiori, emarginato, minus longo, nec plicato. Tuba profundius diviſa.

GALEOPSIS *p)*.

GALEOPSIDIS TOURNEFORT. t. 86. & LINN. n. 717. ſpec.

TETRAHIT DILLEN. *nov. gener.* t. 3. p. 103.

Difficile genus & parum definitum.

Calyx campaniformis, bilabiatus, ejus ſegmenta ariſtata, inæqualia. Galea erecta, ſubrotunda, ſerrata: partes laterales pene quadratæ, medium ſegmentum amplius, emarginatum, in origine ſua propriis appendicibus auctum, quæ fauces pene claudunt LINN. DILL.

266. GALEOPSIS

a) Non videtur veterum eſſe Vetonica. Eam cum pulegio & nepeta MARCELLUS conjungit p. 148.
b) BLAKWELL.
c) NEUMANN T. II. P. I. p. 248.
d) ibid.
e) CARTHEUSER *mat. med. II.* p. 453.
f) ibid.
g) DU HAMEL *exploitat. I.* p. 38.
h) BARTHOL. *hiſt.* 97. *Cent. III.*
i) *Epiſt. ined* & *Cent. II.* obſ. 32.
k) *Epiſt. ined.*
l) *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann.* 4. *obſ.* 110.
m) GEOFROI p. 184.
n) HILL. *mat. med.* p. 373. DIOSC.
o) LOBEL. *adverſ.* p. 229.
p) Galeopſis, galeobdolon, galion, caule & foliis urticæ levioribus, quæ trita fætent. Flos purpureus, tenuis PLIN. L. XXVII. n. 57. DIOSC. IV. c. 90.

266. GALEOPSIS foliis linearibus, ferratis, verticillis diffitis.

Ladanum fegetum RIVIN. *t.* 24. *flore rubro quorumdam*. I. B. III. p. 855.

Galeopfis internodiis caulis æqualibus, verticillis omnibus remotis LINN. *II.* p. 810.

β Flore albo, qualem ad ripam lacus Lemani legi.

Ladanum alpinum λευκανθολήιον RICHER.

Caulis ramofus, brachiatus, pedalis. Folia longa, elliptica, angufta, rariter ferrata, hirfuta. Verticilli denfi. Calycis ariftæ breviores, fegmenta paulum inæqualia, ima longiora. Flos longe eminens, purpureus. Galea fubhirfuta, paulum concava, ferrata, tridentata, non raro propriis incifionibus diftinctam portionem habet. Barba ampla, fegmentis ferratis, lateralibus quadratis, medio emarginato, venis albis & purpura picto, & non raro incifo, ut pene femiquadrilobum fit q).

267. GALEOPSIS foliis rhomboideis, ferratis, fericeis, verticillis diffitis.

Ladanum latifolium RIVIN. *t.* 24.

Bernæ inter ftipulas paffim, & Cellæ.

Caules pedales, erecti, ramofi, fub ramis intumefcentes. Folia mollia, hirfuta, cis mucronem aliquot dentibus exfculpta. Verticilli denfiffimi, lanuginofi; calyces bilabiati, duobus dentibus galeæ, tribus barbæ refpondentibus, fegmentis brevibus, aculeatis. Flos prælongus, tubo gracili, fub faucibus tumido, hirfutus, ochroleucos, faucibus flavis. Galea ferrata, fubrecta, fubfornicata, leviter incifa. Barbæ fegmenta lateralia quadrata, appendices ad ortum barbæ breves, & medium fegmentum crenatum, flavum, macula diftinctum, cum admifta purpura.

LINNÆUS cum priori conjungit, DILLENIUS feparat. Differt foliis latioribus, rhomboideis, magis fericeis & mollibus, verticillis multo propius confertis, calycibus magis hirfutis. Poteft feparari, cum una & foliorum latitudo diverfa fit, & mollities, & florum color.

268. GALEOPSIS foliis ovato lanceolatis, ferratis, caule hirfuto.

Cannabis fpuria RIVIN. *t.* 31.

Cannabis fylveftris DALECH. LUGD. p. 497.

Galeopfis internodiis caulinis fuperne incraffatis, verticillis fummis fubcontiguis LINN. *II.* p. 810.

Lamium ορεομηλινοπετρορρεπες RICHER.

β Foliis non ferratis C. B. *Bas.* p. 66. Nata certe ex mala icone LOBELII.

γ Flore albo TRAG. PONTEDER. &c.

δ Flore ochroleuco WILLICH.

In agris & fylvis cæduis pervulgata.

Caulis erectus, brachiatus, ramofus, hifpidus, cujus rami fub verticillis & foliis intumefcunt. Folia dura, petiolata, ex ovatis lanceolata, ferrata, nervofa. Verticilli denfi, feffiles. Calyx aculeatus, ariftis duplo longioribus, quam in n. 267. Flos calyce duplo longior. Galea hirfuta, fornicata, cava, purpurea, incifa & ferrata. Alæ quadrangulares ferratæ. Segmentum medium obtufum. Barbæ origo ex luteo & purpureo varia, finis & alæ purpureæ. Inter medium fegmentum & laterale appendix utrinque acuta eminet. In varietate γ omnia alba, aliquando oris & maculis purpureis picta.

Remedium Britonum effe, quod pleuritidi opponant MONCONIS r).

269. GALEOPSIS foliis ovato lanceolatis, ferratis, caule hirfuto, flore calycis quadruplo.

Varietas *urticæ quartæ flore partim luteo, partim purpureo* DODON *pempt.* p. 154.

Cannabis fpuria flore majore RIVIN. *t.* 32.

Cannabis fpuria anguftifolia, variegato flore polonica BARRELIER *ic.* 1158.

β Flore albo flavefcente DILLEN. *Syn. III.* p. 240. & *Cat. Gieff.* p. 135.

Paffim reperi, ut verfus *Rormoos*. SCHEUCHZERUS circa *fabarias thermas*, qua ad cœnobium itur. GAGNEBIN circa *Ferrière*. CHERLER Bafileæ in palatio juxta fummum Templum.

Habitus durus, caulis hirtus, calycis fegmenta pro portione breviora s). Calyx in univerfum magis campaniformis, & brevior. Folia prioris, nec majora. Flos uncialis fpeciofus, colore luteo, medio barbæ fegmento purpureo.

Iterum feparat DILLENIUS, conjungit LINNÆUS. Notas difcriminis dedi.

LA-

q) Pingitur a DILLENIO t. 3.

r) *Voyag.* I. p. 184.

LAMIUM *s*) Tournef. t. 85. Linn. n. 716.

Calyx ariſtatus, modice bilabiatus *t*). Galea integra *v*), cava, fornicata, etiam ſerrata; denique diviſa, ut inter hunc ordinem & ſequentem ambigat. Barbæ ſegmenta lateralia *x*) minima, in acutiem producta; medium ampliſſimum, ita bifidum, ut a linea eminente bipartiatur *y*), in qua character generis reſidet.

270. LAMIUM foliis cordatis, acutis, ſerratis, verticillis paucifloris.
Galiopſis Camer. *Epit.* p. 865.
Lamium purpureum fœtidum, folio parvo, acuminato, flore majori Pluknet p. 204. *t.* 298. *f.* 1.
Galeopſis Rivin. *t.* 62.
Lamium purpureum flore majore Petit *Lettres III.* p. 45.
Lamium rubrum Blakwell. *t.* 152. *ic. II.*
β. *maculatum* Thal. Columm. p. 191. *&c.*
Lamium foliis cordatis, rugoſis, caule brevi, calycibus glabris, corollæ longitudine Linn. *II.* p. 808.

Nobis frequentius, ad omnes ſepes provenit.

Caulis pedalis & ultra, erectus, fragilis. Folia hirſuta, petiolata, cordata, crenata, paribus intervallo memorabili diſtinctis. Verticilli ad ſummum decemflori, foliis breviores. Calycis ſupremum ſegmentum triangulare, erectum, & duo media conjuncta, ſemilunari intervallo ab infimis ſeparantur, quæ rectius prodeunt, cæterum calyx flore multo brevior eſt. Ariſtæ herbaceæ. Flos ſub fauce ventricoſus, peramplus, galea hirſuta, concava, ſerrata, inciſa. Barbæ ſegmenta lateralia lata, ſpinulam emittunt argutam, & inferius brevi denticulo terminantur. Medium ſegmentum jugo diviſum, cordiforme, duobus ejus cordis partibus cavis, ſerratis. Maculæ albæ in foliis per prima frigora ſubnaſcuntur.

271. LAMIUM foliis cordatis, acutis, ſerratis, verticillis multifloris.
Urtica iners ſeu Lamium primum flore albo Dodon *pempt.* p. 353.
White archangel Petiver *t.* 31.
Archangelica alba Blakwell *t.* 33.
Lamium foliis cordatis, acuminatis, petiolatis, verticillis vigintifloris Linn. *II.* p. 819.
β Flore carneo Vaillant.

Simile priori, totum pallidius, hirſutius, folii mucrone longius producto, colore ochroleuco cum macula ex viridi luteola in barbæ origine. Calycis ſegmenta inferiora propiora, tria ſuperiora, & majora diſtincta. Verticilli florum 12. ad 20. Barbæ ſegmentum medium ſerratum. Segmenta lateralia utrinque duo, majus unum, ſpinoſum alterum. Galea hirſuta, cava, ſerrata, ſæpe emarginata, maxime in flore vetuſtiori.

Aliquanto cæterum, quam prior ſpecies, rarius creſcit.

Ad ſepes circa *die Neue Brücke* &c.

Oleo abundat, perinde ut reliqua fætet *z*). Balſamum inde vulnerarium faciunt & laudant *a*). Maculati conſervam ad fluorem album aliqui commendant. Album cum aqua infuſum vires ad ſcrophulas habere dicitur, & a ruſticis ad anginam adhibetur *b*).

272. LAMIUM foliis cordatis, obtuſis, in ſummo ramo congeſtis.
Urtica iners altera Dodon p. 153.
Galeopſis II. Tabernæm. p. 545.
Lamium rubrum Blakwell. *t.* 1.
Galeopſis minor Rivin. *t.* 62.
Lamium foliis cordatis, obtuſis, petiolatis Linn. *II.* p. 809.
β Flore albo C. B.
γ Minus Herman. & II. minus flore albo Boerh.
δ Foliis profunde inciſis Pluknet p. 304. t. 41. f. 3.

In hortis agris adque ſepes vulgo, media hieme floret.

Caulis humilior, ſex uncias vix ſuperat, inferne fere nudus, ſuperius tectus pyramide foliorum ſibi proximorum, quorum ſuprema minora ſunt: omnia vero quam prioribus obtuſiora. Calycis bilabiati tria ſegmenta ſuperiora ſurſum, duo inferiora deorſum

s) Lamium urtica inertiſſima habet album in medio folio Plin. L. XXII. c. 14.
t) Tournef. F.
v) A. A.
x) D.
y) E.
z) Geofroi III. p. 659.
a) Dodart, Ettmuller.
b) *Mem. de l'Acad.* ann. 1717.

deorsum spectant, molliter mucronata omnia. Galea fornicata, cava, subhirsuta, rotunda, integerrima. Barba educit duos mucrones, alterum brevem, latum, alterum spinæ similem: sequitur modica incisio, tunc reflexum & cordatum segmentum. Color purpureus, fauces & origo petali maculata.

273. LAMIUM foliis radicalibus petiolatis, lobatis, superioribus caulem ambeuntibus, rotunde incisis.
Morsus gallinæ folio hederulæ alterum LOBEL. *ic.* p. 463.
Alsines species TABERN. p. 714.
Galeopsis folio caulem ambeunte RIVIN. *t.* 63.
& *minor* ibid.
Lamium foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus LINN. *II.* p. 809.
Inter segetes, qua primum via Moratensis sylvam tangit.
Cauliculi semi subrecti, vix ramosi. Folia hirsuta; ima petiolata, subrotunda, rotunde lobata, ambitu rotundis crenis circumserrato: superiora latissima, sessilia, lobata, bina sibi occurrunt; ut caulem undique ambire videantur. Verticilli decem, duodecim, florum sessilium. Calycis segmenta duo superiora, majora, tria inferiora acutiora, minora, mucrone molli. Flos peculiari figura, tubo prælongo, gracili, sub divisione segmentorum non intumescens. Galea villosa, fornicata, subrotunda, integra: barba maculata, cordata, acuta, bifida, segmentis rotundis, absque acutis spinulis.
Odor Lamiaceus.

ORDO IV.

GALEA INTEGERRIMA.

CARDIACA TOURNEF. t. 87.
& GALEOPSIDIS TOURNEF. species.
LEONURUS LINN.
STACHYDIS spec. LINN. & GALEOPSIDIS.

Calyx bilabiatus, duabus laciniis inferioribus longioribus retrorsum reflexis, superioribus brevioribus erectis. Galea erecta, subrotunda, aut acuminata, curva, integerrima, barba trifida, segmentis tribus, alias acutis, alias obtusis.

274. CARDIACA foliis tripartitis, lanceolatis.
Cardiaca DORSTEN p. 651. RIVIN. *t.* 20. BLAKWELL. *t.* 171.
Leonurus foliis caulinis lanceolatis, trilobis LINN. *II.* p. 817.
Flore albo MENZEL Gedan.
γ Foliis crispis I. R. H.
Vulgo in ruderosis & ad vias.
Caulis ramosissimus, tripedalis & ultra, ramosus, ramis prælongis, erectis, ut in Galeopside. Folia petiolata, rugosa, tripartita, lobis exterioribus majoribus, semi bifidis, undique acute dentatis; medio lobo minori, semitrifido. In ramis superioribus densi verticilli sessiles, foliis multo breviores. Calyx bilabiatus *c)*, aristatus, tria segmenta superiora pene erecta, longe distantia a duobus inferioribus longioribus, sibi propioribus, reflexis. Galea cava, acuminata *d)*, extus hirsuta, pallide purpurea. Barba quam galea minor, alba vel flavescens, purpureis maculis conspersa *e)*, trifida, lateralibus segmentis minoribus *f)*, acutis, medio latiori, plicato, lanceolato *g)*. In anthera tria, quatuorve rotunda & alba puncta.
Fætida lamiacea planta. Ad puerorum cardialgiam laudatur, quæ ab inflato ventriculo oritur. Sudorem movere BOERHAAVIUS, & ab ea adsumta amarum quasi fumum per universum corpus dispergi; & prodesse, quando pituita ventriculum obsidet *h)*, ab apibus denique valde amari.

c) TOURNEF. F.
d) ibid. A. A.
e) LINN. *skonska resa* p. 231.
f) C. C.
g) ibid.
h) CORDUS *botan.* p. 63.

275. CARDIACA foliis petiolatis, cordatis, verticillis foliosis.
Urtica iners tertia seu Lamium luteo flore DODON. *pempt.* p. 153.
Lamium flore luteo RIVIN. *t.* 20.
Galeopsis verticillis sexfloris, involucro tetraphyllo LINN. *II.* p. 810.
β Foliis maculosis HERMAN. &c.
γ Foliis angustissimis PLUKNET &c.
Varietates *b. flor.* p. 39.
Ad sepes humidas, inque sylvis.
Caulis debilior, cum foliis hirsutus. Folia petiolata, cordata, crenata, mucrone in inferioribus foliis brevi, in superioribus longo. Verticilli in alis superioribus decemflori. Calyx difformis, uno segmento superiori, quatuor inferioribus, minoribus. Flos qualis cardiacæ, multo major, flavus. Galea longa, erecta *i*), cava, subrotunda. Barba quam galea minor, trifida *k*), segmentis lateralibus quadrangularibus, medio longiori, linea media & maculis quibusdam distincto. Stamina longe eminentia.

276. CARDIACA foliis cordatis, serratis, verticillis nudis, spicatis.
Galeopsis legitima CLUS. *hist.* p. XXXV. XXXVI.
Stachys sylvativa RIVIN. *t.* 26.
Galeopsis BLAKWELL. *t.* 84. cum bono charactere TREWIANO.
Stachys verticillis sexfloris, foliis cordatis, petiolatis LINN. *II.* p. 810.
β Folio longiori PONTEDER *Compend. tab.* p. 84.
In sylvis vulgaris.
Caulis erectus, tripedalis, ramosus, cum tota planta hirsutus. Folia longe petiolata, mollia, cordata, acuminata. Verticilli octiflori, in nudam spicam continuati, segmentis inferioribus profundius divisis, rectioribus, brevioribus. Flos valde eminens, tubo floris ventricoso. Calyx bilabiatus *l*). Galea pubescens, erecta, cava, rotunda *m*), sature purpurea, tribus saturatioribus lineis distincta. Barba recta producta *n*), ut in Stachy, lateralibus segmentis obtusis *o*), medio reniformi, emarginato *p*), ex albo & purpureo varia.
Florem Stachydis habet, ob notam tamen characteristicam galeæ integræ vix potest cum ea manere, neque volui ob minus acutas floris partes novum genus condere.
Fætido Lamii odore est, herbaceo sapore. Oleum cum foliis infusum ad tendinum vulnera: infusum aqueum ad pleuritidem & dolorem nephriticum laudatur *q*).

BRUNELLA TOURNEFORT. T. 85. LINN. n. 135.

Præstat uti littera B. quæ sit in origine Germanica. Calycis labium superius quasi resectum, brerissime tridentatum *r*), dentibus aristatis, inferiori bifido, aristato. Flori tubus ventricosus; galea ampla, fornicata, deorsum cava *s*), linea media eminente divisa, etiam levissime incisa. Barba ad caulem reflexa *t*), tripartita, lateralibus segmentis subrotundis, medio semicirculari, crenato *v*), emarginato. Filamenta staminum in apice bifurcata *x*).

277. BRUNELLA foliis ovatis, oblongis, calycibus superne truncatis.
Brunella DODON. p. 136, RIVIN. *t.* 29.
Prunella. Brunella BLAKWELL. *t.* 24.
Prunella foliis omnibus ovato oblongis, petiolatis LINN. *II.* p. 837.
β Minor RIVIN. t. 29.
γ Hirsuta PONTEDER. *Compend. tabul.* n. VI.
δ Flore rubro TRAG.
ε Flore albo TABERN. ic. p. 553.
ζ Flore luteo PONTEDER. l. c. p. 90. In monte *Saleva.*
η *Brunella purpurea palustris strigosa & elatior* TILL. *hort. Pisan.* p. 172. Lausannæ & ad pontem Birsæ.

Varietates

i) TOURNEF. t. 86. A.
k) I. B. C.
l) TOURNEF. H.
m) IDEM B.
n) IDEM G.
o) IDEM.
p) Vix IDEM.
q) TOURNEF. aut de Par.
r) TOURNEF. t. 86. F. G.
s) B. B.
t) ad C.
v) D.
x) LINN.

Varietates foliis obtusis & acutis vide Hort. Florent. p. 17.

Frequens in pratis, maxime si humida fuerint.

Caulis erectus, semipedalis, pedalis, ramosus.

Folia subhirsuta, ex ovatis longe decrescentia, tamen obtusa, margine obiter dentato. Spica tota folio minor. Bracteæ & calyx pilosæ, illæ transversim latissimæ, venosæ, mucronatæ. Color nativus ex cæruleo purpureus.

Sapor herbaceus subamarus, paulum stypticus cum acoris vestigiis, & glutinosus. Possit pro adstringente & siccante medicamento haberi (*a*), vulneribus consolidandis utilis esse, & supprimendo sanguini: intus etiam ad hæmoptoen, & hæmorrhagias, dentesque confirmandos adhibita fuit. Gargarysma (*b*) ad aphthas in usu fuit, unde nomen habet. Carbunculos se hujus herbulæ usu sanasse Gui de la Brosse (*e*). Parco in usu est. Contusam vulneribus rustici imponunt (*d*).

278. BRUNELLA foliis ovatis oblongis, calycibus superne tridentatis.

Brunella Clus. *Pannon.* p. 606. 607.
Brunella cærulea magno flore Hort. Aichstett. *æstiv. ord.* 14. t. 13. f. 3.
Brunella flore majore Rivin. t. 29.
Violet Selfheal Hale Eden. t. 29.

β Flore albo Clus. Leucophæo Vaill. ex albo vario Ponteder.

γ Flore carneo.

In pratis paulo altioribus abunde, supra *Neuenstatt*, in adscensu montis *Hauenstein* &c.

LINNÆUS (*e*) pro varietate habet, & plurima certe cum 277. communia habet, folia, spicam, bracteas, florem. Differt foliis minus dentatis aut integris, flore unciali in planta non majori, spica quocumque folio multo majori. Præterea calyx, qui in parviflora solas tres spinulas superne habet, in majori (*f*) tamen in segmenta dividitur, etsi brevia; & caulem non ramosum educit. Cultus minorem non mutat

279. BRUNELLA foliis imis ovatis oblongis, caulinis dentatis & semipinnatis.

Brunella laciniato folio Clus *Pannon* p. 606. 608. Rivin. t. 30.
Brunella foliis ovato oblongis, petiolatis, supremis quatuor lanceolatis, dentatis Linn. II. p. 837.

α Flore purpurascente Miller Basileæ & alibi reperta.

β Flore cæruleo Vaillant t. 5. f. 1.

γ Flore cæruleo purpureo Clus.

δ Flore roseo Vaillant &

ε Albo C. B.

ζ Foliis omnibus divisis. Richer.

Omnes albo flore reperi in monte *Saleva*, ad pedem montis *Thuiri*, in rupibus & aridis pratis au *Furet*, aux *Afforets*, aux *Gauges*, Biennæ, qua ad lacum itur. Circa *Oris* Basileensium, & ad *Wiesam*, *um die Hülftenschanz*, prope *Gundeldingen*, *Michelfelden*, &c.

Spontaneæ folia hirsuta, ima elliptica sunt & integra, longe petiolata; caulis vix ramosus; folia ad caulem aut acute dentata, aut omnino semipinnata, difformiter, & absque parallelis pinnarum lineis, aliquando omnino pinnata, medium segmentum tamen semper maximum. Sub spica longa duo folia linearia eminent. Bracteæ similes; flos plerumque ochroleucus. Calycis dentes superiores breves; galea pene incisa. In horto calvescit, ramosa fit, & omnia folia laciniis dividuntur.

Grandifloram flore albo J. B. legit versus *la Batie*, Scheuchzer ad viam cavam inter *Immensee* & *Kusnacht*.

In collibus apricis Cl. la Chenal.

Nostra non vere differt a 279.

ORD.

(*a*) Hofmann.
(*b*) Buchwald p. 215.
(*c*) *De la Nature des Plantes* p. 51.
(*d*) Geofroi III. p. 220.
(*e*) Tum Scopoli *Flor. Carniol.* p. 460. Separat etiam Willichius & Boehmerus p. 53.
(*f*) Willich. *Diss. inaug.* p. 11.

ORD. V.

GALEA TRIFIDA.

CASSIDA TOURNEF. t. 84.

SCUTELLARIA LINN. n. 734.

Character in calyce peculiaris: bifolius eſt, & ſuperius folium additamentum erigit, ſimile Caſſidis (*g*), planum, utrimque recta linea terminatum, quaſi truncatum. Floris Galea fornicata alas emarginatas, acutas, acceſſorias habet (*h*). Barba tamen tripartita, alis peculiaribus, ſed brevibus, ad faucium latus euntibus & media parte emarginatis (*i*). Tubus floris ex origine deſcendit, deinde reflectitur (*k*).

280. CASSIDA foliis oblonge cordatis, crenatis, verticillis nudis, bifloris.

Judaicæ herbæ alia ſpecies DODON. *pempt.* p. 93.
Scutellaria RIVIN t. 77.
Scutellaria foliis cordato lanceolatis, crenatis, floribus axillaribus LINN. II. p. 835.

β Flore albo C. B.

In aquoſis, foſſis & ſtagnorum oris vulgo.

Caules recti, cubitales, ramoſi, quadrangulares, angulis eminentibus. Folia petiolata, cordatis longiora, rectiora, obtuſa, rotunde circumſerrata. Verticilli nudi, biflori, in unum latus verſi. Flores petiolati. Galea cærulea, qualem deſcripſimus. Barba alba, ſed fauces maculoſæ.

Amara eſt, allium olet, viribus ſcordium imitatur, ſed debilior. Tertianariæ nomen a viribus tulit, nobis in medicina ignota.

Integrifoliam Caſſidam nondum in Helvetia reperimus.

281. CASSIDA procumbens, foliis ovatis, crenatis, ſubhirſutis, ſpicis folioſis *Emend. II.* p. 24. n. 53.

Teucrium alpinum inodorum magno flore C. B. *Prodr.* p. 116. Non videtur eſſe, quam eo nomine citat SCHEUCHZERUS *It.* I. p. 50. *It. V.* p. 28. *It. VII.* p. 519. Neque enim noſtræ flos eſt atropurpureus, neque videtur Vir ILL. STÆHELINIAM prætervidere potuiſſe, vulgarem alpium civem: non habet autem, ſi hoc nomine noſtram vult. Cæterum in calyce vacillat, & in *Itin. V.* cum crepida comparat, in *Itin. III.* facit quinquedentatam.

Scutellaria foliis cordatis, inciſe ſerratis, crenatis, ſpicis imbricatis, rotunduto tetragonis LINN. II. p. 834.

Ad lacum montis *Fouly.* Inter *S. Branchier & Orſiere.* Ad viam ſupra *Bagnes Cat. Rar.* n. 843.

Radix ſeſquipedalis, ramoſa, teres, caulis procumbens, ramoſiſſimus, ramis dodrantalibus & pedalibus. Folia petiolata, ex ovatis obtuſe mucronata, obtuſe dentata. Flores in ſpicas ramos terminantes collecti, bracteis ovatis, ſubhirſutis, integerrimis diſtinctas. Flos ſpecioſa magnitudine: labium ſuperius hirſutum, ſuperne cæruleum, inferne album. Alæ ſubrotundæ. Pars faucium inferior contra galeam, quaſi aliquo palato, intumeſcit; barba obtuſa, emarginata, exigua parte cærulea, cæterum pallens & alba.

Caſſida ſpicis folioſis AMMANNI *Enum. hort. Gotting.* p. 318. noſtræ proxima, differt colore, qui huic ochroleucos eſt, & bracteis multo minoribus, etiam hirſutis, foliis glabris, caule procumbente.

(*g*) TOURNEF. E. E. F.
(*h*) Sub C.
(*i*) D.
(*k*) B. B.

ORD.

ORD. VI.

GALEA BREVISSIMA AUT NULLA.

UNILABIATÆ JUNG. *phytol.*

BUGULA Tournef. t. 98.

& CHAMÆPITYS Tournef. t. 98.

AJUGA Linn. n. 705.

Galea perbrevis, aliqua tamen, bipartita (*l*). Labii inferioris alarum par unum (*m*), segmentum medium emarginatum (*o*): calycis pars superior non major (*o*). Reliqua ut in chamædry.

282. BUGULA foliis ovatis, dentatis, flagellis reptans.
Consolida media Brunfels I. p. 95. Matthiol. p. 962. magnum exemplum.
Bugula Rivin. t. 75.
Bugula minima glabra flore aureo (azureo) Barrelier n. 337.
Bugula media flore cæruleo Ejusd. ic. 338.
Bugula consolida media Blakwell. t. 64. cum bono charactere.
Ajuga stolonibus reptantibus Linn. II. p. 785.
α Flore purpureo &c. H. Flor. p. 18. Clus. Hill. *Brit. herb.* p. 372.
β Foliis longioribus.
γ Flore albo J. R. H.

Vulgo flore est cæruleo, albam in montosis, ut in *Feuerstein* reperi, rubram in viis glareosis.

Caulis floridus erigitur, totus foliis tectus, non ramosus, semipedalis. Sed ex imo caule undique caules procumbentes discedunt, rarioribus foliis, novis caulibus florigeris ortum daturi. Folia ima petiolata, superiora sessilia, ovata, leviter hirsuta, obiter dentata, magnis nervis. Verticilli octiflori & ultra, in spicam arcte congesti: inter flores folia maxima, rotunda, integerrima, sessilia. Calyx campanulatus, segmentis pene æqualibus, intus & in fauce lanuginosus. Flos albis, & saturate cæruleis, venis varius: labium superius brevissimum, cordiforme, fauces lanuginosæ, labii inferioris alæ ovatæ. Segmentum medium longius, cordatum (*q*).

Amara est, leviter adstringens; habetur pro vulneraria, & decoctum ad anginam absque febre omnino laudatur (*r*). Ad ulcera pulmonum Ettmullerus. Parco in usu est (*s*). In sale fixo sulfur residet (*t*).

Carneam Clusius (*u*) pro varietate habuit, & ego habeo, frequenter enim & nobis foliis hirsutis, caule inter flores tomentoso visa est, ut tamen separari non posset. Linnæus separat & Kramerus.

283. BUGULA foliis angulosis, hirsutis, calycibus villosis.
Bugula ορμειζονοπολυκαυλος Richer.
Φυλλοχνοις Renealm p. 125. cum bona descriptione.
Bugula montana Rivin. t. 76.
Bugula Alpina maxima Scheuchzer.
Ajuga tetragonopyramidalis Linn. II. p. 785. *Olänska resa* p. 20.
β Flore albo.
γ Flore carneo.

Stolones non habet: habitu est etiam congesto, foliis angulosis, magnisque & rectis angulis incisis, etiam trilobatis: iis etiam angulosis, quæ spicam distinguunt, & a Linnæo bracteæ vocantur. Folia magis villosa, interque flores caulis. Calycis dentes inferiores sibi propiores. Labium superius brevius, minus conspicuum.

283.

(*l*) In *Bugula* ad B. & C. in *Chamæpity* ad C.
(*m*) In *utraque* Tournef.
(*n*) In *utraque*.
(*o*) In *utraque*.
(*p*) In *Elencho*.
(*q*) Bene Tournef. l. c.
(*r*) *Mémoires de l'Accadémie des Sciences* ann. 1754. p. 514.
(*s*) Est Sophia Paracelsi Gesner *Epist.* p. 118.
(*t*) Gmelin *Comm. Petrop.* V. p. 287.
(*u*) *Pannon.* p. 609.

283. β BUGULA foliis ovatis, hirsutis, calycibus villosis.

Bugula alpina minor rubrifolia flore ex cæruleo purpurascente SCHEUCHZER *It. V.* p. 424.
Passim in Alpibus reperitur, Mont. de *Fouly*, super *Portvaley*, *Enzeinda*, *Isenau*, *Herbugere*, *Dunggel*, Mont. Val de *Bagnes*, *S. Bernard*: in *furca* etiam, & *Scheidek* a me lecta, in valle *Engstlana*, in *Wengenalp*, in Alpibus *Rhæticis*.

Habitus est Genevensis Bugulæ, neque flagellis reptat. Sed folia integerrima, ovata, tota hirsuta, & aspera, bracteæ grandes, simplices, rotundæ, aliquando tamen dentatæ, non vero trilobæ, quas semper rubro colore tinctas reperias. Calyces toti tomentosi, & molles spicæ. Prioris est varietas.

284. BUGULA foliis imis linearibus, caulinis tripartitis

Chamæpitys (a) *prima* DODON. *purg.* p. 429.
Chamæpitys CAMERAR. Epit. p. 679. RIVIN. t. 14.
Teucrium foliis trifidis, linearibus, integerrimis, floribus sessilibus, lateralibus, solitariis, caule diffuso LINN. II. p. 787.
Vera Bugula consentiente GUETTARDO (*b*) ut a *Teucrio* separari debeat.

β Flore roseo.

In planiori Helvetia ubique, ut in agris supra *Mathod*, versus *Valeire*: in glareosis Aquilejæ, *à la grande Eau*, à *Fontanay*, au *Tombey* &c. Basileæ versus *S. Jacob.* BAUHINI ad *Wiesam*, versus *Riehen* & *Dornach*. &c.

Pulchra plantula dodrante minor, caule tamen erecto, & ramoso, folioso, cum toto habitu hirsuto. Folia longa, caulis sæpe longitudine, ima integra, sine lanceolato: deinde tridentata, tunc ad basin usque tripartita, petiolo lato, laciniis linearibus integris. Verticilli biflori & triflori; sessiles, in spicam foliosam congesti. Calycis lati brevisque nulla pars ventricosa (*c*), dentes superiores brevissimi, inde medii duo, imi longiores. Galea acute bifida, dentibus triangularibus: alarum, seu segmentorum barbæ lateralium, par unicum, quæ ovata (*d*), fusco vel rubro lineata. Barba media cordiformis (*e*), flava, guttulis rubris adspersa.

Tota plantula resinosa est, ad tactum viscida; grato aromatico & camphorato odore; sapore amaro, cum signis manifesti acoris. Tinctura spirituosa vires plantæ meliores servat, quam infusum. Massa inspissata odore est balsamico (*f*), aqua destillata aromatica (*g*): infusum aquosum vires plantæ habet (*h*), aliquanto minores. Veteres inter medicamenta aperientia (*i*), & vulneraria numeraverunt, & ad arthritidem (*k*), ischiadicum (*l*) malum, & podagram (*m*) laudaverunt. Etiam pro Emmenagoga habetur, & ad mictum cruentum datur, ob vim balsami, quæ in ea herbula est. Afri (*n*) chamæpityos specie cum aqua decocta in febribus frequentissime utuntur. Boves & oves putrescentes ea herba sanatas fuisse BRASSAVOLA (*o*). In viro senatorio, qui etiam nunc supervivit nonagenario proximus, non inutile vidi fuisse, quo diu usus est, Theiforme infusum; nam in decocto vires perire putem.

CHAMÆDRYS.

CHAMÆDRYS TOURNEF. t. 97. TEUCRIUM TOURNEF. t. 98. TEUCRIUM LINN. n. 706.

His unilabiatis, stamina pro galea de flore erumpunt. Calyx campaniformis, dentibus tribus superioribus, majoribus, imis rectioribus, incisione tantum recta separatis. Pars, quæ semina continet, sæpe in calcaris speciem deprimitur. Floris tubus

(*a*) Chamæpitys, *abiga*, cubitalibus ramis; flore odore pini. Altera brevior. Tertia mas parvula ramis exilibus, albis, scabris, caule aspero cordato, & luteis flosculis, semine ad alas Pinum etiam redolet DIOSCORID III. c. 157. PLIN. L. XX. n. 24.
(*b*) II. p. 248.
(*c*) TOURNEF. H.
(*d*) IDEM ad E.
(*e*) Ibid D.
(*f*) CARTHEUSER. *mat. med.* II. p. 441.
(*g*) HILL. *mat. med.* p. 371.
(*h*) CARTHEUSER.
(*i*) CELS. V. c. 11. Inter purgantia SERAPIO p. 85.
(*k*) HAHN *podagr.* SINZENDORF p. 11. in pilulis cum terebinthina mistis.
(*l*) RHAZE ad *Mansor.* III. c. 38. Iva adfini planta, utitur GATENARIA p. 22.
(*m*) WELSCH. *hecatost.* II. *obs.* 60.
(*n*) SHAW. *travels.* p. 264.
(*o*) *Exam. Simplic.* p. 193.

tubus incurvus *a*), deorſum gibbus, ſuperne reſectus, inferne in petalon quinquefidum eductus, quod Teucrio trifidum eſt *b*). Duæ nempe acutæ utrinque alæ ex initio barbæ exeunt, prima erecta *c*), altera inclinata *d*). Media pars Barbæ latior, ſurſum cava, ſubrotunda *e*), circumſerrata. Antiqua vox Chamædryos, a medicis recepta, bona eſt, neque mutari debuit.

285. CHAMÆDRYS foliis ellipticis, integerrimis, contractis, ſubtus incanis, floribus capitatis.

Polium majus CORD. *hiſt.* p. 124. b.

Polium alterum CAMERAR. *Epit.* p. 587.

Ajuga folio integro RIVIN. T. 15.

Polium montanum I. CLUS. *Pannon.* p. 629. & *II.* p. 630. cum dicat ad Lacum Lemanum naſci. Quare eſt etiam Polium, quod haud longe Curia naſcitur TURNERI *II.* p. 96.

Polium campeſtre TABERNÆM. p. 365.

Polium de Savoye CONSTANT.

In Helvetia planiori vulgo provenit: ut ſuper *Valeire*, verſus *Moncharand:* ſupra *Bevieux* & ubique in Aquilejenſi ditione. Prope Bernam *auf der Hunzigerau* & *im Kandergrund* Cl. KOCH. Ad rupes ſupra *Unterſeen* & prope *Rinkenberg*. Baſileæ eundo verſus *Delſperg* & ad pontem *Wieſæ;* circa *Michelfelden*. Tiguri ad *Silam*. In Valeſia, in transalpina Helvetia. Circa *Neufchâtel* & *Valangin;* ubique in acclivibus, ad vias, locisque glareoſis & macilentis.

Radix craſſa, lignea, ramoſa, numeroſiſſimos caules producit, ad terram ſtratos, breves, lignoſos. Folia prima ovata, pleraque elliptica, oris contractis, integerrimis, ſubtus incana. Verticilli congeſti in ſpicam brevem, foliis ſuſceptam, capitatam. Calyx in iſta ſpecie campaniformis, paulum ventricoſus, dentibus pene triangularibus, acute mucronatis. Flos albidus: primæ auriculæ ſubrotundæ, ſequentes parvæ, medium ſegmentum ſubrotundum.

Odor gratus, aromaticus.

Huc puto pertinere *Symphytum petræum* MATTHIOLI, quod LOBELIUS adv. p. 198. ait prope montem S. *Bernardi* naſci. Florem certe unilabiatum, & novemfidum LOBELIUS facit, ſed cur purpureum: cur cæruleum CAMERARIUS? ſed iſte cum Coride confundit.

286. CHAMÆDRYS foliis firmis, ovatis, crenatis, verticillis paucifloris.

Teucrium f) *foliis cuneiformi ovatis, inciſis, crenatis, petiolatis, floribus ſubverticillatis, ternis, petiolatis* LINN. p. 790.

Chamædrys repens minor DODON. p. 43. C. B.

Chamædrys RIVIN. *t.* 10.

Chamædrys Triſſago BLAKWELL. *t.* 80.

II. *Chamædrys major repens* DODON. ibid.

Varietates utriusque albo flore.

Alpinam nunc graves Viri ſeparant *g*).

Ad oras adclives viarum, ubique Bernæ, inter *Rubigen* & *Münſigen*, & abunde in pratis villæ *Brunnadern*, non ſine amicis lacrumis nominandæ, cujus dominus optimus ITHIUS fuerit, doctus medicus, gratusque auditor. Baſileæ, Genevæ, Aquilejæ, Biennæ, in agro Vaudenſi ubique.

Caules ramoſi, decumbentes, ex lignoſa radice multi, obtuſi, quadrangulares, & fere teretes. Folia firma, nitida, ſubhirſuta, petiolata, ovata, acuminata, parte petiolo proxima integra, parte ad mucronem ſpectante ſerrata. Verticilli in alis foliorum biflori, demum quadriflori & quinqueflori, in ſummis cauliculis congregati, foliis ovato lanceolatis, non inciſis, diſtinguuntur. Calyx intus villoſus. Segmenta ſuprema a quatuor reliquis intervallo ſejuncta, omnia ariſta curvula terminata, tubo calycis maturiori deorſum ventricoſo. Flos in principio ſubhirſutus, purpureus. Alæ primæ erectæ, peracutæ. Secundæ breviores inclinatæ, ex ovatis acuminatæ. Medium ſegmentum cavum, obiter emarginatum, circumſerratum.

Sapor

a) TOURNEF. B.
b) LINNÆUS has alas pro galea numerat: nobiscum DILLENIUS *nov. gen.* p. 102.
c) TOURNEF. E. E.
d) IDEM C.C.
e) IDEM D.

f) Chamædrys, Trixago, Chamædryops, Teucrium frutex dodrantalis, folio magnitudine Menthæ, colore & diviſione quercus, flore purpureo parvo PLIN. L. XXIV. n. 80. DIOSCOR. III. c. 56. Chamædryops MARCELL. p. 136.
g) LINN. p. 790. n. 21. GERARD. p. 278.

Sapor foliorum amarus eſt, cum adſtrictione & aliquo aromate. Igne ſubjecto herba copioſum oleum adipoſum edit *h*). Et gummi continet & reſinam: tinctura ſpirituoſo extracto melior *i*). Aquoſum gummi inſpiſſatum adſtringens, balſamicum & amarum eſt *k*). Infuſum aquoſum multo in uſu eſt, ad ſtomachi vitia, cachexiam, menſes ſuppreſſos, ſputum cruentum *l*), febres *m*) denique fugandas, in quibus aliquando peruviani corticis virtutem dicitur ſuperaſſe *n*). Lienoſis morbis & hepaticis alii oppoſuerunt *o*). Aquas hydropicas expulit, cum cremore tartari propinata *p*). Pulvis foliorum, decoctum denique, diuturno uſu ad arthritidem *q*) commendatur, ut tamen calor a corpore abſit, quod cures. CAROLI V. exemplo inclaruit, qui decocto per ſexaginta dies uti ſolitus fuerit *r*). Vermibus, ut amarum medicamentum, veteres oppoſuerunt *s*), & pleuritidi, ruſticorum experimento *t*).

287. CHAMÆDRYS foliis cordatis, productis, ſpicis longiſſimis, nudis, heteromallis.
Scorodonia CORD. *hiſt.* p. 91. RIVIN. *t.* 12. BLAKWELL. *t.* 9.
Teucrium foliis cordatis, ſerratis, petiolatis, racemis lateralibus ſecundis, caule erecto LINN. *II.* p. 789.
Ic. GESNER. *æn.* 85.

In pratis circa Bernam frequens, verſus *Ortſchwaben*, in monte *Pantigerhubel*, circa *Kohlholz*, inter *Arisſoulaz & Ivonan*, ſupra *la Motte*, *Burgdorf im Blähr* &c.

Caules duri, quadrangulares, erecti, ramoſi, tripedales. Folia rugoſa, pene glabra, magna, ex cordatis in longum mucronem decreſcunt. Rami plurimi ex foliorum alis, longi, nudi. Verticilli uniflori, biflori, petiolati, in longas nec denſas ſpicas congregantur, quas minima folia diſtinguunt. Dens calycis ſuperior ovato lanceolatis multo major, a reliquis longe remotus, qui minores ſunt & ariſtati. Flos ochroleucus, tubo incurvo. Alæ primæ rotundiores. Alæ ſecundæ acuminatæ. Medium ſegmentum ſubrotundum, cavum. Folia amara, odorque Scordii, ſed aliquanto debilior. Vires ſimiles, tamen minores, habere videtur, adſtringentes, vulnerarias. Infuſum ad hydropem laudant *v*).

288. CHAMÆDRYS foliis mollibus, hirſutis, ellipticis, crenatis, verticillis paucifloris.
Scordium x) MATTHIOL. p. 842. RIVIN. *t.* 11. BLAKWELL. *t.* 475. cum charactere.
II. *Majus* TABERNÆM. p. 762.
Teucrium foliis oblongis, ſeſſilibus, dentato ſerratis, floribus geminis lateralibus, pedunculatis, caule diffuſo LINN. *II.* p. 790.

In humidis paſcuis non rarum. In *Brouet*, ad ſiniſtra viæ Regiæ. Circa *Noville*, *ſous le mont Darvel.* In magno illo prato paluſtri inter *Morat & Anet.* In pratis circa arcem *Nidau*, circa *Bellelai.* Circa *Colombier aux champs d'Areuſe*, prope *St.Blaiſe.* Bernæ naſcebatur in *Gyrenmos*, ſed ea palus nunc exſiccata eſt.

Caulis decumbens, ramoſiſſimus, ramis ſuberectis. Folia huic Chamædry mollia, hirſuta, ovatis anguſtiora, circumcrenata. Verticilli inter folia florum duorum, ad quinque, foliis breviores, abſque ſpica. Flores breviter petiolati, calyces hirſuti, ſegmenta breviter ariſtata, imis paulo longioribus. Flos pallide ex cæruleo purpuraſcit. Alæ primæ modice erectæ, recurvæ, latæ, ariſtatæ. Alæ ſecundæ inclinatæ, lanceolatæ. Barba ad originem utrinque inciſa, cæterum transverſim lata, ampla, ſubrotunda, ſerrata, pene emarginata.

Odor alliato multo gratior, gravis, ſed cum multo aromate: ſapor amarus.

Vires ſunt in parte odorata, ætherea *y*): aliqua pars in aquam ſimplicem adſcendit: tum in eſſentiam, quæ cum vini ſpiritu meracior, paratur *z*). Sapa inde ſpiſſata efficacior eſt. Et tamen infuſum theiforme omnino odorem & ſaporem plantæ etiam continet, & mihi quidem eſſentiæ vel ideo præferendum videtur, quod iſtæ & minus fideliter ob lucri cupedinem præparentur, & vis certe ſpiritus vinoſi in his tincturis dominetur. Infuſio calefacit, reſolvit, ſudores movet. Veteres in maligniſſimis

h) GEOFROI.
i) CARTHEUSER *mat. med. II.* p. 438.
k) ibid.
l) Succi diuturnum uſum laudat CRATO *Epiſt.* L.III.p.301.
m) RIVERIUS. P. ALPINUS.
n) CHOMEL. p. 462.
o) BARICELLI *hort. gen.* p. 140. Lienem aufert PLINIUS l. c.
p) COTUNNUS *Iſchias nerv.* p. 21.
q) Ad articulares morbos MARCELLUS p. 174. & expertus PAULUS BOCCONE *oſſerv.* p. 118.
r) VESAL. *rad. chin.* p. 111.
s) NICOLAUS p. 163.
t) CELSUS L. IV. c. 6.
v) TOURNEF.
x) Scordion Mithridatis manu adſcripta, in Ponto reperitur in montibus & paluſtribus, cubitali caule, quadrangulo, ramoſo, Triſſaginis foliis minus diviſis, allium fetentibus, amaris, flore rubro, DIOSCOR. III. c. 108. Altera ſpecies latioribus foliis Menthaſtri ſimilibus PLIN. L. XXV. n. 25.
y) NEUMAN. II. P. IV. p. 196.
z) In ea vires hujus plantæ eſſe STAHLIUS *mater.med.* p. 328.

mis *a)* febribus plurimum hoc medicamento utebantur, inque cephalea epidemica utiliter adhibuit QUACELBENUS, quæ pro peſtis initio habebatur *b)*; cum præterea putredinem adeo valide inhibere putarent, ut in loco Scordio abundante, cadavera ex pugna reliqua non computreſcerent *c)*. Id quidem nimium videtur, neque certum eſt, noſtrum eſſe veterum Scordium. Creticum enim, ad quod GALENI hiſtoria ſpectat, foliis latis meliſſæ, a vulgari diverſum, in Brutiis *d)* naſcitur. Non ideo noſtrum ſpreverim, quod equidem non *Guilielmus* PELICERIUS *e)*, ſed CORDUS reſtituit *f)*, Wittebergæ repertum. Noſtri ad morbos pectoris, ad aſthma, etiam ad phthiſin *g)*, nimis ut credo hac herba utuntur, quæ calida ſit: ulcera vero pulmonis omnino aliam medicationem poſtulant. Ad cachexiam & anaſarcam valere probabile fuerit *h)*. In diaſcordium FRACASTORII & SYLVII recipitur. Sed eæ farragines ſunt medicamentorum, in quibus non dignoſcas, cui tribuas eventa. Ad ventriculi debilitatem certe utile eſt. In hæmoptyſi & dyſenteria electuario Brunsvici *i)* utuntur, quod Scordium & Saniculam recipit. Ad externos uſus, in gangræna *k)* eſt ex præcipuis, ut vitam membris ſemi mortuis reddiderit. In equorum verminoſo morbo utiliter adhibitum fuiſſe BRASSAVOLA *l)*.

Ex cineribus ſales ſelenitici habentur, & marinus, veri lixivi parum *m)*.

289. CHAMÆDRYS foliis pinnatis, pinnis dentatis, trilobis, verticillis paucifloris.

Chamædrys III. DODON. *purg.* p. 431.

Iva moſchata folio multifido RIVIN. *t.* 14. qui ſeparat, ob floris fabricam, utique diverſam.

Teucrium foliis multifidis, pedunculis axillaribus ternis LINN. *II.* p. 786.

Chamædrys foliis laciniatis I. R. H. MILLER *t.* 264.

β Flore albo CORNUT.

In Helvetiæ ſtipulis ubique. Bernæ inter *Wabern & Seelhofen &c.*

Caulis ramoſiſſimus, vix pedalis. Folia hirſuta, mollia, pinnata, nervo lato, pinnis utrinque trium & ultra parium. Prima ſemibiloba, lobo majori tridentato, minori bidentato, altero pare aliquot dentibus inciſo, ſequentibus ſimplicibus; laciniæ obtuſæ. Verticilli ſexflori, octiflori, in ala foliorum breviter petiolati. Calycis dens ſuperior multo major. Gibbus deorſum eminens inſignis. Ima duo ſegmenta recta ſibi propiora, ſola fiſſura ſeparata. Flos dilute purpureus, medio ſegmento maculato: alæ primæ acute triangulares: alæ ſecundæ obtuſe trifidæ *n)* mucrone inter duas partes laterales obtuſas & obliquas medio. Barba media rotunda, cava, obſcuriſſime inciſa, aut integra.

Odor gratus, vinoſus, aromaticus. In medicinam tamen non recipitur.

I. PLANTÆ PETALODEÆ.

II. STAMINIBUS PLERUMQUE QUATERNIS INÆQUALIBUS, FLORE DIFFORMI.

LARVATÆ TOURNEF. RINGENTES ROYEN.

II. SEMINE CAPSULA CONTENTO.

I. UNILOCULARI.

Stamina eadem ut verticillatis, & calyx & flos: ſed fructus multa in uno loculo ſemina continet. Præterea neque folia conjugata ſunt & decuſſata, neque aroma in hac claſſe dominatur, ut pleræque potius acres, & & odore atque ſapore ingrato ſint, potiſſimum biloculares. Etiam hic intercurrunt diſtemones.

UTRICULARIA LINN. n. 31.

LENTIBULARIA RIVIN. t. 19. VAILL. *Mem. de l'Acad.* 1719. DILLEN. *nov. gener.* p. 115. t. 6.

Calycis duo foliola ex ovatis lanceolata *o)*, lineata, caduca. Flos ampla fauce. Labium superius

a) BUCHWALD p. 238.
b) BUSBEQ. *Itin.* L. III. p. 110. 111.
c) GALEN. *de antidot.* L. I.
d) ANGUILLARA p. 226.
e) IMBERT *peſtil.* p. 136. Nuper apud nos inventum eſt C. STEPHANUS *de re hort.* p. 98.
f) In DIOSCOR. p. 58. add. ELLINGER in carmine.
g) DIOSC.
h) KLEINKNECHT *de Scord.* p. 69.
i) LANGE *remed. domeſt.* p. 267.
k) BUCHWALD p. 258. BOERHAAVE.
l) *Exam. ſimpl.* p. 219.
m) NEUMAN. CARTHEUSER *mater. med.* p. 485. 486.
n) RIVIN. in ic. Ob eam fabricam & calycem RIVINUS & DILLENIUS Ivam dixerunt.
o) VAILLANT. t. 2. h.

ſuperius *p)* integrum, non inciſum, nec medium in duas cavitates diviſum *q)*. Inferius labium peramplum, tumet in duo juga, qualia ſunt in Linaria, ex quibus barba deſcendit latiſſima *r)*, ſemicircularis, medio ex arcu paulo productior *s)*: quæ eadem retrorſum calcar *t)* breve, curvum, conicum, obtuſum projicit. Stamina ex fundo floris orta, in nidum orienti galeæ impreſſum *v)* recepta, ad ſe invicem convexa, apicibus perpendiculariter bilocularibus adunata. Fructus ex ſphærico conicus *x)*: tuba brevis, apice plano *y)*, ſpatulæ ſimili. Semina in fructu numeroſa, in ſphærulam *z)* circa communem placentam compreſſa.

290. UTRICULARIA calcare conico, ſcopo paucifloro LINN. I. p. 26.
Meon aquaticum, quod *Lentibularia* dici poteſt GESNER. *collect.*
Lentibularia major VAILLANT. *Mem.* l. c.
Lentibularia RIVIN. *t.* 79.
Icon OEDERI *t.* 138.

In Helvetia non infrequens, non quidem in foſſis in *Gyrenmoos*, quæ ſiccatæ ſint, ſed *Gümlingæ* in torfetorum foſſis. Circa *Noville*, *Payerne*, *Champion &c.* Inter *Bruglingen & Neuewelt Basl. Merkwürd.* T. V. p. 554. *Michelfeldæ* C. B. & verſus *Hiltelingen.* Circa *lacum Felinum & S. Gallen* J. GESNER. Verſus *Paradies* MEYER.

Singulari plantæ longi, ramoſi, caules, & folia ad illuviei modum in mediis aquis natantia. Ea capillaria ſunt, ut amant ſubmerſæ, alterne ramoſa, ramis diviſis & ſubdiviſis, capillariter multifidis. Ad diviſiones foliorum veſiculæ ſeſſiles, purpuraſcentes, cavæ. Ex cauliculis transverſim aquæ innatantibus adſcendit caulis erectus, floriger, brevem ſpicam floralem gerens, quinque, aut paulo ultra florum, cætera foliis deſtitutus. Calyx lividus: flos flavus, palato aurantio, venoſo.

*291. UTRICULARIA calcare breviſſimo.
Millefolium paluſtre galericulatum minus, flore minore RAI *Syn. III.* p. 286. PLUKNET. *t.* 99. *f.* 6.
Aparine aquis innatans treviſana, foliis perchepier, capreolis donata BOCCONE *muſ. di fiſ. t.* 4.
Lentibularia minor PETIVER. *herb. brit. t.* 36. *f.* 12. VAILL. OEDER. *t.* 128.
Utricularia nectario conico LINN. *I.* p. 26. *Flor. Suec. II.* p. 9.

In paludoſis circa *la Chetelaz* Cl. GAGNEBIN.

Habitus ſimilis, ſed multo tenuior, & folia minus repetito ramoſa. Galea ſubrotunda, cum nido ſtamineo. Palatum planum, & barba ovato lanceolata. Sed calcar breviſſimum. Omnia pallidius lutea.

PINGUICULA TOURNEF. t. 74. LINN. n. 30.

Calyx campanulatus, tribus *a)* ſegmentis ſubrotundis adſcendentibus, duobus acute exſectis *b)* deſcendentibus. Flos tubo brevi *c)*, valde ventricoſo *d)*, ex ipſa origine calcar emittit; tunc finditur in labium ſuperius, in duo ſubrotunda *e)* ſegmenta diviſum: & inferius, cujus tres ſubrotundæ & latiores partes ſunt. Fauces amplæ, piloſæ. Stamina tantum duo, ſed bifida. Duo veri apices diſciformes a tuba teguntur: duo inferiores *f)*, abortivi, veris capſulis deſtituuntur. Fructus ovalis *g)*, unilocularis, multis ſeminibus circa communem placentam congeſtis *h)*. Tuba floris plicata infunduli forma. Staminum fabrica demonſtrat, ut in Salviis, non debere a didynamiis removeri.

292. PINGUICULA calcare floris longitudine.
Icon GESNERI *æn.* 68. & OEDER. *t.* 93.
Pinguicula ſeu *Sanicula Eboracenſis* PARKINSON p. 532.
& *Pinguicula flore majori cæruleo* BURSER *Act. Suec. I.* p. 508.
Pinguicula nectario cylindraceo, longitudine petali LINN. *I.* p. 25.

Frequens in udis circa Bernam, ultra *Seelhofen & Seedorf*, circa *Yvorne*, *Nods*, etiam in alpibus, ut in *Gotthardo* monte, aut montibus, ut in *Thuiri*, *Uetliberg* J. GESNER &c. Inter *Paradies & Langwieſen* MEYER.

Folia

p) IDEM f. f.
q) DILLEN.
r) VAILL. ad e
s) DILLEN. B.
t) VAILL. b.
v) OEDER.
x) VAILL. k.
y) ibid.
z) DILLEN. O.

a) TOURNEF. ad D. E.
b) ibid.
c) ib. D.
d) C.C.
e) A.A.
f) A primum.
g) F.F.
h) H.

Folia ad terram ſtrata, ovalia, vel elliptica, marginibus introrſum plicatis, pinguiſſimo glutine obſita, pallida, extus ſubhirſuta. Scapi aphylli, uniflori. Flos nutans, pallide aut ſature violaceus, calcare ſtricto, cylindrico, dimidii floris longitudine.

293. PINGUICULA calcare breviſſimo.
Pinguicula flore albo CLUS. *Pannon.* p. 360.
Pinguicula nectario conico petalo breviore LINN. *flor. Lapon. n.* 11. *t.* 12. *f.* 3. *Spec. I.* p. 25.
In Alpinis ubique, in herbidis montium vallis *Emmiæ*, in monte *Waach*: ſupra *les Plans, en Chapuiſe*, &c.
Omnia ſimilia: ſed flos albus, media barba duabus maculis luteis notata, calcare latius conico, flavo fine, aut rubro.
Vulgaris alvum ducit, & eo fine ſyrupus ex ſucco in Wallia coquitur *a*). Lac calens ſuper pinguiculam effuſum cogitur *b*), & in edulii genus abit nobis ignotum. Cauſam putreſcentis in bobus hepatis eſſe ELLIS *c*), ſi recte intelligo.

OROBANCHE *d*) TOURNEF. t. 81. LINN. n. 779.

Calyx profunde & acute quadrifidus *e*), aut quinquefidus. Tubus floris latus, cylindricus *f*) bilabiatus. Labium ſuperius modice erectum, fornicatum, bifidum *g*), dentatum: inferius pendulum, trifidum *h*): ejus lobi laterales ſemicirculares, crenati. Medius in duos tumores elevatus, ex quibus bractea ſemicircularis, crenata, deſcendit. Non delabitur flos, & circa fructum matureſcentem contabeſcit. Stamina curva, duo longiora, breviora duo *i*): tuba proboſcidis *k*) ſimilis, fine bicolli *l*). Fructus ex ovato conicus, unilocularis, bivalvis, ſeminibus ſcobiformibus *m*), copioſiſſimis, ad duo receptacula adgeſtis. Glandula emarginata ad angulum alterum ovarii *n*). Eſt monocotyledon *o*).

*294. OROBANCHE caule ſimplici, ſtipulis ternatis, calyce quinquefido *Emend. VI.* p. 19. n. 69. JACQUIN. n. 50.
Orobanche 4. LOBEL. *II.* p. 269.
Orobanche caule ſimpliciſſimo lævi, ſtaminibus exſertis LINN. *II.* p. 881.
Orobanche flore majori ex cæruleo purpuraſcente C. B. *Prodr.* p. 31.
In pago *Fouly*. *Auf der Siſſacherfluh* STÆHELIN; *vorm Blaſithor* CHERLER.
Habitus, quam ſequenti, altior, cæterum ſimilis, aphyllos, totus lanugine conſperſus. Caulis ſimplex, hirſutus, ſquamis ovato lanceolatis. Spica longior, ſtipulis majoribus diſtincta. Flores quam ſequenti longiores, graciliores. Cuique flori ſtipulæ tres, una magna, ovato lanceolata, duæ magis ſubulatæ. Calyx campaniformis, ſegmentis quatuor majoribus, ſtipularum ſimilibus, quinto ſupremo, multo breviori, lanceolato. Caulis inter flores & flos ipſe violaceus, tubo decolore, oblongo, incurvo, ſtriato. Prope petala inferiora in faucibus duo albi tumores. Labium ſuperius ſemicanalis eſt, extus ſubhirſutus, fine bifido, majori parte plicato, per duos eminentes dentes tripartito. Barbæ tria ſegmenta, parallelogramma, violacea, ex medio ſpinulam exſerunt. Tuba antheris longior, dimidiæ galeæ æqualis, fine deorſum cavo. Filamenta duo longiora, ad ſe mutuo recurvata, antheris ſubhirſutis: duo breviora, antheris pariter ad ſe invicem converſis. Non eminent de flore *p*). Fructus ovalis, albus, duabus lineis, & duobus impreſſis veſtigiis percurſus. Septula brevia, imperfecta: ſemina qualia dixi.

295. OROBANCHE caule ſimplici, ſtipula unica, calyce quadrifido *Emend. VI.* p. 20.
Orobanche major CLUS. *Pannon.* p. 242.

a) PECHEY *Herbar.* RAI.
b) LINN. *plant. eſculent. patr.* p. 6. k. *ſwenſk wetenſk handling* 1749. n. 1.
c) *April* p. 43.
d) Orobanche eſt caulis ſeſquipedalis, major, ſubruber, hirſutus, tener, ſine foliis, flore ſubalbido, ſubluteo, radice digitali, & cum caulis exareſcit, fiſtuloſa DIOSCORID. II. c. 194.
Herba quæ cicer enecat & ervum circumligat, dicitur *Orobanche* PLIN. L. XVIII. p. 121. Cauliculus abſque foliis rubens edulis PLIN. L. XXII. n. 80. DIOSCORID. Ὀροβάγχη velut brachiis herbam comprimit & angit THEOPHR. L. VIII. c. 8.
e) TOURNEF. ad A.
f) Ad A. ſecundum.
g) A. A. alterum.
h) B.
i) Ad C. D.
k) Ad C. ſecundum.
l) E. ſecundum.
m) E. F.
n) BOEHMER *nectar.* p. 23.
o) ADANSON *préface* p: CCCV.
p) GERARD. p. 288. LINN.

Orobanche flore minore I. B. II. p. 781.
Orobanche caule ſimpliciſſimo pubeſcenti ſtaminibus ſubexſertis LINN. *II.* p. 882.

Varietates habet MICHELI *de Orobanche q*).

Ubique in pratis ſterilibus, magnum *r*) vitium, ut publicis edictis eam herbam in Hetruria proſcribere neceſſe fuerit.

Radix bulbus eſt *s*) totus obductus ſquamis ovato lanceolatis, qui alicui radici adnaſcitur, ex genere potiſſimum papilionaceo *t*). Similes ſquamæ in caulem continuantur. Caulis humilior, cætera cum ſpica ſimilis, perinde lanugine lignei coloris pubeſcit. Stipula cuique flori ſua, magna, ex ovata lanceolata. Calycis ſegmenta quatuor, duo longiora, duo breviora. Stamina non exſerta.

Odor eſt caryophyllorum. Valde adſtringens eſt, & extus admota ad vulnera utilis *v*). A pecore non tangitur *x*): dicunt autem facere, ut taurum vacca appetat *y*).

Iconem varietatis miſit Cl. BERDOT, circa *Audincourt* prope *montem Beligardum* naſcentis ſpica denſiſſima, conica, flore breviſſimo, tuba longe de flore erumpente. Memorabilis, & nova ſpecies, ſi plura exempla reperientur.

296. OROBANCHE caule ramoſo, flore quinquepartito.
Orobanche CAMERAR. *Epit.* p. 311. ZWINGER p. 380.
Orobanche III. polyclonos CLUS. *hiſt.* p. 271.
Orobanche caule ramoſo corollis quinquefidis LINN. *II.* p. 882.
Orobanche ramoſa I. R. H. GUETTARD *mem. de* 1746. *t.* 9.

β Floribus purpuraſcentibos I. R. H.

γ Cæruleis I. R. H. MICHELI l. c.

δ Albidis ibid.

In Helvetia non vulgaris. Circa *Vetroz Valeſiæ.* Circa *Nods*, *Motier Grandval; Baſileæ & Michelfeldæ*, inter *Cannabin.* Frequentius infra *Neudorf* in Alſatia *z*). Circa *Spiez.*

Humilior reliquis, bulbo gracili, non ſquamoſo *a*), propriis papillis *b*) ad radices adnaſcitur, ad gramen ipſum *c*). Caulis ex radice ramoſus, erectus: flores minores, labio ſuperiori rotunde bifido, inferiori trifido.

SQUAMARIA RIVIN.
LATHRÆA LINN. n. 743.
ANBLATUM TOURNEF. t. 481.

Calyx campaniformis, ſemiquadrifidus *d*), ſegmentis ſuperioribus duobus majoribus. Flos ex longiuſculo tubo *e*) bilabiatus: labium ſuperius ſubrectum, plicatum *f*), integrum, inferius tripartitum *g*), partibus lateralibus minoribus. Stamina quatuor inæqualia, ſub baſi antheræ piloſa. Tuba deorſum curva, apice lato, cavo. Fructus ex ovato conicus, unilocularis *h*), ſeminibus paucis *i*), ſubrotundis, circa unam placentam congeſtis.

297. SQUAMARIA (*Lathræa*) caule ſimpliciſſimo, floribus pendulis, labio inferiori trifido LINN. II. p. 844.
Anblatum CORDI p. 89. b.
Dentaria MATTHIOL. p. 964. BLAKWELL. *t.* 430.
Squamata ſeu Dentaria major HORT. AICHSTETT. *vern. ord. I. t.* 1. *f.* 1.
Orobanche radice dentata major C. B. SCHEUCHZER *It. I.* p. 45.
Squamaria RIVIN. *t.* 89.
Icon OEDERI *t.* 136.

β. *Orobanche radice dentata, altius radicata, foliis & floribus atropurpureis* MENZEL.

Paſſim in Helvetia ad ſepes & in ſylvis. In ipſo pago *Roche*, qua itur ad *rupem Praiſſe. Interlaci* in ſylvis umbroſis abunde. *Aufm Höckler & im Käferholz* prope *Tigurum.*

Radix

q) p. 19.
r) MICHELI *de Orobanche.*
s) GUETTARD. t. 11.
t) *Geniſtæ maximæ* LE MONNIER in Bituricibus.
v) FLOYER. *pharmacobaſan* p. 159.
x) SCHREBER. III. *Samlung* p. 62.
y) ANGUILLARA p. 117.
z) Circa *Coloniam* TURNER II. p. 716.
a) GUETTARD. *mém. de* 1746.
b) ibid.
c) MICHELI l. c.
d) TOURNEF. t.cit. E. H
e) G. B.
f) TOURNEF. A.
g) LINN.
h) TOURNEF. L. & LINNÆUS. Bilocularem OEDERUS.
i) TOURNEF. M.

Radix ramosa, ex squamis succulentis compacta, alterne eminentibus *k*). Caulis aphyllos, non ramosus *l*). Spica ad unum latus conversa: squamæ inter flores amplæ, subrotundæ, purpurascentes. Calyx hirsutus, albidus, dentibus purpureis. Floris galea purpurea. Barba albicat *m*). Fructus elasticus.

Ad epilepsiam laudat BUCHWALD *n*), nullo, ut puto, certo experimento.

TOZZIA MICHELI *nova plantar. gen.* LINN. n. 745.

Calyx breviter dentatus, bilabiatus. Floris tubus cylindricus, duobus labiis pene in eodem plano positis, angulum maximum intercipientibus. Superioris labii duæ subrotundæ partes breviores, inferioris tres partes paulo longiores. Stamina eminent. Fructus ovalis, unilocularis, monospermos MICHEL. Sed ego in adversariis lego me vidisse polyspermon, etsi in siccis, quos coram habeo, unicum est.

298. TOZZIA LINN. II. p. 844.

Anonyma F. Gregorii dentata radice COLUMN. *Ecphras. II.* p. 49. 50.
Euphrasia lutea radice squamata C. B. *Prodr.* p. 111.
Dentaria buguloides radice globosa, squamis myodontoideis alpina MENZEL. *pugill. rar.* & T. 9.
Tozzia alpina lutea Alsines folio, radice squamata MICHELI p. 20. *t.* 16.
Eufragia con radice squamata ZANON. *nov. t.* 172. p. 224.

Passim in Helvetiæ sylvis umbrosis & saxosis humidis. Reperi in sylvis *montis Feuerstein & Chasseralle*, & in adscensu ex area *Creux du vent*. *A' la Combe biosse*, *Combe Grede*, GAGNEBIN, & ex montibus Biennensibus C. B. habuit. In alpibus etiam multis locis reperi, ut in adscensu *montis Stokhorn*, secundum lacum *Stokernsee*: in montibus supra *Leisin*, aux *Troués*, & supra *les Plans*, en *Combanivaz* & à la *Charbonniére*. SCHEUCHZER in monte *Crispalto & Kinzenhoren*. In udis vallis Ursariæ Cl. LA CHENAL. Circa *Einsidlen* C. B.

Radix etiam ex squamis subrotundis fit, alterne eminentibus, sed minus crassa, ut etiam radix minor est. Caulis & totus habitus tener, succulentus, ille quadratus, ramosus, ramis & foliis conjugatis. Folia circumscriptione rotunda, obtuse crenata, pallida. Ex alis foliorum petioli florales breves, uniflori. Flores flavi, inferioribus tribus segmentis, saturatiori flavedine maculatis, serratis. Fructus ex rotundo conice acuminatus.

LINNÆA LINN. n. 774.

SERPYLLIFOLIA BUXBAUM *Comm. Acad. Petrop. II.* p. 346.

Calyx primus quadrifolius, fructum continet segmentis obtusiusculis, alterne majoribus. Ex fructu adscendit petiolus, qui secundum calycem quinquefidum, majorem edit, segmentis linearibus, lanceolatis, acutissimis. Is florem continet campaniformem, ora obtuse quinquefida, paulum inæquali. Fauces villosæ. Stamina quatuor iniquæ longitudinis. Capsula trispermos *o*). Tuba simplex, apice globoso.

299. LINNÆA floribus geminis LINN. *flor. Suec. II.* p. 219. *Spec.* p. 880.

Campanula serpyllifolia C. B. *Prodr.* p. 34. RUDBEK *Act. Suec.* ann. 1720. p. 96. *t.* 1. SCHEUCHZER *It. II.* p. 131. *It. VI.* p. 454. OEDER. *flor. t.* 3.
Serpyllifolia BUXBAUM l. c.
Linnæa LINN. *lapon. n.* 250. *t.* 12. *f.* 4.

Passim in Helvetiæ alpinis umbrosis. Ad dextra viæ inter *Schams & Splügen* Cl. LA CHENAL. In rupibus umbrosis inter *Valenz & Vettis* SCHEUCHZER & ad viam malam. In *Galanda* monte I. B. In *Gotthardo* monte CHERLER. In *Malojæ & Septimi* montis sylvis umbrosis J. GESNER.

Cauliculi steriles procumbunt, & longe repunt, & subinde novas radices exigunt: floridi eriguntur. Folia petiolata, conjugata, orbiculata, obscuris denticulis incisa. Ex summis caulibus florigeris petioli erecti, biflori. Calycis inferioris duo folia majora, duo minora. Flos nutans, extus albus, intus purpureus. Fructus albis pilis hirsutulus, sic superior calyx. Semper viret.

Ad arthritidem utilem esse LINNÆUS; etiam in balneo *p*), ad morbos cutaneos infusum florum *q*) valere alii.

 LIMO-

k) OEDER. RIVIN.
l) OEDER.
m) IDEM. *n*) p. 102.

o) Trilocularem facit LINNÆUS, unilocularem BUXBAUM.
p) KALM *Calajokisokn.* p. 33.
q) *Provinc. medic. berätt.* p. 75.

LIMOSELLA Lindern. Linn. n. 776.

PLANTAGINELLA Dillen. *nov. spec.* p. 113.

Calyx campaniformis, profunde quinquedentatus. Flos etiam campaniformis, semiquinquefidus, segmentis acutis, uno minori. Stamina duo longiora, duo breviora, sub apice incurva. Tuba simplex. Fructus rotundus, plenus seminibus, in rotundum acervum congestis, circa rotundam placentam.

300. LIMOSELLA Linn. II. p. 881.
Plantaginella palustris C. B. Rai. H. Oxon. *II.* p. 605. *t.* 2.
Spargula perpusilla lanceolatis foliolis Loesel. p. 261, *ic.* 81.
Alsine palustris exigua flosculis albis, foliis lanceolatis plantaginellæ aquaticæ instar Menzel. *pugill. t.* 7. Pluknet. p. 20. *t.* 74. *f.* 4. *&c.*
Limosella annua Lindern. *Tournef. Alsat.* p. 157. *t.* 5. *f.*
Plantaginella Rupp. *ed. nostr.* p. 23. *t. VI.* Oeder. *flor. Dan.*

In Germania multo, quam in Helvetia frequentior. Inter *Nidau & Biel*, in udis. Stæhelin prope *Riehen an der Holzmatte. Mülhusiæ aufm Pfingstanger* Risler, & in sylva *Urhan* Cl. Hofer. Lutosas vias amat, in quarum orbitis aqua stagnat.

Plantula cespitem producit foliorum longe petiolatorum, fine elliptico, vel ovali, eademque flagella edit, quæ novos cespites matri similes ordiuntur. Scapi uniflori, foliis breviores. Flores exigui, albi, intus ad tubum subrubri.

MONTIA Micheli T. 13. Linnæi n. 101.

CAMERARIA Dillen. *Eph. Nat. Cur. Cent. VI. app.* p. 92. 93. t. 10.

Nov. gener. t. 6. p. 114. non bene.

Calyx bifidus, segmentis ovatis æqualibus. Flos pentapetaloides *r*), paulum bilabiatus, segmentis ovatis inæqualibus, quorum duo minora *s*) inter majora ponuntur. Stamina tria, quæ anomalia peculiaris est. Fructus trivalvis, in quo tria semina ovata, grandia. Tuba tricornis, aut tres villosæ. Difficilem plantam ob florem monopetalon non potui ad Alsinen referre.

301. MONTIA Linn. II. p. 129.
Anagallis aquatica subrectior I. B. III. p. 186.
Alsine palustris minor folio oblongo C. B. *Prodr.* p. 118.
Alsinoides annua verna Vaillant. *t.* 3. *f.* 4. p. 10.
Montia aquatica major Michel. p. 15. *t.* 13. *f.* 1. pro majori.
II. *Icon* Oederi *t.* 131.
Montia minor Micheli *t.* 13. *f.* 2. Dillen. l. c.
Alsine palustris portulacæ aquaticæ similis Petiver. *t.* 10. *f.* 12.
Alsineformis paludosa tricarpos Pluknet. p. 20. *t.* 7. *f.* 5.

An der Wiese Basl. merkwürd. p. 719. *Michelfeldæ* Stæhelin & Gagnebin, Idem circa *Rimbach*, in adscensu montis *Ballon*. In sylva *Urhan* Cl. Hofer. Cæterum rara in Helvetia. Amat prata rigua, aut glareas humectas.

Succulenta planta, quæ in pratis riguis altiores & debiles caules semipedales, in glareosis paulo uncialibus majores, cæterum ramosos profert. Folia conjugata, petiolata, latescentia, ovata, aut obtuse lanceolata. Flores ex unifloris petiolis penduli, exigui, albi, congesti in racemum, infra suprema folia, quæ supra flores producuntur.

Humilem speciem conjungit Linnæus, sejungunt Dillenius & Michelius.

II. FRUCTU BILOCULARI.

ERINUS Linn. n. 771.

AGERATUM Tournef. t. 422.

Calyx campaniformis, quinquefolius *t*). Flos pene infundibuli forma, limbo *v*), plano, quinquefido, levissime difformi, duobus segmentis superioribus minoribus *x*) majori intervallo

r) Monopetalos Fabric. *Butisb.* p. 49. Dillenius. Linnæus. Pentapetalos Vaillant. & Rupp.
s) Tria minora Vaill.
t) Tournef. F. F.
v) A. C. D. E.
x) A.

intervallo a tribus inferioribus *y*) diſtinctis, omnibus emarginatis *z*). Fructus ovalis, ſed bicollis *a*): tuba brevis, bifida. Semina numeroſa, exigua, in duobus loculis *b*).

302. ERINUS floribus racemoſis LINN. II. p. 87.
Ageratum purpureum LUGD. p. 1184. MANGET. *pharm.* p. 20.
Ageratum alpinum ſerratum C. B. SCHEUCHZER *It. IV.* p. 328.
β Flore albo BARRELIER ic. 1192.
γ Villoſum JONQUET &c.
II. Ejus varietas flore albo I. R. H.
In montanis & ſubalpinis. Reperi in monte *Dolaz*, *Saleva*, *Thuiri*, *Vogelberg*, qua deſcenditur in montem *Waſſerfall*, circa *le Pont* & ſupra *Valorbe*. Circa *Motier Grand-Val*. In ſubalpinis ubique, valle *Simmia*, *Chapuiſe* &c. Circa *Weiſſenburg* flore albo legi.
Magni ceſpites foliorum petiolatorum, eundo lateſcentium, acute dentatorum, ſubhirſutorum. Cauliculi procumbentes, folioſi, non ramoſi, foliis alternis. In ſummis ramis flores congeſti, petiolati, purpurei, odorati, venoſi. Stamina in tubo floris latent.

EUPHRASIA.

EUPHRASIÆ TOURNEFORT. *Spec.* T. 78.

EUPHRASIÆ ſp. LINN. *Spec*, n 741.

Calyx quadrifidus *c*) ſegmentis ariſtatis. Tubus floris cylindricus, limbus bilabiatus *d*): galea retrorſum revoluta *e*), explanata, bifida *f*), ſegmentis emarginatis *g*): barbæ ſegmenta pariter tria *h*), emarginata *i*): Stamina flore breviora, ſub apice barbata. Fructus ovatus *k*), media linea depreſſa diviſus, ſuperne emarginatus, bilocularis *l*), polyſpermos.

303. EUPHRASIA foliis ovatis, lanceolatis, argute dentatis LINN. II. p. 841.
α Flore majori.
Euphragia BLAKWELL. *t.* 427.
Euphraſia TABERNÆM. p. 862. RIVIN. *t.* 90.
II. Floribus totis purpuro cæruleis SCHEUCHZER. HORT. AICHSTETT. *æſt. ord. frutt.* t. 13. f. 3.
β Foliis ſubrotundis, floribus in ſumma planta congeſtis flavis, majoribus.
γ Flore minori DILLEN. *nov. ſpec.* p. 23. KYLLING. p. 42. albo, aut purpureo.
II. Flore minori, barba tota flava: galea purpurea aut flava CAMPI *ſpicileg.* p. 20. LE MONNIER.
Euphraſia lutea alpina, minima, ſubrotunda, folio nigricante BOCCON. *Muſ. di piant. p.* 64. *t.* 60.
Euphraſia Helveticorum parva, luteis floribus SCHEUCHZER *It. I.* p. 36. & paulo alio nomine *It. II.* p. 133. *It. IV.* p. 334.
δ *Tenuiſſime diſſecto, anguſto folio* BOCCONE l. c. p. 54. t. 60. I. R. H. &c.
Euphraſia ορεανθοπορφυρος RICHER.
Multiformis planta, ut paſſim ſolent vulgatiſſimæ. In pratis erecto ramoſo cauliculo, foliis ovato lanceolatis, dentatis eſt α. In alpibus humidis foliis ſubrotundis, flore grandi eſt β. In ſterilibus montanis unicaulis, aut ramoſa, uncialis & ſeſcuncialis *m*), flore minimo eſt γ. quam tamen etiam vidi promiſcue cum α. naſci, ut non putares varietatem eſſe. Eadem in alpibus frequenter colorato flore abſque albedine eſt II. Foliis profundius dentatis δ. eſt crenis argutis, linea non latioribus. Ea provenit *Agauni*, tum verſus rupem, ex qua rivus *le Furet* ſcaturit, inque rupibus ſupra *Bex*, & in adſcenſu *du Creux du Vent*; in monte *Chaſſeralle*, &c.

Commune

y) C. D. E.
z) ibid.
a) H.
b) I.
c) D. D. F.
d) A.
e) A. exterius.
f) A. A.
g) ibid.
h) C.
i) ibid.
k) E. F.
l) H.
m) In ſummis montibus fruticoſiſſimam eſſe, in declivi fere unicaulem BRASSAVOLA p. 277. non bene.

Commune eſt omnibus ex gracili radice cauliculum erectum educere, in quo folia conjugata, nervoſa, hirſutula, argute dentata. Flores in ſumma planta, ex alis foliorum breviter petiolati ſpicam faciunt, per ætatem longiorem. Plantæ naturali galea purpuraſcens, lineata, barba alba lineata, cui ad originem macula flava adſidet. Semina foliacea, plana *n*).

Amara eſt, non grato ſapore, cum ſignis acoris; odore nullo, quare & aqua nullius momenti eſt *o*). Ad oculorum mala *p*) creditur ſuccum *q*), infuſum, etiam vinoſum valere. Verum id in calidiori malo potius nocet, & LOBELII *r*) amicum pene excæcavit. Neque in hac tota claſſe beneficam plantam reperio, neque ſuaderem Euphraſiæ vires tentare. In ſale merum eſt alcali *r**).

ODONTITES *s*) RIVIN.

EUPHRASIÆ ſpec. TOURNEF. & LINN. n. 741.

qui character eſt Odontitis.

Multa habet Euphraſiæ ſimilia; differt galea cava, inciſa quidem, ſed indiviſa, ut in verticillatis frequens eſt. Si floris fabrica valet, debet omnino ſeparari.

304. ODONTITES bracteis ſerratis, hirſutis.
Odontites TABERNÆM. p. 242. RIVIN. *t*. 90.
Euphraſia foliis linearibus omnibus ſerratis LINN. *II*. p. 841.

II. Flore albo VAILLANT.

β. *Euphraſia ſylveſtris major purpurea* COLUMN. *ecphraſ.* p. 202.

Nihil frequentius inter ſtipulas, & in viis humidis, adque foſſarum oras.

Caulis erectus, ramoſiſſimus, etiam cubitalis. Folia conjugata, cruciata, mollia, hirſutula, inferne glabra, nervoſa, ambitu elliptico, rariter dentato. Flores diſponuntur in ſpicas veras, alterum latus reſpicientes, foliis intermiſtas, hirſutis, ut calyces hirſuti ſunt. Galea plicata, hirſutula: barba æqualiter trifida, hæc carnei coloris. Stamina ſub apicibus barbata, de flore eminent. Tota planta fuſca eſt.

305. ODONTITES bracteis glabris integerrimis.
Euphraſia lutea major ſylveſtris anguſtifolia COLUMN. *in ic.* p. 203. *deſcript.* p. 4.
Odontites flore luteo RIVIN. *t*. 91.
Euphraſia foliis linearibus, ſerratis, ſuperioribus integerrimis LINN. *II*. p. 842.

Rarior aliquanto, vulgaris tamen in ditione Aquilejenſi, ut ad marmoreas rupes prope *Roche*, *au Tombey*: circa *Bex*. In collibus herboſis Valeſiæ reperi. Baſileæ prope *die Hülfſtenſchanze*, ad viam *t*). Ad patibulum in dumetis C. B. Circa *Löbrach* IDEM. In monte *Lägerberg*, ſupra Badam GESNER. In collibus ſupra *Frienisberg* D. SCHUH. Supra *Bonneville aux Blanchardes*, ſur *la Baume*, &c. CHATELAIN.

Folia potius anguſtiora, ima dentata, ſuperiora minus, minime, quæ inter flores, quæ etiam peranguſta ſunt. Spica conferta, glabra. Calyx aliquantum hirſutus, minus profunde quadrifidus, neque ad quartam partem. Flores ſature flavi: galea ovata, plicata, cava: barba trifida: medium ſegmentum inciſum, pene cordiforme: Stamina longe de galea eminent: antheræ duas ariſtas exigunt: tuba prælonga, fine globoſo.

*306 ODONTITES foliis viſcidis, rariter ſerratis *Emend. IV*. p. 17. n. 49.
Pedicularis annua lutea, tenuifolia, viſcoſa, pomum redolens GARIDEL p. 351. *ic.* 80.
Euphraſia foliis linearibus omnibus integerrimis, calycibus villoſo viſcidis LINN. *II*. p. 842.
Euphraſia linifolia COLUMN. *ecphr. II*. p. 68. 69. huc minime pertinet.

Noſtra, quæ eſt GARIDELL, naſcitur in ſylva ſupra *Salges* Valeſiæ, qua itur ad Thermas Leucenſes.

Multa habet ſimilia prioris 305. vere tamen diverſa. In noſtra pomum redolente folia viſcida ſunt, etiam adulta, juniora magis. Eadem rariſſime dentata, per oram ſubhirſuta

n) GREW. f. 74.
o) BUCHWALD p. 120.
p) HILDAN. *Epiſt.* p. 59. Ad lippitudinem KUNDMAN. *Zuſtand der Seele* p. 116.
q) ALLEYNE. *r*) J. C. HOFMAN.
*r**) GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V*. p. 285.

s) Odontites inter fœna cauliculis denſis ab eadem radice geniculatis, triangularibus, nigris. In geniculis folia longiora polygoni. Semen hordei, flos purpureus puſillus PLIN. L. XXVII. n. 84.
t) *Basl. Merkw. III*. p. 270.

subhirsuta sunt. Spica rarior est, bracteæ longiores *v*). Calyx ad dimidia quadrifidus, segmentis triangularibus, hirsutis *x*). Stamina breviora, antheræ mucronem brevem educunt, tuba brevior, tamen eminens. Color flori pallidior.

MELAMPYRUM *y*) TOURNEF. T. 78. LINN. n. 742. &c.

Calyx plerumque quadrifidus, segmentis longis, capillaribus. Floris tubus paulatim latescens *z*), bilabiatus *a*): galea cava *b*), amplo rictu patens, sed non emarginata, recta. Barba duobus jugis divisa, tridentata, & inter segmenta eminens fructus, ex quadrangulari ovatus *c*), acutus, tetraspermos, seminibus teretibus *d*). Folia etiam huic conjugata.

807. MELAMPYRUM foliis integerrimis, floribus hiantibus *Catalog. rar.* n. 833. & *Comm. Lit. Nor.* ann. 1735. p. 92.
Melampyrum luteum alpinum BURSER. *Act. Suec.* l. c. p. 504.
Melampyrum latifolium floribus parvis luteis CELSII apud LINN. *flor. Lapon. n.* 240. HALLER *Itin. Hercyn. n.* 9. *Helv. I. n.*7.
Icon egregia OEDERI *t.* 145.
Melampyrum floribus secundis lateralibus, conjugationibus remotis, corollis hiantibus LINN. *II.* p. 843.
In sylvis subalpinis & montanis ubique.
Caulis erectus, aut nutans, debilis, ramosus & foliosus. Folia integerrima, longissima, lanceolata, proxima Odontiti tertiæ. Flores gemelli, in alis foliorum sessiles, in unum latus versi, toti saturate flavi, hiantes, barba profundius trifida; eorum ratio, cum foliis comparati, triplo minor est, quam in sequente Melampyro 308. Fructus ex ovato conicus, incurvus.

308. MELAMPYRUM foliis imis integerrimis, mediis dentatis, floralibus hastatis.
Parietaria sylvestris HORT. AICHSTETT. *æstiv. ord.* 12. *t.* 2. *f.* 2.
Melampyrum luteum latifolium I. R. H.
Melampyrum floribus secundis lateralibus, conjugationibus remotis, corollis clausis LINN. *II.* p.843
II. Flore albo duabus maculis luteis in labio inferiori distincto RAI *Syn. III.* p. 286.
III. Angustifolium LINDERN.
Nihil frequentius in sylvis abiegnis.
Caulis debilis, dodrantalis. Folia longissime lanceolata, infima integra, media ad originem aliquot magnis dentibus notata; suprema trifida, hastata, hamis reflexis. Flores, ut in superiori, gemelli, in alis foliorum sessiles, ad unum latus conversi. Flos albus: tubus longus, gracilis, rugosus, antrorsum latescens. Rictus quasi piscis, connivens; galea lutea, per oram pallens. Oræ connivent. Eminentiæ duæ dividunt barbam in tres brevissimos dentes. Barbæ eminentiæ saturatæ flavæ. Apices conglutinati.

*309. MELAMPYRUM foliis ovato lanceolatis, floralibus hamatis, acute dentatis, patulis, calycibus hirsutis.
Parietaria sylvestris I. CLUS. *Pann.* p. 602. *Hist.* p. XLIV.
Melampyrum luteum coma cærulea BARRELIER *ic.* 769. *n.* I.
Melampyrum sylvaticum RIVIN. *t.* 81.
β Coma alba BARRELIER n. 2. &c.
γ Coma purpurea SIEGESBEK.
Melampyrum floribus secundis lateralibus, bracteis dentatis, cordato lanceolatis, summis coloratis sterilibus, calycibus junctis LINN. *II.* p. 843.
Formosissima plantarum septentrionalium *Mülhusiæ* a Cl. RISLER lecta est: in herbis siccis etiam Cl. NEUHUSII reperitur, quo plantæ continentur, circa Biennam lectæ.
Caulis diffusus, nutans, ramosus, brachiatus, tenuis, cubitalis. Folia latiora, quam reliquis speciebus, ex ovatis lanceolata. Nulla veri nominis spica: flores solitarii alis foliorum insident, quæ in origine sua profunde dentata sunt, lacera, & pene

v) In Siculo tritico peculiare est μελαμπυρὸν THEOPH. L. VIII. c. 5. Catæogonon a Melampyro separat DIOSCORIDES L. III. c. 122. Spica tritici, calamis multis ex una radice, multorum geniculorum, semine milii, peraspero gustu PLIN. L. XXVII. n. 40.

x) GERARD. *flor.* c. 286.

y) TOURNEF. F. F.

z) Ad C. D. A. B.

a) C. D.

b) C.

c) G.

d) I.

ciliata, pene cordata, floribus breviora, patula: tota violaceo amœno colore tincta, qui in umbrosis in album languet. Flores in summis ramis, congesti, flavi, tubi origine, & labio inferiori, aurantii coloris, in alterum latus conversi. Calyx albo villo obnuptus.

310. MELAMPYRUM foliis integerrimis, bracteis, semipinnasti.
Parietaria sylvestris III. CLUS. p. 605.
Melampyrum arvense RIVIN. *t.* 80.
Melampyrum spicis conicis, laxis, bracteis dentato setaceis LINN. *II.* p. 842.
In segetibus abunde, Basileæ, Biennæ, in agro Vaudensi, &c.
Habitus priorum, & folia ima longissime lanceolata, superius circa basin incisa, in spica florali semipinnata, pinnis longis & angustis, purpurea. Spica floralis ramum terminat, densa eadem, & ovata. Galea ex albo ferruginea, exterius hirsuta: labium inferius ferrugineum; fauces flavæ. Stamina sub apice barbata. Barba in tres breves dentes divisa, medium longiorem. Flore albo udit *d*).
Semina Melampyri, frumento admista *e*), farinam cæruleo colore inficiunt, & saporem vitiant *f*). Folia vaccis non displicent *g*).

311. MELAMPYRUM foliis integerrimis, floribus spicatis, bracteis duplicatis, cristatis, imbricatis.
Melampyrum luteum linariæ folio C. B. *Prodr.* p. 112.
Melampyrum cristatum flore albo & purpureo I. B. *III.* p. 440.
Melampyrum cristatum RIVIN. *t.* 81.
Melampyrum angustifolium cristatum, spica quadrata, flosculis ex luteo pallescentibus nostras PLUKNET. p. 249. *t.* 99. *f.* 2.
Melampyrum spicis quadrangularibus, bracteis cordatis, conpactis, denticulatis, imbricatis.
In agro Vaudensi ubique, circa *Mathod*, *Roche*, *&c.* in nemoribus & pratis humectis. In Muteto, *Wasserfall*, circa *Sonvilliers &c.*
Habitus idem, & folia; sed spica multo elegantior, densissima, bracteis in carinam plicatis, margine ad pectinis modum profunde inciso, mucrone deorsum flexo, in ima spica longissimo. Quæque bractea suum florem comprehendit. Calyx minimum denticulum superne accedentem habet, imos duos majores. Floris tubus purpureus; galea purpurea aut alba; barba ex aurantio rufa, tridentata.

STÆHELINIA *Spec. de pedic.* n. 2. 3.

BARTSIA LINN. n. 739.

Habitus Alectorolophi, flos Melampyro propior: tubus longus, latescens, rictu minimo patens, ut pleraque Melampyra. Segmenta tria barbæ brevissima. Fructus ex ovato conicus. Differt a Melampyro galea emarginata, calycis segmentis brevibus, emarginatis, seminibus angulosis: neque bracteæ a foliis reliquæ plantæ differunt.

312. STÆHELINIA *h*) foliis cordatis amplexicaulibus, serratis, floralibus coloratis.
Clinopodium alpinum PONÆ *Ital.* p. CCCXLIII.
Chamædrys vulgari falsæ aliquatenus adfinis alpina I. B. III. p. 289.
Teucrium alpinum inodorum magno flore SCHEUCHZER *Itin. I.* p. 50. *Itin. IV.* p. 341. *It. V.* p. 428. *It. VII.* p. 519.
Orton Eyebrigth. PETIVER, *brit. herbal. t.* 36.
Euphrasia seu *Cratæogonum foliis brevibus, obtusis* RAI *Syn. III.* p. 285 bon, descript.
Icon OEDERI *t.* 43. optima.
Bartsia foliis oppositis cordatis, obtuse serratis LINN. *II.* p. 843.
In omnibus lapidosis jugis Juræ & alpium.
Caulis erectus, non ramosus, dodrantalis, totus foliis tectus. Folia obscuri coloris, nervosa, glabra, amplexicaulia, cordiformia, rotunde serrata, conjugata, suprema violacea. Caulis terminatur spica foliosa & florida, congesta: flores sessiles, violacei, longe de spica eminent. Calyx hirsutus, violaceus aut ferrugineus. Tubus floris ventricosus, rictus exiguus; galea barbæ imposita. Galea fornicata, emarginata, Alectorolophi. Barba plerumque contracta, trifida, brevioribus segmentis, quam ejus Alectorolophi. Tuba globulo terminata longe eminet. Stamina sub apicibus barbata.

ALECTO-

d) MORTEN *Northamptonsh.* p. 380.
e) TRAG. K. *Swenska wetensk. Acad. handl.* XVIII. p. 203.
f) CLUS. Amarum faciunt DU HAMEL.
g) LOBEL. *adverf.* p. 11.
h) Prior, quantum novi, amici nomen imposui.

ALECTOROLOPHUS *i*).

CRISTA GALLI Rivin.

RHINANTHI ſp. Linn. n. 740.

PEDICULARIS ſp. Tournef. t. 79.

Calyx peramplus, compreſſus, ut & latus ſit, & duo folia parum diſtantia habeat *k*). Dentes quatuor ſimplices, triangulares *l*). Flos tubuloſus: galea fornicata *m*), cava, obtuſa, bifida, ſubtus utrinque late appendiculata *n*); barba trifida, medio ſegmento emarginato, transverſim lato. Fructus compreſſus, planiſſimus *o*). Semina compreſſa *p*), ovata, tenui membrana marginata. Folia conjugata.

A Pediculari fructu differt, ſic ab Elephante, a quo præterea fabrica floris *q*) & calycis *r*) adeo remotus eſt, ut nullam utriusque ſimilitudinem reperiam.

313. ALECTOROLOPHUS calycibus glabris.
Criſta galli Dodon. *Cereal.* p. 219. 220. Rivin. *t.* 92.
Criſta galli femina I. B. III. p. 436. Dillen. *nov. ſpec.* p. 44.
Rhinanthus corollarum labio ſuperiore compreſſo breviore Linn. *II.* p. 840.

β Varietas macilenta, ramoſa, foliis peranguſtis.
Criſta galli anguſtifolia montana C. B. *Prodr.* p. 86.
Pedicularis major anguſtifolia ramoſiſſima, flore minore luteo, labello purpureo Dillen. *Syn. III.* p. 284.

In pratis humidis, galeæ appendicibus modo cæruleis, modo pallidis. Altera ſupra Biennam in ſylvis & altioribus pratis *It. helvet.* II. n. 19.

Caulis pedalis, ſimplex, nec ramoſus, niſi ex radice. Folia ex ellipticis longe decreſcunt, ambitu rotundo, crenato. Spica folioſa, bracteis latioribus, ovato lanceolatis, albicantibus, profunde ſerratis, brevioribus, quam flores. Calyces, & totus habitus glaber: flos flavus ſaturatior. Media galea ab alis ſuis inciſione ſeparatur: quæ venoſæ, rectis lineis reſectæ ſubjiciuntur. Barba in ortu duobus tumoribus notata.

Exoſa planta agricolis, ſegetes & prata replet fecundiſſima. Panem cæruleum *s*) reddere addunt, abſque noxa tamen *t*). Dulcem alii *v*) ajunt fieri, & ventriculo graviorem, a pecore tamen depaſcitur *x*). Amaram eſſe & acrem *y*) conſtat.

314. ALECTOROLOPHUS calycibus hirſutis.
Pedicularia lutea Tabernæm. p. 791.
Criſta galli mas I. B. III. p. 436.
Criſta galli Dillen. p. 80.

In Helvetia ad vias & in agris.

Caulis ramoſior, altior, cubitalis. Folia latiora, magis ovata, minus ſerrata: bracteæ & folia glabra, ſed calyces hirſuti: flos pallidior: barba maculoſa. Galeæ appendices modo cæruleæ, modo pallidæ. Non a ſiccitate ſola diſcrimen eſt: nam Gottingæ & Biennæ etiam in pratis ſiccis prior ſpecies provenit *z*).

PEDICULARIS *v*). Linn. n. 746.

PEDICULARIS ſp. Tournef. T. 77.

Calyx monophyllos, in quinque ſegmenta inæqualia diviſus, modo ſimplici ambitu, modo criſtato *b*). Flos fere Alectorolophi. Galea ſuperior fornicata, cava, integra, etſi

i) Alectorolophus, nobis criſta, foliis criſtas gallorum referentibus caule tenui, ſemine nigro ad ſiliquas Plin. L. XVII. n. 23.
k) Tournef. F.F.F.
l) Idem.
m) Idem B.
n) ibid.
o) Idem M. N. O.
p) P.
q) Galea Elephantum cum proboſcide refert Tournef. t. 482. A. B C. Column. p. 188. Fructus ex duabus ovatis capſulis compoſitus, ventricoſus N. O. P. Semina reniformia, rugoſa Q. Column.
r) Calyx Tournef. I. R. H.
s) *Bresl. Saml.* 1718. m. Jul.
t) ibid.
v) *Leipzig. Saml.* I. p. 291.
x) Schreber *Saml.* III. p. 26.
y) Floyer. *pharmacobaſan.* p. 163.
z) Willich. *diſſ. inaug.* p. 11. Diſtinguit etiam Boehmerus *flor.* p. 61.
a) Herba pedicularia ad dentium dolorem prodeſt commanſa Marcell. c. 12. Ex ea cum felle turundæ factæ, inque anum datæ, alvum ducunt. Idem p. 214.
b) Tournef. D. D.

etſi inciſa eſt, in roſtrum abit, modo longius, modo brevius c) & obtuſum. Labium inferius majus, tripartitum d); medio ſegmento minori e). Fructus ex ovato conicus f), ſæpe curvus. Semina anguloſa g).

I. CALYCE NON CRISTATO.

315. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis pinnatis, pinnis dentatis, retroverſis, imbricatis *Enumerat. Helvet.* n. 6. Tab. VIII. f. 3.

Alectorolophi alpini majoris varietas floribus pallidis CLUS. *Pannon.* p. 707. ob radices Aſparagi ſimiles.

Filipendula montana altera RAI *I.* p. 771.

Pedicularis caule ſimplici, foliis ſemipinnatis, obtuſis, laciniis imbricatis crenatis LINN. *Lap. n.* 244. *t,* 11. *f.* 2.

Pedicularis alpina folio Ceterach. SCHEUCHZER. *It. V.* p. 426.

Pedicularis OEDER. *t.* 30. nimis alta, floribus totis flavis, caule præcraſſo.

Pedicularis caule ſimplici, foliis pinnatis, retro imbricatis LINN. *II.* p. 846.

Non frequens. In monte *Stokhorn* legi & in adſcenſu die *Leitern*, qua ad cacumen montis *Neunenen* pervenitur, hic abunde. SCHEUCHZER in monte *Pilato.* J. GESNER in monte *Lüzzlisalp & Sattel*, *Abbatiscellanorum.* MURALTUS in alpibus Glaronenſium.

Radix fit aliquot teretibus, prælongis fibris. Caulis non ramoſus, rectus, craſſus, ſpica florali terminatus. Folia & ad terram, & ad caulem, multa, glauca, pinnata, pinnis adeo congeſtis, ut ſe imbricatæ contegant, retroverſis, minute dentatis, cum nervo, & inter ſe ipſas, in ſumma parte confluentibus. Radicalia ex bulbillis prodeunt. Calyx quinquefidus, hirſutus, acutis dentibus. Flores erecti, adſcendentes, prælongi: galea abſque ſpinula, ſuperne ferruginea, rictu amplo; barba tripartita, omnibus dilute luteis.

*316. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis pinnatis, floribus ſpicatis, ſtaminibus eminentibus T. VIII. f. 2.

An *Pedicularis alpina purpurea major* SCHEUCHZER *It. V.* p. 1126. Non repugnat.

Pedicularis caule ſimplici, ſtaminibus galea longioribus LINN. *II.* p. 846.

Ad glacialem molem, ex qua *Rhodanus* ſcaturit. In adſcenſu montis *de St. Pierre*, quæ pars eſt montis *Bernhardi.* In vallis *Urſariæ* pratis altiſſimis: in M. *Salanfe, le Beau,* & in *Speluga* monte.

Radix lignea, transverſa, fibroſa. Caulis erectus, non ramoſus, cubitalis, folioſus, ſpica florigera terminatus. Folia nervo folioſo, pinnata, pinnis longis, ellipticis, dentatis, ſedecim parium, quarum extremæ confluunt. Spica brevis, ovata. Flores exigui, colore triſti, ex ſpadiceo ſanguineo; galea abſque ſpinulis. Stamina de flore eminent.

*317. PEDICULARIS ſpica folioſa T. IX. f. 1. conf. Cl. JACQUIN. n. 51.

Pedicularis major alpina LUGDUN. p. 1138.

Pedicularis major Dalechampii I. B. III. p. 438.

Pedicularis alpina, filicis folio, major C. B. SCHEUCHZER *It. I.* p. 48. *It. VII.* p. 516. SEGUIER *Supplem.* p. 123.

Pedicularis alpina flore luteo, radice nigra I. B. III. p. 43. 438. SCHEUCHZER *It. V.* p. 426.

Ic. GESNER. *lign.* 77.

Multo frequentior in lapidoſis ſcrobibusque, inter petras. Legi in *Gemmio, Neunenen, Waach, Stokhorn*, *Danſez*, *Ovanna*, *Luan*, *Joux verte*, *Tompey.* In monte *Generoſo.* J. GESNER *aufm Sattel & hinterm Oehrli Abbatiscellanorum.*

Radix unica, craſſa, prælonga. Caulis omnium alpinarum altiſſimus, etiam bipedalis, erectus, craſſus, ſimplex, abſque ramis. Folia ad terram minus frequentia, ad caulem aliqua, plurima ſub ſpica florali, & in ſpica, de ea prominentia, hirſuta, pallida, pinnata, nervo non folioſo, pinnis ad viginti paria, longis, pinnatis, pinnulis peracutis, dentatis, confluentibus. Spica denſa. Calyx hirſutus, ſic flos, qui ochroleucos.


318. PEDI-

c) A.
d) C. e) ibid.
f) H.I.K.
g) L.L.

Tab. VIII. pag. 138.




f. 2. Pedicularis Alpina foliis bis
pinnatis floribus ochroluuis
in spicam congestis.
f. 1 Pedicularis Alpina floribus
purpureis spicatis foliis
pinnatis conjugalis
C. F. Fritzsch Sculp. Götting.



318. PEDICULARIS foliis pinnatis, quaternis, floribus purpureis ſpicatis *Enumer.* n. 10. t. VIII. f. 2.

Pedicularis alpina folio Ceterach altera ſpecies SCHEUCHZER. *It. V.* p. 426.

Pedicularis caule ſimplici foliis quaternis LINN. *II.* p. 846.

β Flore albo in monte *Fouly.*

In alpibus ubique, *Ovanna, Chapuiſe, Tompey, Enzeinda, Forcleta, Joux verte, &c.* vulgo.

Radix lignoſa, ſimplex. Caules ex una radice multi, dodrante humiliores, non ramoſi. Folia ad terram numeroſa, ad caulem gemina, & quaterna, mollia, pinnata, nervo lato, pinnis decem parium, ellipticis, ſerratis. Spica denſa, lata, foliis diſtincta, quæ floribus longitudine cedunt. Calyx albus, venis viridibus diſtinctus, dentibus mediis bifidis. Flos læte purpureus, nitens. Fructus conicus, curvus, conplanatus, unilocularis, ſepto imperfecto diſtinctus: Semina ovata.

*319. PEDICULARIS foliis pinnatis, pinnis longis, dentatis, floribus roſtratis, ſpicatis, calycibus tomentoſis *Emend. IV.* p. 32. n. 50. *V.* p. 13. n. 48.

Pedicularis foliis alternis, pinnis ſemipinnatis, floribus laxe & longiſſime ſpicatis ALLIONE p. 54. *t.* 12.

Pedicularis caule ſimplici, foliis pinnatis, ſerratis, calycibus rotundatis glabris, corollis galea uncinatis acutis LINN. *II.* p. 847.

Ex monte *de St. Pierre,* qua ad D. *Bernardum* adſcenditur, ad ſiniſtra viæ.

Caulis pedalis, & cubitalis, erectus, non ramoſus, ſpica prælonga terminatus. Folia ut in 317. pinnata, nervo lato, pinnis ſemipinnatis, acute dentatis. Spica junior ſatis denſa, laxa, longa, exiguis foliis flores ſuſtinentibus. Calyx ſemiquinquefidus, ſegmentis inæqualibus, imo longiſſimo, multo tomento barbatis. Galea anguſta, roſtrata, & in roſtro globulus tubæ conſpicuus. Flos purpureus. Barba pene æqualiter trilobata, medio lobo minori.

II. CALYCE CRISTATO.

320. PEDICULARIS caule ramoſo, foliis pinnatis, pinnis pinnatis dentatis, calyce bifido *de pedicul.* n. 6.

Pedicularis campeſtris, prior ſpecies TRAG. p. 249.

Pedicularis paluſtris rubra elatior RAI I. R. H. *t.* 77. A. D. E. H. I. K. L.

Pedicularis RIVINI *t.* 92.

Pedicularis caule ramoſo, calycibus calloſo punctatis, corollis labio obliquis LINN. *II.* p. 845.

β Flore albo TABERNÆM. &c.

Frequens in paludoſis, udisque pratis totius Helvetiæ, Bernæ circa *Seelhofen & Gumligen.*

Radix unica, craſſa, depacta. Caulis erectus, pedalis, cubitalis, totus ramoſus & brachiatus. Folia pinnata, nervo lato, pinnarum paribus ad vigena. Pinnæ longæ, ſemipinnatæ: pinnulæ breves, dentatæ. Flores ex alis foliorum, petiolati, in ſummo caule in laxam ſpicam continuantur. Calyx ſubhirſutus, ventricoſus, compreſſus, ſegmentis binis, criſtatis. Galea convexa, obtuſa, cis finem ſpinulam utrinque educit: flos totus purpureus. Fructus difformiter ovalis. Alias adhuc notas addit Ill. LINNÆUS *Wäſtgöta reſa* p. 39.

321. PEDICULARIS caule ramoſo procumbente, foliis pinnatis, pinnis dentatis.

Alectorolophi III. varietas CLUS. *pann.* p. 709. 710.

Pedicularis pratenſis purpurea ZWINGER. p. 893.

Pedicularis minor RIVIN. *t.* 92. DILLEN. *nov. ſpec.* p. 40.

Icon OEDERI *t.* 225.

Pedicularis caule ramoſo, calycibus oblongis, angulatis, levibus, corollis labio cordato LINN. *Wäſtg.* p. 40. *Spec.* p. 845.

II. Flore albo CLUS. &c.

In Helvetia multo, quam in Germania rarior, neque reperta eſt, niſi in *Juræ* montis vallibus, circa *Delemont, au Roulier, Mairie de la Brevine.* Circa *Ferriéres d'Erguel.* In monte *Deſſenberg. Michelfeldæ* CHERLER.

Diverſiſſima a proxime priori, caule procumbente, ramis patulis; foliis pinnatis, ſed pinnis late cum nervo confluentibus, alias longioribus, alias brevioribus & pene rotundis, ſemper acute ſerratis. Floribus & in ſumma planta congeſtis, & per ramos ſparſis, ſeſſilibus, longioribus & ſtrictioribus, pallide purpureis, ad fauces maculoſis. Calyce quinquefido, imo dente minimo, reliquis criſtatis.

Olim DODONÆUS adſtringere, vulnera ſanioſa ſiccare ſcripſit, unde fiſtulariæ nomen. Nuper etiam hanc laudem *a*) confirmari video, etiam de interno uſu. Dulcem eſſe, & piſi quaſi ſapore, & urinam movere FLOYER *b*). J. BAUHINO ſuſpecta fuit, cum tota claſſe.

*322. PEDICULARIS caule procumbente, ramoſo, floribus roſtratis, ſparſis *Enum.* n. 2. t. VIII. f. 3.

Pedicularis 2. SEGUIER p. 125.

An *Alopecurus alpina minor* CLUS. *pannon.* p. 707. Videtur.

Pedicularis caule ſubramoſo, corollis galea roſtrato acuminatis, calycibus ſubhirſutis LINN. *II.* p. 845.

In ſummis alpibus. Ad viam Regiam montis *S. Gothardi*, & verſus *Airolo*, & verſus *Hoſpital.* In monte *S. Bernard*, *Simplon*, *Sylvio*, *Herbagere &c.* Circa *Praborgne*, ſupra *Bagnes.* In monte *Speluga.*

Radices flavæ, longiſſimæ, teretes. Caules paulum ramoſi, decumbentes, parum folioſi. Folia pinnata, nervo lato, pinnis etiam viginti parium, cum nervo confluentibus, ſubrotundis, dentatis. Flores per alas foliorum ſparſi ſolitarii, longe petiolati. Calyx in noſtris hirſutus, in pedemontanis *c*) villoſus. Flos ſplendide purpureus, longe de calyce erumpens; galea longe roſtrata.

323. PEDICULARIS caule ſimplici, floribus ſpicatis, roſtratis, calycibus glabris *Enum.* n. 1. t. X. *de pedicul.* n. 11.

Pedicularis alpina αραχνοςεφης RICHER.

Alectorolophus major CLUS. *pann.* p. 707. roſtro non bene expreſſo.

Pedicularis bulboſa I. B. III. p. 438. SCHEUCHZER *It. I.* p. 46. *It. V.* p. 426.

Alectorolophus montana flore albo BARRELIER *ic.* 469. *luteo* BOCCONE *muſ. di fiſic.* p. 315. *t.* 8.

Filipendula alpina LUGDUN. p. 1138.

Icon OEDERI *t.* 2. aliquantum differt foliis nimis integris.

Pedicularis caule ſimplici, calycibus crenatis, corollis galea roſtratis aduncis LINN. *II.* p. 847. SCOPOLI p. 480.

Icon Cl. EGEDE huc pertinet, aut ad OEDERIANAM.

In alpinis non rara, in monte *Luan*, *Raſſiau*, *Danſez*, *ſur Champ*, *Boulaire*, *Enzeinda:* circa glaciales rupes vallis *Grindeliæ* in *Gotthardo* monte, circa *Thermas Valeſiacas* &c.

Radix fit bulbis teretibus, pene lignoſis, numeroſis, in unum caput collectis. Folia ad terram numeroſiſſima, longa, pinnata, pinnis parium viginti, ſemipinnatis, pinnulis uno alterove dente notatis. Caules non ramoſi, dodrantales, pedales, hirſuti, fere aphylli, uno alterove pare foliorum adſperſi. Flores in ſpicam denſam, foliis diſtinctam, quæ vix ſupra calycem eminent. Fructus conicus, compreſſus, imperfecte bilocularis, ſepto, quam cornu, breviori. Flores ochroleuci: galea acute roſtrata.

*324. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis pinnatis, pinnulis obtuſe dentatis, galea roſtrata *Enumer. Helv.* n. 3. t. XI. †

In monte quidem *Chaude* ſupra *Villeneuve* ſollicite quæſita, & ſæpius, reperiri non potuit. Confirmat tamen Cl. GAGNEBIN in *Catalogo Indigenarum Helvet.* M. S. omnino hanc ſpeciem etiam circa *Montdauphin* a ſe repertam eſſe, & rubro eſſe flore.

Caulis durus, erectus, hirſutus, non ramoſus, dodrante non altior. Folia concinna, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis obtuſis, uno alterove dente notatis; cæterum in ſicca planta craſſula & ſolida videntur, oris contractis. Spica rarior, non folioſa. Calyx criſtatus, glaber: flos ſpecioſus: galea longa & acute roſtrata, falcata.

SCROPHULARIA TOURNEF. t. 74. LINN. n. 756.

Calyx inæqualiter quinquefidus *d*). Segmentum ſupremum minimum, ima maxima. Flos difformis, tubo brevi *e*) & lato, faucibus ampliter patulis. Labium ſuperius ſubrectum *f*), bifidum, ſegmentis ſubrotundis, ſibi incumbentibus. Labium inferius trifidum: ejus partes laterales breves ex tubo floris continuantur *g*), media ſemielliptica

a) MOEHRING. in *hiſtor. med.* OVELGUN *Eph. Nat. Cur. Vol. V. obſ.* 158.
b) *Pharmacobaſan.* p. 163.
c) *Emend. IV.* n. 51.
d) TOURNEF. B.G.
e) C.E.
f) Semiſubrectum A.
g) C. & ad A.E.

Tab. X. pag. 140.



Pedicularis Alpina foliis alternis bis pinnatis floribus ochroleucis rostratis in spicam congestis.

C. F. Fritsch. Sculp. Götting.






ARETIA villosa scapis unifloris.



PEDICULARIS foliis pinnatis, pinnarum pinnulis dentatis, obtusis, galea rostrata.





Saxifragia petalis latissimis luteis lineatis.





ARETIA caulibus teretibus, foliis imbricatis, floribus sessilibus.

Chr. Jer. Rollinus Med. C. del.

G. D. Heumann Sculptor Acad. Götting sc. Anno 1742.

liptica contra tubum floris ad peracutum angulum reflectitur. Ex ortu labii superioris intus squamula carnosa, bifida, antrorsum prodit. Fructus subrotundus *h*), bivalvis *i*), placenta pentagona; semina numerosa *k*).

325. SCROPHULARIA caule quadrangulo, alato, paniculato, foliis ovato lanceolatis.
Scrofularia femina CAMERAR. *Epit.* p. 867.
Betonica aquatilis DODON. p. 50.
Scrophularia aquatica major, caule fimbriato LOESEL p. 248. *ic.* 75.
Scrophularia aquatica BLAKWELL. *t.* 86.
Scrophularia foliis cordatis, petiolatis, decumbentibus, obtusis, caule membranis angulato, racemis terminalibus LINN. *II.* p. 864.
β Minor LOBEL. Teuton. p. 633. &c.
In aquosis vulgo.
Radix longe fluitat, & innumerabilia longa filamenta dimittit. Caulis praealtus, etiam sepedalis, ramosus, quadrangularis, angulis in alas foliaceas productis. Folia conjugata, lente ex ellipsi decrescunt, non profunde circumserrata. Appendices subjectas non vidi, nisi in bonis iconibus expressas *l*). Caules longis lentisque spicis terminantur, ramosis petiolis. Calycis segmenta subrotunda, oris albis. Galea & squama cordiformis *m*), atropurpurea. Barba viridis, spadiceo aut purpureo mista.
Folia trita faetent & amara sunt, viresque habent vulnerarias *n*). Hanc esse Brasiliensem *Liquitayam*, qua addita sapor nauseosus sennae aliquantum corrigatur, viribus non diminutis, MARCHANTIUS *o*) auctor est. Admittit de sapore Ill. TRILLERUS *p*), caeterum Scrophulariam nocere monet, & flatus facere, & hysterica mala. Mihi haec tota classis ingrata, acris, & faetida displicet.

326. SCROPHULARIA caule quadrangulari, paniculato, foliis cordato oblongis.
Scrophularia CAMER. *Epit.* p. 866. RIVIN. *t.* 107.
Scrophularia major BLAKWELL. *t.* 87.
β Foliis ternatis PONTEDER. *Compend. tab. I.* p. 68.
γ Foliis & floribus viridibus RAI *Syn. III.* p. 283. BLAKSTONE p. 91.
Major hirsuta I. R. H.
Ad vias & fossas non aquosas. Varietatem γ Gottingae reperi.
Adfinis priori, a nonnullis Cl. Viris conjuncta, differt radice tuberosa, multiformi: caule quadrangulari, non alato: foliis circa pediculum excisis, hactenus cordiformibus, etsi longiora sunt. In galea pariter color purpureus, in barba viridis.
Folia amara, & faetida. Extractum aquosum gratum & dulce est; spirituosum melius, in aqua destillata nulla vis *q*) habitat.
Creditur vulnera repurgare, neque alio medicamento obsessos Rupellenses usos esse *r*) lego. Deinde a CHOMELIO decocta cum ea planta aqua *s*), & pulvis ipse *t*) intus sumtus, ad haemorrhoides laudatur, & emplastrum ad easdem, quando caecae sunt *v*). Interno usu PURMANNUS ad hernias valere reperit. Verum neque in scrophulis, neque in haemorrhoidibus caecis fidele a Scrophularia auxilium Cl. BUCHWALD expertus est, & mihi, ut semel repetam, haec classis displicet, neque Scrophulariam serio in usu esse credo.

*327. SCROPHULARIA foliis longe petiolatis, cordatis, subhirsutis, petiolis ex alis ramosis.
Lamium II. urticae folio CLUS. *pannon.* p. 594. 595.
Scrophularia montana maxima COLUMN. p. 19.
Scrophularia flore luteo C. B. *prodr.* p. 118. RIVIN. *t.* 107. bene.
Scrophularia montana maxima latifolia BARRELIER *ic.* 273. bene.
Non alibi, nisi *Bischoffscellae* in Turgovia lecta, a Cl. SCHERBIO, & per Ill. virum J. GESNERUM mecum communicata.

Folia

h) G.
i) L.
k) O.
l) BLAKWELL.
m) BOEHMER. *ornam. flor.* p. VIII.
n) LOBELIUS.
o) *Mémoir. de l'Acad.* ann. 1701. add. LOCHNERUM *Eph. Nat. Cur. cent. VII. obs.* 65.
p) *Dispensat.* T. I. p. 139.
q) NEUMAN. T. II. P. IV. p. 209.
r) CHOMEL.
s) HILL. *British. herbal.* p. 115.
t) HENR. v. HEERS. EHRLICH. *de Scrophular.*
v) TRAGUS, CRATO *Consil.* L. III.

Folia longe petiolata, tenera, cordata, sed latiora, etiam obscure lobata, pene ribis, profunde circumserrata, mollia, subhirsuta. Flores in longis petiolis ramosis, ex alis foliorum prodeuntibus. Calycis folia quinque obtusa, in origine sua connata. Flos inflatus, campaniformis, in fauce contractus, ut in Hyacintho muscari: Segmentum superius subrectum, ovale, duo lateralia, duo ima transversim lata. Floris tubus pallens, absque squama illa cordiformi.

328. SCROPHULARIA foliis pinnatis, pinnis lobatis circumserratis, caule paniculato.

Ruta canina LOBEL. *II.* p. 55.

Scrophularia foliis pinnatis, racemo terminali nudo, pedunculis bifidis LINN. *II.* p. 865.

Minime in Helvetia rara, in arenosis, ad fluminum & lacuum ripas, ut ad Arolam sub *Arberg*, ad *Wiesam*, ad Rhenum versus *Crenzach*, ad lacum Juratensem ultimum versus *Valorbe*, ad Lemanum circa *Coppet*.

Caulis quadrangularis, ramosus. Folia ima incisa, superiora tenuiter divisa, pinnata, nervo nigro, pinnis alternis, distantibus, latiusculis, simplicibus aut semibilobis, semitrilobis, rotundis, circumserratis. Flores in spicam nudam, paniculatam, per summum caulem ramumve. Calycis ora argentea splendens. Segmenta subrotunda. Floris tubus albus aut atropurpureus. Galeæ laciniæ atropurpureæ. Barbæ segmenta potius rufa.

GRATIOLA LINN. n. 29. RIVINI.

Stamina quidem quatuor, sed duo sterilia absque antheris, a tubo floris libera *x*), quo iterum argumento vincitur, non posse Gratiolam ab hac classe distrahi. Laciniæ floris pro tubi portione majores, quam Digitali, magis reflexæ, subrotundæ, superior emarginata.

329. GRATIOLA.

Gratiola MATTHIOL. p. 697. DODON. *purg.* p. 119. RIVIN. *t.* 106. BLAKWELL. *t.* 411.

II. *Gratiola alpina* I. B. III. p. 435.

β Flore albo MAGNOL.

Frequens in udis Helvetiæ, ut *Ebroduni*, inter arcem & lacum. *Aux Grangettes*, versus lacum Lemanum. Circa *Boudry*, *Colombier*, *Anet*: *aufm Ried bey der Enge.* J. GESNER ad lacum *Luganensem* & *Clavennensem.* Vulgarem HUBERUS ex alpibus Rhæticis retulit.

Caulis teres, erectus, ramosus, pedalis. Folia conjugata, sessilia, ex ellipticis acuminata, acute serrata. Flores ex alis foliorum, in petiolis unifloris. Calycis folia acute lanceolata. Flos quam in Digitalibus, graciliorem tubum habet, galeam sursum reflexam. Segmenta faucium purpurea: fauces ipsæ flavæ, lanugine comantes.

Sapor totius plantæ amarissimus est & nauseosus, & salibus abundat *y*). Inter medicamenta est validius purgantia, jam antiquis *z*) botanicis testibus, ut etiam equos sua vehementia *a*) debilitet. Dosin *b*) proprio experimento, & in se ipso capto, C. GESNERUS ad scrupulum & semidrachmam fixit, infusæ in aqua herbæ, lotionis ad drachmam unam. Cl. BOULDUC *c*) pulveris radicis ad sexaginta grana dedit, qua dosi vomitum movet. Etiam clyster *d*) alvum ducit. In cephalea *e*), ut ego quidem intelligo, ad drachmam semis dabat *Hieronymus* BOVIUS *f*), decoctum ad drachmam in febribus quotidianis & tertianis nothis *g*) HEROLDUS, multo majorem dosin G. WIER *h*) & in hydrope ad drachmas herbæ duas. Sed dosin variam facit, quod sicca iners fiat *i*), perinde ut Ranunculi. In hydrope senior medicus plurimum apud nostrates Gratiolæ decocto utebatur: alii in dysenteria hypecacuana substitui posse persuadentur *k*). In lacte infundere jubet TOURNEFORTIUS, cum infusum vinosum nimis calefaciat. Contra alii Cl. viri nimis vehementer *l*) sursum humores ducere monent & deorsum, malumque eventum Ill. BUCHNERUS vidit *m*), mortemque præcipitare testis est BOERHAAVIUS, si viscerum aliqua labes adfuerit. CHOMELIUS in clystere ad pugillum unum dosin decurtat, & PATRITIUS BLAIR *n*) omnino

x) SCEPIN. p. 23. 24.
y) GEOFROI III. p. 531.
z) CORDUS, PONTANUS CORDI discipulus, HEROLDUS ad MATTHIOL. *Epist.* p. 203.
a) MATTIOLUS ibid. p. 212.
b) *Epist.* p. 226. 38. 94. *epist.* ad I. B. p. 147.
c) *Mémoir. de l'Acad. des Sciences* ann. 1705.
d) QUESNAI l. c.
e) *Mal di mottone Flagell.* p. 40.
f) ibid. p. 43.
g) l. c.
h) Obss. p. 65.
i) LINN. *obstacul. medic.* p. 10.
k) BOULDUC. NAUCLER. *disp.* p. 18.
l) TRILLER. *dispensat. I.* p. 113.
m) *Miscell.* ann. 1728. p. 870.
n) *Dec. VI.* p. 276.

omnino pro suspecto medicamento habet. Pecora Gratiolam refutant, danturque Ebroduni prata, quæ ob Gratiolæ abundantiam pro inutilibus habentur. Præterea, quæ amara sit, a rusticis medicis ad externa mala adhibetur, non absque CÆSALPINI *o)* suffragio. Olim vires siccantes & adstringentes C. HOFMANNUS olfecit.

DIGITALIS TOURNEF. t. 73. LINN. n. 758. &c.

Calyx quinquefidus. Segmenta superiora minora, ima maxima. Floris tubus *p)* latus, deorsum ventricosus *q)*. Fauces patulæ *r)*. Segmenta quatuor brevia, superius emarginatum *s)*, minora ad latera, imum longius & amplius *t)*. Fructus pyriforma *v)*, vel ovatus, incurvus. Receptacula duo *x)*.

*330. DIGITALIS foliis calycinis ovatis, galea simplice.
Digitalis rubra PASS. *ic.* P. II. *n.* 54.
Digitalis purpurea FUCHS. p. 893. TOURNEF. *t.* 73. A.E.F.K.L.M.
Digitalis RIVIN. *t.* 104. BLAKWELL. *t.* 16. OEDER. *ic. t.* 74.
Digitalis calycinis foliolis ovatis, acutis, corollis obtusis, labio superiore integro LINN. *II.* p. 866.

β Flore albo VAILL. p. 80. MORTON. p. 380.

C. GESNERUS ait, circa *Curiam* reperiri; sed nuper Cl. LA CHENAL jura civitatis huic plantæ vindicavit, quam circa *Badenweiler* & in adscensu montis *Ballon* repererit, DIVERNOI circa *Neufchatel.*

Caulis vix ramosus, bipedalis & ultra, erectus. Folia villosa, mollia, petiolata, ex ovatis longe lanceolata, per oram acute serrata, petiolata, alterna. Caulis terminatur longa spica florum, ad unum latus conversorum, nutantium. Calycis segmenta ovata. Labium floris superius simplex, lateralia duo semicircularia, imum parabolicum. Color purpureus, tubus albicans, intus purpureus maculis varius. Segmenta floris rotundiora. Semina pene quadrata, linea divisa.

Amara planta. Decocti cochlearia sex septem *y)*, vomitum *z)*, alvumque movent cum vehementia, non sine veneno *a)*. Externum usum ad scrophulosos morbos, ad ulcera nimis laxa *b)*, ad podagram, ad rachitidem laudant, sive tritam herbam imponas, sive unguentum *c)*: Nobis ignota est, mihi suspecta. Lego tamen nuperum testimonium de usu decocti propter scrophulas, in desperato pene casu, diu, sumti, quoad cutis per squamas deflueret: denique laudatur etiam in hereditariis scrophulis *d)*.

Hanc puto esse ferrugineam digitalem, quam J. C. BAUHINUS in *Vogeso* monte nasci ait.

331. DIGITALIS foliis calycinis lanceolatis, galea incisa, faucibus maculosis.
Digitalis lutea TABERNÆM. p. 567.
Digitalis flore luteo HORT. AICHSTETT. *æst. ord. I. t.* 1. *f.* 3.

In Helvetia vulgaris in montibus, etiam in submontanis, ut in dumetis supra *Reichenbach.* Circa *Burgdorf an der Eymatte*, & ad pedem montis *Pinzberg.* Ad viam a *Balstal* ad *Holderbank &c.*

Caulis non ramosus, erectus, tripedalis, cum foliis hirsutus. Ista sessilia, amplexicaulia, aut semiamplexicaulia, longe lanceolata, etiam subrotunda, ora obiter serrata. Spica florum, ut in priori, flores hirsuti, lutei, intus ex sanguineo maculosi & venosi. Calycis folia lanceolata, segmenta floris acutiora, supremum emarginatum *e)*, brevius, imum triangulare, in mucronem eductum.

332. DIGITALIS foliis calycinis lanceolatis, galea bifida, faucibus immaculatis.
Digitalis flore minore subluteo, angustiore folio I. B. II. p. 814.
Digitalis lutea LOBEL. *advers.* p. 245. & *ic.* p. 573.
Digitalis flore luteo minore RIVIN. *t.* 105.
Digitalis calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis, labio superiore bifido LINN. *II.* p. 847.

 In

o) L. V. c. 96.
p) TOURNEF. A.A.
q) ibid.
r) Ad E.F.
s) E.
t) F.
v) L.
x) M.

y) *On aereal influences* p. 49. 50. cum nausea.
z) BUCHWALD p. 102. DODON. LOBEL. PECHEY *herbal.* p. 105. RAI.
a) *Hist. de l'Acad.* ann. 1748. p. 84. BOERHAAVE.
b) *Chirurgie pharmac.* p. 101. BUCHWALD.
c) Ex floribus RAI.
d) *Aereal influences* l. c.
e) Etiam tridentatum MOEHRING. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1743. *hebd.* 4.

In lapidoſis deciduis & dumetis ſubmontanis frequens: in Gubernio Aquilejenſi ubique, fere ſuper *Aquilejam*, *Bevieux*, *au Chalet &c.*

Vere diverſa, foliis glabris durioribus, anguſtioribus, floribus minoribus, in ſpica crebrioribus, pallidis, non maculoſis, ſegmentis calycis & floris acutis *f)*, triangularibus, his pene æqualibus quinis, ſuperiori manifeſto bifido.

ANTIRRHINUM Linnæi n. 750.

ANTIRRHINUM Tournef. T. T. 75.

& LINARIA Tournef. t. 76.

& ASARINA Tournef. t. 76.

& CYMBALARIA Rivin.

atque ELATINE Rivin.

Non poſſunt duo genera conſtitui, cum & Antirrhina calcar moliantur, & Linariarum aliquæ calcar habeant breviſſimum. Multum etiam in florum fabrica eſt varietatis.

Calyx quinquefidus *g)*, ſuperioribus ſegmentis latioribus. Flos difformis, tubo lato *h)*: faucibus floris plerumque ſuperius & inferius in palatum tumentibus *i)*, ellipticum utrumque, quæ duæ quaſi maxillæ ſibi congruunt, ut floris tubus ſponte conniveat *k)*. Labium ſuperius bifidum *l)*, reflexum: inferius ex illo palato trifidum *m)*, cujus media lacinia minor eſt. Poſterior pars floris vel in tumorem deprimitur *n)*, vel omnino calcar *o)* educit, longius aut brevius. Fructus aliquot foraminibus *p)* per maturitatem patet.

I. ABSQUE CALCARE.

*333. ANTIRRHINUM *q)* foliis ellipticis obtuſis, floribus ſpicatis, calycibus obtuſis, calcare breviſſimo.

Antirrhinum Dodon. *coron.* p. 85. Passæi. Rivin. *t.* 82.

Antirrhinum vulgare I. B. III. p. 1163. Garidel.

β. *Antirrhinum majus alterum, folio longiore* Miller *t.* 42.

Antirrhinum corollis ecaudatis, floribus ſpicatis, calycibus rotundatis Linn. *II.* p. 859.

Inter *Riviera & Bellinzona* in arenoſis. Ex muris antiquis paſſim, *Bernæ*, *Viviſci*, ſed ea exempla non veræ cives ſunt.

Pulchra planta & coronaria, caule erecto, etiam tripedali, ramoſo: foliis ellipticis obtuſis, floribus in ſpicam nudam congeſtis: calycis ſegmentis obtuſis: flore amplo, purpureo *r)*, cum palato flavo, initio calcaris evidente. Fructus cylindricus, capitis vitulini non diſſimilis *s)*, curvus. Oſtii inferioris ſquamæ duæ inferiores, una ſuperior: oſtorum inferiorum ſquamæ una major, & recta. Semina anguloſa, atra.

334. ANTIRRHINUM foliis ellipticis obtuſis, floribus ſparſis, calycibus ſubulatis longiſſimis, calcare breviſſimo.

Antirrhinum ſylveſtre ſeu minus Dodon. *coron.* p. 87. 88.

Antirrhinum ſylveſtre Hort. Aichstett. *æſt. ord. I. t. 9. f.* 3.

Antirrhinum arvenſe Rivin. *t.* 82.

Antirrhinum corollis ecaudatis, floribus ſubſpicatis, calycibus digitatis, corolla longioribus Linn. *II.* p. 860.

β Flore albo Boerhaave.

Baſileæ paſſim inter ſegetes, ſic circa *Roche*. Genevæ, verſus *la Batie* I. B.

Multa ſimilia. Caulis erectus, ramoſus, ſed non facile pede altior. Folia anguſta, elliptica, obtuſe lanceolata, mollia. Flores pauci, ſparſi, ſeſſiles. Calyx peramplus, quinquefolius, imis duobus foliis rectioribus, minimis, toto flore longior: iſte purpureus

f) Tournef. G.H.

g) Idem t. 75. H. t. 76. I. & in Aſarina C.

h) t. 75. D.F.B.C. t. 76. a B. ad G. & in Aſarina A.B.

i) t. 75. ad B. t. 76. B. & in Aſarina ad A.

k) t. 75. B. t. 76. in Aſarina A.

l) t. 75. A. A. in Aſarina ibid.

m) t. 75. D. in Aſarina ſub A.

n) t. 75. ſub C.

o) t. 76. G.

p) t. 75. G.H.I.K. in Aſarina F.

q) Herba caule & foliis Anagallidis, flore albæ violæ, purpureo, minore, ſemine vituli narium ſimili Dioscor. L. IV. c. 128. Antirrhinum folio lini, hyacinthi flore, ſemine vitulinarium Plin. L. XXV. n. 81. Ανθιρρινον aparines ſimile, fructu ſimili vituli naribus Theophrast. L. IX. c. 21.

r) Pingitur a Tournefortio t. 75.

s) ibid. G.H.I.K.

pureus, tomento flavo: fabrica ut in priori. Calcar breviſſimum. Fructus tribus foraminibus aperitur, quorum primum eſt in loculo ſuperiori, & tres ſquamas habet inferius eminentes: in inferiori loculo hinc duæ ſquamæ, inde unica, ad ſe invicem inclinantur. Figura non recedit a capite vitulino.

II. CALCARE LONGIORI.

I. PALATO DONATA.

335. ANTIRRHINUM viſcidum, foliis inferioribus conjugatis, ellipticis, obtuſis, hirſutis, calcare dimidii floris longitudine.

Antirrhinum tertium CAMERAR. *Epit.* p. 922.

Linaria arvenſis minima RIVIN. *t.* 85.

β Foliis reflexis HERMANN.

Antirrhinum foliis pleriſque alternis lanceolatis, obtuſis, caule ramoſiſſimo, diffuſo LINN. *II.* p. 852.

In agris glareis, muris, paſſim frequens.

Tota planta pinguis eſt, unguinoſa, villoſa, mollis. Caulis ramoſus, dodrantalis. Folia elliptica, obtuſe lanceolata. Flores ex foliorum alis, in petiolis unifloris. Calycis foliola longa, anguſta. Segmenta tria ſuperiora a duobus inferioribus hiatu diſtantia, per quod calcar exit. Flos exiguus, calcare curvo, dimidii floris longitudine, tubo & labio ſuperiori violaceo: barba & mento albidis. Fauces villo aurantio clauſæ. Fructus ovalis, duobus foraminibus apertus.

336. ANTIRRHINUM foliis linearibus adſcendentibus, congeſtis, caule erecto, ſpicato.

Linaria t) prima DODON. *Pempt.* p. 183.

Linaria lutea vulgaris I. B. III. p. 456. BLAKWELL. *t.* 115.

Linaria RIVIN. *t.* 83.

Linaria vulgaris noſtras. Ic. Reg. 128.

β Flore minore C. B. in ipſa urbe Baſilea, prope portam *D. Johannis.*

Antirrhinum foliis lanceolato linearibus, confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus, ſeſſilibus, floribus imbricatis LINN. *II.* p. 858.

Caulis erectus, ſæpe ramoſus. Folia adſcendentia, rubra, glauca, linearia, acuta, glabra. Flores in ſummis ramis ſpicas faciunt, breves & denſas. Calycis dentes lanceolati, pene æquales. Calcar curvum, conicum, dimidio flore longius. Floris *v)* labium ſuperius ſtrictius, replicatum, ſulfureum, mento & medio labii inferioris tumore flavis. Fructus ovalis. Semina rotunda, plana, ala foliacea marginata. Accedit ſtaminibus ſtamen quintum, imperfectum *x)*, ſpongioſum.

Sapor ſalſus, amarus & ingratus eſt, & oleum *y)* empyreumaticum inter elementa abundat. Intus ſumta Linaria urinam movet, ex antiqua obſervatione, etiam alvum *z)*; ad icterum laudata *a)*, acris tamen, & mihi ſuſpecta aliisque *b)*. Extus admota, cataplasmatis forma, & unguenti potiſſimum, ad hæmorrhoides magnis laudibus celebratur *c)*.

Celebris eſt Peloria, in quam Linariæ *d)* flores in Suecia degeneraſſe viſi ſunt. In ea flores ſunt pentapetaloidei, quinque calcaribus cornuti, pentaſtemones *e)*. Semina non maturat, ut a monſtro exſpectes *f)*. In eadem planta & Linariæ florem, & Peloriæ vidit Ill. FABRICIUS *g)*. Quare monſtrum eſt, non diſtincta ſpecies *h)*.

337. ANTIRRHINUM foliis linearibus, adſcendentibus, confertim ſpicatis, calcare flore longiori.

Linaria

t) Oſyris ramos fert lentos, tenues, in iis folia nigra, quaſi Lini. In ramulis ſemen rubeſcens PLIN. L. XXVII. n. 88.

v) TOURNEF. t. 75.

x) GLEICHEN *Reich der Pflanzen* t. 21.

y) GEOFROI III. p. 731.

z) TRAGUS.

a) PLIN. l. c. LOBEL.

b) BLAIR.

c) CHESNEAU obſſ. p. 346. L. III. c. XI. TOURNEFORT. PURMAN. *Lorberkranz* p. 607.

d) *Amœnit. I.* p. 55. t. 3. & in propria diſp. de Peloria. Pelorioides LUDOLF. p. 160.

e) T. III.

f) DUCHESNE *des fraiziers.*

g) *Hort. Elth. II.* p. 210. Imos flores monſtroſos, ſuperiores naturales KRASCHENINNIKOF p. 99.

h) Ita etiam Cl. DU CHESNE *fraizier. remarq.* p. 52. 53.

Linaria lutea montana Geniſtæ tinctoriæ folio C. B. ad pedem Montis *S. Bernardi* reperta.
Linaria αλπικανθομηλινοκαλος RICHER.

Eo loco nuper lecta, quo C. B. & in valle *S. Nicolai* circa *Praborgne.*

Omnia ſimillima prioris, folia, habitus, flores. Tantum flos totus ſature flavus eſt, mento quidem tinctiori, calcare longiori, quod totam floris longitudinem ſuperet. Calycis ſegmenta longiora, minus lanceolata. Ill. LINNÆUS pro varietate habet, neque valde repugnavero.

338. ANTIRRHINUM caule procumbente, breviter ſpicato, foliis verticillatis.

α Flore purpureo, rictu non aureo, humilior, *Oſyris purpureocærulea repens* LOBEL. *adverſ.* p. 410.
Linaria parva purpurea foliis ſine ordine diſpoſitis I. B. III. p. 460.
Linaria minor flore cæruleo MANGET. *Pharm.* T. II. *t.* 15. p. 567.

β Pulcherrima & humillima, galea alba, purpureis lineis parallelis ſtriata, barba alba, ſed mento miniato.

γ Varietas purpurea rictu aureo.
Linaria ανθοχρυσοκυανοειδες RICHER.
Linaria Pannonica II. CLUS. *Pannon.* p. 309.
Linaria quadrifolia ſupina C. B. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 42. *It. IV.* p. 338.

δ. *Linaria hiſpanica IV.* CLUS. *hiſt.* p. 321. ex fide horti ſicci C. B.

α. δ. *Antirrhinum foliis quaternis lineari lanceolatis, caule diffuſo, floribus racemoſis, calcare recto,* LINN. *II.* p. 856.

In alpium lapidoſis, & glareoſis, ſecundum fluvios rivosque, & ſecundum labilium lapidum ruinas ubique. In planitiem etiam cum fluviis deſcendit, im *Kandergrien i)*; in confluente fl. *Rhodani & Arve* CHERLER. In montoſis rarior, tamen in *Chaſſeralle* lecta eſt.

Pulchræ plantulæ caules vix dodrantales, ramoſi, procumbentes. Folia glauca, craſſula, ovata, aut elliptica, etiam lanceolata, quaterna in verticillo, etiam terna & quina. Flores in ſumma planta congeſti brevem in ſpicam: pro portione maximi & ſpecioſiſſimi. Calcar longiſſimum, incurvum; galea ſtricta: utrumque labium violaceum, mentum aureum: ſic apices ſtaminum. Semina plana, marginata.

339. ANTIRRHINUM caule repente, foliis reniformibus, quinquelobatis.
Cymbalaria MATTHIOLI p. 1124. CAMERAR. *Epit.* p. 860. RIVIN. *t.* 86.

Flore albo PONTEDER. *anthol.* p. 249.

Frequens in muris vetuſtis *Baſileæ*, *Seduni*, *Tugii*, *Altdorfi*, *Lugani*, *Mendriſii.* CHERLERI tempore nondum in Helvetia naſcebatur.

Caulis ramoſiſſimus longe reptat, & muros ceſpitibus ſuis obducit. Folia alterna, circa pediculum exciſa, fere reniformia, ſeptiloba, levia. Flores ex alis foliorum in oblongis petiolis unifloris. Calyx purpureus, foliis brevibus, lanceolatis, pene æqualibus. Galeæ duo lobi, ſubrotundi: mentum barbæ bifidum: deſcendentia tria ſegmenta in univerſum violacea. Sic calcar, quod incurvum eſt, tertiæ partis floris longitudine. Mentum flavum. Fructus globoſus, ventricoſus.

Non eſt hybrida *k)* planta, quam duæ ſpecies Elatines produxerint. Neque enim eosdem locos natales habet. Arvenſes ſunt Elatinæ, in tota Helvetia frequentes, ubi nuſquam Cymbalaria reperitur. Cymbalaria muraria planta eſt.

Succulenta eſt, tota aquoſa, cum aliquo amarore & adſtrictione. Extractum aquoſum ſucci amarum eſt, non ingratum: aqua inodora; ſal volatilis nullus HERMAN *l)*. Vulnerariam eſſe IDEM. Ad ſcabiem WELSCH, quod credas, ob ſaporem fumariæ adfinem.

340. ANTIRRHINUM caule procumbente, foliis haſtatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis.
Elatine CAMERAR. *Epit.* p. 754.
Elatine ſeu Veronica femina BLAKWELL. *t.* 170.

β Flore cæruleo C. B.
Antirrhinum foliis haſtatis alternis, calycibus procumbentibus LINN. *II.* p. 851.

In agris & inter ſtipulas, ſequenti ſimilis, magis villoſa.

Folia

i) Etiam circa *Memmingen* EHRHARD. *Pflanzenhiſt. II.* p. 159.

k) LINN. *plant. Hybrid.* p. 22. n. 30.

l) *Diſſ. de Cymbalar.*

Folia ima conjugata, ſuperiora alterna: ima etiam ſagittata; inde alter hamus deficit, deinde uterque. Paſſim dens aliquis accedit. Flores ex alis foliorum in petiolis unifloris. Calycis foliola ex ellipticis lanceolata. Flos brevis & latus; galea ſature violacea, erecta: barba pallida, cum palato & trifida barba, cujus ſegmenta ovalia. Calcar antrorſum incurvum, flore paulo brevius.

341. ANTIRRHINUM caule procumbente, foliis villoſis, ovatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis.

Veronica femina CAMERAR. *Epit.* p. 462.

Elatine RIVIN. *t.* 86.

Antirrhinum foliis ovatis alternis, caulibus procumbentibus LINN. *II.* p. 851.

Paſſim in agris & inter ſtipulas.

Habitus repens, ramoſus; folia ima conjugata, ſuperiora alterna, ovata, integerrima, vel minutis dentibus ſerrata, lanceolata. Flores ſolitarii ex alis in longis petiolis. Calycis ſegmenta ovata, lanceolata, ſe contegunt imbricata. Tubus floris breviſſimus, labium ſuperius atropurpureum, inferius & mento & barba luteum. Calcar acute conicum, flore brevius. Linariam eſſe ſenſit JUNGIUS.

Peloriam *m*) in hac ſpecie Cl. RAMSPEK *m**) reperit circa *Gundeldingen*, vario gradu difformem, limbo plano ſexpartito, tribus ſegmentis violaceis, ſex etiam veſtigiis tumorum labii inferioris: calcaribus ſex, ſtaminibus ſex. Ea omnia alias ſimplicia fuerunt, alias tantum calcar bifidum, labium inferius quadrifidum.

Ex hac planta, cum hyoſcyami ſucco expreſſo, & cum oleo inſpiſſato balſamum faciunt *n*).

II. PALATO NULLO.

*342. ANTIRRHINUM foliis imis elliptico lanceolatis, acute dentatis, caulinis capillaribus trifidis.

Linaria Bellidis folio C. B. *Prodr.* p. 106.

Linaria odorata DODON. *coron.* p. 399.

Antirrhinum foliis radicalibus, oblongis, ſerratis, corollis calcaratis patulis LINN. *II.* p. 860.

In ſegetibus Genevæ verſus *Vernier* Gen. DE SAUSSURE.

Folia ad terram ex ovatis lanceolata, argute circumſerrata. Ad caulem capillaria, bipartita & tripartita. Caulis erectus, bipedalis, ramoſus, longa & rara ſpica terminatus. Flores perexigui, violacei, in brevibus petiolis. Calyx capillaribus pene ſegmentis: fauces apertæ abſque palato, calcar breve & curvulum. Ob defectum palati Dodartiæ a MILLERO accenſetur.

m) *Comm. Gotting.* T. I. p. 351. t. 15. f. 4.
*m**) Conf. *Act. Helvet. II.* p. 25.
n) HECQUET. *pharmac.* p. 83.

IV. PLANTÆ FLORIBUS DIFFORMIBUS.

II. POLYPETALÆ.

STAMINIBUS CONNATIS.

I. INTER DIDYNAMIAS & PAPILIONACEAS MEDIÆ.

I. OCTOSTEMONES TRIPETALÆ.

POLYGALA *a)* TOURNEF. t. 79.

POLYGALÆ LINN. n. 851. ſp.

Calycis tria foliola viridia, brevia, ſuperius nempe & duo infima: duo vero media petalodea *b)*, venis coloratis picta, ovalia, acuta, perampla, quæ paulatim in viridem colorem redeunt, & fructui utrinque adſident. Flos tripetalos *c)*, in oblongum tubum figuratus *d)*. Supremam carinam ejus tubi efficiunt duo petala cava, extrema parte conjuncta, plicata: inferiorem unicum petalon abſolvit, carinæ ſimile, ſurſum cavum, fructum amplectens. Idem replicat duos margines in acuti cordis ſpeciem: a quo corde duæ laminæ profunde ſexfidæ deſcendunt *e)*. Fructus compreſſus, cordiformis *f)*, bilocularis, dicoccus. Unguis unicus, in duo plana plicatus, educit octo ſtamina breviſſima *g)*. Non eſt vera diadelphia.

343. POLYGALA procumbens, foliis imis ſubrotundis, ſupremis linearibus.
Polygala minor, foliis ad radicem rotundiuſculis HELWING. *flor. quaſ.* p. 40.
Polygala cærulea, purpurea, alba TABERNÆM. p. 831.
Polygala buxi minoris folio, flore cæruleo VAILLANT. *t.* 32. *f.* 2. & p. 161. *n.* 4.
Polygala floribus criſtatis, numeroſis, caulibus erectiuſculis, foliis radicalibus obovatis majoribus LINN. *II.* p. 987.
In pratis & alpibus.
Caules ſemiſubrecti, breviores, vix ſemipedales. Folia prima ſubrotunda, firmula: ſuperiora linearia; in alpibus tamen omnia ovato lanceolata. Flores plerumque cærulei.
Amaror in iſta eſt diuturnus & valens: purgat absque incommodo. Cum in Virginiana Polygala vires ad peripneumoniam ex Cl. TENNENT experimentis innotuiſſent, & cum IDEM vir Cl. in pleuritide, & peripneumonia, & podagra pari felicitate ea herbula uſus fuiſſet; etiam hanc Cl. viri BOUVART & DU HAMEL *h)* ad ſimilem uſum revocarunt. In pleuritide ergo Polygalæ infuſum exſcreationem promovet: minori doſi data febrem minuit; continuo ſymptomata mitigat, expectorationem promovet, ad unum cochlear data: una alvum, urinam, & vomitum ciet *i)*, ut tamen Virginiana Polygala viribus excellat *k)*. Deinde in hydrope, & in anaſarca, aqua cum Polygala decocta bono cum affectu, & cum lotii incremento data fuit, cum in pinta uncia herbæ decocta ad dimidiam exhalaſſet, & per horam tria cochlearia ſumerentur *l)*. Non ſine ſucceſſu in phthiſi datam fuiſſe Ill. CRANZ *m)*. Et nuper ad ſanguinem diſſolvendum eximius medicus SARCONIUS Polygala uſus eſt.

344. POLYGALA caule erecto, foliis linearibus, acutis.
Polygala vulgaris major C. B. VAILL. *t.* 32. *f.* 1.
Variat flore albo, cæruleo, purpureo.
Polygala floribus criſtatis, racemoſis, caulibus herbaceis, ſimplicibus, procumbentibus, foliis lineari lanceolatis LINN. *II.* p. 986.
In pratis ſiccis & ſylvis.
Folia ima etiam breviora, latiora, ſed lanceolata, leviter amara, reliqua linearia, lanceolata. Caules erecti. Reliqua eadem.
Prior in vulgarem culta non redit HILL. *brit. herb.* p. 82.

POLYGA-

a) Polygala palmum alta, in ſummo caule ſemen lenticulæ, adſtricto guſtu. Lac auget DIOSCOR. L. IV. c. 737. PLIN. L. XXVII. n. 96.
b) TOURNEF. K. L.
c) Pro monopetalo IDEM.
d) A. B.
e) TOURNEF. E. MALPIGH. n. 144.
f) TOURNEF. E.F.G.
g) LINN. n. 364.
h) DU HAMEL *Mem. de l'Acad.* ann. 1739.
i) BOUVART. *mem. de* 1744.
k) *Mem. de* 1739. p. 184.
l) *Mem. de* 1744.
m) *Mat. medic. II.* p. 180.

POLYGALOIDES Gundelsheimeri apud Johrenium.

Dillenii *nov. gen.* p. 152. t. 9.

CHAMAEBUXUS Tournef. *Mem. de l'Acad.* ann. 1705.

Calyx trifolius, foliolis ovato lanceolatis, venosis, supremo maximo. Flos tripetalos *n)*, fabricam imitatus floris papilionacei, duobus petalis *o)* pro vexillo subpositis, cujus finis ovalis est, imo petalo ex carina *p)* connato, & ex duabus alis, quarum dimidia pars libera ex carina rostro obtuso terminatur, & cis id rostrum, utrinque, ovalem adpendicem *q)* educit, quae conjunctae appendices cavum intercipiunt, ut in floribus papilionaceis, quo stamina continentur & tubae. Ex initio rostri octo stamina oblongis filamentis. Ornamenti flabelliformis defectus, & calyx triphyllos hanc plantam a polygala separant.

345. POLYGALOIDES procumbens foliis duris, ovatis, nervo aristato.
Anonymos flore colutea Clus. *Pann.* p. 47.
Pseudo-Chamaebuxus Hort. Aichstett. *vern. ord.* 6. *t.* 12. *f.* 3.
Polygala floribus imberbibus sparsis, carina apice subrotundo, caule fruticoso, foliis lanceolatis Linn. *II.* p. 989.

β Macula in flore purpurea Clus.

In omnibus montosis frequens, in adscensu *Plansavey* prope *Roche*, *Plantour* prope *Aigle*, M. *Hauenstein &c.*

Caules lignosi, semiprostrati, vix dodrantales. Folia solida, sicca, ovata, nervo aristato; superiora elliptica, lanceolata. Flores inter folia sessiles, in petiolis unifloris, qui vagina trifolia excipiuntur. Flos ochroleucos, cum macula in extremis alis aut crocea, aut purpurea, quae etiam petala superiora extrema simili colore tingit.

II. HEXASTEMONES.

Hae veriores diadelphiae stamina habent, utrinque terna connata.

FUMARIA Tournefort. t. 237. & Linnaei n. 849.

FUMARIA Rivin. *tetrapetal. irreg.*

& CAPNOIDES *r)* Tournef. ibid.

Character non est in calyce, qui alias bifolius est *s)*, nullus alias; neque in fructu, qui modo brevis, rotundus, monospermos, modo siliquosus, longus, polyspermos, modo alterius est fabricae. Sed flos constantem fabricam servat. Tetrapetalos est, tantum ut petala alias firmius connascantur, alias laxius, quod idem in papilionaceis accidit. Figura, quae in papilionaceis. Vexillum reliqua petala *t)* comprehendit, longissimum, fine lato, ovale, per medium gibbum: idem retrorsum in erectum cylindricum calcar *v)* producitur in eo a papilionaceo diversus. Alae paulo breviores, strictae *x)*, fine in juga tria majora, duo minora, plicato, isque finis cum altera ala mediam tubam comprehendit. Carina sulcata *y)*, vexilli longitudine, gracilis, extrema parte cava, saepe divisa *z)*. In calcar squama ex altero ungue staminum retrogreditur. Stamina duo *a)*, lato ungue: singulum sustinet tres apices *b)* longos, gracilesque, & cum sodali siliquam comprehendit.

346. FUMARIA foliis multifidis, lobis subrotunde lanceolatis, fructibus monospermis.
Fumaria Matthioli p. 1158. Rivin. *tetrap. Irreg.* T. I, Blakwell. *t.* 237. cum charactere.

β Flore pallescente I. R. H.

γ Flore

n) Tournef. C.D.E.
o) C.D.
p) E.
q) F.
r) Capnos seu pes gallinaceus foliis tenuissimis, sparsis, flore purpureo viridi Plin. L. XXV. n. 98. Fructuosa, per tenera, coriandri similis, foliis candidioribus, undique numerosis, cinereis, flore purpureo, succo acri Dioscor. L. IV. c. 105. Nostra esse videtur.
s) Ad. I.
t) B.B.
v) B.B.I.
x) Ad E.
y) C.C.
z) ibid.
a) Ad G.
b) ibid.

γ Flore albo TABERNÆMONT. p. 32.

Varietates habet MICHELI *Hort. florentin.* p. 39.

Rariſſima GESNERI ſeculo, nunc ad muros, in vineis, hortis & agris vulgo provenit.

Radix fibroſa. Caules numeroſi, intricati, ramoſi, teneri, ſucculenti, dodrantales. Folia glauca, plana, latitudine ubique fere eadem, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis trilobis, lobulis trifidis & bifidis. Flores in ſpicas denſas. Calyx dentatus, bifolius; flos *c)* roſeus vexillo integro, fine ſubrotundo, quem gibbus viridis dividit. Alarum finis & latera vexilli atropurpurea, roſtrum carinæ ſubrotunde lanceolatum; media pars ejusdem vexilli anterior viridiuſcula. Squama craſſa, in calcar retrogreſſa, fine curvo. Stamina duo lata, apice tricuſpide. Siliqua globoſa *d)*, monoſperma.

Planta ſucculenta, molliter amara *e)*: in ſucco ſpiſſato nitri ſimiles cryſtallos deponit: ſaponacea abſque morſu & calore: reſolvens, coagula viſcerum abdominalium liquefacit: Succus *f)* ad duas uncias datus cum ſero lactis alvum leniter ſolvit *g)*, ſanguinem, ut vocant, depurat, ſcorbuto reſiſtit *h)*, cutanea vitia *i)*, & ruborem faciei nimium contemperat, ſi præterea corporis exercitatio acceſſerit, verno tempore. Hoc innocuo remedio vulgo in Gallia utuntur, eoque morbus atrabilarius paſſim ſuperatur. Debile cum ſit medicamen, poterit aliquando medicum in morbo hypochondriaco feſelliſſe. Non putem eſſentiam ſpirituoſam vires plantæ recipere, quæ ſibi relicta refrigeret *k)*. Extractum ſeu ſuccum ſpiſſatum magis probavero, cujus drachma una alvum ducit *l)*. In phthiſi decoctum & ſuccus multo uſu proficit *m)*. Fumariæ ſpecies in Dalmatia ad arthritidem magni fit *n)*. Tæniam ea ſuperatam *o)* lego. In fundo decocti vel infuſi ſalem alcalinum & tamen cryſtallinum viſum legi *p)*. In ſale cinerum ſal marinus cum ſulfure admiſtus eſt *q)*.

*347. FUMARIA foliis pinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis lobatis, ovatis, ſiliquis brevibus, incriſpatis.

Fumaria montana TABERNÆM.

Pſeudo Fumaria flore luteo RIVIN. *t.* 74.

Fumaria tingitana radice fibroſa, perennis, flore ex albo flaveſcente, ſiliquis curtis PLUKNET. *almag.* p. 262. *t.* 90. *f.* 2.

Fumaria ſiliquis linearibus tetragonis, caulibus diffuſis, anguloſis LINN. *II.* p. 984.

In Helvetia transalpina vulgo, circa *Capo di Lago*, *Mendris* &c.

Caulis ramoſiſſimus. Folia pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis petiolatis, trilobatis, ovatis & ſimplicibus. Flores in ſpicas breves congeſti, lutei. Folia calycis lanceolata, bina. Vexilli pars anterior margine ſuo contracta, media linea elevata dividitur. Retrorſum idem calcar ſemiplanum remittit, in quod duo ungues tendunt, conglutinati, incurvi. In alis rotam elevatam ſex radiorum habent. Carina & ſtamina ſimilia. Fructus latiuſculus, brevis, incriſpatus. Semina magna, nigra, reniformia.

348. FUMARIA radice bulboſa, caule ſimplici bifolio, btacteis ovato lanceolatis.

Fumaria altera CAMERAR. *Epit.* p. 891.

Fumaria bulboſa I. TABERNÆM. p. 35. & *II.* EJUSDEM p. 36. & *III.* p. 37. & *IV.* p. 38.

Fumaria bulboſa radice cava major C. B. I. R. H. GARIDEL. p. 194. *ic.* 38.

Pſeudo-Fumaria RIVIN. *tetrapet. irreg. t.* 72.

Variat flore albo, cujus quatuor icones TABERNÆMONTANUS dedit p. 35. 36. 37. 38. ſubflaveſcente, &c.

Ubique ad ſepes, in umbroſis, primo vere.

Radix difformiter ſubrotunda, modo ſolida, modo cava, ut certo vidi. Caulis ex radice unicus, erectus, non ramoſus, levis, ſupra terram bifolius. Folia glauca, tenera, glabra, pinnis alternis pinnatis, pinnis primis denuo pinnatis, pinnis ſecundis multilobis, lobis obtuſis, pinnulis ſimplicibus & inciſis, circumſcriptione totius folii triangulari, ut in umbelliferis. Scapus floralis fert racemum laxum, florum

c) Tetrapetalos FABRIC. *butisbac.* p. 49. 50.
d) Q. R.
e) Analyſin habet RIECKE *de fumaria.*
f) Recentem herbam recte præfert SALADIN p. 250. b.
g) MESUE p. 14. Etiam Syrupus p. 139. b.
h) LINN. p. 247.
i) MALOUIN. *chym.* p. 104.
k) Putat STAHL. *mater. med.* p. 328.
l) NICOLAI *mat. med.* p. 227.
m) FÆK *fel om chroniska Siukd. bot.* p. 17.
n) RUMLER obſ. 82. Fumaria *Split.*
o) Succo ROUSSEY *de fumar.*
p) *Journ. de Trevoux* ann. 1711. m. Juillet.
q) GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V.* p. 289.

rum fere duodecim, trans verſorum, quibus interponuntur folia ſimplicia, ex ovatis lanceolata. Calyx nullus. Flos *r*) vulgo purpuraſcit: alarum pars plicata ſaturatiori colore eſt. Calcar floris longitudine. Vexillum reflexum, cordatum, carina bifida. Intra calcar ſquama bifida retrocedit, parieti adnata. Siliqua, oblonga, in uncum terminata, bivalvis, ſed difformis, tumens, ſeminibus ſubrotundis, duodenis, de valvularum commiſſione pendentibus.

Vetuſtiores inter nuperos Ariſtolochiam dixerunt, hactenus non bene. Vulnerarias vires tamen ei tribuunt *s*), & radicis pulvis carnes ſpongioſas *t*), de oſſe efflorescentes, abſumere dicitur. In febribus intermittentibus laudatus *v*); ut alia amara. Emmenagogam vim ei tribuunt, quæ ſit in ariſtolochia, cui tamen radicem inodoram non ſuppoſuerim *x*) pro ſuccedaneo. In radicum cinere ſal communis admiſcetur *y*).

349. FUMARIA radice bulboſa, ſolida, caule ſimplici, multifolio, bracteis digitatis.

Fumaria bulboſa ſeu tuberoſa minor TABERNÆM. p. 39.

Ariſtolochia vulgaris, flore purpureo HORT. AICHSTETT. *hybern. t. 7. f. 2.*

β Minor, junior, flore ſæpe virente.

Radix cava viridi flore LOBEL. *ic.* p. 760.

Fumaria bulboſa radice non cava, minor C. B.

Aliquanto rarior. In ſubalpinis, circa *les Plans*, & inde ſurſum per alpes, *aux Nombriaux*. Prope *Ebrodunum* I. B. *Genevæ* STROBELBERGER p. 181. *Baſileæ* verſus novam domum, & extra urbem minorem C. B. de minore, inter ſalices ad *Wieſam* CHERLER, tum circa *Münchenſtein*, *Neuhaus*, *klein Hüningen*, *Bottigen*. Im *Gebüſche bey Riehen*, *Basler Merkwürd. VII.*

Certo differt, neque eſt planta prior 348. anno ſecundo adultior, cum *Bernæ* nunquam palmata, circa *les Plans* ea ſola naſcatur; neque ullo modo probabile eſt, ex una planta utramque natam eſſe *z*).

Radix ſolida, multo quam priori minor, neque avellanam nucem facile ſuperatura. Folia numeroſiora, quatuor ad ſex, plerumque teneriora, anguſtiora. Folia inter flores, ſive bracteæ, profunde digitatæ, in digitos pene parallelos diviſæ. Squama in calcar retrocedens mucronata, non bifida, libera, neque parieti adnata. Tumores laterales vexilli minores: Habitus totus humilior. Non bene etiam nuper LINNÆUS *zz*) cum priori conjungit. Flos cæterum & folia, & facies ſatis ſimiles.

III.

I. PLANTÆ PETALODEÆ.

II. POLYPETALÆ.

II. FLORIBUS DIFFORMIBUS.

III. STAMINIBUS DENIS, IN DUO SYSTEMATA DISPOSITIS.

DIADELPHIÆ LINN.

PAPILIONACEÆ TOURNEF. t. 209. OEDERI II. n. 64. & 207.

LEGUMINOSÆ BOERHAAVII.

Claſſis naturalis eſt, quam floris difformitas cum didynamiis, fructus cum ſiliquoſis tetrapetalis conjungit, & ſeminum ex valvarum commiſſione ſuſpenſio, atque nidi in valvarum cavitate pro ſeminibus exſculpti. Calyx monophyllos *a*), ex ſuo tubo in quinque ſegmenta inæqualiter diviſus. Flos difformis, papilionaceus *b*), tetrapetalos *c*), aut omnino pentapetalos, ſi carinam ſæpiſſime aut fiſſilem, aut bipedem, pro duobus petalis numeraveris, non repugnante TOURNEFORTIO. Petalum ſupremum, *Vexillum* TOURNEFORTII, reliqua petala immatura continet *d*): maturius plerumque partem alarum anteriorem deſerit *e*), & ab iis ad rectos angulos elevatur, & deni-

r) Eum pingit TOURNEF. t. 237. A.B.C.D.E.F.G.H.K.L. M.N.O.P. Dipetalon eſſe FABRIC. ibie.

s) LOBEL. *adverſ.* p. 266.

t) HELD. *Eph. Nat. Cur. Cent. VI.* obſ. 86.

v) *Bresl. Saml.* 1718. Oct.

x) LUDOVICI p. 218.

y) GMELIN. *Comment. Petrop.* T. V. p. 289.

z) LINN. *Flor. Suec. II.* p. 246. 247.

zz) p. 984. Conf. Ill. LUDWIG *de minuend. ſpec. plantar.* MOEHRING. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1740. *hebd.* 6.

a) TOURNEF. l. c. B. B.

b) SPIGEL. *Iſagog.* c. 12.

c) TOURNEF. D.E.F.

d) D.

e) ut 211. A.

& denique reflectitur, ambitu plerumque subrotundo, per medium plicato. Idem posteriorem partem reliquorum petalorum propriis tumoribus coercet. Duo petala lateralia, quæ *alæ*, semper æqualia, novello fructui parallela, adsident, & plerumque hamos *f*) retrorsum remittunt, qui fructui contegendo & staminibus continendis subsidio sint. Imum petalum, seu *carina*, sæpe aut fissilis, aut bipes, sursum cava, sine latiori, aut obtusius *g*) rostrato, aut acutius, fructum subnascentem continet. Sed propior eum comprehendit *Vagina h*) constanter alba, sursum cava, & superius aperta, cujus finis in novem stamina discedit, quorum medium longius est *i*). Fissuram superiorem decimi staminis filamentum complet, aliquanto latius; rarum vero est, si cum ea conferbuerit. Fructus, qui *Siliqua* dicitur, totam plerumque vaginam replet, & ad ejus finem anteriorem reflectit tubam simplicem *k*), sine sæpissime latescente, inmistam staminibus. Quando fructus vagina brevior est, tunc hujus pars anterior solam tubam continet. Siliqua duabus partibus æqualibus *l*) & similibus, constat, convexis, posterius & anterius acuminatis, sibi congruentibus, quæ commissione duplici uniuntur, quarum superior aperitur, & ad inferiorem semina *m*) suis ex petiolis suspenduntur *n*). Semina farinosa, aut amara, aut proprio blando, fatuo, sapore prædita, sæpe homini, semper avibus grata sunt, & quadrupedibus herbivoris.

Certa Classis, genera habet difficilia, minus bene determinata, & sæpe quasi arbitrarie definita.

Ordines a foliis sumo, non quod folia essentiam generum ingredi putem, etsi Trifolium vix alium communem characterem habet: sed quod facilis sit is ordo, etsi exceptiones patitur.

I. FOLIIS SIMPLICIBUS AUT TERNIS.

GENISTA.

GENISTA Tournef. t. 411.

GENISTELLA Tournef. t. 413.

GENISTASPARTIUM Tournef. t. 412.

GENISTA Linn. n. 859.

Non facilis character. Calycis segmenta duo superiora brevia, a tribus inferioribus aliquo hiatu sejuncta, quæ sibi propiora, minus profunde incisa sunt. Floris petala amplius a se invicem recedunt, quam in ulla alia *o*) hujus classis specie, & alæ non raro ad angulos rectos a carina abeunt. Vexillum, aliter *p*) quam in anonide, strictum, anterius angustius, emarginatum. Alæ carina longiores *q*), hamo brevi. Carina bipes, longe aperta, rostro obtuso, non recurvo: tuba globulo terminata. Fructus parum turgidus *r*): in eo aliquot *s*) semina reniformia, nostris certe in speciebus.

350. GENISTA inermis, foliis glabris, confertis, ellipticis, lanceolatis, floribus sessilibus spicatis.

Genista tinctoria Dodon. *pempt.* p. 463.

Genistella Rivin. *t.* 67.

Genista foliis lanceolatis glabris, ramis striatis, teretibus, erectis Linn. *II.* p. 998.

Duas varietates habet Micheli *Hort. Florent.* p. 40.

In sterilibus arvis ubique, & potissimum circa Bernam *im Forst* & circa *Pümpliz*.

Caules numerosi, duri, angulosi, fere erecti, ramosi, terminantur spica florigera. Folia solitaria, terno ordine sibi succedentia, conferta, ex ellipticis lanceolata, firma, glabra. Flores conferti, flavi, quales dixi *t*): Siliqua longiuscula, pene plana, glabra, polysperma. Semina lentiformia, hilo incisa, nitida.

Jam veteribus ejus usus *v*) ad tingendas lanas notus fuit, ad crassiores luteos pannos potis-

f) t. 209. F.G.
g) E.
h) M.
i) Malpighi ic. 179.
k) L.
l) P.P.Q.Q.
m) T.
n) Malpighi ic. 195. 248.
o) Ad A.
p) A.
q) ibid.
r) E.G.G.
s) G.G.
t) Stamina tantum octo habere Scopoli p. 532.
v) Plin. L. XVI. c. 18.

potiſſimum utilis: cum urina & cineribus clavellatis aurantium colorem impertit *x*), eſtque inter fidos colores *y*); poſt Serratulam tamen ſequitur, infirmior, & majori copia debet adhiberi *z*). Ex ea, cum aqua calcis cocta, cum creta contuſa, & iterum cum alumine cocta, fit color ſaturate flavus *zz*).

351. GENISTA inermis procumbens, foliis duris, ſubhirſutis, ſpicis floriferis brevibus.

Chamægeniſta prima CLUS. *pannon.* p. 50. *Heſt.* p. 103.
Geniſtella piloſa I. B. I. P. II. p. 393.
Geniſta foliis lanceolatis, obtuſis, caule tuberculato decumbente LINN. *II.* p. 999.

Non perinde frequens, ut quidem in *Germania*. I. B. non longe *Friburgo* reperit Cl. GAGNEBIN non longe à *Pierre pertuis*, & inter *Delſperg* &. *Lauffen*, in rupibus vallis *Motier grand val*, ad uſque *Corendelin*; porro à la *Chaux de fond*, à la *Brêche*, au *Cernil chaude*. In ſummo monte *Balon*: ſemper in *Jura* monte, & & continuo *Juræ Vogeſo*. In colle gramineo, qui agros *Wylenſes* à ſylva cognomine ſeparat, Cl. LA CHENAL.

Frutex ramoſiſſimus, procumbens, ramis pedalibus, anguloſis. Folia dura, ovata, pene cordata, brevia, complicata, ſericeo villo ſubtus ſplendentia. Flores per foliorum alas in brevibus petiolis ſeſſiles, in brevem ſpicam collecti: flavi, vexillo extus hirſuto. Alæ vix hamatæ, à carina longiſſime ad angulum rectum diſtant. Carina recta, cochlearis ſimilis, fiſſilis. Siliquæ hirſutæ, latiuſculæ, polyſpermæ & diſpermæ.

352. GENISTA foliis ovato lanceolatis, hirſutis, ſpinis in ramis ſeneſcentibus ramoſis.

Geniſtella FUCHS p. 220.
Geniſtella ſpinoſa RIVIN. t. 67.
Geniſtella aculeata TABERNAEM. p. 1102.
Geniſta ſpinis compoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis LINN. *II.* p. 999.

Lauſannæ vulgo in ſylvis. Circa *Salevam* RAIUS. Circa *Baſileam* paſſim verſus *Burgfelden*: in ſylvæ *die Hard* oris ad Rhenum declivibus è regione pagi *Crenzach*. In colle ad *Limagum* prope *Wettingen*, &c.

Caules fruticoſi, ramoſiſſimi, cubitales, erecti. Rami juniores foliis tecti: in ſingulis foliorum alis ramus novellus, & una pluresve ſpinæ ſemifoliaceæ. In vetuſtis ramis ſolæ ſpinæ ſuperſunt, etiam ramoſæ, pungentes. Folia triplicato ordine ſibi ſuccedunt, ima ovata, reliqua ovato lanceolata, viridia, hirſuta. Flores longi, pene ſeſſiles in ſpicam collecti. Calycis ſegmenta ſuperiora diſcedentia, ima propinqua, dens imus capillaris. Alæ vix auriculatæ. Carina bipes, duobus tumoribus ſiliquam urget. Flos flavus: vexillum retrorſum reflexum, cordiforme, hinc dimidia carina brevius, carinatum: Carina prælonga, recta, non roſtrata, bipes. Alæ carina multo breviores. Siliqua brevis, lata, hirſuta, nigra, tribus ſeminibus turgens. Stylus decimus diſtinctus.

353. GENISTA foliis cauli adpreſſis ellipticis, fine patente ovato lanceolato.

Chamægeniſta altera CLUS. *Pannon.* p. 51.
Geniſta ſagittalis Pannonica CAMERAR. *Hort. ic. XIII.*
Geniſta ramis ancipitibus, articulatis, foliis ovato lanceolatis LINN. *II.* p. 998.

In ſylvis helveticis vulgaris, in M. *Jorat*, *Suchet*, ſupra *Eglisau*: *Baſileæ* verſus *Burgfelden*, &c.

Mira plantæ fabrica. Caulis totus folioſus, articulatus. Rami non ramoſi. Folium quodque ellipticum, cauli adpreſſum & adnatum; pars ulterior ovato lanceolata reflectitur ad rectos fere angulos, glabra ea, firma & virens. Spicati flores ramos terminant. Calycis folia duo ſuperna brevia, tria inferiora longa, medium fere capillare. Flos flavus: vexillum reflexum, cordatum: alæ obſcure hamatæ, carina paulo breviores; iſta vexillo æqualis, bipes, fine amplo, ſubrotundo, non reflexo. Stylus decimus diſtinctus. Siliquæ totæ hirſutæ, nigræ, compreſſæ, quatuor ſeminibus fartæ, pene rotundis, nitentibus.

SPAR-

x) SPRAT. *Hiſt. of the Roy. Soc.* p. 299.
y) HELLOT. p. 397.
z) *Art de teindre les Soyes* p. 45.
zz) Schuttgelb LINDER. *färgekonſt* p. 82.

SPARTIUM a) Linn. ſp. n. 818.

GENISTÆ Tournef. ſp.

A Geniſta differt potiſſimum calyce bilabiato, in duo ſegmenta diſcedente, ſuperius & inferius. Flos magnus, vexillo ampliſſimo, alis brevioribus, carina fiſſili, aliquanto longiori. Siliqua perinde polyſperma.

*354. SPARTIUM foliis inferioribus ternatis, hirſutis; ſuperioribus ſimplicibus. *Geniſta* Dodon. *pempt.* p. 761. Rivin. *t.* 65. Blakwell. t. 144. cum charactere. *Cytiſogeniſta ſcoparia* I. R. H. Du Hamel *arbres* p. 203. *Spartium foliis ternatis ſolitariisque, ramis inermibus angulatis* Linn. *II.* p. 996.

Non ſuperat arenoſas ſylvas Alſatiæ, neque in Helvetia reperta eſt, niſi in Transalpina, a *Bellizona* adusque *Mendris* ad vias. Sub *Furca* monte in valle *Oſcellana.*

Frutex ſepedalis, ramoſus, ramis anguloſis, longis, virgatis, omnibus erectis. Folia prima petiolata, trifoliata, hirſuta, obverſe cordata: ulteriora in ramis ſimplicia, ex ovatis lanceolata. Flores in ſpicam rariorem, cum intermiſtis foliis ſubrotundis. Flores petiolati, maximi. Calyx coloratus albus; dens ſuperior ter inciſus, inferior bis. Carina tota bifida, longiſſima, obtuſe roſtrata. Alæ ovales, obtuſæ, brevi petiolo. Vexillum ampliſſimum, reflexum, emarginatum; flava omnia. Fructus latus, nigerrimus, compreſſus, ex alarum commiſſura pubescens, polyſpermos.

Planta amara, multum ſalis *b)* continet, unice diuretici, & tartari vitriolati adfinis *c)*: Quare lixivio *d)*, & ipſius plantæ decocto *e)*, hydropem legimus ſuperatum fuiſſe, & idem lixivium aliis cineribus præfertur, quales ſunt juniperi cineres *f)*. Loco Caffeæ ſemina adhiberi poſſe *g)*.

Sed etiam Geniſtæ hortenſis flores & ſemen vomitum movent *h)* cum vehementia, a duabus drachmis ad ſemuncem dati.

Flores noſtræ Geniſtæ conditi Capparidis locum tenent, minus tamen grati *i)*.

Hæc eadem planta nuper ad coria præparanda adhibita *k)* eſt, & eadem commoda præſtat, quæ cortex quernus. Ex eodem etiam cortice, in thermis macerato, & fila, & ſatis bonæ telæ, ſed utique craſſiores parantur *l)*.

*355. SPARTIUM caule decumbente ramoſo, foliis ſolitariis ovatis, floribus longe petiolatis *Emend. II.* n. 41. p. 20. †

Nova planta paſſim in *Burgundiæ* Comitatu naſcitur, ſed etiam in finitima Helvetia, ut *in Mairie de la Brevine, au Roulier* a Cl. Chatelain lecta, & *à la Chaux de fonds, dans la grande pature de la brèche.*

Caules anguloſi, ramoſi: folia non dura, ovatis longiora, cis finem latiora, obtuſa, hirſuta, neque ſericea omnia, etiam infima ſolitaria. Petioli unciales: flos quam paulo dimidio minor, floresque minus ad unum latus conjecti. Calyx bilabiatus, ſuperiore ſegmento bidentato, dentibus triangularibus, acutis, curvulis, inferiori tridentato: vexillum venoſum, flavum, amplum, emarginatum, ſic alæ latæ, ovales, evidentiori hamo. Carinæ roſtrum curvum, multo quam priori acutius.

ANONIS m) Tournefort. t. 229.

ONONIS Linn. n. 863.

Character difficilis; cum plantæ ab omnibus ſcriptoribus ad Anonides relatæ, neque foliis, neque flore, neque fructu conveniant. In calyce diſcrimen maximum, valde patente,

a) Spartium Dioscoridis videtur eſſe Geniſta juncea IV. c. 152.
b) Ad ſeſquidrachmam ex libra Geofroi.
c) *Mem. de* 1762. p. 614.
d) *Hanover. Collectan.* obſ. 22.
e) Moehring. *Eph. Nat. Cur Vol. V.* obſ. 32. Brassavola *Exam.* p. 110. Monro *dropſy* p. 44. ſq. Mead *monita* p. 138. cum ſemine Sinapi.
f) K. *swenska wetensk. handling.* 1762. *trim. I.*
g) Duberger *tr. des liqueurs.*
h) Prevot *medicina pauper.* p. 512. Magat. *rar. medic. vuln.* l. c. 55.
i) Cortes. *miſcell.* p. 205. ad grana 90. Brooke t. 4. p. 205.
k) *Gotting. gel. Anzeig.* 1755. p. 1304. La Lande *art du tanneur* p. 14. *Hanoverſche Samlungen* 1755. n. 97.
l) Du Chesne *Manuel, Traité des arts* p. 46. *Hiſt. de l'Acad.* 1763. n. 1.
m) Ononis inter ſpinoſas in ramis ſpinas habet, adpoſitas folio rutæ ſimili, toto caule foliato, aratro inimica Plin. L. XXI. n. 58. Anonis, aliis Ononis, ramoſa, fœno græco ſimilis, niſi quod fruticoſior ſit, hirſutiorque, odore jucundo, poſt ver ſpinoſa Plin. L. XXVII. n. 12. Adde ex Dioscoride Anonidem dici & Ononidem, ramos habere dodrantales, frequentibus geniculis, capitulis rotundis cinctis, foliis non injucunde olentibus: in ramis acutæ ſpinæ L. III. c. 18.

patente, cujus inferiores tres dentes prælongi, flori æquales ſint, duo ſupremi ad ſe invicem incurventur. Vexillum reliquis petalis amplius, plicatum, modice ſubrectum. Alæ perbreves, etiam carina breviores, hamatæ. Carina acute roſtrata. Stamen decimum non diſtinctum. Siliqua turgida, oligoſperma, ut ſemina tribus non plura ſint.

356. ANONIS caule decumbente, ramis ſeneſcentibus ſpinoſis.

α Junior planta nondum ſpinoſa.

II. Flore albo MATTHIOLI p. 675.

β Adulta & ſpinoſa.

Anonis FUCHS. p. 60. RIVIN. *t.* 69. BLAKWELL. *t.* 302.
Anonis, *Ononis*, *reſta bovis* TABERNÆMONT. p. 528.

II. Flore albo TABERN. ib. LOBEL. *adverſ.* p. 378. MORTON *Northamptonshir.* MATTHIOL. p. 675

III. Erectior, autumnalis.

Anonis ſpinoſa, *fruticoſa*, *erecta*, *flore pallido* VAILL. FABREGOU *II.* p. 136.
Ononis floribus racemoſis geminis, *foliis ternatis*, *ſuperioribus ſolitariis*, *ramis inermibus ſubvilloſis* LINN. *II.* p. 1006.

Vulgatiſſima ad vias, & in arvis, neque varietates albæ raræ ſunt. In Ægypto & vicina Aſia arida deſerta & ſabuloſa obducit *n*).

Caules ſemiproſtrati, duri, ramoſiſſimi, cortice rubro, hirſuto. Junior abſque ſpinis eſt, viſcoſa & fætida. Cum ætate *o*) quisque ramus in lignoſam, & duram ſpinam terminatur. Folia ex vagina, ſive ex pedunculo foliaceo ampliſſimo, naſcuntur, quæ bifida, nervoſa, ſerrata, ex brevi pedunculo unum folium, etiam duo & tria profert, hæc rarius. Flores ex alis ramulorum, in petiolis breviſſimis, unifloris, ſolitarii, aut gemini; in ſummis demum ramis ſpicam quamdam folliosam efficiunt. Calyx hirſutus, longe tubuloſus, incurvus: Segmenta ſuperiora ſubrecta, quaſi fiſſura ſeparata, imum longius. Vexillum ampliſſimum, plicatum, roſeum. Alæ carina breviores, hamis brevibus. Carinæ roſtrum ampliſſimum, purpureum, in origine bipes. Stamina non diſtincta *p*). Siliqua brevis, rhomboidea, triſperma: Semina inique reniformia *q*).

Multum olei, acidi ſalis, & terræ continet: radix pro diuretica habetur *r*), & aperiente, ut calculi ſymptomata ab ejus uſu ſublata legas *s*), lapilloſque expulſos *t*). Cortex ſumtus ad drachmam urinam movet, etiam cum vitio *v*), ut ab ejus uſu lotium præter voluntatem manet, ſed etiam menſes pellit. Sarcocelen uſu pulveris radicis ſuperatam fuiſſe *x*) MATTHIOLUS. Sed id nimium videtur *y*). Decocto Anonidis caput in cephalalgia Ungarica *z*) *hagymaz* fricatur. Aquam inutilem eſſe facile credo *a*). In ſale cinerum ſalſa natura eſt & adſtringens *b*). Muria condi, antequam ſpinoſa fiat, cibo gratiſſimam *c*).

Anonis ſpinis carens purpurea C. B. quæ *non ſpinoſa* CLUS. *Pannon.* p. 52. paſſim ab aliis repetita, ut a ROYERO *d*) & J. BAUHINO *e*), & quam Cl. STÆHELIN circa *Reichenbach* ſe reperiſſe putabat, diu me dubium tenuit. Planta BAUHINORUM folia, ut in icone CLUSIANA, ampliora habet, vaginas maximas, ſpicas in ſummis ramis confertas, foliis eminentibus non diſtinctas, calyces, & caules in iis ſpicis maxime tomentoſos, ut pro diverſa ſtirpe haberi poſſit. Non tamen eſt ejusmodi inter meas exemplum, quod ſatis tuto pro diverſo haberi poſſit, etſi *Caſpari* BAUHINI plantam puto differre: quare de eo malo ampliare. LINNÆUS, quam diſtinxerat, nunc conjungit.

357. ANONIS foliis ſubrotundis ſerratis, petiolatis, floribus petiolis multifloris.

Cicer ſylveſtre GESNER. *Hort.* p. 254. b. *Verius* LOBEL. *Icon II.* p. 73.
Cicer ſylveſtre trifolium I. B. II. p. 295.
Idem puto *Cicer alpinum* LOBEL. *Illuſtr.* p. 169.

n) HASSELQUIST. p. 107.
o) BOEHMER. *flor. Lipſ.* p. 139. TREW. *Centur. IV.* n. 1.
p) TREW. ic.
q) GREW. t. 74.
r) Etiam in equis. AGRICOL. *Ammon.* p. 179.
s) HAEN *rat. med. VI.* p. 290.
t) MONAV. DIOSCORIDES apud CRATON. *Epiſt. II.* p. 367. PLIN. L. XXVII. n. 12.
v) LENTILIUS.
x) MATTHIOLUS p. 675.
y) Jam BORRICHIO & aliis, apud GEOFROI.
z) ALBERTI *de eo morbo.*
a) BUCHWALD p. 188.
b) STAHL. *mat. med.* p. 362.
c) DIOSCORIDES.
d) p. 126. ſeſquicubitalem eſſe.
e) *Spec. II.* p. 393.

Ononis fruticosa pedunculis trifloris , calycibus triphyllo bracteatis , foliis ternatis subrotundis, LINN. *II*. p. 10.

Formosa planta ad pedes omnium rupium septentrionalis Alpium catenæ amat nasci, sub *Gemmio*, sub *Mouverant*, en *Ovannaz*, *sur Champ*, sub *Sublins* prope *Bevieux*. Inter *Orsieres & S. Branchier* in jugo meridionali. Etiam ad *Salevæ* montis pedem J. B. & RAIUS.

Caulis fruticosus, cubitalis, brachiatus, cortice subhirsuto, absque spinis. Folia longe petiolata, a caule distantia, ternata, viridia, hirsuta, mollia, rotunda, acute circumserrata. Scapi florigeri ex foliorum alis aphylli, triflori, pauciflori, biunciales: petioli singulares cernui: stipulæ gemellæ, ex ovatis lanceolatæ, serratæ. Calyx flore multo brevior, campaniformis, segmentis subulatis. Flos speciosus. Vexillum grande, replicatum, roseum, venis coloris saturati pictum. Alarum petiolus brevis, hamus obtusus, color albus. Carina alba, rostro purpureo, acutissimo, fere absque hamis. Stamina novem & unum. Totus habitus viscosus.

358. ANONIS viscida, foliis pedunculatis ternatis, petiolis unifloris.

Ononis lutea CAMERAR. *Epit*. p. 444.

Natrix lutea herbariorum LOBEL. *ic. II*. p. 28.

Anonis viscosa spinis carens lutea major C. B. PONTEDER. *antholog. L. I. c*. 32. p. 91. SCHEUCHZER *It. IV*. p. 329. MILLER *t*. 33.

Natrix f) RIVIN. *t*. 68.

Ononis pedunculis unifloris aristatis, foliis ternatis, ovatis, stipulis integerrimis LINN. *II. p*. 1008.

Nihil frequentius in Gubernio Aquilejensi, torrentium alveos, & glareosa adclivia. *Au Tombey*; in alveo fluminis *Gryonne*, circa *Bevieux*, & in *Valesia* ad vias.

Radix, ut priori, lignosa, serpens & multiplex. Caules duri, fruticosi, cubitales. Vaginæ ad ortum petioli foliosi longæ, bifidæ. Folia petiolata, ternata, anguste ovata, nervosa, argute serrata, cum tota planta viscida, & olentia. Scapus floriger unicum foliolum petiolatum producit, & florem unicum, nutantem, sub eo vero stipulam brevem hirsutam. Flos grandis, calyx magnus, flore adulto breviori, brevi tubo, segmentis longis subulatis. Flos luteus: vexillum cordiforme, amplissimum, fuscis lineis striatum. Alæ magnæ, rotundæ, hamatæ, carinam fere æquant. Ampla ista, rostro acuto, longoque. Stamina omnia connata. Siliqua longa, non torosa, hirsuta, aspera, subcylindrica, aliquot semina continet, ad octo.

359. ANONIS foliis ternatis, ovatis, serratis, subhirsutis, floribus sessilibus, calycibus hiantibus *Catalog. rar*. p. 762.

Ononis lutea sylvestris minima COLUMN. *ecphras*. p. 301. 304.

Anonis lutea, montana, non spinosa, minima BARRELIER *ic*. 1107.

Ononis floribus subsessilibus lateralibus , foliis ternatis , glabris , stipulis setaceis , calycis aristis corolla longioribus LINN. *II*. p. 1007.

Vulgo in Gubernio Aquilejensi, multis locis, ut in via *le Tombey*, supra *Bex*. Sic inter *Leucam & Sideram Valesiæ*, & circa *Fouly*, *Saillon* &c..

Caules non spinosi, lignosi, ad summum pedales, toti foliis & floribus & vaginis foliorum tecti. Folia tota subhirsuta, per ætatem calva, ternata, longe petiolata, nervosa, argute circumserrata. Vaginæ biunces, ovato lanceolatæ. Flores in summo caule in ala folii pene sessiles, petiolati, ternati, medio foliolo ovato, serratis omnibus. Calycis patuli hiant laciniæ, longæ, latæ, lanceolatæ, hirsutæ, rigidæ. Vexillum amplum, replicatum, luteum, purpureis lineis pictum: alæ saturate flavæ, carina breviores, exiles, hamatæ. Ista rostro lato, modice acuminato, petiolo brevissimo. Fructus brevis, tumidus, subhirsutus, niger, trispermos.

Planta odorata viscida.

II. FOLIIS OMNIBUS TERNATIS.

CYTISUS TOURNEF. T. 416. LINN. n. 877.

Calyx parvus, nec patens, bilabiatus *g)*, denticulis superne duobus, inferne tribus. Vexillum petiolatum, petiolo ad aliquam distantiam a reliquis petalis remoto, lateribus reflexis. Siliqua non turgida, compressa, polysperma *h)*. Genus Spartio proximum.

360. CYTISUS

f) Natrix herba, radix avulsa hircum olet PLIN. L. XXVII n. 83.

g) TOURNEF. ad C.

h) K. L.

360. CYTISUS racemis simplicibus, pendulis, foliolis ovato oblongis LINN. II. p. 1041.

Varietas major, aut latifolia α.

Trifolia arbor CORD. p. 187.

Anagyris latifolius HORT. AICHSTETT. *vern. ord. frut. t. 7. f.* 1.

Laburnum RIVIN. p. 62. *Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. II. obs.* 15.

Garden of Eden t. 27. p. 361.

β Angustifolia.

Anagyris altera CAMERAR. *Epit.* p. 672.

Varietates habet MICHELI *Hort. Florent.* p. 32.

In sylvis Helvetiæ occidentalis vulgatissimus, in Gubernio *Aquilejensi*, potissimum in sylva *la Chenau*, qua itur in vallem *Ormond*, a salinis *Panex*, & in vicina *Valesia*: in præcipitibus scopulis, quos Urba flumen prope *Moncharan* dividit, in *Saleva* M. &c.

Arbor decempedalis, quando spontanea, frondosa. Folia longe petiolata, ternata, elliptica, integerrima, subhirsuta. Rami terminantur in pendulas spicas, nudas, speciosas. Flos ex longo petiolo suspensus, flavus. Vexillum emarginatum, reflexum, maculis intus fuscis pictum. Alæ, quam carina, longiores, hamatæ. Siliqua subhirsuta, ad sex usque semina reniformia continet.

Amara est: semen purgat & vomitum ciet, ad flagitium usque *i*). Nostri *Aubours* vocant, quam in vocem Laburnum *k*) veterum degeneravit. Materies nostro non nigra quidem, ebeno *l*) proxima, sed flavescens cum venis obscurioribus, dura, & invicti roboris, ad clavos ligneos, ad instrumenta musica utilis, & ad arcus *m*). Non *n*) est Cytisus *o*) veterum, virgultis subtortis, floribus albis, vel galbineis, odore mellito, semper virens frutetum, sativum, in vetere re rustica celebre *p*). Veriorem Cytisum MARANTA *q*) indicavit, consentiente ROBERTO BRADLEY *r*). Neque est Guajacum *s*).

361. CYTISUS foliis ovatis nitidis, floribus spicatis, cernuis, calycibus & siliquis sericeis.

Synonymorum maxima difficultas.

Est *Cytisus primus* CLUS. *Pann.* p. 36.

Cytisus Gesneri, cui flores vere spicati I. B. I. P. II. p. 370.

Cytisus RIVIN. *t.* 17.

Long Spiked Cytisus, Garden of Eden l. c.

Cytisus foliolis ovato longis, racemis simplicibus erectis LINN. *II.* MILLER *t.* 117. *f.* 1.

In Helvetia transalpina a *Giornico* ad *Luganum* usque: circa *Chiavennam*, in valle *Madia*: in *Prægallia* circa *Plurs*. Ajunt etiam circa *Scaphusiam* nasci.

Arbuscula quatuor pedum, erecta, ramis sursum tendentibus, cortice, foliorum parte aversa, calyce, & siliqua tenui argenteo villo obsitis. Folia petiolata, terna, ovata. Rami terminantur spicis longis florum breviter petiolatorum, ex petiolis curvis nutantium. Calyx bilabiatus, labio superiori integro, inferiori tridentato, dentibus minimis. Flores suaveolentes, flavi. Vexillum ovatum, brevius, planum, retrorsum flexum. Carina maxima, latissima, sursum versa, rostro lato. Alæ paulo carina breviores, ovatæ, ut flos totus brevis sit, & latus. Siliquæ curvæ, planæ, polyspermæ. CORDUS utrinque levia folia describit: sed villus est brevissimus.

Vulnerariam esse BOCCONE *t*).

Anagyridis ramum inter plantas circa *Viviscum* lectas THORELLUS Chirurgus habuit: sed nemo eam arborem in Helvetia sponte nascentem reperit.

MELILO-

i) MATTHIOL. p. 931.

k) Alpina arbor Laburnum dura & candida materie, flore cubitalis longitudinis, quem apes non tangunt PLIN. L. XVI. ed. 8.

l) De Cytiso PLINIUS L. XVI. c. 40. Comparat etiam Du HAMEL *arbres* p. 207.

m) BELLON. *neglect. cult.* p. 129.

n) BELLON. Verum esse Cytisum HEROLD apud MATTHIOLUM, p. 209.

o) MARCELL. p. 171.

p) Mire commendabat ARISTOMACHUS apud PLINIUM L. XIII. Cytisus frutex albus est ut Rhamnus, ramos spargens cubitales & majores. Folia Fœni Græci, aut Loti trifoliæ, minora: trita erucam olent, & cicer recens sapiunt. Apes adlicit DIOSCORIDES L. IV. c. 108.

q) p. 36.

r) *Survey of ancient husbandry* p. 285.

s) Monet contra MONTANUM FALLOPIUS *de morb. gallic.* p. 28.

t) *Mus. di fisic.* p. 139.

MELILOTUS *a)* TOURNEFORTII t. 229.

TRIFOLII ſp. LINN.

Difficilis alioquin character Trifolii non debet plantis perturbari, quas facile ſit ſeparare. Meliloto calycis dentes breves, imus breviſſimus *b)*, trifolio longi, imus longiſſimus. Flos Meliloto neque perinde longus, neque ſtrictus. Vexillum dimidia parte *c)* ſui ſubrectum, in Trifolio plerumque rectum. Alæ Meliloti vexillo pene pares, (quæ breves trifoliis), & carina longiores, quæ pene recta, obtuſa. Siliqua de calyce eminens *d)*, inflata *e)*, monoſperma & diſperma *f)*. Flores racemoſi, non capitati.

362. MELILOTUS ſiliquis racemoſis, pendulis, rugoſis, diſpermis, acutis.
Melilotus RIVIN. *t. 6.* BLAKWELL. *t.* 80.
Trifolium odoratum, *ſeu Melilotus* DODON. *coron.* p. 190.
β. *Melilotus vulgaris altiſſima fruteſcens*, *flore luteo* T. aut *de Par.* p. 289. &c.
Lotus ſylveſtris flore albo TABERNÆM.
II. *Melilotus fruticoſa*, *candida major* HIST. OXON. *II.* p. 161. *t. 16. f.* 1.
Melilotus vulgaris altiſſima, *flore albo* TOURNEF. aut *de Paris* p. 289.

Vulgaris Melilotus luteo & albo flore, in arvis & ad vias frequens eſt. Alteram ſepedalem albo flore, circa dirutam arcem *Belp* olim legi.

Caulis durus, rectus, ramoſus, vulgo bipedalis. Folia ternata, glabra, glauca, ovata, profundius circumſerrata. Singulum ramum longa ſpica florum pendulorum & retroverſorum terminat. Seta capillaris ad petioli originem *g)*. Vexillum plicatum, leviter bifidum. Alæ hamatæ, vexillo æquales. Carina fiſſilis, rotundo fine, non recurvo. Siliqua turgida, transverſim rugoſa, perbrevis, ſemine unico, de craſſo funiculo pendulo, aut duobus.

Planta validi & peculiaris odoris *h)*, acris & amara, ſapore ingrato, ut pecori tamen non diſpliceat *i)*. Peſſimo ſapore triticum inficit *k)*. Florum odor non ingratus, ex quibus aqua ad ignem ſtillat, quæ ſuaves odores commode recipit *l)*.

Habetur vulgo pro planta emolliente *m)*, & eo ſcopo in clyſteribus, fomentis, emplaſtris adhibetur; creditur ad ciendas ſuppurationes efficax eſſe; etiam ad cutem a veſicatorio unguento nudatam. Infuſum florum ad colicos dolores, ad ventris inflammationes, ad iſchuriam *n)* laudatur *o)*. Dyſenteriam *p)* ſolo Meliloto ſuperatam lego, cum in primo ſtadio morbus hactenus moraretur. Unguentum flavum cum butyro tritorum ad malas lippitudines *q)* utile fuiſſe dicitur. Oleum *r)* infuſum ad renum dolores olim laudes meruit.

Et tamen mihi acris potius videtur planta, quam emolliens, ut irritet *s)* & diſcutiat potius *t)*, quam ſuppurationem promoveat. In Anglia in deſuetudinem abiit *v)*. Cum caſu in ſemen lini ſe admiſcuiſſet, in angina nocuiſſe vidi.

TRIFOLIUM TOURNEF. t. 228 LINN. n. 896.

Difficilis character, difficilior, ſi Melilotos admiſceas. Eſſentialis eſt habitus trifoliatus, floresque in ſpicam denſam, fere ſubrotundam, collecti, & erecti, qui per maturitatem dependent. Calycis denticuli peranguſti *a)*, imus longior *b)*. Flos longus *c)*, ſtriatus *d)*. Vexillum ſæpe emarginatum, vix reflexum, ſed longum *e)*, ut reliqua petala longe excedat. Alæ breviores, hamatæ *f)*. Carina dipetalos *g)*, breviſſima *h)*.

Siliquæ

a) Melilotus, Seratula campana. Flos & odor & color DIOSCORID. croco vicina, in coronis antiquorum Italorum locum habebat PLIN. L. XXI. n. 37. DIOSCOR. III c. 91. Sed Antiquorum Melilotus alba & odoratior habebat ſiliquas cylindricas, penibus puerorum ſimiles, inquit SERAPIO *ſimplic.* c. 18.
b) TOURNEF. B.
c) A.
d) ad B.
e) E.
f) E.
g) ad SAUVAGES *flor.* p. 185.
h) THEOPHRAST. *cauſ. VI.* c. 22. ſiccum melius olere.
i) SCHREBER III. *Saml.* p. 55.
k) *Muſ. ruſt. II.* p. 255.
l) GEOFROI III. p. 836.
m) DIOSCORIDES.
n) Eo fine in NICOLAUM p. 179.
o) CHOMEL.
p) COBER. obſſ. II. p. 94.
q) EHRHARD. *pflanzhiſt. XI.* p. 4.
r) MESUE p. 187. b.
s) *Chirurgie pharmac.* p. 115.
t) DETHARDING *method.* p. 77.
v) *Chirurg. pharm.* l. c.
a) TOURNEF. E. H. O. P. S.
b) E.
c) A. M.
d) ibid.
e) Conf. M. A.
f) C.
g) D.
h) ibid.

Siliquæ breves *i)*, aut reconditæ in calyce, aut eminentes. Multis trifoliis petala omnia conservent *k)*, ut flos vere sit monopetalos. Idem sæpe cum maturescente semine superest & una marcescit.

ORDO I.

SILIQUA DE CALYCE EMINENTE

TRIFOLIASTRA MICHELI.

363. TRIFOLIUM spicis ovatis densissimis, strepentibus, caulibus diffusis.

Melilotus minor TRAG. p. 593.

Trifolium pratense, luteum, femina, flore pulchriori, seu Lupulinum I. B. II. p. 381.

Trifolium pratense, luteum, capitulo lupuli C. B. VAILLANT. p. 196. *t.* 22. *f.* 3.

Lupulinum RIVIN. *t.* 10.

Trifolium spicis ovatis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus nudis, caule erecto, LINN. *II.* p. 1087. sed maturior caulis diffusus est.

Icon muf. rufi. IV. n. 2. *f.* 5.

In agris & inter stipulas ubique.

Caules duri, brachiati, pedales, erecti, vel procumbentes. Folia nervosa, glauca, glabra, modo pene ovata, modo cordata, aut sectorem referentia circuli, cujus radii integri sint, arcus serratus. Stipulæ ad summum ortum magnæ, ovato lanceolatæ. In longis, nudis, petiolis spicæ florales, subovatæ, densissimæ: flores pedunculati, flavi, per ætatem penduli, qui cum semine marcescunt, siccique fiunt, & strepunt, fusco colore, cæterum tetrapetali *a)*. Vexillum amplissimum, cordatum, reflexum, striatum. Alæ & carina vexillo insignissime breviores, illæ hamatæ: carina recta, non rostrata, dipetala. Calycis segmenta lanceolata. Siliqua petiolata, monosperma, semine ovali, crasso, petiolato.

Eximium pabulum præbet, & a perito agricola fistuloso illi *b)* hispanico Trifolio præfertur.

364. TRIFOLIUM spicis strepentibus paucifloris, caulibus erectis. *It. hercyn.* n. 5.

Trifolium lupulinum alterum minus RAI *plant. cantabr.* p. 166. *Syn. III. t.* 14. *f.* 3.

Trifolium spicis ovalibus, imbricatis, vexillis deflexis, persistentibus, caulibus procumbentibus, LINN. p. 1088.

Frequens in pratis udis, v. c. inter *Muri* & ericeta torfacea cis *Gümligen.*

Caules humiles, pedales, erecti, parum ramosi, parum foliosi. Folia parva, emarginata, argute serrata. Capitulum laxius, spicæ similius, florum luteorum fere sedecim, dum senescit cinereum. Vaginæ & petioli in Anglia hirsuti, nostris glabri.

Hujus varietas est, in viis gramineis, in nemore *Wylensi*, & alibi reperta, quæ *Trifolium Lupulinum minimum* DILL. *Syn. III.* p. 331. t. 14. f. 4. quæ figura nostri speciminis est simillima, & est *Trifolium spicis subimbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pedicillatis, caulibus procumbentibus* LINN. II. p. 1088. Mihi, etsi caulis procumbit, non satis diversa videtur, & in horto a DILLENIO sata in *Trifolium* 363. rediit, DILLENII ipsius fide.

365. TRIFOLIUM caule erecto, spicis ovatis, strepentibus, calycibus capillaribus, pilosis.

Trifolium montanum lupulinum C. B. *Prodr.* p. 140.

Lotus montanus aureus amplo lupuli capitulo, annuus BARRELIER *ic.* 1024.

Trifolium spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pilosis, caule erecto LINN. *II.* p. 1087. Conf. descriptionem Cl. KRASCHENINNIKOF p. 136.

Satis vulgare in montosis, inter *Rüti & Gurnigel*, in monte *Feuerstein.* Acutioribus foliis in alpibus Glaronensium J. GESNER.

Caulis pedalis, & cubitalis, erectus, minus ramosus. Folia ima cordata, reliqua cordiformia, ovatis similiora. Capitula ovata, vetula spadicea, longiora & majora. Calycis brevis campanula, dentes superiores breves, inferiores capillares, longiores quam prioribus, imus longissimus, subpilosus *c)*.

366? TRIFOLIUM capitulo spumoso aspero majus C. B. *Prodr.* p. 140. RAI &c.

C. B. In Salicetis *Michelfeldæ*, *Huningam* versus, in dumetis se suffulciens reperit, neque quisquam alius. Ea dumeta dudum destructa sunt, & fortissimo Castello Huningensi cesserunt

 Caules

i) F.Q.V.O.
k) Id est *Triphylloides* PONTEDER.

a) FABRIC. *butisbac.* p. 50.
b) L'ISLE II. p. 50.
c) *Flor. Ingric.* p. 116.

Caules bicubitales, tenues, flexiles: folia rotunda, crenata, vulgaris Trifolii similia, in prælongis pedicillis. Scapi palmares, pedales. In singulo scapo capitulum subrotundum, parvæ avellanæ mole: flosculis aureis; his succedunt folliculi membranacei, sibi incumbentes, filamentis quibusdam exasperati. Ita C. B.

De hoc Trifolio ne conjecturam quidem habeo, quam offeram.

367. TRIFOLIUM caule repente, spicis depressis, siliquis tetraspermis.

Innumerabiles hujus plantæ varietates sunt, quarum plurimas MICHELIUS collegit.

α Vulgare.

Trifolium pratense flore albo minus & femina glabrum I. B. II. p. 380.

Trifolium repens RIVIN. *t.* 13. similius varietatis ζ.

β Varietas quadrifolia, in areolis hortorum & in ambulacris glarea conspersis LOBEL. ic. II. p. 33.

γ Etiam quinque & sex foliis MORISON. II. p. 135.

δ Simile varietatis maximæ n. 368. sed repens, siliquis dispermis MICHELI p. 20. t. 25. f. 5.

ε Foliis rhomboideis, albo gnomone pictis, acute serratis, petalis pene purpureis, non lineatis; insignior varietas, inter *Basileam & Montbeliard*, etiam inter *Chiavennam & Bellinzonam* nata *Emend. III.* p. 88. n. 235.

Melilotus Parisiensis humi fusa foliis glabris serratis VAILLANT. *t.* 22. *f.* 1.

ζ Foliis subrotundis serratis, non maculatis: siliqua tetrasperma.

η Alpina folio valde nervoso, cordato, non maculato.

θ Alpina minima, triuncialis, foliis rotundis non maculosis: siliqua tetrasperma MICHEL. p. 25. t. 25.

ι Alpina flore maximo, duplo, quam in reliquis, majori, folio subrotundo.

κ Varietas maculosa, sagitta notata, pediculis longissimis, siliquis tetraspermis MICHELI p. 28. t. 25. f. 1. quæ est ex amplissimis.

λ Hujus varietas vivipara, numerosis petiolis in capitulum congestis, biuncialibus, in quibus monstrosi flores nascuntur, uno alterove petalo in longum folium degenerante, profunde serratum, dum unum alterumve petalum non mutatum superest.

Trifolium pratense capitulo folioso AMBROSIN. *nov. plant. hist. c.* 5. *phytogr.* p. 541.

α-λ. Est *Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente* LINN. *II.* p. 1080.

Mutabilis planta vulgatissima in hortis ambulacris, & pratis.

Omnibus habitus repens, caule transverso, subinde radices deorsum fundente, sursumque & foliosos petiolos, & florigeros emittente, longos utrosque. Folia variabilia, in universum circumserrata, glabra, nervosa, cæterum subrotunda, aut cordata, emarginata, sæpe arcu aut gnomone albo notata. Stipulæ venosæ, ovato lanceolatæ. Capitulum florigerum sphæricum, depressum; flores juniores recti, maturi reflectuntur, ut spica nunc bifida sit. Calyx coloratus, albus, aut purpureus, duobus dentibus superioribus brevioribus, a tribus inferioribus, longioribus, intervallo aliquo remotis. Flores juniores albi, sensim purpurei fiunt, denique fusci, dum perinde marcescunt, ut in lupulinis. Vexillum longissimum, plicatum, non reflexum, album aut subpurpureum. Alæ multo breviores, carina brevissima. Siliqua torosa de calyce eminens, seminibus in optimis exemplis quaternis, licet a duobus ad quaterna ludant.

368. TRIFOLIUM caulibus subrectis, spicis depressis, siliquis dispermis.

Trifoliastrum pratense corymbiferum, erectum, annuum, præaltum, caule crassiore fistuloso, folio longiore cordiformi, flore albo, siliqua incurva, lata, compressa ac disperma MICHELI p. 28. *t.* 25. *f.* 2.

Trifolium orientale altissimum, caule fistuloso, flore albo VAILL. p. 195. *t.* 22. *f.* 5.

Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tesraspermis, caule adscendente LINN. *II.* p. 1080. Conf. DALIBARD. p. 226.

Trifolium flore albo RIVIN. *t.* 4.

In hortis: etiam ad pabula *d)* colitur.

Parum diversum: caule non repente, semisubrecto, cubitali, duriori, fistuloso, ramoso: Foliis magnis, puris, ovatis, non maculosis: Spica compressa, floribus grandioribus. Stipulæ venosæ, longe caudatæ.

369. TRIFOLIUM

d) Journ. œconom.. n 1. p. 38.

369. TRIFOLIUM scapis radicatis, floribus racemosis, foliis ellipticis, lanceolatis, integerrimis.

Trifolium angustifolium alpinum PONÆ p. CCCXL. apud CLUSIUM, & *Italic. edit.* p. 194.

Trifolium alpinum flore magno, radice dulci C. B. *Prodr.* p. 143. SCHEUCHZER *It. I.* p. 43. *It. II.* p. 143. *It. IV.* p. 342.

Trifolium Glycyrrhizites PARKINSON p. 1105.

Trifolium scapo nudo, leguminibus dispermis pendulis, foliis lineari lanceolatis LINN. *II.* p. 1080.

β Flore albo in M. *Serin.*

Frequens in alpinis, in adscensu montis *Scheidek*, *Stokhorn*, in monte *Joch*, *Gotthardo*, *Speluga*. In Gubernii Aquilejensis alpibus ubique, *Javernaz*, *Enzeindaz*, *Ovannaz*, *Rosselinaz*. In alpibus Valesiæ *Fouly*, *Jeman*, *Col de Ferry*, *S. Bernhard*, *Simplon* &c. Nusquam in montibus.

Radix amplissima, pedalis, brachiata, multiceps, satis recta. Folia ternata, petiolata, angusta, elliptica, integra, nervosa, glabra. Scapi florigeri ex radice aphylli, aliquot uncias longi, late terminati florum racemo, non spica. Hi ab Anonidis floribus valde diversi, prælongi sunt & stricti, purpurei. Calycis segmenta omnia prælonga, superiora latiora, imum capillare. Vexillum longissimum, ad reliqua petala adpressum, striatum, carneum, lineis purpureis varium. Alæ carina longiores, hamatæ. Carina brevissima: stamen decimum distinctum. Siliqua brevis, turgida, semina duo.

In Comitatu *Ruscinonensi* & in *Arvernia* pro Glycyrrhiza venditur *e*).

II. TRIFOLIA FRUCTU CALYCI INCLUSO.

I. FLORE TETRAPETALO.

370. TRIFOLIUM *f*) caule repente, spicis glabris, calycibus sericeis, ampullescentibus.

Trifolium fragiferum nostras purpureum, folio oblongo H. OXON. *II* p. 144. *t.* 13. *f.* 2. VAILLANT. p. 195. *t.* 22. *f.* 2.

Trifolium fragiferum repens, minori & rotundiori folio BARRELIER *ic.* 852.

Trifolium capitulo spumoso aspero minus C. B. *Prodr.* p. 140.

Trifolium fragiferum frisicum CLUS. *cur. post.* p. 39.

Trifolium capitulis subrotundis, calycibus bidentatis, inflatis, reflexis, caulibus repentibus LINN. *II.* p. 1086.

Locis gramineis udis v. c. in via quæ a *Seelhofen* ad Arolam ducit: *Morati* eundo versus *Anet*. *Basileæ* ad ripam Rheni prope *die Baar*.

Junius varietates Trifolii 367. ita refert, ut vix distinguas, nisi ex sericeis calycibus, & ex capitulo densius congesto.

Habitus repens, simillimus, scapique florigeri & foliosi: folia etiam ovata vel cordata, acute circumserrata, glauca & levia; capitulum sphæricum, depressum, calycis denticulis supernis brevioribus, infernis longioribus & rectioribus. Vexillum longum, strictum, album, roseis lineis virgatum, alis ad brevissimam carinam adhærescentibus, Sed maturior calyx totus mutatur *g*), ejusque pars superior in globi speciem intumescit, & in teneram reticulatam naturam abit, quæ modo glabra est, modo villosa: dentesque habet duos curvos conspicuos, ad se invicem conversos: dum inferior calycis pars vix mutatur. Siliqua rotunda, disperma: semina ex ovatis reniformia.

In Hibernia colere incipiunt, & ajunt satum ad septem pedes se extendere *h*).

371. TRIFOLIUM caulibus prostratis, capitulis ovatis, in alis sessilibus, calycibus rigidis, segmentis rectis *i*).

Trifolium, cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt I. B. II. p. 378. LA CHENAL p. 2.

Trifolium minus, capitulo parvo albo echinato BARRELIER *ic.* 870.

Trifolium flosculis albis, in glomerulis asperis, cauliculis proxime adnatis RAI. VAILLANT. *t.* 33. *f.* 1.

Trifolium capitulis sessilibus lateralibus ovatis, calycibus inæqualibus rigidis persistentibus LINN. *II.* p. 1084.

Circa

e) LE MONNIER, GAGNEBIN.

f) Esse Tetrapetalon consentit FABRICIUS l. c.

g) In *Trifolio folliculato* calyx etiam inflatur, sed duo dentes longiores sunt, & a se invicem recedunt.

h) BAKER *Experim.* p. 98. sqq.

i) In altero satis simili *Glomerato* LINN. n. 29. capitula sphærica sunt, calycisque squamæ reflexæ.

Circa *Birsam* in arenosis Cl. LA CHENAL. Magna copia reperi in area *Arcis St. Tryphon*, & alibi in aridis calidioribus.

Ex una radice numerosi caules, secundum terram prostrati, semipedales & ultra. Folia firma, subhirsuta, venosa, obtuse rhomboidea, ut initium ab angulo fiat, finis sit in arcum. Capitula parva, ad foliorum alas sessilia, ob grandiusculos & duros calyces aspera, suscepta stipula ovato lanceolata. Calyx campaniformis, contractus, pene globosus, dentibus quinque triangularibus, quorum duo superiores minimi, imus est longissimus. Calycis flos longior, strictus, inapertus, albus, tetrapetalos. Vexillum plicatum, sursum flexum: hami alarum breves.

372. TRIFOLIUM caule erecto paucifloro, foliis elliptico lanceolatis, nervosis, subtus subhirsutis.

Trifolium pratense album FUCHS p. 818.
Trifolium folio longiore flore albo RIVIN. *t.* 12.
Trifolium majus I. CLUS. *Panonn.* p. 760. *hist.* p. CCXLV. cum icone.
Trifolium spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis, emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto LINN. *II.* p. 1087.

Vulgo in pratis adclivibus, & siccioribus.

Folia perinde glauca, valde nervosa, serrata, acute elliptica, subtus hirsuta. Caulis erectus, vix ramosus, pedalis & ultra, fistulosus, hirsutus. Spica floralis ovata, acuta, ramum caulemve terminat. Stipulæ cavæ, strictæ, biaures, auriculis lanceolatis. Calyx albus, hirsutus, segmentis capillaribus. Flos tetrapetalos, albus. Vexillum plicatum, striatum, reliquis petalis dimidio longius, dimidia parte subrectum. Alæ & carina ovatæ, hamatæ, cohærentes, illæ longiores; carina latior, bipes, ovata, neque recurva, neque rostrata.

Varietas montana paulo durior.

373. TRIFOLIUM caule ramoso, foliis lanceolatis, serratis, spicis villosis ovatis.

Lagopus DODON. *Cereal.* p. 212. RIVIN. *t.* 15. BLAKWELL. *t.* 490.
Lagopus angustifolia minor erecta BARRELIER *ic.* 901.
Lagopus altera, angustifolia, minor & verior, capitulo breviore IDEM *ic.* 902.
Trifolium spicis villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis, æqualibus LINN. *II.* p. 1083.

Vulgo inter stipulas exeunte æstate.

Caulis erectus, ramosus, cum tota planta molli lanugine obsitus. Folia longe lanceolata, cis finem latiora, fine inciso, nervulo in spinam exeunte. Vaginæ lineatæ, longe aristatæ. Caulis & rami terminantur spicis ovatis, per ætatem cylindricis, totis tomentosis. Calyx campaniformis, villosus, quinque denticulis flore longioribus, pappo pinnatis, quorum inferiores paulo longiores sunt. Flos exiguus, subrubellus, tetrapetalos *k*). Alæ crassis hamis, vexilli breviores, carina longiores; obtusa ista & absque rostro. Siliqua sphærica, tumida, monospermos.

Putatur siccare, & adstringere *l*), & ad dysenteriam *m*) adhibetur, ignotus medicis. Ad morbum pecoris, *gall siuka*, Suecis *n*) in usu est.

374. TRIFOLIUM foliis subrotundis, spicis cylindricis, calycibus plumosis.

Lagopus major folio trifolii DODON. *hist.* p. 577.
Lagopus maximus Lobelii CLUS. *Pann.* p. 763. 764. *hist.* p. CCCLVI.
Trifolium alpinum latifolium spica longa BARRELIER *ic.* 697.
Trifolium spica oblonga rubra MILLER *t.* 267.
Lagopus latifolius RIVIN. *t.* 17.
Trifolium spicis villosis, oblongis, obtusis, aphyllis, foliolis subrotundis LINN. *II.* p. 1083.

I. B. In pratis prope fluvium *Arve*: sed ibi sollicite quæsitum a Gen. de SAUSSURE non potuit inveniri, ut non satis certa civis sit.

Huic caules glabri, cubitales & altiores. Folia nervosa, subrotunda, undique serrata, subhirsuta. Stipulæ breviter ovato lanceolatæ. Spica prælonga, etiam biuncialis, mollissima. Calyx bilabiatus, tribus inferioribus segmentis deorsum reflexis, duobus superioribus adscendentibus, omnibus in longas & plumosas aristas exeuntibus, cum calyx ipse villosus sit. Vexillum subpurpureum, nitens, longius, plicatum, acuminatum. Alæ breviores, acutæ, hamatæ, purpureæ. Carina ovalis, acuminata, recta, non facile a carina separabilis. Semen unicum.

II. FRUCTU

k) FABRIC. l. c.
l) Alvum sistit PLINIUS.
m) BUCHWALD p. 158.
n) K. swensk wetensk handling 1747. p. 78.

II. FRUCTU CALYCE CONTENTO.

II. FLORE MONOPETALO.

375. TRIFOLIUM foliis nervosis ciliatis, spicis ovatis, obesis, calycis denticulis plumosis, imo longissimo.
Cytisus TRAG. *I.* p. 601.
Trifolium majus III. CLUS. *pannon.* p. 762. *hist.* p. CCXLV. ut tamen figura Trifolio 374. similior sit.
& *Trifolium montanum spica longissime rubente* C. B. I. R. H.
Trifolium spicis villosis longis, corollis monopetalis, caule erecto, foliis serrulatis LINN. *II.* p. 1081.

Pulchra planta in pratis calidioris Helvetiæ vulgo nascitur. Supra *Bonneville*, *Cressier*, circa *Chamblon*. In Gubernio Aquilejensi circa *Bex*, *Escharpigny*, aux *Gauges*. Genevæ prope *Champel*. Basileæ circa *Crenzach*. *Curiæ*. Chiavennæ: in monte *L[illegible]denberg*, &c.

Caulis firmus, erectus, pedalis & cubitalis. Folia elegantia, nervosa, nitide sulcata, oris ciliatis, glaberrima, elliptica, fine emarginato. Stipulæ maximæ, ellipticæ, convolutæ. Spicæ caulem & ramos terminant, biunciales & ultra. Calyx pene glaber: denticuli plumosi, imus longissimus, flori æqualis, pappo plumosus. Flos purpureus, longe de calyce eminens, monopetalos. Vexillum longissimum, strictum: carina recta, ejusdem fere longitudinis: alæ exiguæ: connata omnia.

376. TRIFOLIUM foliis ovatis nervosis, supremis conjugatis, vaginis lanceolatis.
Trifolium majus II. CLUS. *Pann.* p. 760. *hist.* p. CCXLV.
Trifolium majus CLUSII *secundum, rubrum, non album* I. B. II. p. 375.
Trifolium spica longiore flore purpureo RIVIN. *t.* 12.
Trifolium spicis subglobosis, villosis, terminalibus sessilibus, caule erecto, foliis lanceolatis, serrulatis LINN. *II.* p. 1082.

In pratis montosis ubique.

A vulgari purpureo 377. pratorum differt, stipulis viridibus, longius caudatis, lanceolatis, non aristatis: foliis longioribus, magis nervosis, superne glabris, raro maculatis, calyce glabro, denticulis tantum hirsutis o). Florum spica obesior, saturate purpurea.

β. Non separo *Trifolium montanum purpureum folio acuto, crenato* C. B. *Prodr.* p. 140.

377. TRIFOLIUM p) caule obliquo, foliis ovatis hirsutis, supremis conjugatis, vaginis aristatis.
Trifolium RIVIN. *t.* 11.
Trifolium pratense DODON. *Cereal.* p. 186. *hist.* p. 365.
Trifolium vulgare BLAKWELL. *t.* 20.
Trifolium spicis subvillosis, cinctis stipulis oppositis membranaceis, floribus monopetalis LINN. *II.* p. 1082.

Nihil vulgatius in pratis, etiam udis, amatum agricolis.

Caules pene procumbentes, multi, ramosi, duriusculi. Stipulæ albæ, rubris venis distinctæ, capillaribus aristis terminatæ. Folia ex brevibus pedunculis, figura variabili; ima rotundius ovata; superna acutiora, omnia mollia, utrinque subhirsuta, nervo aut integro, aut obscure serrato, plerumque macula alba sagittata, aut in arcum flexa, distincta. Spica floralis super duos foliorum ternarios, & totidem stipulas sessiles. Calyx lineatus, subhirsutus, tubulosus, segmentis capillaribus, ex eodem circulo ortis, per latera ciliatis, imo longissimo. Flos carneus, aut purpureus, tubo stricto, ex quo vexillum prodit, plicatum, longius, recta protensum, oris reflexis: alæ ellipticæ, hamatæ: carina recta, lanceolata: vagina & stamina solita. Capsula ovata, operculata. Semen late reniforme.

β. *Trifolium quod seritur, majus* DODON. *Cereal.* p. 186. *hist.* p. 565.
Autre espéce de Tréfle. Spectacle de la Nature T. III. p. 36.

Putant diversum esse in *Mus. rust. IV.* n. 2. & discrimen proferunt.

o) SCOPOLI p. 526.

p) Non est Trifolium veterum. Id odoratum erat, ut *Asphaltites* inter synonyma sit, fruticosum, cubitali majus, virgis junceis, nigris, ternis foliis, loti similibus, odore rutæ quando recentia, bituminis, quando adoleverunt &c. DIOSCOR. IV. c. 106. Quare pro alexipharmaco habebatur: pro veneno vero a SOPHOCLE, cui, ait PLINIUS, se unice credere L. XXI. p. 258. Succum in elephantiasi laudabat ARETÆUS *curat. diut. II.* c. 13.

Vulgo ſeritur *q*), ut ex repetita meſſe pecus abundantius nutrimentum capiat: id vero vitii habet *r*), quod flatus gignat periculoſos, qui equos necet, excitato volvulo, quem oporteat, niſi lotione animal levetur, inciſo inteſtino *s*) aut ventriculo *t*) diſpellere, alioquin crepaturo *v*), ut aer etiam inter carnem cutemque erumpat, faciatque emphyſema. Simile inde vaccis *x*) periculum; etſi non perpetuum *y*). Quare Armentarii admiſta palea vim nimiam alimenti frangunt.

γ. Varietas *flore albo* paſſim naſcitur.

δ. *Ochroleuco & pene flavo flore* ſpica perobeſa & brevi, in alpinis reperi, ut in monte *Gotthardo*, etiam Genevæ lectum a RAIO.

Trifolium pratenſe hirſutum majus, flore albo ſulfureo ſeu ochroleuco RAI *hiſt.* & *ſynopſ. III.* p. 328. *cum ic.* H. OXON. *II. t.* 12. *f.* 12.

378. TRIFOLIUM caule recto, foliis hirſutis, ſupremis conjugatis, ſpicis oblongis. *Emend. II.* n. 43.

Trifolium caule hirſuto ſcabro, foliis mollibus, integerrimis, ſpicis ſubvilloſis ochroleucis Cl. LA CHENAL *diſſ. inaugur.* p. 2.

Cl. LA CHENAL reperit circa *Brattelen & Schauenburg*: ego abunde verſus *Vervay*, & in alneto etiam prati præfecti Rupenſis. Cl. BERDOT circa *montem Beligardum*, & *au Refrein*, au *Cernil Tiſſot* Cl. GAGNEBIN, tum verſus arcem *Gilgenberg* prope Solodurum Ill. STÆHELINUS.

Caulis rectus, pedalis, parum ramoſus, hirſutus. Folia ſubhirſuta, mollia, longe petiolata, rariora: ima ſubcordata, ſuperiora in noſtris ovata, & demum lanceolata, in anglicis pariter cordata: ora non dentata. Sub ſpica conjugatio duorum foliorum eſt. Stipulæ venoſæ, bicaudes, caudis herbacea ariſta terminatis. Spicæ ovatæ: flores longi, erecti, ochroleuci; dentes calycini æquales, imus longior *z*), omnes per latera molliter piloſi; ipſe calyx tubuloſus, & lineatus. Flos monopetalos, vexillo de more ſtricto, longiori: carina recta & obtuſa.

β. Simile eſt, etiam pare foliorum oppoſitorum.

Trifolium pratenſe purpureum minus, foliis cordatis RAI *Syn. III.* p. 328. *t.* 13. *f.* 1.

Etiam purpureo flore in Helvetia reperit Cl. GAGNEBIN.

Trifolium ſaxatile hirſutiſſimum C. B. *Prodr.* & I. B. II. p. 381. videtur potius ad Potentillas ſpectare. Ita indicant capitula rotunda; in quorum medio breves & molliſſimi pili.

BUCERAS *a*).

FOENUM GRÆCUM TOURNEF. t. 230.

TRIGONELLA LINN. n. 898.

Vetuſtum nomen moderno præfero.

Character eſt in ſiliqua longa, curvula, nervoſa, non contorta, inque carina perbrevi.

*379. BUCERAS ſiliquis ſeſſilibus arcuatis, undique divergentibus.

Fœnum græcum ſylveſtre minus Monſpeliacum BREYNE *Cent. I. t.* 33.

Securidacæ genus triphyllum I. B. II. p. 373.

Fœnum græcum polyceration RIVIN. *t.* 82.

Circa *Fouly* Valeſiæ in agris.

Caules numeroſi, procumbentes. Folia nervoſa, ſubhirſuta, ſectori circuli ſimilia, ſed longiora, radiis integris, ora circumſerrata. Flores octo ad quindecim, faſciculati, ex brevibus petiolis ad latera cauliculi ſeſſiles. Calyx cylindricus, ſegmentis acutis, inferioribus longioribus, mediis ſurſum verſis. Flos luteus, vexillum emarginatum, plicatum, multo longius & grandius. Alæ carina longiores, hamatæ, facillime a vexillo ſeparabiles, ut cum eo omnino non coaleſcant. Carina integra, ſine

q) *Muſ. ruſt. IV.* n. 2.
r) *Oecon. Nachricht.* T. VI. p. 45.
s) *Muſ. ruſtic. III.* n. 3. 4. *IV.* n. 1. 2. 3.
t) CHESELDEN. *anat.* p. 165.
v) SWITZER *aug.*
x) *Mem. de la Société d'Agriculture de Rennes II.* p. 84.
y) L'ISLE *husbandr. I.* p. 385.
z) LA CHENAL.

a) Siccum olet βουκερας THEOPHRASTUS *cauſ. plant.* L. VI. c. 22. Buceras, quod eſt Fœnum græcum, viride non olet PLIN. L. XXI. c. 7. Buceras in clyſtere ad rerum morbos RUFUS *de morbis in veſica.* Τηλις genus leguminis, hoc ſi effunditur, decoctum ſolum lubricum reddit, ut conſiſtere nequeat SUIDAS III. p. 461. Τηλις pro Fœno græco ARET. *curat. Acut.* L. I. c. 1. Seminis Fœni græci uncia inſpiſſat libram aquæ CARTHEUSER *mat. med. II.*

fine obtuſo, ovato, tota fiſſilis. Siliquæ pene ſeſſiles, in ambitum ex uno puncto caulis ſparguntur, incurvæ, ſemicirculo minores, duræ, venoſæ, polyſpermæ.

Fœnum Græcum ipſum ſeritur, & etiam quaſi ſpontaneum, a Cl. CAPPELER lectum eſt *b*). Nolim tamen inter cives recenſere *c*).

MEDICA TOURNEF. t. 231.
& MEDICAGO TOURNEF. t. 231.
COCHLEATA RIVINI.
& FALCATA RIV.
MEDICAGO LINN. n. 898.

Calycis dentes omnes anguſti, imus longiſſimus *d*). Vexillum reliquis petalis longius *e*), ovatum, emarginatum. Alæ carina longiores *f*), ovatæ *g*), hamatæ. Carina dipetala, ovata *h*), abſque roſtro. Siliqua junior ſimplex, incurva, in plicam carinæ ſe recondit, adulta ſe contorquet, uno flexu *i*), aut pluribus *k*), qui character eſſentialis eſt.

380. MEDICA caule diffuſo, capitulis hemiſphæricis, ſiliquis reniformibus.

Trifolium pratenſe luteum flore minore, ſemine multo I. B. II. p. 380.
Melilotus minima RIVIN. *t.* 8.
Medicago ſpicis ovalibus, leguminibus reniformibus, monoſpermis, caule procumbente LINN. *II.* p. 1097.
Icon in *Muſ. ruſt. IV. n.* 2. *f.* 4.

Nihil vulgatius in viis glareoſis, hortis & pratis.

Caules numeroſi, ramoſi, proſtrati, pedales & ultra. Folia longe petiolata, mollia, hirſutula, figura variabili, ovi brevioris, quadrangularis, obtuſi; cordisve latiſſimi: ora minute circumſerrata. Scapi florigeri ex alis foliorum prodeunt, geruntque florum minutiſſimorum, luteorum, hemiſphæricum capitulum. Calycis ſegmenta inæqualia, imum longius, ſuprema breviſſima. Vexillum magnum, ovatum, reflexum, plicatum: reliqua petala abſcondit. Alæ auriculatæ anguſtæ, carinæ æquales. Hæc fine fiſſo, amplo, ovato, non roſtrato, lato ungue. Florem dixi. Fructus racemoſi, ſtriati, reniformes, monoſpermi, ſemine ſuo ovato.

Etiam hæc medica a nuperis Georgicis coli cepit.

381. MEDICA foliis oblongis, ſerratis, ſiliquis ſemilunaribus, racemoſis.

Medica flore luteo CLUS. *Pann.* p. 759.
Lens major repens TABERNÆMONT. p. 502.
Falcata RIVIN. *t.* 84.
Medicago pedunculis racemoſis, leguminibus lunatis, caule proſtrato LINN. *II.* p. 1096.
Medica ſylveſtris floribus e luteo pallescentibus SCHEUCHZER *It. VII.* p. 515. OEDER. *t.* 233.

Vulgo Baſileæ flore croceo naſcitur.

In Gubernio Aquilejenſi flore pallido, cujus petala exterius violacea ſunt, aut viridia, Hæ Medicæ juniores violaceæ adparent, adultæ luteæ.

Inde *Medica ex violaceo & luteo varia, flore viridi, & flore violaceo* I. R. H.

Caules duri, plerumque procumbentes, ramoſi, iidem a vicinis fruticibus ſuſtentati altius adſurgunt, ad quatuor uſque pedes. Folia glabra, petiolata, inde triangularia, baſi ſua emarginata, ſpinula ex nervo prodeunte. Stipulæ acute lanceolatæ, ariſtatæ. Flores in racemos nudos. Calycis ſegmentum imum longius, ſæpe bifidum, ſuprema ad ſe invicem converſa. Vexillum reliquis petalis amplius, ovatum, oris replicatis, emarginatum. Alæ longe hamatæ, carinæ æquales; hæc fiſſilis, fine obtuſo, abſque roſtro. Siliqua ſemilunaris, lata, tetraſperma.

Hoc eſt *Swensk höfrö l*), cujus cultum LINNÆUS commendavit, quem alii ſecuti ſunt. Mihi caules nimis duri videntur, neque ſatis erecti.

382. MEDICA

b) In *hermetis valle* Scaphuſinorum. Naſcitur in Apulia & M. Patavini ANGUILLARA p. 103.
c) Fœnu græco boves Perſæ paſcunt OLEARIUS *Itin.* p. 567.
d) TOURNEF. A. B. Medicago.
e) IDEM Medica & Medicago.
f) ibid.
g) ibid.
h) ibid.
i) Medidago G.
k) Medica E. F.
l) K. *swensk wetensk handl.* 1742. p. 191. & *ölansk. resa* p. 242.

382. MEDICA caule recto, foliis oblongis, serratis, racemis erectis, siliquis planis, iterato contortis *m*).

Medica CORD. *Hist.* L. V. DODON. *Cereal.* p. 208. *pempt.* p. 575.
Medica major erectior, floribus purpurascentibus I. R. H. SCHEUCHZER *It. VII.* p. 515.
Luzerne Spectacle de la nature III. p. 26. & HART. *Essays* T. II.
Sainfoin ANGRAND. *II.* p. 256.
Medicago pedunculis racemosis, leguminibus contortis, caule erecto glabro LINN. *II.* p. 1096.

Varietates MICHELI *Hort. flor.* p. 63.

Hæc habetur pro veterum Medica *n*), & nostro ævo frequentissime seritur *o*), cum supra omnia alia gramina copiosissimum pabulum præstet, & quater demeti possit. Id habet vitii, quod optimum solum *p*) requirat, & nimio usu, perinde ut trifolium, animalia nimium saturet *q*) & flatus perniciosos gignat, etiam emphysemata *r*) faciat. Radices ad detergendos dentes optimas esse BOURDET *s*).

Non puto veram civem esse; sed passim per prata neglecta superest, seque vulgari gramini inmiscet. Circa *Mathod*, & Genevæ in agris vidi.

Caulis cubitalis firmus, erectus, ramis adscendentibus. Folia hirsuta, pene ovata, sed una rhomboidea, ut lineæ primæ ex petiolo divergentes absque dentibus sint, finis ultimus argute serratus. Flores in scapis ex alis foliorum prodeuntibus racemosi, erecti. Stipulæ lanceolatæ, aristatæ. Vexillum longum, angustum, emarginatum, plicatum, violaceum. Alæ dilutiores, carina longiores, hamatæ. Carina brevis obtusa, bipes. Siliqua levis, bis vel ter intorta, gyris distantibus.

383. MEDICA foliis emarginatis serratis, racemis paucifloris, siliquis globosis echinatis.

α. Varietas procumbens.
Medica echinata minima I. B. II. p. 386.
Cochleata echinata minima RIVIN. *t.* 88. OEDER. *t.* 211.

β. Varietas erecta.
Medica echinata, hirsuta I. B. II. p. 386.
Medica WEINMAN. *t.* 502. b.

Prior varietas frequens est in Gubernio Aquilejensi, ut in arce *St. Tryphon*; tum in Valesia passim. Basileæ ad *Birsam & Birsig* fluv. in vallis urbis, & circa *S. Jacob.* Biennæ SCHUH. Neocomi DIVERNOI. Genevæ I. B.

Alteram in *Valesia* legi.

Caules priori prostrati, pedales; alteri altiores, erecti, cubitales. Folia perexigua, lanuginosa, albida, cordiformia, basi exsecta, nervo in spinulam producto, circumserrata. Stipulæ ex ovatis lanceolatæ. Flores ex alis foliorum in scapis trifloris, quadrifloris; flavo colore, perexigui. Siliqua gyrorum quatuor, ex margine gyrorum duplici ordine spinulas longas, gracilesque, sursum & deorsum vertit.

Si omnes Medicæ cochleatæ unius plantæ varietates sunt, cur non alia in Helvetia spontanea provenit? Recte separat Cl. GERARD *t*).

III. FOLIIS QUINIS.

DORYCNIUM *a*) TOURNEFORT. T. 211.

LINNÆI in priori editione gen. n. 602.

Calycis denticuli lanceolati *b*), duo superiores majores, ab inferioribus tribus angustioribus intervallo

m) Recenter ubi prodit, foliis & caule trifolii pratensis similis est; procedens folia contrahit, caules edens trifolii, & siliquas corniculorum modo intortas, in quibus semen lentis magnitudine dependet DIOSCOR. II. c. 141.

n) Inter pabulamenta habet ARISTOTELES *Hist.* L. VIII. c. 8. Medica herba, quæ & triphylla SUIDAS II. p. 549. Tricenos annos durat PLIN. L. XVIII. p. 119. Decies, & sexies in anno secari PALLAD. L. V. tit. 1. Te quoque Medica putres accipiunt Sulci GEORG. I. p. 214. 215.

o) Valde laudat SWITZER *may.* p. 128. Adde *Oeconom. Nachricht. IV.* n. 1. REICHART. *Gartenschaz* V. p. 179 Persarum præcipuum pabulum est OLEAR. *reis* p. 567 Equos brevissime nutrit SUIDAS XI. Quare cum in Media equi Regii sint, ea in regione coli cepit.

p) Pessimum sufficere non bene SCHWACHHEIM *Hanov. gelehrt. Anzeig.* n. 29.

q) DES SERRES p. 321.

r) BOURGELAT. *mat. med.* p. 110.

s) *Art du Dentiste II.* p. 307.

t) *Flor. Provinc.* p. 515.

a) Δορυχνιον, δορυκνιον herba lethalis, quam DEMOPHOON a δορυ derivat SUIDAS I. p. 620. CRATEVAS *halicacabum* vocat, fruticem oleæ nuper prodeuntis foliis similem, minoribus tamen, præter modum scabris, flore candido, siliquis in cacumine fere ciceris, venosis, rotundis, seminibus quinis, senis, vesicularibus. Somniferum est, & majori copia sumtum occidit DIOSCORID. L. IV. c. 70. non nostrum.

b) B.B.

intervallo separati, quorum medius longior est. Vexillum majus cordiforme, reflexum *c*). Alæ carina longiores, hæc sima, rostro curvo, acuto *d*): Siliqua subrotunda, acuminata *e*), uno alterove semine *f*) feta. A Loto fructu differt, ad quem nuper LINNÆUS retulit.

384. DORYCNIUM.

Dorycnium hispanicum CLUS. *hispan.* p. 201. 202. *hist.* p. 100.
Dorycnium Monspelienſium LOBEL. *adverſ.* p. 389.
Dorycnium Monspessulanum fruticosum I. B. I. p. 388.
Lotus capitulis aphyllis, foliis ſeſſilibus quinatis LINN. *II.* p. 1093.

Inter *Curiam* & *Rhenum* Cl. GESNER. Nemo nuper ea sede vidit; sed in Sabaudia, haud adeo longe à Geneva, *aux abimes de Mians* & *aux Marches* legit Cl. DE SAUSSURE.

Fruticulus ramosus, erectus: folia quina, longe lanceolata, arista terminata. Flores in scapis oblongis, ex alis foliorum prodeuntibus, in coronas duodecim & ultra florum, quibus foliolum substernitur. Calyx sericeus, flos albus, rostro carinæ saturè, quantum video, purpureus.

LOTUS *g*) TOURNEFORTII T. 227.

LOTI LINNÆI n. 897. sp.

Calyx tubulosus. Superiora duo segmenta majora, intervallo distinguuntur à tribus inferioribus, sibi propioribus *h*). Vexillum petiolatum, ungue gracili, curvo, reliquis petalis majus, subrectum *i*), ovale, plicatum. Alæ paulo, quam carina, longiores, sine amplo *k*). Carina bipes, rostro longo, acuto, sursum curvo. Siliqua longa, plerumque pene cylindrica, torosa, ad quodvis semen contracta, & veluti septo distincta *l*): qua nota longe a Dorycnio differt. Neque vere quinquefolia est, sed omnino trifoliata, cum duabus stipulis, ejusdem cum foliis fabricæ & magnitudinis *m*).

385. LOTUS floribus umbellatis, siliquis cylindricis, rectissimis.

α. Varietas major, erectior, pratensis, in sylvis & locis udis frequens.
Lotus pentaphyllos major, flore luteo ſplendente C. B.
& *Lotus pentaphyllos major alter* EJUSDEM.
Loti corniculatæ major ſpecies I. B. II. p. 355.
Lotus RIVIN. *t.* 76.

β. Humilis, prostrata, ad vias.
Trifolium corniculatum DODON. *Cereal.* p. 203. *primum. Hiſt.* p. 574.
Trifolium ſiliquoſum minus TABERNAEM. p. 519.
Lotus corniculata glabra minor I. B. II. p. 355.

II. Foliis longioribus & angustioribus I. R. H.
III. Hirsuta minor I. B.
IV. Flore viridi C. B. sed flores siccati virescunt, recentes rubescunt.
Lotus capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus LINN. *II.*

Non separo α. a β. siquidem præter LINNÆUM etiam Cel. BOEHMERUS *n*) conjungit. Notas tamen aliquas discriminis ROSENIUS tradit *o*).

Caules cubitales in majori, in minori dodrantales. Folia ternata, ex ovatis lanceolata, etiam rotunda, auriculis pene similibus, binis, ex rotunditate subito acuminatis. Petioli florigeri ex alis foliorum, nudi, præter unum, etiam duos, foliorum ternarios, quibus corolla florum insidet. Calyx paulum bilabiatus; segmenta duo superiora longiuscula, lanceolata; inferiora tria intervallo separata, angustiora, angustissimum, quod infimum. Vexillum petiolatum, a reliquis petalis remotum, pene ovatum, plicatum, erectum, flavum, lineis rubentibus distinctum, & in flore

c) A.
d) Sub A.
e) E.D.
f) F.
g) λωτος herba suavem odorem spirat SUIDAS II. p. 463. Lotus sylvestris, quam trifolium vocant, caule est bicubitali, etiam majori, foliis pratensis trifolii, semine Fœni græci, minore, gustu medicato, DIOSCOR. L. IV. c. 107. Non nostra.
h) Vide TOURNEF. B.
i) ad A.
k) ad A.
l) K.
m) N.
n) *Flor. Lipſ.* p. 145.
o) p. 38. n. 26.

flore nondum aperto purpureum. Alæ paulo breviores, peramplæ, hamis brevibus, obtufis. Carina vexillo æqualis, lata, roftro longo & acuto, bipes. Siliqua cylindrica, gracilis, polyfperma. Hirfutis & glabris foliis ludit. In majori calycem glabrum reperi, in minori hirfutum.

Egregium pabulum eft, quod cum nomine *Lady finger Graß* G. Ellis coli fuadet *p*).

386. LOTUS caule proftrato, fcapis unifloris, filiquis alatis.

Lotus filiquofus luteo flore Clus. *Pannon.* p. 763.

& *Lotus trifolia pratenfis*, *filiquofa Monfpelienfium* Lobel. *Ic. II.* p. 42.

Lotus tetragonolobus Rivin. *t.* 79.

Lotus leguminibus folitariis, *membranaceo quadrangulis*, *caulibus procumbentibus*, *foliis fubtus pubefcentibus* Linn. *II.* p. 1089.

In Helvetiæ pratis udis vulgaris. Bernæ ultra *Seelhofen & in der Eymatten*. Circa *Mathod* in Gubernio Aquilejenfi ubique: ad pedem montis *Saleva* &c.

Caulis humi fufus, ramofus, pedalis. Folia ad caulem, feu ftipulæ duæ reliquis majores, ex ovatis lanceolatæ. Tunc petiolus trifolius, gerens folia glauca, fubhirfuta, quorum medium pene quadrangulare eft, duabus prioribus lineis longis, ulterioribus brevibus, in acumen eminentibus. Lateralia folia a nervo inæqualiter dividuntur, ut interior medietas minor fit. Scapi ex alis foliorum uniflori. Flos ternis foliis infidet. Calyx hirfutus, bilabiatus, imo fegmento infigniter minori. Flos grandis, ochroleucus. Carina roftro incurvo, gracili, alis brevior. Alæ ovatæ, hamatæ, breviores. Vexillum reliquis petalis majus, cordatum, reflexum, ungue gracili. Siliqua polyfperma, quadrangula, quatuor membranaceis alis percurfa, multo, quam in rubra fpecie brevioribus.

Cum *Loto maritimo* conjungit Gerard *q*) & Leyserus *r*), non valde diffentiente Linnæo *s*).

IV. MULTIFOLIÆ.

FOLIIS PER PARIA PINNATIS.

I. CAULE NON VOLUBILI.

CORONILLA Tournefort. t. 419.

& EMERUS Tournef. t. 418.

Plurima cum Loto communia habet, vexillum a reliquis petalis femotum, gracili *a*) petiolo, carinæ roftrum acutum: filiquam cylindricam *b*), feptulis inter duo quæque femina interftinctam *c*). Differt calycis fegmento fuperiori breviffime incifo *d*).

387. CORONILLA caule brachiato, angulato, foliis vigenis, ariftatis, floribus umbellatis.

Ic. æn. Gesner. 3.

Securidaca altera Clus. *Pann.* p. 748.

Hedyfarum purpureum Tabernæm. p. 516.

Coronilla herbacea flore vario I. R. H. Garidel. p. 129. *ic.* 25. Miller *t.* 107. Helwing *Supplem.* T. I.

Coronilla flore vario Rivin. *t.* 94.

Sainfoin commun Pluche *Spectacle de la Nature III.* p. 29.

Various flowerd Coronilla. Garden of Eden t. 49.

Coronilla herbacea leguminibus quinis, *erectis*, *teretibus*, *torofis*, *numerofis*, *foliolis glabris*, Linn. *II.* p. 1048.

In fegetibus circa *Roche*, *Mathod*, *Biennam*, in agro Aventico, monte *Deffenfi*, &c.

Caules latiffime diffufi, ramofiffimi, brachiati, cubitales, & ultra, angulofi, fubhirfuti. Folia parium decem, glauca, glabra, ovata, fed vertice anteriori emarginato, nervo in fpinulam continuato. Petiolus floriger rectus & longus. Corona circularis florum vigenornm. Flos amabilis. Calyx patulus, breviffimus, bilabiatus, denticulo fuperiori ab inferioribus intervallo divifo. Vexillum purpureum, ovatum, alis paulo longius, intus lineatum, plicatum, reflexum, lateribus elevatis:

p) Maj. p. 89. Kalm. *refa I.* p. 227. adde Schreber III. *Saml.* p. 51.
q) p. 513.
r) *Flor. Halenf.* p. 541.
s) l. c.

a) Tournef. t. 419. ad C.
b) t. 418. D. E. t. 415. D.
c) Conf. ibid.
d) Utcumque t. 418. ad C.

vatis: alæ carneæ, paulo carina longiores, breviter hamatæ, ovatæ. Carina bipes, fissilis, decolor, stricta, rostro acuto, non valde curvo, nigricante. Siliqua pene longa, stricta, articulata: in quolibet articulo pars exterior cava est, in parte interiori semen cylindricum, obtuse terminatum.

Vix a pecore tangi lego *e*). Sed MILLERUS coluit, & ob egregium pabulum laudat, nostraque pecora avide pulchram plantam decerpunt. Cultum moratur, quod semina non facile maturescant.

β. *Securidaca altera II.* CLUS. *Pann.* p. 749.
Securidaca minor dumetorum pallide cærulea C. B. *Basil.* p. 97.

C. B. in monte *Muteto & Crenzach.*

Non puto differre a 387. α.

*388. CORONILLA caule erecto, foliis undenis ovatis, floribus umbellatis, siliquis articulatis, pendulis.
Colutea Scorpioides altera CLUS. *Pannon.* p. 96.
Colutea Scorpioides quibusdam, seu Polygalo Cortusi similis planta, sed major I. B. I. P. II. p. 382.
Coronilla montana RIVIN. *t.* 99.
Coronilla fruticosa foliis novenis obovatis, foliolis intimis cauli approximatis, stipulis oppositifoliis bipartitis LINN. *II.* p. 1047.

Prope Jenam abunde legi, in adscensu montis *Künizberg*, & in sylva *Welmese.*

In Helvetia Cl. GAGNEBIN *au Rocher de la Couleuse*, proxime suam patriam, tum *auprès des Rochers d'Orvins*; in *Val de Ruz* D. DIVERNOI; in monte *Farnspurg* Cl. MIEG. STÆHELINUS circa *Reichenbach* agri Basileensis.

Radix lignosa, longissima, multicaulis. Caulis erectus, parum ramosus, cubitalis, teres, durus, ad terram lignosus. Folia glauca, glabra, pinnata, extremo impare: paria pinnarum quatuor & quinque: pinnæ utcumque ovatæ, retusæ aut rotundæ, etiam resectæ, nervo in aristam producto. Petiolus floriger longus, nudus, rectus: umbellæ densæ, florum ad viginti. Flos flavus. Calycis folia duo superiora sibi vicina, inferiora triangularia, imum longissimum. Vexillum a reliquis petalis separatum, non maximum, reflexum. Alæ ovatæ, non hamatæ, carina paulo longiores. Ista lata, acute rostrata. Siliqua articulata, articulis distinctis, ovatis, angulosis. Semen ovato triquetrum. Carinæ apex amat virescere. Is viror florum papilionaceorum flavorum videtur a cæruleo esse, quod per putredinem evolvitur, & se ad flavum colorem admiscet. Cæruleum autem ex glauco foliorum colore adgnoscitur, & ex non una planta hujus classis potest ita constitui, ut arti tinctoriæ inserviat. A sequente 389. diversissima est *f*).

389. CORONILLA frutescens, foliis retusis, septenis, siliquis longissimis, vix articulatis.
Coronilla Scorpioides I. CLUS. *Pannon.* p. 43.
Colutea Scorpioides CAMERAR. *Epit.* p. 541.
Emerus CÆSALP. p. 117. I. R. H. SCHEUCHZER *It. V.* p. 423. Du HAMEL *des Arbres I.* p. 216 MILLER *t.* 132. *f.* 1.
Coronilla major RIVIN. *t.* 95.
Coronilla fruticosa pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus calyce triplo longioribus, caule angulato LINN. *II.* p. 1046. *Gotlandsk res.* p. 229.

In Helvetia plurimis locis vulgaris: in monte *Jura* fere ubique, etiam ad imas rupes circa *die Clus; & Biennæ.* Ad pedes Alpium; Rupe in pratis præfecti; circa *Goumoens* in meis sylvis. Circa *Thun im Grüsisberg*, *Scaphusiæ* &c.

Frutex a duobus pedibus ad sex, non satis rectus, ramosus & brachiatus. Folia fere cordata, glauca, glabra, parium trium, cum medio inpare, ut progrediendo majora sibi succedant. Flores spicati, racemis paucifloris, longe de calyce eminentes. Calyx brevis, pulposus: flos luteus, vexillo cordato, erecto, etiam reflexo, a reliquis petalis valde remoto. Alæ rotunde hamatæ, carina paulo breviores. Hæc bipes, ampla, rostro acuto. Siliqua longa, fine unguiculato, articulis obscure distinctis: semina cylindrica.

β. *Colutea Scorpioides I. humilior* CLUS. *Pann.* p. 45.
Emerus minor I. R. H. MILLER *t.* 132. *f.* 2.

A Cl. HAGENBACH circa *Delsperg*, a D. DIVERNOI in agro *Neocomensi* notatus; mihi non videtur differre. Separat MILLERUS, floribus minoribus, statura altiori. Verum id volo, non videri duas vere distinctas plantas in Helvetia provenire.

390. CORO-

e) III. *Saml.* p. 24.

f) Ad CRAMER. p. 219.

390. CORONILLA caulibus lignosis, procumbentibus, foliis ovatis, floribus umbellatis; siliquis alatis, *de lign.* 132. GESNERI.
Lotus enneaphyllos Dalech. LUGDUN. p. 515.
Polygalon Cortusi I. B. II. p. 351.
Coronilla minima I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 34.
Coronilla procumbens foliolis novenis, lanceolatis, stipulis oppositifoliis emarginatis, leguminibus angulatis nodosis LINN. *II.* p. 1048.

Alpina planta, abundat in monte *Richard*, *sur Champ & Prapioz*, in *Jeman &c.* SCHEUCHZER in valle *Angelimontana*. Inde cum rupibus in planitiem descendit, & in *Valesia* etiam reperta est inter *Sedunum & Leucam*, tum inter *Vettis & Thermas fabarias*, & in adscensu montis *Saleva*. Sed etiam in montanis reperitur, *au Rocher de la Chage*, *au Roc des Corbeaux*, *au Refrein*, *au Roc milledeux*, & in adscensu montis *Falconarii* seu *Creux du Vent*, in monte *Thuiri*.

Fruticulus humilis, procumbens, radice maxima, ramosus, pedalis & dodrantalis. Folia novena, undena, ovata, pulposa, glauca: stipulæ a foliis diversæ, gemellæ, fuscæ, argute lanceolatæ. Flores octo ad duodecim, in scapis nudis umbellatis, iidem flavi, senescendo virescunt. Vexillum valde distinctum, petiolatum, lineatum, emarginatum. Alæ paulo carina longiores, hamis obtusis; carina rostrata, valde brevis. Siliquæ pendulæ, quas ex pediculo circularis nodus orditur: sequuntur articuli tres, quatuor, etiam plures, ovati, utrinque acuminati & conplanati, utrinque cum acie. Facies plana separatur linea eminente. Acies habet duas alas membranaceas, eminentes: inter eas duas lineas brevius elevatas. In quoque articulo semen, phaseoli forma, sed longius.

Ab *Hispanica* stipulis differt, quas ista aut rotundas habet, aut nullas *g*).

Cl. GERARDUS *Valentinam Coronillam*, ut olim ego, ad istam refert *h*).

Securidacam, quam C. B. in monte *Muteto & Crenzach* ponit, nemo recentiorum vidit, ut non ausim inter cives recipere.

FERRUM EQUINUM TOURNEF. t. 225.
HIPPOCREPIS LINN. n. 885.

Plurima Coronillæ, calyx superne bidentatus, inferne trifidus. Vexillum petiolatum *i*), intervallo memorabili a carina distinctum; carinæ rostrum acutum. Siliqua differt, quæ alterne flexuosa est, ut utrinque curvi sinus exsculpantur *k*). Nomen latinum retinui, neque legem adgnosco ullam, quæ obscurius ex Græcis fictum nomen, pro characteristico subponat.

391. FERRUM EQUINUM siliquis umbellatis, undulatis.
Sferra Cavallo CAMERAR. *Epit.* p. 642.
Ferrum equinum comosum seu capitatum COLUMN. p. 301. 302.
Ferrum equinum comosum RIVIN. *t.* 97.
Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis, margine altero lobatis LINN. *II.* p. 1050.

In apricis viarum aggeribus, ut in via *Murensi*, in isthmo *die Enge gegan Rychenbach über* &c.

Plurima est similitudo cum Coronilla ultima. Folia tamen plurium parium, in fine suo resecta, aut obtusiora, aut acutiora: & siliqua alterne flexuosa, articulis quatuor, hispidis & tumentibus. Vexillum ovale, reflexum. Alæ vix hamatæ. Carina bipes rostro adunco acuto.

392. FERRUM EQUINUM siliquis solitariis, lunatim excisis.
Ferrum equinum vulgare COLUMN. *Ecphras.* p. 311.
Ferrum equinum RIVIN. *t.* 98.
Ferrum equinum siliqua singulari GARIDEL *t.* 114.
Hippocrepis leguminibus sessilibus solitariis LINN. *Spec. II.* p. 1049.

Nemo nuperorum in Helvetia reperit. Sed CHERLERUS in notis M. S. ad icones LOBELII, quarum usum Cl. GESNERUS humaniter mihi concessit, absque dubio huic plantæ adscripsit, nasci eam in monte *Dolaz* & vicinis montibus, & *Genevæ* copiose juxta *Rhodanum*.

In facillima stirpe non videtur Vir versatissimus falli potuisse.

Caulis.

g) *Emend. II.* p. 17. n. 35.
h) *Flor.* p 501.
i) TOURNEF. *A.*
k) G. K.

Caulis pedalis, & humilior. Folia emarginata, pinnata, parium qutuor, extremo impare. Stipulæ minimæ. Flos flavus, in breviſſimo petiolo ſeſſilis. Siliqua hinc, in convexa parte, filo facta, gracili: in cava exigit decem quaſi capſulas pene quadratas, emarginatas. Semen lunæ figura, non in capſula unum, ſed duo dimidia in duabus capſulis vicinis.

ORNITHOPODIUM Tournef. t. 224.

ORNITHOPUS Linn. n. 884.

Multa habet & hæc planta Coronillæ ſimilia, calycem, ipſam ſiliquam, niſi quod iſta ſulcis transverſis manifeſtius, quaſi in ovata doliola dividatur, venoſa cæterum, & incurva. Carina obtuſa, abſque roſtro.

393. ORNITHOPODIUM caule proſtrato, foliis pinnatis, ſiliquis umbellatis, articulatis.
Ornithopodium Dodon. *Cereal.* p. 155. Blair *miſcell.* p. 111.
Ornithopodium foliis pinnatis, leguminibus ſubarticulatis Linn. *II. n.* 1049.
β. *Ornithopodium minus* C. B.

In Helvetia rarius eſt, a qua ſabuleta fere undique abſint. Circa *Baſileam* tamen reperitur, haud longe a *Wyl*, & verſus *Haltingen* in viis arenoſis, teſte Cl. la Chenal. Inter *Neuhaus* & *Oetlingen* C. B. In Ducatu Cellenſi abunde legi.

Caules ramoſi, proſtrati, ad terram adpreſſi, pedales. Folia pinnata, pinnis quindecim & ultra parium, perexiguis, hirſutis, mollibus, ovatis. Flores flavi in dimidias umbellas, breviori foliolo pinnato inſidentes. Vexillum reliquis petalis longius. Alæ carina paulo longiores, hamatæ. Carina obtuſa, brevior. Siliquæ ſubhirſutæ, in hac ſpecie *l*) in arcum circuli flexæ, unguiculo terminatæ, ſeptem octove articulos continent.

GALEGA Tournefort. t. 222. Linn. n. 890.

Cum Coronilla & imprimis cum Emero, ſiliqua *m*) ſatis convenit, longa, ſtricta, articulata, per intervalla intumeſcente. Vexillum brevius, petiolatum, cordatum, reflexum *n*). Alæ hamatæ *o*). Carina obtuſa: calyx campaniformis, ſegmentis capillaribus, duobus ſurſum converſis, tribus rectioribus. Stamina omnia connata.

394. GALEGA foliis ellipticis, ſpicis & ſiliquis erectis.
Galega Dodon. *Cereal.* p. 164. *hiſt.* p. 548. Rivin. *t.* 72. Miller *t.* 137.
Galega ſeu ruta Capraria Matthiol. p. 739. Blakwell. *t.* 92.
β. Flore albo H. Aichstett. &c.

Non valde certa civis, ait tamen in monte *Randenburgico* circa Scaphuſiam provenire Muraltus. J. Gesnerus in Rhætia, ad rivos ponit.

Caulis firmus, erectus, frondoſus, etiam ad quinque pedes adſurgit. Folia firma, glabra: paria pinnarum novem, decem, extremo impare: ovata omnia, aut elliptica, nervo in ſpinulam producto. Flores in ſcapis de foliorum ala prodeuntibus, longis, ſpicati, ſpica reflexa. Vexillum cæruleum, erectum, reflexum, cordatum, plicatum, lineatum. Alæ hamatæ, carina paulo breviores. Carina alba, bipes, ſurſum late aperta, vexilli longitudine, roſtro incurvo, latiuſculo. Siliquæ erectæ, ſcapo parallelæ, ut in Turritide, triſpermæ, tetraſpermæ. Stipulæ lanceolatæ, retrorſum caudatæ.

Habetur pro Alexipharmaca, aqua maxime vinoſa. Dicitur ſudorem movere; & hiſtoriola narratur lacertæ, quam ſerpens momorderat, Galegæ ope ſanatæ *p*). Brassavola Galega peſtilentia laborantes dicitur ſanaſſe *q*). Non puto ſerio in medicina adhiberi *r*). Additur ad hydromel, dum fermentatur *s*).

HEDYSARUM *t*) Tournef. t. 225.

HEDYSARI ſp. Linnæi n. 887.

Calyx tubuloſus, compreſſus, dentibus ſuperioribus brevioribus, ad ſe invicem converſis, imo

l) Tournef. D.
m) G.
n) B. *o*) C.
p) Forest. *incert. ur. judic.* L. 2. c. 5.
q) Amatus in Dioscorid. p. 377.
r) Hil. *mat. med.* p. 398.
s) Linn. *skonska reſa* p. 402.
t) Frutex foliis ciceris, ſemine rufo in ſiliquis, corniculorum modo aduncis, quod ancipitem ſecurim imitatur Dioscorid. L. III. c. 123.

imo longiſſimo. Vexillum ſtrictum, ellipticum, reflexum, ungue lato, quam carina brevius. Alæ anguſtæ *v*), carina longiores, hamis longis. Carina ad rectum angulum roſtrata, in maturiori flore longior *x*). Vagina ſtaminea multo, quam ſiliqua longior. Articulata iſta, facta ex articulis rotundis, compreſſis, monoſpermis, per graciliores iſthmos conjunctis.

395. HEDYSARUM caule recto, ramoſo, foliis ovatis, ſiliquis pendulis, leviſſimis, venoſis *Emend. II.* p. 14. n. 28. t. 12.

Onobrychis ſemine clypeato levi C. B. *Prodr.* p. 149.

Hedyſarum alpinum, ſiliqua levi, flore purpureo I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 39.

Hedyſarum ſaxatile ſiliqua levi, floribus purpureis, inodorum AMMAN. *plant. ruthen.* p. 116. *n.* 152. 153.

Aſtragalus alpinus Helveticus SCHEUCHZER *It. IV.* p. 330. & *Comm. Lit. Nor.* 1736. p. 101. *t.* 1. *f.* 2. Etiam LINNÆUS in priori *Specierum* editione p. 756. ad Aſtragalos retulit, cum quibus facie convenit.

Hedyſarum foliis pinnatis, leguminibus articulatis, glabris, pendulis, caule erecto LINN. *II.* p. 1057.

Hedyſarum foliis pinnatis, ſtipulis vaginalibus, caule recto, flexuoſo, floribus racemoſis, pendulis EJUSD. *ibid.*

β. Flore albido.

In Alpibus frequens, imprimis in Gubernio Aquilejenſi, in *Chapuiſe*, *Culand*, *Ovanna*, *ſur Champ*, *Enzeinda*, *Fouly*, *Nombrieux*, *Javernaz*, *la Varaz*, *Chaude.* In *Stokhorn*, *Breitlauwenen*, *Neunenen*, in *Wengenalp.* In monte *Fracto* C. B. & SCHEUCHZER, in *Albula* I. B. Ad radicem montis *Titlisberg* SCHEUCHZER. In *Schilt*, Glaronenſium monte Cl. RAMSPEK. Pure alpina planta, in montibus nulla.

Radix lignoſa, longa, craſſa, multiplex. Caulis erectus, ramoſus, in noſtris dodrantalis, denique cubitalis. Stipulæ albæ, venoſæ, amplæ *y*), ariſtatæ. Folia ovata, venoſa, novem & ultra parium. Spicæ florigeræ in ſcapis ex alis foliorum prodeuntibus: flores reflexi, penduli, ita ſiliquæ. Flos ſpecioſus: calycis dentes ſubhirſuti. Flos ex cæruleo purpureus. Articuli quatuor.

ONOBRYCHIS *z*) TOURNEF. t. 211.
HEDYSARI ſp. LINNÆI.

Unicus eſt articulus, & ſiliqua echinata, monoſperma *zz*). Alæ in tota claſſe breviſſimæ.

396. ONOBRYCHIS caule erecto, ramoſo, floribus ſpicatis.

Onobrychis DODON. *Cereal.* p. 166. *hiſt.* p. 558. RIVIN. *t.* 2.

Eſparſette LUGDUN. p. 489. DES SERRES *Théatre d'Agriculture* p. 326. *Bresl. Saml.* 1758. menſ. *April. Sept.*

Hedyſarum foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis, aculeatis, corollarum alis calyce brevioribus, caule elongato LINN. *II.* p. 1059.

β. Flore *albo* circa *Curiam*, & ſativam vidi.

Alpina planta ſponte naſcitur in via *die Leitern*, qua adſcenditur ad montem *Neunenen*, tum in *Prapioz*, *auf Boll*, circa *Thermas Leucenſes & Kanderſteg.* Paſſim etiam ad clivos aridos, etiam circa *Bernam*, *Olon &c.* tum in Germania.

Radix longe per rimas rupium protenſa. Caules erecti, firmi, ramoſi, anguloſi. Folia parium octo ad decem, elliptica, retuſa, nervo in ſpinam producto, & aliis nervis obliquis, parallelis, inſcripta. Stipulæ coloratæ, ovato lanceolatæ, ariſtatæ. Spicæ florales in petiolis rectis, qui ſe ſuper folia efferunt. Calyx dentibus omnibus longis, ſuperioribus latioribus, longe diſtantibus, imo anguſtiſſimo. Flos pulcher, vexillo ad dimidia reflexo, emarginato, carneo, coccineis venis picto. Alæ inter congeneres minimæ, hamatæ. Carina ipſo vexillo longior, bipes, gnomonis ſimilis, roſtro incurvo, obtuſo. Vagina, quam ſiliqua longior. Fructus compreſſus, ſemicirculo major, undique ſpinoſo reticulo obnuptus. Semen uniforme.

Etſi aliquanto parcius, quam medica violacea, pabulum præbet, & ſicca folia amittit, duriſque caulibus pecori diſplicet, eſt tamen ex omnium utiliſſimis plantis, quæ ad prata *artificialia* ſeri poſſunt. Cum enim rupium alpinarum indigena ſit, nullum, etiam macilentiſſimum, ſolum detrectat, & in mera glarea, interque deciduos lapides, ſata

v) Sub A.

x) Sub A.

y) Conf. *deſcriptionem* Cl. JACQUIN p. 266. n. 24.

z) Folia lentis, paulo longiora, caulis dodrantalis, flos puniceus, radix parva DIOSCORID. III. c. 152.

zz) TOURNEFORT. D.F.E.



Astragalus alpinus erectus
Spica purpurea speciosa.

Viciae pulchrum genus multifolium
sive Galegae species quibusdam.

C. I. Rollinus. Med. C. Del.

Sculp C. I. Fritsch C. filius Acad. Gött. Sculpt.

ſata provenit. Sed, per mea experimenta, neque humida prata dedignatur, neque, ut vulgo creditur, in aquoſis putreſcit, neque ullas cæli injurias metuit, neque perinde boves inflat. Merito ergo & olim *a*) colebatur, & nuper laudatur *b*).

VULNERARIA Tournef. t. 211.

ANTHYLLIS *c*) Linn. n. 864.

Fructus intra calycem latens, monoſpermos *d*), aut diſpermos. Folia digitata, umbellam florigeram amplexa. Reliqua ſigna ad vulgatiſſimam ſpeciem ſolam pertinent.

397. VULNERARIA caule procumbente, foliis pinnatis ſericeis, ovato lanceolatis, umbellis terminantibus.
Icon lign. 129. Gesneri.
An *Onobrychis quibusdam* Clus. *hiſt.* p. 468. & *Aſtragalus tertius* Ejusd. *hiſt.* p. CCXXXIV.
Aſtragalus purpureus Lugdun. p. 1347. *montanus* Lobel. *Ill.* p. 60.
Aſtragalus incanus tomentoſus, pallido globoſo flore italicus Barrelier *ic.* 722.
Barba Jovis pumila villoſa, flore globoſo purpureo Breyne *Prodr. II.* p. 48. I. R. H. Garidel p. 55. *ic.* 13. Quer. *III. t.* 50.
Anthyllis herbacea foliis pinnatis æqualibus, capitulo terminali rotundo, floribus obliquatis Linn. *II.* p. 1012.
In monte *Saleva* olim Raius, nuper Gen. de Saussure; etiam in monte *Dolaz*.
Radix lignoſa, multiceps. Caulis vix pedalis, fruticoſus, durus, vaginoſus, folioſus, plenus pedunculis foliorum & vaginis defractis. Folia villoſa, hirſuta, ovato lanceolata, pinnata, parium decem, ad quatuordecim, extremo impare. Ita folia radicalia; caulina ſimilia, ſed pauciorum parium, ad decem, petiolum vero longa vagina incipit. Umbella unica, denſiſſima, caulem quemque terminat. Cuique umbellæ ſubjiciuntur folia quinque, vel ſex, in circulum coeuntia, palmata, trifida, quinquefida, etiam ſequentis ſpeciei ſimilia, ovata, pinnarum duobus paribus acceſſoriis ſtipata. Calyx infundibuli forma, hirſutus, non inflatus, fere coronillæ, dente ſupremo bifido, & tribus inferioribus, omnibus ciliatis, peranguſtis, ſubulatis. Flos purpureus, calyce dimidio longior. Vexillum grande, ovatum, petiolatum, lineatum, lato ungue, poſtea emarginatum, in ſuum ſulcum carinam recipit. Alæ ſtrictæ, non hamatæ, carina longiores. Carina bipes, ovata, obtuſa. Stamina novem connata, & decimum ſingulare, fine filiformi. Fructus calycis longitudine, turgidus, glaber. Germina plura, ſed unicum ſemen matureſcit.

398. VULNERARIA foliis radicalibus ovatis, caulinis pinnatis, umbellis ovatis.
α. Flore flavo, nobis vulgatior.
Vulneraria ruſtica Gesner. *hort.* p. 187.
Anthyllis Rivin. *t.* 18.
β. Flore albo, in Germania frequentior.
Vulneraria noſtra flore albo ex Gotthardo Cherler apud I. B. II. p. 362.
Loto affinis Anthyllis helvetica foliis clypeiformibus H. Oxon. *II.* p. 182. *ic. t.* 21. *f.* 6.
γ. Flore coccineo Dillen. *Eith.* t. 431. t. 320. *Flor. brit.* p. 364. Linn. *ölanska reſa* p. 54. nobis humilior.
α. β. γ. *Anthyllis herbacea, foliis pinnatis, inæqualibus, capitulo duplicato* Linn. *II.* p. 1012.
In pratis, potiſſimum macilentis, & ad vias. Varietas γ. in alpibus, circa rupes glaciales *Stok*. Varietas β. in ſubalpinis, circa thermas *Leucenſes*, in valle alpina *Chapuiſe* &c.
Radix multiceps, folia & caules congeſta. Folia firma, ſubtili villo pubeſcunt: ad radicem longe petiolata, ovata, aut nulla, pinna ad petiolum accedente, aut una, aut altera exigua. Ad caulem pinna extrema etiam ovata, ſed pinnarum tribus quatuorve paribus, ad petiolum accedentibus aucta, multo anguſtioribus: ſuperiora folia pinnas plurium parium habent, omnes æquales. Quæ denique umbellæ florali ſubjiciantur, bina ſunt, digitata, & in arcum quinque ſegmenta emittunt, obtuſe lanceolata. Caules pedales, non ramoſi, non valde folioſi, & in extremo caule, & ſecundum eum, etiam altera, umbella denſa, binis foliis inſidens; ſæpe etiam umbellæ

a) Anguillara p. 290. Des Serres l. c.
b) Reichart. t. V. p. 196. Switzer *Septembr.* Du Hamel *culture* &c.
c) Neutra eſt Anthyllis Diosc. L. III. c. 137.
d) Tournef. C.E.F.

umbellæ ramosæ sunt, & ex binis, tribusve confluunt, ut in transversum latiores sint. Calyx villosus, inflatus *e*), ovato tumore, dentibus supremis ad se invicem conversis, & proximis, imo minimo. Ungues petalorum calycis longitudine, pars vero colorata vexilli & alarum aliquantum de calyce eminet. Vexillum cæteris petalis multo majus, ovatum, plicatum, erectum *f*), intus lineis pictum. Alæ vix hamatæ, carina longiores, cui adhærent. Carina bipes, rostro obtuso, purpura picto, in *α*. & *β*. In coccinea varietate omnia petala splendido rubro colore tincta sunt. Stamina decem connata, nusquam distincta. Siliqua petiolata, calyce brevior *g*), monosperma. Tuba finita globulo.

Tota planta sicca est, & creditur adstringere. A pecore vix adtingitur *h*).

CICER *i*) Tournef. t. 210.

CICERIS spec. Linn. n. 875. cui Lentem adjungit.

Calycis segmenta lata, lanceolata *k*); duo suprema sibi proxima, imum brevius, plicatum, ovatum, emarginatum *l*), obtusum. Vexillum reliquis petalis majus, brevi petiolo. Alæ hamatæ, carina paulo longiores *m*). Carina bipes, rostro incurvo, non acuto. Siliqua brevis, inflata *n*), disperma: semina immatura caput arietinum satis exquisite exprimunt.

*399. CICER foliis serratis Linn. II. p. 1040.
Cicer Camerar. *Epit.* p. 204. Rivin. *t.* 19.
Cicer arietinum Dodon. *Cereal.* p. 114. *pempt.* p. 525.

In valle *Tellina* vulgo seritur, circa *Grossetto* & *Teglio*, & passim quasi spontaneum reperitur.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, foliosus, ramosus. Stipulæ magnæ, aliquot peracutis dentibus inæqualiter incisæ. Folia hirsuta, pinnata, parium octo, extremo impare, in universum ovata, sed argute circumserrata. In foliorum alis petioli uniflori. Flos purpureus, sed datur & alba varietas. Calyx hirsutus.

Cicer tostum, sive *Garvanços* Hispanorum, in Africa *o*) frequentissimum alimentum est, bonum idem *p*). In calculosis doloribus decocta cum cicere aqua laudatur *q*), acria tamen sunt, ut vesicæ vulneribus noceant *r*). Coffeam tostam optime imitari Cl. Reichart *s*).

COLUTEA Tournef. T. 418. Linn. n. 880.

Calyx campaniformis, brevis, dentibus brevibus, lanceolatis; denticuli duo superni secundum semicirculum exsculpti sunt, inferiores rectiores, imus paulo longius procurrit. Floris vexillum petiolatum, sed brevius, ovatum, plicatum. Alæ carina breviores, hamatæ, incurvæ, rostratæ, raro exemplo. Hæc amplissime incurva, rostro obtuso *t*).

Præcipuus character est in fructu petiolato, semiovato, sed hinc acuminato & inde, inflato, membranaceo *v*), in initio commissuræ valvularum superioris aperto, seminibus, medio ex nervo, de suis petiolis pendulis *x*).

400. COLUTEA foliis ovatis, emarginatis, floribus racemosis.
Colutea Matthiol. p. 783. Camerar. *Epit.* p. 540. Rivin. *t.* 20. *Vesicaria* I. B. I. P. II. p. 380. Scheuchzer *It. V.* p. 423. Du Hamel *I.* p. 179.
Colutea arborea foliis obovatis Linn. *II.* p. 1049.
Adjungit Africanam flore sanguineo Commelyn. *rarior.* t. 11. & *Coluteam foliis ovatis* Milleri t. 100. quæ videtur scapis unifloris differre.

Passim in calidiori Helvetia, *Aquilejæ*, *Agauni*, inter *Chur* & *Tusis*, supra *Serriéres* prope

e) Tournef. T. 211. B. BsD.
f) A.
g) E.
h) Schreber III. *Saml.* p. 12.
i) Legumina ερεβινθος Theophrast. L. VIII. c. 1. Inter πλαγιοκαυλα ibid. c. 3. altissima radice c. 1. Dioscorides distinguit cicer sativum, & sylvestre satis simile, & arietinum.
k) Tournef. B.
l) Tournefort. A. B.
m) Sub A.
n) D. E.
o) Shaw. *travels.* p. 222.
p) Muffet. *health. improv.* p. 233.
q) Arbuthnot. *alim. II.* p. 50. Olim Diosc. II. c. 97. sed addit vesicam & renes lædere.
r) *Simeon. Seth.* p. 28.
s) *Gartenschaz V.* p. 163.
t) Tournef. A.
v) D.
x) Conf. E. F. G.

prope Neocomum, prope pontem rivi *Vaufejon*, verfus *Pefeux*: inter *Auvernier* & *Neufchatel*.

Frutex decempedalis, ramofus & frondofus. Folia glauca, glabra, pinnata. Pinnarum paria quatuor, extremo impare, fere cordata, nervo in fpinulam educto. Flores flavi, racemofi, ex alis foliorum petiolati. Stipulæ minimæ, lanceolatæ. Siliquæ veficariæ ampliffimæ.

Folia Coluteæ alvum movent *y*) cum naufea *z*), ignavius quam Senna *a*), ut dofis ad infufionem unciæ fit integræ *b*). Ufus tamen tutus eft, experimento in feptentrione facto *c*). Seminis drachma una (duæve) vomitum movet *d*).

Pabulum præftat gratiffimum, & eo fcopo cultus ejus commendatur *e*).

ASTRAGALUS *f*).

ASTRAGALUS Tournef. T. 233. Linn. n. 892. Rivin.
& ASTRAGALOIDES Tournef. T. 233.
PHACA Linn. n. 891.
& TRAGACANTHA Tournef. t. 234.
GLAUX Rivin.

Etfi character facilis videtur, qui a filiqua biloculari petitur, quæ in Phaca unilocularis fit, & inflata, non tamen poffumus *g*) in eo charactere adquiefcere, quando ad rem ipfam ventum eft. Inveni enim, Phacas *h*) plerasque, & Aftragalos non paucos, habere ejufmodi fructus, ut valvæ introflexæ imperfectum feptum faciant, quo filiqua non integre dividitur, ut adeo filiqua femibilocularis fit, & partim cum Aftragalis, qui funt fructu integre divifo *i*), cohæreat, partim cum Phacis veficalibus *k*) vere monangiis. Porro fructus inflatus pro charactere non poteft admitti, cum omnium confenfu plufculi Aftragali, vere biloculares, dura fint, neque veficaria filiqua, etiam vix tumente *l*). Quare habitus quidem pinnatus, floresque in fcapo plerumque racemofi, aut certe in alam congefti: deinde calyx & flos debent confuli.

Calyx tubulofus eft, per latera compreffus, fupremis duobus dentibus ad fe invicem converfis, femilunariter exfciffis *m*), tribus reliquis rectioribus. Flos longus *n*), & ftrictus: vexillum longius *o*), plicatum, primum erectum, lateribus adfcendentibus *p*): alæ quam carina longiores, hamatæ *q*). Carina fiffilis, roftro obtufo, parum recurvato. Fructus valde multiformis, brevis, longus, inflatus, durus, rectus, curvus, unilocularis, femibilocularis, bilocularis.

I. ASTRAGALI SILIQUA UNILOCULARI INFLATA. PHACAE.

*401. ASTRAGALUS caule erecto, ramofiffimo, foliis ellipticis, hirfutis, filiquis veficariis pendulis *Emend. III.* n. 234. *Cat. rar.* n. 740.

Aftragaloides elatior erecta, viciæ foliis filiquis pendulis Amman. *ruthen.* p. 148.

Phaca caulefcens, erecta, glabra, leguminibus oblongis, inflatis, fubpilofis Linn. *II.* p. 1064. Vix poteft noftra effe, cum vir Ill. glabram dicat, & cum Tilliana fupina foliis acutis conjungat. Sed cum fequente confundit vir Cel. apprime diverfa *r*). De Ammaniano fynonymo certus fum, cum plantam a Gmelino miffam coram videam.

In alpibus Valefiacis, tam feptentrionalibus, ut in monte *Fouly*, & vicinis Bernenfibus *Lavaraz*, *Liofon*, *Prapioz*, *im Kienthal*: quam meridionalibus, ut in monte *Sylvio* & in montibus vallis *S. Nicolai*, demum fupra *Portvaley*,

 Noftro-

y) Constant. *prax.*
z) Vomitum movent Mizauld. *de fenn.* c. 3.
a) Gesner *epift.* p. 92. Vires fennæ non habet Bellon *fingular.* p. 275.
b) Garidel.
c) Bartholin. *Cent. V. hift.* 60. *Med. Danorum domeft.* p. 229.
d) Prevot. *Medicina pauper.* p. 511.
e) Cowel. *gard.* p. 7. 8. 9.
f) Aftragalus parvus ex terra frutex, ciceris (Diosc.) habet folia, longa, incifuris multis, obliqua, circa radices, flores Hyacinthi, radices raphani modo rotundas, grandes, adftringentes Dioscor. L. IV. c. 57. Plin. L. XXV. n. 29.
g) Conf. *Emend. III.* p. 88. n. 234. & confentit Linnæus ad n. 891.
h) n. 403. 404. 405.
i) Tournef. t. 233. N. O. P. Q. R. S. T. t. 234. D. E.
k) Tournef. t. 223.
l) Aftragalus Monfpeffulanus I. B.
m) Tournef. t. 223. B.
n) t. 233. & t. 234. A. A.
o) B.
p) Tournef. t. 223. A.
q) t. 233. E. D.
r) Willich obf. 2. n. 56.

Noſtrorum Aſtragalorum ſpecioſiſſimus eſt, cubitalis & ultra, ab imo ad ſummum ramoſus & folioſus, durus, & hirſutus. Rami adſcendentes, ſtipulæ magnæ, lanceolatæ. Foliorum paria ad quindecim, ovata, elliptica, obtuſa, nervo in ariſtam producto, mollia cæterum & hirſuta. Scapi florales ex alis foliorum nudi, ſpica terminantur. Peculiares petioli florigeri longiuſculi, duabus hirſutis ſtipulis excepti. Calycis ſegmenta nigro villo barbata, quod in Aſtragalis frequens eſt. Vexillum paulo reliquis petalis longius, plicatum, non revolutum, flavum, lineis fuſcis ſtriatum. Alæ hamatæ, ſine ovato, carinæ æquales; hæc obtuſa, ovata. Siliqua petiolata, pendula, ex ſemiovata acuminata, unilocularis, inflata: ſemina reniformia, octo.

402. ASTRAGALUS caule erecto, ſtipulis maximis, foliis ovatis, novenis, ſiliquis veſicariis. †

Polygalo ſimilis luteo flore, in montibus GESNER. *addend. ad hort.* p. 260. b.

Aſtragalus recticaulis hirſuta I. B. II. p. 334. SCHEUCHZER *It. IV.* p. 330. Non autem ſynonyma.

Aſtragaloides alpina, hirſuta, erecta, foliis viciæ, floribus dilute luteis TILLI *Hort. Piſan.* p. 19. *t.* 14. *f.* 2.

Phaca frigida JACQUIN. *Vindob.* p. 265.

In Gubernii Aquilejenſis alpibus ubique, in monte *Richard*, *Prapioz*, *Enzeinda*, *Boulaire*, *Javernaz*, *Chaud Commun*, ſupra *Port Valey*, *la Varaz*, *les Martinets*. In Valeſia ſuper *Servant*, in monte *Sylvio*, ſupra *Goms*. SCHEUCHZERUS in monte *Lucumonio* prope *Lago di Rottam*. HUBERUS circa acidulas *S. Moriz*.

Caulis pedalis, cubitalis, glaber, pallidus, vaginoſus. Stipulæ ad foliorum initium gemellæ, de more, ſed maximæ, pene ad pollicem longæ, ovatæ, obtuſe lanceolatæ, coloratæ. Pinnæ foliorum trium & quatuor parium, grandia ea, ex ovatis diminuta, ſubhirſuta. Scapi florigeri in ſumma planta confecti: racemi duodecim florum. Calyx longus, nigro villo rariter adſperſus, dentibus perbrevibus; ſupremis tamen ſemilunariter exſectis. Flos ochroleucus, longus, ſtrictus, vexillo ovato: alis carinæ longitudine, vexillo brevioribus, hamatis. Carina paulum, recurva, obtuſa, ſiliquæ pendulæ, turgidæ, ex ovatis anguſtiores, utrinque acuminatæ, nigris pilis adſperſæ, polyſpermæ. Stipulæ ſub floribus coloratæ, lanceolatæ.

*403. ASTRAGALUS caule ramoſo proſtrato, foliis lanceolatis, florum alis emarginatis, *Emend. III.* n. 233. p. 87. *Catalog. rar.* n. 40. †

An *Aſtragaloides alpina ſupina glabra, foliis acutioribus* MICHELI apud TILL. *Hort. Piſan.* p. 19. *t.* 14. *f.* 1?

In montibus ſuper *Portvaley* e regione *Rupis*, locis ſaxoſis, tum ſimili loco en *Chaud commun*, *Fouly*, *Dent du midi*, *Prapioz*, *Lioſon*, *Gaſtern*.

Radix lignoſa, pedalis & longior, multiceps, multos ceſpites producit, & foliorum, & procumbentium caulium. Ab Aſtragalo *campeſtri* LINN. abunde diſtinguitur habitu laxiori, foliorum pinnis longius diſtantibus, parium fere ſex: quæ elliptica ſint, acuminata, brevi & cinereo pilo ſubtus obducta. Caules folioſi, ramoſi. Stipulæ ad ramorum originem lineatæ, coloratæ, lanceolatæ. Scapi florigeri racemum gerunt florum fere decem, duodecim. Stipulæ ad flores coloratæ, lanceolatæ, anguſtiores. Calyx dentibus, brevibus ſupremis diſtantibus, nigris pilis adſperſis. Vexillum longum, ſtrictum, plicatum, emarginatum, album, etiam ochroleucum. Alæ hamatæ, rariſſimo exemplo in duo ovata ſegmenta ſatis profunde dividuntur. Carina bipes, violacea, roſtro obtuſo, parum curvo. Siliquæ ellipticæ, acuminatæ, inflatæ, venoſæ, pendulæ, uniloculares. Semina fere decem, reniformia.

II. SILIQUA SEMIBILOCULARI INFLATA.

404. ASTRAGALUS caule procumbente ramoſo, foliis ovatis, ſiliquis inflatis, hirſutis, pendulis *Emend. II.* n. 26. *Cat. rar.* n. 737.

Icon lign. GESNERI 127.

Aſtragalus alpinus foliis viciæ ramoſus & procumbens, flore glomerato cæruleo SCHEUCHZER, *It. VII.* p. 509. cum ic.

& *Aſtragalus Tragacanthæ folio, ramoſus, flore cæruleo, glomerato* SCHEUCHZER *Ic. IV.* p. 330. ex coloribus, vocibusque SCHEUCHZERI.

Aſtragalus alpinus minimus LINN. *Flor. Lapon. n.* 267. *t.* 9. *f.* 1.

Aſtragalus cauleſcens, procumbens, floribus pendulis racemoſis, leguminibus utrinque acutis piloſis LINN. *II.* p. 1070.


Icon OEDERI t. 51. huc pertinet, ubi tamen purpurei quid admiſcetur, quod ab alpinis abeſt.

Minus

Tab. XIII. pag. 177.

Astrogalus Alpinus acuti folius ochroleucus.

C. F. Fritzsch. Sculp. Götting.



Minus rarùs; in ipſis pratis vallis *Grindelwald* inter ædes, in adſcenſu montis *Scheidek*, *Gemmii* & *Stokhorn*. Circa rupes glaciales *Steinenberg*: In *la Varaz*, *Enzeinda*, *Javernaz*, *Chapuiſe*, *Pilato* monte, *Mürtſchen*, *Galanda* &c.

Caules procumbentes, laxe folioſi, pedales, & paulo ultra. Folia ſubhirſuta, ad decem paria, ovata, non acuminata, extremo impare. Scapi florigeri ex alis foliorum gerunt umbellam brevem, florum 12. & 15. Stipulæ ſub ramis binæ, foliaceæ, ovato lanceolatæ, ſub floribus breviſſimæ, albæ. Calyx nigris pilis hirtus, de gentis more. Flos ſpecioſus, laxus; vexillo carinæ longitudine, reflexo, ſine emarginato, cæruleo, lineis cæruleis ſaturatis ſtriato, ungue albo. Alæ ſtrictæ, breves, albæ, anguſtæ, hamatæ. Carina vexilli longitudine, alba, roſtro cæruleo lato, obtuſo. Siliqua hirſuta, nigra, pendula, inflata, curva, unilocularis, abſque ſepti veſtigio. Video transpoſitum eſſe, & ad ordinem I. pertinere.

*405. ASTRAGALUS ramorum petiolis ſpineſcens, pinna impare nulla.
Tragacantha alpina ſempervirens, flore purpuraſcente I. R. H. GARIDEL.
Tragacantha s) BLAKWELL. CAMERAR. *Epit.* p. 446. CLUS. *cur. poſt.* p. 60.
Purple Tragacanth. Garden of Eden t. 50.
Aſtragalus caudice arboreſcente, petiolis ſpinaſcentibus LINN. *II.* p. 1073.

Alpina planta in monte *Jeman*, *Cheville*; ſub monte *Diableret*, *Chaud commun*, *Prapioz*, *Fouly*. Sed etiam in planitiem deſcendit, & in Valeſia naſcitur, & ad mare *t*).

Radix maxima, lignoſa, ramoſa, multiceps. Caules pedales, folioſi, ramoſi, duri. Petioli folioſi in ſpinulam terminantur, eorumque petiolorum reliquiæ, foliis delapſis calvæ, caulem circumſtant. Folia ſubhirſuta, ovatis anguſtiora, pinnarum ſeptem, decem, nullo impare. Stipulæ magnæ, flavæ, ex ovatis lanceolatæ. Flores ad inferiora caulis in petiolis quinque, ad octo, flores erectos gerentibus, quam folia brevioribus. Calyx molliter villoſus, cylindricus, dentibus longis capillaribus. Flos longus, ſtrictus, dilute violaceus. Vexillum longum, plicatum, emarginatum, venis coloris purpurei ſaturati pictum. Alæ capillari petiolo, hamo brevi obtnſo. Carina alis brevior, hamis brevibus, roſtro incurvo, mucronato, obtuſo, purpureo. Stamina novem & unum. Siliqua conſtanter unilocularis, continet quatuor ſemina reniformia, & celluloſis ſeptulis & membranulis diſtinguitur.

406. ASTRAGALUS ſcapis aphyllis, foliis lanceolatis, hirſutis, ſiliquis erectis inflatis, ſemibilocularibus *Cat. rar.* n. 733. Tab. 13.
Aſtragalus pyrenaicus, barbæ jovis folio, non ramoſus, flore ochroleuco, glomerato SCHEUCHZER *It. IV.* p. 330. cum ic.
& *Aſtragalus alpinus foliis viciæ anguſtioribus, flore ochroleuco* EJUSDEM *It. I.* p. 31.
Aſtragalus acaulis, calycibus leguminibusque villoſis, foliolis lanceolatis, acutis, ſcapo decumbente LINN. *It. Oeland.* p. 50. *Spec. II.* p. 1072.

Plrnta nobis mere alpina, non rara. In monte *Gemmi*, ſuper horrida præcipitia, quæ ſepe a via, ad thermas deſcendente, ſeparantur. Ad viam a *Scheidek* ad *Grund. Im Rätisboden* ſub *Grimſula*. In paſcuis alpinis, ſupra *Sichellauwenen*. In Gubernii Aquilejenſis alpinis ubique, in *la Varaz*, *Enzeinda*: in vicinis Valeſiæ montibus, *Fouly*, *Dent de midi*, valle *Trientina*. In alpibus *Surenenſibus* & *Engelbergenſibus* SCHEUCHZER. In arenoſis paſcuis prope *Splügen*, in adſcenſu Albulæ. Glareas amat torrentium, lapidesve deciduos.

Radix maxima, brachiata, multiceps. Folia ad terram numeroſa, ad caulem nulla, pinnis parium decem ad quindecim, ſibi vicinis: ipſa folia ſubhirſuta, pallida, ex ovatis acute lanceolata. Scapus floralis aphyllos & ſimplex, ſemipedalis & ultra, racemis decem & ultra florum. Calyx valde hirſutus, nigricantibus villis, ſegmentis ſupremis ab inferioribus magis diſtantibus, ſemiſubrectis. Flos ochroleucus, nonnunquam pene luteus, longus, ſtrictus: Vexillum plicatum, ſtrictum, emarginatum, reliquis petalis multo longius. Alæ fine truncato, leviter emarginato, hamis grandibus. Carina obtuſa, ariſtam tamen emittit, ad cujus latera duæ ſunt maculæ violaceæ, etiam virides: Siliquæ totæ villis nigris aſperæ, erectæ, ſepto imperfecto,

s) Tragacanthæ radix lata, lignoſa, ex ſummo ceſpite emittit ſurculos humiles, robuſtos, in quibus hirſuta folia multa, quæ ſub ſe ſpinas rectas & firmas occultant. Eſt in ea lacruma, quæ ex vulnerata radice concreſcit, pellucens, ſubdulcis DIOSCOR. L. III. c. 20.

t) GERARD. p. 523.

perfecto, ad dimidium divisæ, polyspermæ. Stipulæ sub floribus virides, ovato lanceolatæ. Semina octo, vel decem.

*407. ASTRAGALUS scapis aphyllis, foliis ovato lanceolatis, glabris, siliquis inflatis, hirsutis, erectis †.

In alpibus vallis *d'Erin*, quæ Valesiæ est; tum vallis *de Bagnes & Ternanche*, quæ ultima est *Pedemontii*. Etiam in alpibus vallis *S. Nicolai*, Valesiæ, inque monte *Stafel*.

Plurima similia prioris Astragali: habitus, flos, siliqua. Folia tamen plurium parium, ad 21. usque, minora, pulposa & crassula, oris contractis, perpetuo glabra: amant rufescere, denseque cum se insequantur, sæpe imbricata sunt. Scapuli florigeri ex radice, multo humiliores, non semipedales, gerunt racemum vix decem florum. Stipulæ coloratæ multo, quam in Astragalo 406. longiores. Calyx satis similis, sed cum flore major: pilis nigris hirtus, duobus superioribus dentibus ad se invicem conversis. Flos multo longior, albus, erectus. Vexillum prælongum, plicatum, paulum reflexum. Alæ longæ, graciles, hamatæ, carina longiores. Carina fissilis, obtusissima. Siliqua erecta, hirsuta, nigris pilis hirta, sulcata, inflata, teres, hinc depressa, inde convexa, septo imperfecto ex linea depressa ad dimidia bipartita: semina decem.

Proximus priori, differt stipulis, foliis glabris, flore albo longiori, carina non violacea.

408. ASTRAGALUS foliis ovato lanceolatis, sericeis, siliquis erectis, inflatis, subhirsutis. *It. Helv. II.* n. 81.

Onobrychis IV. CLUS. *Pann.* p. 755. 756.

Astragalus quidam montanus, vel Onobrychis aliis I. B. II. p. 339.

Astragaloides alpina purpurea, villosa, pumila, foliis brevioribus acuminatis, caulibus simplicibus nudis TILLI *Hort. Pisan.* p. 19. *t.* 14. *f.* 3.

Astragalus subacaulos scapo folio longiori, floribus laxe spicatis, erectis, leguminibus ovatis, acumine inflexo LINN. *II.* p. 1070. Conf. Cl. JACQUIN. *descript.* p. 264. *n.* 62.

Minime rarus iisdem cum priori n. 406. locis in monte *Stokhorn*, monte *Gemmi*, *Neunenen*, circa molem glacialem *Steinenberg*. In M. *Orgevaux*, *Chapuise*, *sur Champ*, *Ovanna*, *Chaud commun*, *Enzeinda*, *la Varaz*, *Javernaz*, *Prapioz*, *Liofon*, *Sanetsch*, *Fouly*, *Simplon*, *Dent de midi*, *Pilato*. RAIUS in monte *Thuiri*.

Radix magna, lignosa, multiceps, squamosis capitibus. Folia ex radice numerosa, dense congesta, ex ovatis lanceolata, sericeo villo nitentia, & aliquando tota argentea, parium 12. ad 16. Caules alias ex radice aphylli, alias tamen foliosi, aliquot ex alis edunt ramos. Scapi florales nudi, aliquot unciarum, ferunt racemum florum octo, & paulo ultra, ad 12. Stipulæ sub foliis virides, lanceolatæ, sub floribus subulatæ. Flores ad angulos rectos de scapo exeunt, breves, saturate cærulei. Vexillum amplum, ovale, lineatum. Alæ hamatæ, perexiguæ. Carina cærulea, rostro ad angulos rectos flexo, obtuso, aristato. Calyx subcyaneus segmentis capillaribus. Siliquæ eriguntur. Eæ breviter hirsutæ & inflatæ, teretes, semiovato lanceolatæ, mucrone, ut solet, inflexo, hinc convexæ, inde linea depressa terminatæ, ex qua valvæ intra cavitatem siliquæ ita producuntur, ut septum efficiant imperfectum, quod araneoso nexu ad valvarum commissuram oppositam adhærescit. Semina utrinque ad decem. Matura siliqua calvescit, & ora foliorum introrsum trahitur. Quare inter Phacas & Astragalos ambigit.

III. SILIQUA BILOCULARI.

I. VESICARIA.

409. ASTRAGALUS caule ramoso, diffuso, spicis erectis, siliquis inflatis, rotundis, unguiculatis.

Cicer sylvestre MATTHIOL. p. 418. CAMERAR. *Epit.* p. 215.

Glaux v) RIVINI *t.* 108. foliis nimis hirsutis.

β. Varietas minor C. B.

In agris circa *Mathod*, *Chamblon*, *S. Aubin*, *Genevam* &c. In Valesia circa *Saxon*.

Radix crassa, dulcis. Caules infirmi, diffusi, cubitales, cavi, ramosissimi. Stipulæ parvæ

v) Glaux cytiso aut lenticulæ foliis similis, quæ superne virent, inferne candidiora. Ramuli ex terra quini vel seni dodrantales, flores violæ albæ, purpurei, minores: juxta mare nascitur DIOSCOR. L. IV. c. 136. non nostra.

parvæ lanceolatæ. Folia pinnata, parium 12. & 15. Pinnæ ovales, obtusæ, hirsutæ. Scapi florigeri, ex alis foliorum nati, sustinent spicas erectas 20. & 30. florum. Calyx hirsutus, nigricans, denticulis brevibus, capillaribus, superioribus ad se mutuo conversis, hispidis. Flos ochroleucus. Vexillum reliquis petalis longius, plicatum, angustum, ovatum. Alæ angustæ, hamis obtusis. Carina brevis, rostro vix recurvo, obtuso. Siliquæ rotundæ, acuminatæ, inflatæ, hirsutæ, styliferæ, unguiculatæ, biloculares, perfecto septo divisæ, polyspermæ.

Cultum ad armentorum pabulum laudat Cl. CARTHEUSER x).

III. SILIQUA BILOCULARI.

II. TURGIDA & DURA.

*410. ASTRAGALUS scapis aphyllis, foliis ovato lanceolatis, sericeis, siliquis turgidis, hirsutis, erectis, styliferis *Enum.* t. 14. *Emend. II.* n. 33. *Itin. Helv.* n. 83. t. 2.

Astragalus non ramosus, villosus & incurvus, spicatus, floribus purpuro violaceis AMMAN. *n.* 567.

Ita LINNÆUS, splendoris autem sericei AMMANUS non meminit: sed & floris color in Sibirico Astragolo a nostro differre videtur, & foliorum uncialis magnitudo.

Astragalus acaulis, scapo erecto, foliis longiore, leguminibus subulatis, inflatis, villosis, erectis, LINN. *II.* p. 1071.

Primum reperi in scopulis *die Neunenen*, tum in *Fouly* monte. Sed etiam in Valesiam descendit inter *Charat & Saxon*, inter *Rida & Martigny*, prope *Saillon.*

Radix longa, lignosa, anulato cortice. Ex radice scapi florigeri, aphylli, & folia prodeunt. Ista pinnata, parium duodecim & ultra, ex ovatis acute lanceolata, sericeo nitidissimo villo obnupta. Scapi mollissimo etiam villo obducti. Spica floralis densa, pauciflora, ad decem flores habet. Calyx albo villo splendens; dentes superiores breviores, ad se invicem conversi; inferiores rectiores. Stipulæ foliaceæ, subulatæ, calyce breviores. Flos violaceus, dilutus, strictus. Vexillum longum, strictum, ovale, reliquis petalis longius. Alæ strictæ & angustæ, hamo brevi, obtuso. Carina brevior, obtusa, vix reflexa, sine inciso, in aristam terminato. Siliqua villosa, non tamen nigra, neque vesicaria, dura, turgida, sulco depresso notata, ex quo perfectum septum prodit, siliquam bipartiens, quæ brevis, crassa, cylindrica, polysperma est.

411. ASTRAGALUS caule erecto, ramoso, ex alis spicifero, siliquis teretibus *Comm. Gotting.* T. I. p. 340. t. 12.

Astragalus villosus, erectus, spicatus, floribus flavescentibus AMMAN. *plant. ruthen. n.* 166. & *Astragalus Kergisicus* EJUSD. *n.* 171.

Cicer montanum, lanuginosum, erectum C. B. *Prodr.* p. 48.

Astragalus caulescens, erectus, pilosus, floribus spicatis, leguminibus subulatis pilosis LINN. *II.* p. 1065.

Circa arcem *Octodurensem*, versus *Rida*, circa *Fouly*, *Gonthey.* Inter *Siders & Leuck.* Inter *Tusis & Chur.* Circa balneum *Leucense* C. B.

Radix lignosa, perennis. Caulis pedalis, cubitalis, teres, rectus, durus, hirsutus, ramosus. Stipulæ herbaceæ, latæ, lanceolatæ. Folia elliptica, lanceolata, hirsuta, parium decem, duodecim. Scapi florigeri ex alis foliorum, longi, robusti, erecti: sic flores in spicam erectam congesti, densi, ad quindenos. Calyx albus, hirsutus, dentibus superioribus ad se invicem conversis, inferioribus multo longioribus & acutissimis. Flos ochroleucus. Vexillum ungue suo a reliquis petalis distat, cæterum ovatum, emarginatum, oris sursum conversis, interius flavum. Alæ longe hamatæ. Carina alis brevior, fissilis, hamata, sine rotundo, cis quem aristam emittit, ut nonnulli alii Astragali. Siliqua fere cylindrica, albicans, sericea, bilocularis, polysperma, erecta.

*412. ASTRAGALUS caule subrecto, ramoso, foliis linearibus, sericeis, vexillis longissimis *Emend. II.* n. 31. *Catalog. rar.* n. 730.

Onobrychis purpureo flore CLUS. *Pann.* p. 751. 752.

Reliqui ex CLUSIO.

Astragalus caulescens diffusus, pedunculis spicatis vexillis. flore duplo longioribus, LINN. *II.* p. 1078.

x) *Act. Mogunt. II.* p. 355.

In Valesia sola, sed abunde, in herbosis, inter *Siders & Leuck.* Circa *Fouly & Tourtemagne.*. Inter *S. Branchier & Bovernier.*

Radix lignosa, ramosa, multiceps. Caulis durus, sericeus, ad terram incurvus, inde erectus *y*), ramosus, pedalis & cubitalis. Stipulæ siccæ, breves, triangulæ. Folia ima ovato lanceolata, superiora gracilia, pene linearia, acuta, sericeo villo obnupta. Caulis & rami spica brevi & densa terminantur, florum fere 20. Calyx Astragali, longus, tubulosus, villosus, albicans, denticulis brevissimis. Flos longus, uncialis, valde strictus, ex cæruleo purpureus. Vexillum prælongum, duplo carinam excedit, strictum, plicatum. Alæ angustæ, carina paulo longiores, hamatæ. Carina non recurva, rostro ovato. Siliqua erecta, brevis, vix trium linearum, dura, hirsuta, turgida, stylo curvo, vere bilocularis. In utroque loculo semina fere tria nitida, reniformia.

413. ASTRAGALUS caule prostrato, foliis ovatis, scapis brevibus, racemosis, siliquis subtriquetris incurvis.

Sylvestre Fœnum græcum DODON. *Cereal.* p. 162. *pempt.*

Astragalus RIVIN. *t.* 103.

Astragalus caulescens, prostratus, leguminibus subtriquetris, arcuatis, foliis ovalibus, pedunculo longioribus LINN. *II.* p. 1067.

Ubique in Helvetia, Bernæ ad sepes, & in arvis asperis. In alpibus etiam reperi, ut in monte *Neunenen.*

Maximus nostratium, foliis etiam & fructibus maximis. Caulis procumbens, ramosus, bipedalis & ultra. Stipulæ de more binæ, virides, lanceolatæ. Folia parium quatuor, quinque, sex, impare extremo, circumscriptione ovata. Scapi florales ex alis foliorum, breves, racemum ferunt pauciflorum, decem florum, brevem, latum. Calyx pallens, segmentis capillaribus. Flos ochroleucus cum viridi pallore. Vexillum plicatum, emarginatum, lineatum. Carina fissilis, ovata, obtusa, brevior. Alæ longæ, angustæ, hamatæ, paulo longiores. Siliqua erecta, satis crassa, pene teres, curva, hedra superiori quasi canali exsculpta, vere bilocularis. Semina reniformia, multa, ad decem.

Folia cum amarore dulcia. Pro Galega venditur *z*), nihilo, ut puto, deterior. Infusa in aqua folia dantur ad ischuriam, & ad urinæ sabulum *zz*).

III. SILIQUA BILOCULARI.

II. NON TURGIDA.

414. ASTRAGALUS caule procumbente, scapis radicalibus aphyllis, foliis ovatis, vexillo longissimo, siliquis teretibus.

Polygala CAMERAR. *Epit.* p. 929.

Astragalus Monspessulanus I. B. II. p. 338.

II. *Astragalus alpinus magno flore* C. B. RAI.

Astragalus acaulis, scapis declinatis longitudine foliorum, leguminibus subulatis, teretibus, subarcuatis, glabris LINN. *II.* p. 1072.

Abunde in Gubernio Aquilejensi, ut supra *Olon* proxime, qua itur *au Tombey:* porro in Valesia inferiori. In Rhætia inter *Chur & Tusis.*

Radix cubitalis, maxima, lignosa, dulcis, immensum cespitem caulium, & foliorum fundit. Folia ovata, acuta, subhirsuta, parium decem, & ad 20. usque. Scapus floriger aphyllos, dodrantalis, non ramosus, gerit racemum florum ad 30. Stipulæ sub floribus coloratæ, lanceolatæ. Calyx longus, cylindricus, glaber, roseo colore mistus, segmentis supernis rotunde excisis, omnibus capillaribus, imo longiori. Flos uncialis, longus, strictus. Vexillum longissimum, strictum, plicatum, emarginatum, purpureum. Alæ hamatæ, pallidæ. Carina alis brevior, obtusa, vix recurva, saturate purpurea. Siliqua longa, gracilis, teres, recta, etiam paulum curvula, valvularum commissura latiori, vere bilocularis. Semina in utrovis loculo quinque, sex, reniformia, super hilum crassiora.

Aqua cum radice decocta in diarrhœa adhibetur *a*).

415. ASTRA-

y) Hinc dicit procumbere CLUSIUS. Erectum tamen pingit.

z) KORONZAI *de errorib. pharmac. ex ignorant. botanic.*

zz) TOURNEF.

a) GAUTHIER. p. 7.

*415. ASTRAGALUS acaulos, floribus summæ radici insidentibus, foliis ovatis, petiolis lanuginosissimis.

Icon lignea GESNERI CXIX. hanc plantam exprimit.
Astragalus Syriacus LOBEL. *II.* p. 79.
Astragalus acaulos flore luteo BUXBAUM *Centur. III. t.* 38. *f.* 2.
Astragalus repens, barbæ jovis folio, acaulos fere, polyanthus AMMAN. *plant. ruthen. n.* 170.
Astragalus subacaulis, floribus radicalibus numerosis, sessilibus LINN. *II.* p.1073. Conf. *Cent.II. n.* 188.

Supra *Praborgne* Valesiæ inter larices.

Radix robusta, crassa, lignosa, aspera. Ex radice plurima folia ex hirsutissimis pedunculis, parium 16. & ultra, ovata, retusa, inferne villosa. Stipulæ virentes, ex ovatis lanceolatæ. Flores ad duodecim, congesti in mollissima lanugine, absque scapis, in petiolis uncia brevioribus, ex brevissimo caule prodeunt, in quem radix terminatur. Magni sunt, unciales, ex ochroleucis lutei. Calyx latus, albus, villosus, campaniformis, segmentis lanceolatis, superioribus ad se invicem conversis, imo longiori. Vexillum reliquis petalis multo longius, strictum, plicatum, emarginatum, virentibus lineis pictum. Alæ multo breviores, graciles, hamis majusculis. Carina brevis, obtusa. Siliquam in rarissima planta non vidi.

? *Astragalus Monspeliensi candidior, sive Onobrychis quibusdam* I. B. II. p. 337.

Ex descriptione non adgnosco. Cum Monspessulano comparat I. B. neque sinit figura esse Vulnerariam. Nihil Astragali simile in *Saleva* monte repertum fuit.

OROBUS TOURNEFORT. t. 214. LINN. n. 871.

Calyx & habitus satis ad Astragalum accedit. Tubulosus ille, tubulo inferius longiori, dentibus omnibus latis & lancaolatis, superioribus brevibus, ad se invicem curvatis, inferioribus rectis & longioribus. Vexillum amplum, reflexum *b)*, emarginatum. Alæ hamatæ *c)*, fine ovato. Carina bipes, alis paulo brevior, rostro acuto *d)*, quod Astragalo obtusum est. Siliqua longa, teres *e)*, polyspermа, unilocularis, fine acuto, & deorsum curvo *f)*.

416. OROBUS caule simplicissimo, foliis senis, ovatis, acutis LINN.

Orobus Pannonicus I. CLUS. *Pann.* p. 736.
Orobus sylvestris vernus THAL. p. 80. *ic. VI.*
Αςραγαλος Dioscoridis COLUMN. *phytobasan.* p. 60. Flores nimis numerosi.
Orobus RIVIN. *t.* 58. *vernus* BLAKWELL. *t.* 208.
Orobus foliis pinnatis, ovatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici LINN.*II.*p.1028

Ubique in sylvis, primo vere conspicuus.

Radix lignosa, nigra, foliosa. Caulis pedalis, erectus, non ramosus, alternis angulis flexus. Flores in racemis laxis, caules terminantibus, quatuor ad octo & decem. Stipulæ amplissimæ, foliaceæ, deorsum hamatæ. Folia duorum & trium parium, impare nullo, magna, ut in leguminosis, ovato lanceolata. Pulchri floris vexillum amplum, erectum, reflexum, emarginatum, purpureum. Alæ cæruleæ, ovatæ, hamatæ. Carina ex viridi cærulea, initio fissili, hamata, rostro modice recurvo, acuto. Purpura floris, dum marcescit, in cæruleum colorem vertitur. Siliqua recta, teres, seminibus octo, novem & ultra.

417. OROBUS caule simplici, foliis senis ellipticis, radice tuberosa.

Astragalus sylvaticus THAL. p. 7. *ic.* I.
Astragalus sylvaticus foliis oblongis, glabris C. B. SIBBALD. p. 11. *t.* 1.
Lathyrus angustifolius, radice tuberosa LOESEL p. 138. *ic.* 37.
Orobus radice tuberosa RIVIN. *t.* 59.
Orobus foliis pinnatis, lanceolatis, stipulis semisagittatis, integerrimis, caule simplici LINN. *II.* p. 1028.

In nostris sylvis circa Bernam abunde, ut inter nosodochium *das Siechenhauß & die Papiermühle.*

Radix perennis, mista tuberibus & numerosis filamentis; ut filamenta subinde in tubera intumescant, quorum quodvis suum caulem producit. Caulis non ramosus, nisi ex

b) A.A.
c) B.B.
d) C.
e) F.G.
f) ibid.

ex ſummo, erectus, pedalis, alis foliaceis percurſus. Pinnarum paria duo, tria; ima folia ovata, ſuperna longa, ex ellipticis acuminata, nervo ariſtato. Scapi florigeri ex foliorum alis. Stipulæ foliaceæ, ſagittatæ, hamatæ, aliquot dentibus inciſæ. Flos ex roſeo purpureus, in racemis trifloris & quadrifloris, pariter in cæruleum mutabilis, ſatis prioris ſpeciei ſimilis. Vexillum amplum, ovatum, reflexum, emarginatum, marginibus elevatum, venoſum. Alæ carinæ æquales, ovatæ, hamatæ. Carina roſtrata, roſtro falcato. Calycis ſegmenta breviora, latiora, ad ſe invicem converſa, inferiora longiora, rectiora. Siliqua teres, longa, polyſperma, ſine curvo.

In Scotia radix, ob dulcem ſaporem, pro cibo adhibetur, & pro medicamento, quo pagani & famem depellunt, & ſitim, & pectoris morbos.

418. OROBUS caule ramoſo, foliis ovatis, duodenis.
Orobus Pannonicus II. CLUS. *Pannon.* p. 737.
Orobus foliis viciæ RIVIN. *t. 60.*
Orobus caule ramoſo, foliis ſexjugis, ovato oblongis LINN. *II.* p. 1028.

Pulchra planta in Gubernio Aquilejenſi frequens eſt, ut in ſepibus prædii *des Gauges*, prope *Roche*, circa *Echarpigny*, & alibi. Genevæ in colle *la Batie*, & in monte *Saleva*. C. B. in monte *Muteto* & *Münchenſtein*. GAGNEBIN circa *Pierrabot* prope *Neuſchatel*. Circa *Moncharans* etiam legi.

Radix longa, craſſa, dulcis. Caulis frondoſus & ramoſus, erectus, cubitalis. Stipulæ lanceolatæ, deorſum hamatæ, perexiguæ. Folia parium ſex, firma, glauca, inferiora ovata, ſuperiora acuminata, nervo in ſpinulam educto. Scapi ex alis foliorum triunciales; racemus pauciflorus, florum ſex & paulo ultra, ad unum fere latus pendulorum. Purpurei flores, facile decolorantur. Vexillum erectum, reflexum, emarginatum, venoſum. Alæ ovatæ, hamis obtuſis, carina paulo longiores. Carina integra, roſtro lato, acuto. Siliqua pendula teres, nigra, prælonga, ſine curvo, ſemina nigra, rhomboidea.

419. OROBUS caule ramoſo, erecto, foliis ovato lanceolatis *Emend. II.* p. 18. n. 37.
Galega montana LUGDUN. p. 1139.
Orobus Pannonicus IV. CLUS. *Pann.* p. 740. 741. non placet.
Orobus alpinus latifolius C. B. *Prodr.* p. 149. SEGUIER *II.* p. 79.
Orobus foliis pinnatis, ovato oblongis, ſtipulis rotundato lunatis, dentatis, caule ſimplici LINN. *II.* p. 1028.

I. B. in monte *Thuiri*. MURALTUS in montibus Comitatus *Toggenburg*. Nos abunde legimus in Gubernio Aquilejenſi, ut in monte *Luan*, in ſylva *Ovaille*, in monte *Nombrieux*, & alibi.

Ex ſpecioſiſſimis papilionacearum. Caulis bicubitalis & altior, omnino ramoſus, ſulcatus, anguloſus, erectus. Stipulæ grandes, deorſum hamatæ, ex ovatis lanceolatæ, etiam ſerratæ. Folia numeroſa, adſcendentia, glabra, ex ovatis lanceolata, pinnis parium quinque. Ex omnibus foliorum alis ſcapi florigeri, dodrantales, gerentes ſpicam laxam, pendulam, florum ad decem uſque. Calyx cylindricus, compreſſus. Segmenta ſuperiora duo breviſſima, lanceolata, ad ſe invicem recurvata, inferiora recta, triangularia. Flos longus, ochroleucus. Vexillum anguſtum, alis elevatis, plicatum, quaſi emarginatum, dorſo flavo. Alæ obtuſæ, carinæ æquales, hamis obtuſis. Carina fiſſili petiolo, roſtro peracuto. Siliqua prælonga, glabra, polyſperma.

ERVUM *g*) TOURNEF. t. 221. LINN. n. 874.

Calyx brevis, denticulis capillaribus *h*). Vexillum amplius, ovatum, emarginatum *i*). Alæ carina longiores, hamatæ. Carina fiſſilis, ſine obtuſo. Siliqua tetraſperma, ſeminibus ita tumentibus *k*), ut articulata videatur: eadem ſemina ex rotundis anguloſa ſunt. Ob ſolum calycem Lentem & Vicias nolim adjungere: & ad ſtigma minus reſpicio.

420. ER-

g) Inter legumina ὀροβος THEOPHRAST. L. VIII. c. 1. Inter πλαγιοκαυλα IDEM L. VIII. c. 3. Siliquæ ei cylindricæ L. VIII. c. 5. Orobi amaror prius corrigendus, ita ad incraſſantem cibum valet RUFUS p. 11. Ervum parvus frutex anguſto folio, tenuis, ſemina habens in valvulis, e quibus farina fit ervina, ad medicamenta, alvo utilis, quæ urinam ciet, ſanguinem per alvum aut veſicam elicit &c. DIOSCORID. II. c. 102.

h) TOURNEF. B.

i) IDEM A.

k) E. E. E.

420. ERVUM.

Ervum Camerar. *Epit.* p. 215. Rivin. *t.* 61.

Lens minor Camerar. *Epit.* p. 211.

Mochus seu Cicer sativum Dodon. *Cereal.* p. 110. *hist.* p. 524.

Ervum germinibus undate plicatis, foliis impari pinnatis Linn. *II.* p. 1040.

Non credo veram esse indigenam, sed Bernæ in agris abunde reperitur, in quibus cum Lentibus & Viciis seritur.

Caulis erectus, ramosissimus, pedalis, cubitalis. Stipulæ parvæ, dentatæ. Foliorum pinnæ tredecim & ultra, nulla impare, elliptica eadem, vel linearia, retusa, nervo in spinulam educto. Nervus in brevissimum capreolum exit. Scapi nudi, robusti, biflori. Calycis segmenta superiora rotunde divisa, inferiora longiora. Flores penduli, albidi. Vexillum amplum, ovatum, emarginatum, intus venis pictum violaceis. Alæ carina paulo longiores, hamatæ. Carina fissa, obtusa.

Inter resolventes farinas recipitur, & in cibum, pro brutis pariter & hominibus; sed nimia illa aëris ubertas in Ervo infesta est, morbosque facit, etiam in equis *l*), epidemicos, genuum debilitatem, impotentiam musculorum extensorum. In hominibus etiam jacturam virium motricium insanabilem ex eo cibo ortam vidit Valisnerius *m*). Gallinæ occiduntur, dato Ervi semine, quod ingluviem *n*) distendit.

II. SCANDENTES.

LENS *o*) Tournefort. t. 210.

ERVI spec. Linnæi.

Calyx brevissimus, longis & angustis *p*) denticulis. Vexillum amplum, emarginatum *q*). Alæ paulo breviores, hamatæ. Carina simplex, rostro non acuminato. Siliqua brevis, lata *r*), disperma *s*). Semina *t*) compressa, rotunda. Scandit claviculis, qui, loco imparis folii, inter extremas duas pinnas, ex nervo continuantur.

*421. LENS.

Lens Fuchs p. 899. Rivin. *t.* 35.

An etiam *Lens major* Rivin. *t.* 35? *folio ovato.* Separare videtur Fabricius *butisb.* p. 18. quod angulosa semina habeat, neque semper claviculas. Conjungit Guettard *Mem. de l'Acad.* 1747. p. 528.

Ervum pedunculis subbifloris, seminibus congestis convexis Linn. *II.* p. 1039.

In vineis Valesiæ sponte nascitur.

Caulis firmus, angulosus, pedalis, cubitalis. Stipulæ lanceolatæ. Folia parium sex, prima ovata, reliqua fere linearia, sine retuso. Clavicula simplex, brevis, ut planta vix scandere possit. Scapi ex alis foliorum biflori, triflori. Calycis segmenta angusta, sed non capillaria, floris longitudine. Vexillum cæruleis lineis pictum, amplissimum. Alæ paulo breviores, hamatæ. Carina unico ungue, rostro lato, obtuso, maculam utrinque cylindricam habet. Flos & siliqua pendula.

Legumen ex vulgatissimis *v*) est, & omni tempore habitum pro cibo duro, difficilisque coctionis *x*). Galenus inter causas elephantiaseos in Ægypto endemicæ retulit. Flatulenta indole equos *y*) occidit. Jus aut decoctum ad pellendas variolas *z*) in Germania passim adhibetur *a*): Neque tamen huic auxilio *b*) valde fidas, si ad analysin chemicam respexeris, nimis enim alcalina *c*) farina abundat. Ad faucium funestissima ulcera laudatur *d*). Semen tusum & impositum duros tumores emollit, & puris coctionem adjuvat. Cum hordeo mistæ lentes bonum frumenti *e*) spiritum dant.

l) Binninger. *Centur. V.* obs. 70.
m) *Galer. di Minerv. IV.* p. 239. *Osserv. var. III.* p. 125
n) Rossi p. 39.
o) Inter Legumina φακη Theophrast. L. VIII. c. 1. Inter plagiocaulas L. VIII. c. 3. Lens siliquas habet ἐπι-πλατεις. L. VIII. c. 5.
p) Tournef. ad K.
q) A.A.
r) C.D.
s) D.
t) E.
v) φακοι meliores Aretæus I. *diut. med.* L. II.
x) Dioscorid. II. c. 100.
y) Ellis *Januar.* p. 125.
z) Morton. Chomel.
a) Reneaulme obs. 11.
b) Rejicit Costæus *miscell. Dec. I.*
c) Geofroi III. p. 703.
d) Reneaulme.
e) Justi *nützlich. Wahrh.* n. 4.

VICIA Tournef. t. 221.

VICIA Linn. n. 873.

& ERVI ſp. Linn.

Calyx in aliis, qui Orobis, dentibus *f)* ſuperioribus ad ſe invicem converſis, inferioribus longioribus & rectis. In aliis ſegmenta omnia longa & anguſta: neque enim in claſſe, cujus pars princeps fructus eſt, calycem fructui prætulerim. Vexillum ad dimidia erectum *g)*, emarginatum, lateribus replicatis. Alæ paulo breviores, ovatæ, longe hamatæ. Carina brevior, obtuſa, fiſſilis. Stamina alias diſtincta, connata alias. Siliquæ longæ, teretes, etiam compreſſæ, ſeminibus modice in tumorem ſiliquam elevantibus *h)*. Semina ſphaerica *i)*. Claviculi noſtris ramoſi. Addit Linnæus glandulam inter vaginam ſtamineum & germen acuminatum.

I. SILIQUIS RACEMOSIS PENDULIS.

CRACCA Rivin.

Huc ERVI ſp. Linnæi.

422. VICIA foliis linearibus, ſiliquis racemoſis, diſpermis, hirſutis.
Cracca minor Tabernaem. p. 507. Rivin. *t.* 53.
Ervum pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis, binis Linn. *II.* p. 1039.
Vulgo in ſegetibus.
Caulis pedalis & bipedalis, debilis, ramoſus. Stipulae imae pene quadrifidae, dentatae, ſuperiores ſimplices. Folia fere linearia, ſubhirſuta, decem & duodecim parium, capreolo ramoſo. Scapi florales ex alis foliorum, biunciales, biflori, triflori, & ad quinque uſque flores ſuſtinentes. Calyx dentibus longis, anguſtis, non tamen capillaribus, ſubhirſutis, imo longiori, neque dentes calycis floris aequant longitudinem, ut in Lente. Flos exiguus. Vexillum plicatum, ovatum, lineatum, pallide caeruleum. Alae concolores, breviſſime hamatae. Carina alis brevior, roſtro obtuſo, cyaneo. Siliqua pendula, lata, diſperma. Semina rotunoa, nigra, maculata. A ſequente planta genere ſeparari nequit *k)*.

423. VICIA foliis linearibus, ſiliquis gemellis, glabris.
Viciæ ſeu Craccæ minimæ ſpecies cum ſiliquis glabris I. B. *II.* p. 315.
Cracca minor ſiliquis gemellis Rivin. *t.* 53.
Icon Oederi *t.* 95.
In Germaniae agris vulgo, rarior aliquanto in Helvetia, *Baſileæ*, *Genevæ &c.* Circa *Sonvilliers* Gagnebin.
Caulis humilis, infirmus, ramoſus. Stipulae ſimplices, imae deorſum hamatae. Folia linearia, lanceolata, parium trium, & paulo ultra, ad quinque uſque, capreolo ramoſo. In ſcapo de alis foliorum flores bini, etiam unicus. Calycis ſegmenta, quam priori latiora, eorum quae ſuperiora brevia, inferiora longiora. Flos perexiguus. Vexillum caeruleum, venoſum. Alae albae, hamatae. Carina brevior, roſtro cyaneo, obtuſo. Siliqua pendula, brevis, glabra, obtuſa, neque acuminata. Semina tria, quatuor, tumentia, ut ſiliqua pene articulata fiat.

424. VICIA foliis linearibus, ſericeis, racemis multifloris, reflexis, ſtipulis integerrimis.
Aracus Tabernæmont. p. 506.
Cracca Rivin. *t.* 49.
II. *Vicia ſylveſtris ſpicato flore* Clus. *Pann.* p. 746.
β. Flore albo Loesel. p. 184. Alis albicantibus Gagnebin circa *Neufchatel.*
γ. Alpina odorata, circa *lacum Silienſem* Scheuchzer.
α. γ. *Vicia pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris* Linn. *II.* p. 1035.
Inter ſegetes & in pratis udis.
Caulis bipedalis, ramoſus, multiflorus, infirmus, ſulcatus. Stipulae ſurſum & deorſum productae, ſagittatae, non ſerratae, inferiori particula multo minori. Folia parium 12. & ultra,

f) Tournef. B.
g) A.
h) D.
i) G.E.
k) Recte negat ad cicer pertinere Guettard. *Mem. de* 1747. p. 528.

& ultra, utrinque ſericea pube nitida, ex ellipticis linearia, fine retuſo, ſpinula ex nervo breviſſima; capreolo valde ramoſo. Scapi ex ſingulis foliorum alis. Racemus pendulus, multiflorus, ad triginta florum. Calycis denticuli ſupremi breviſſimi, imus capillaris, idem ſæpe coloratus, cyaneus. Flos elegans, purpuro violaceus, exiguus. Vexillum ad dimidia ſubrectum, lateribus ſurſum converſis, ovatum, emarginatum. Alæ concolores, ovatæ, hamis albis. Carina brevior, fiſſilis, mucrone obtuſo, duabus maculis cæruleis notata. Siliqua brevis, latiuſcula, tumida, fine acuto, recurvo. Semina *l*) ad decem uſque, globoſa, nigra.

Monſtrum vidi, quinque floribus in ſpeciem Peloriæ connatis, quinque vexillis diviſiones floris pentapetaloidei imitantibus, unguibus in tubum campanulæ floralis coaleſcentibus *m*).

Noſtris *Vogelheu* dicitur, & ad alenda armenta plurimi fit.

*425. VICIA foliis ellipticis, floribus racemoſis, erectis, ſtipulis argute dentatis.
Vicia Onobrychidis flore C. B. *Prodr.* p. 149.
Vicia pedunculis multifloris, floribus diſtantibus, foliolis linearibus, ſtipulis inferne denticulatis, LINN. *II.* p. 1136.

Paſſim in Valeſiæ ſegetibus circa *Octodurum*, *Gonthey*, *Fouly*, *Branſon*, *St. Branchier.*

Plurima habet prioris, a qua tamen vere differt. Caulis durior, cubitalis, ramoſus, folioſus, ſtriatus, ſubhirſutus. Stipulæ argute ſerratæ, dentibus inæqualibus, ſæpe pene ſemipinnatæ. Foliorum pinnæ, quam priori, pauciores, ad octo: dura ea, elliptica, lateſcentia, glabra, fine obtuſo, nervo ariſtato. Scapi florigeri longiores, etiam pedales, racemum gerunt florum fere 12. ex brevi & robuſto petiolo ſubrectorum. Calyx viciæ, ſegmentis omnibus latis, lanceolatis, ſuperioribus breviſſimis, ad ſe invicem curvatis, inferioribus majoribus, triangularibus, omnibus ſubhirſutis. Flos multo major & ſpecioſior. Vexillum reliquis petalis multo majus, ſaturate cæruleum, elevatum, emarginatum, brevi petiolo. Alæ ovatæ, cæruleæ, magnis hamis. Carina alis brevior, bipes, fiſſilis, mucrone cæruleo, obtuſo, tum hamis. Siliqua quam priori pro portione longior, glabra, plana, in medio latior. Semina numeroſiora, ad duodecim.

426. VICIA foliis ovatis, ſtipulis argute dentatis, ſiliquis racemoſis, pendulis.
Viciæ pulchrum genus multifolium, Galega quibusdam I. B. II. p. 369. cum foliis nimis longis SCHEUCHZER *It. VI.* p. 463. Tab. *noſtr. XII.* foliis nimis acutis.
Vicia multiflora, maxima, perennis, tetro odore, floribus albicantibus, lineis cæruleis ſtriatis, PLUKNET. *Almag.* p. 387. *t.* 71. *f.* 1.
Icon ILL. OEDERI *t.* 277.
Vicia pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, ſtipulis denticulatis LINN. *II.* p. 1035.

Frequens in ſylvis ſubalpinis, vallis *Simmiæ*, Gubernii Aquilejenſis, in monte *Luan*, verſus montem *la Varaz*, in ſylva *la Chenau* &c. Circa Tigurum *im Käferhölzlein* SCHEUCHZER; HUBER circa *Thermas Fabarias.*

Pulchræ plantæ caules anguloſi, bipedales, & quadrupedales, ramoſi, folioſi, & multiflori. Stipulæ parvæ, profunde & argute ſerratæ & ariſtatæ. Folia ovata, nervo in ſpinulam producto, parium fere octo, rarius diſpoſitorum. Racemi florigeri ex omnibus alis, ſpicam gerunt florum pendulorum, ad quindecim. Calycis color albo miſtus; dentes omnes ariſtati, ſuperiores latiores, breviores, & ad ſe invicem converſi. Vexillum album, emarginatum, ſubrectum, lineis cæruleis virgatum. Alæ longæ, breviter hamatæ, fine ovato, cæruleo, lineato. Carina fiſſilis, brevior, ampla, roſtro obtuſo, cæruleo. Siliquæ glabræ, flore aliquanto longiores, pendulæ, polyſpermæ. Semina globoſa, circiter ſena.

427. VICIA foliis ovatis, oblongis, ſtipulis ſerratis, ſiliquis racemoſis, pendulis.
Vicia ſylvatica maxima piſo ſimilis I. B. II. p. 315.
Cracca ſylvatica RIVIN. *t.* 50.
Vicia pedunculis multifloris, foliolis reflexis, ovatis, mucronatis, ſtipulis ſubdentatis LINN. *II.* p. 1035.

β. Floribus albis JONQUET.

In Helvetia multo rarior, quam in Germania. In monte *Muteto* verſus *Schauenburg & Gempenſtollen*: in nemore *Wylenſi.* Circa *villam der Hökler* J. GESNER. Inter Petlach

l) Emend. *IV.* n. 48.

m) Emend. *II.* p. 19. n. 38.

Petlach & Gränchen Solodurensium GAGNEBIN. RAIUS in adscensu montis *Saleva.* In Helvetia transalpina prope *Capo di Lago.* Gottingæ vulgo.

Caulis altior, etiam sepedalis, inter frutices se elevat; alatus idem, ramosus, foliosus & multiflorus. Stipulæ foliis multo minores, argute serratæ. Folia rariora, rectiora, glabra, ex ovatis oblonga, fine obtuso, spinula perbrevi, ex nervo prodeunte, claviculo ramoso. Scapi florigeri folii longitudine, gerunt flores quatuor, ad octo. Calyx coloratus, oris albis, glaber, dentibus perbrevibus, supremis imprimis, imo longissimo. Vexillum angustum, cordatum, lateribus elevatis, ungue lato, ex violaceo purpureum. Alæ apice solo purpureo, hamis latiusculis. Carina fissilis, hamata, rostro brevi, obtuso, obiter cæruleo colore tincto. Stigma plumosum. Siliquæ pendulæ, nigræ, latæ, seminibus vix supra senas.

428. VICIA foliis ovatis maximis, siliquis racemosis, pendulis.

Pisum sylvestre perenne CLUS. *Pann.* p. 733.

Pisum sylvestre LOBEL. *advers.* p. 397. I. B. II. p. 309.

Cracca flore ochroleuco RIVIN. *t.* 52.

Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis, infimis sessilibus LINN. *II.* p. 1034

Non certa civis. In Helvetia sponte nasci LOBELIUS. In Germania non rara, ut *Jenæ*, etiam prope *Gottingam* in densis dumetis, per quæ adscenditur *zur Längelerburg.*

Europearum maxima, caule est aliquot pedum, ramoso & frondoso. Stipulæ magnæ, rariter dentatæ, a primis foliis tectæ. Folia quatuor, sex, ad octo usque, maxima, ex ovatis paulum diminuta, fine emarginato, glabra tota & nervosa: eorum ea, quæ cauli proxima, adeo lata sunt, ut perfoliata videantur. Capreoli ramosi. Racemi florigeri florum pendulorum ad triginta. Flos parvus, striatus, fere astragali vulgaris, etiam ochroleucus. Vexilli unguis latus, finis non latus, ovatus, reflexus, emarginatus. Alæ paulo vexillo breviores, ovatæ, hamis magnis Carina paulo brevior, bipes, rostro curvulo, obtuso. Calyx denticulis omnibus aristatis, superioribus brevioribus, ad se invicem conversis, inferioribus longioribus. Siliquæ breves, latæ, folio vix longiores, exiguæ. Semina rotunda.

II. VICIÆ SCAPIS BREVISSIMIS, SILIQUIS RECTIS.

VICIÆ RIVINI.

429. VICIA foliis ovatis, oblongis, scapis brevibus, quadrifloris.

Cracca major TABERNÆM. p. 506.

Vicia sepium perennis I. B. II. p. 313.

Vicia leguminibus pediculatis, subquaternis, erectis, foliolis ovatis, integerrimis, exterioribus decrescentibus LINN. *II.* p. 1038.

β. Flore albo. Bernæ reperta ad sepes clivi *der Sandrein.*

Ubique in sepibus & sylvis.

Aliquantum ad 427. accedit, sed facile tamen distinguitur. Caulis quidem similis, alatus, quadrangularis, quadrupedalis & ultra. Stipulæ parvæ, argute dentatæ. Foliorum figura etiam ex ovata diminuitur, & aristam nervus exigit, minora vero sunt, & subhirsuta, parium potius numerosiorum, ad septem. Scapus floralis brevissimus, triflorus, quadriflorus. Calyx lividus, dentibus aristatis, superioribus perbrevibus, inferioribus longioribus, imo longissimo. Flos inelegans. Vexillum amplum, obscure cæruleum, venis saturatioris coloris reticulatis pictum, ungue latissimo. Alæ ovatæ, vexillo paulo breviores, obtusæ, magnis hamis. Carina fissilis, rostro obtuso & brevi, curvulo, cærulea. Stamina omnia connata. Siliquæ rectæ, nigræ, breves. Semina globosa, maculosa, ad sex usque.

Egregium pabulum præstat *n*).

430. VICIA foliis imis ovatis, superioribus linearibus, scapis brevissimis, bifloris.

Vicia sylvestris vulgaris, semine parvo & nigro frugum I. B. II. p. 312.

Vicia angustifolia RIVIN. *t.* 55.

Vicia leguminibus sessilibus, subulatis, erectis, foliis retusis, stipulis notatis LINN. *II.* p. 1037.

Icones veterum pleræque hujus suna similiores, ut

Craccæ primum genus DODON. *Cereal.* p. 152.

In

n) SCHREBER *Saml. III.* p. 86.

In ſegetibus paſſim ſpontanea, circa *Kirchlindach* &c.

A *ſativa* modice differt, foliis quidem imis ovatis, decreſcentibus, fine quaſi retuſo, nervo ariſtato: dum ſuperiora linearia ſunt, parium fere quinque & ſex. Stipulæ bipartitæ, ſerratæ, virides. Flores ex brevi ſcapo fere bini. Calycis dentes triangulares, herbacei, recti, inferiores longiores. Flos coccineus, pulcher, præter carinam, quæ livet. Vexillum amplum, erectum, cordatum. Alæ breviores, ovatæ, hamatæ. Carinæ roſtrum breve, obtuſum, curvulum. Siliqua longa, recta, quadruplo folio longior, nigra, hirſuta. Semina ad novem uſque & decem, ſubviridia, maculis nigris. Claviculi, ut in omnibus prioribus, ramoſi.

Viciam *ſativam* omitto, quæ a priori aut non differt, aut proxime abeſt foliis omnibus latis, fere obverſe cordatis, caule magis ramoſo. Semine maculoſo & albo *o*) ludit.

Columbarum cibus; etiam panem ruſticorum ſubit, noſtratibus cum ſecali miſta, alibi etiam pura *p*). Ad calculum *q*) laudantur, & a nutricibus in Anglia incoquuntur *r*) ad puerorum potum, ad expellendas variolas morbilloſve. Laudatiſſima dant pabula *s*). Etiam alio ſcopo ſeruntur Viciæ, ut aratro ſubactæ ſint pro lætamine *t*).

LATHYRUS Linn. n. 872.
LATHYRUS Tournefort. t. 216. 217.
NISSOLIA Tournefort.
CLYMENUM Tournef. t. 218.
APHACA Tournef. t. 223.

Viciam calyce refert, cujus ſegmenta ſuperiora ad ſe invicem accedunt, inferiora longiora ſunt; latiora tamen *a*), & amplius ad campanæ modum patentia *b*). Flos vexillum peramplum habet, ad angulum rectum ſubrectum *c*), emarginatum *d*). Alæ ellipticæ, auriculatæ. Carina alis brevior, bipes, ampla. Siliqua alis latior *e*), planior, parallelogramma, alias longa, & Viciæ ſimilis *f*). Folia in hoc genere valde variabilia. Character eſt in calyce inque vexillo.

I. PINNATA ALIQUOT PARIUM.

CLYMENUM Tournef.

*431. LATHYRUS foliis ſenis, floribus racemoſis.
Vicia lathyroides ſeu Lathyrus viciæformis Pluknet. *almageſt.* p. 387. *t.* 71. *f.* 2.
Lathyrus paluſtris flore Orobi nemorenſis verni Rupp. *ed.* 1726. p. 260. t. 1.
Clymenum Tournef. *t.* 218.
Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis lanceolatis Linn. *II.* p. 1034.

In pratis udis Helvetiæ multis locis reperi, ut circa *Roche* verſus *Cheſſel.* Circa *Ebrodunum* verſus *Grandſon.* Ad *Brojam* fluv. inter duos lacus. Inter *Landeren* & *S. Jean.*

Poſſet, ſi videretur, cum Viciis manere: habitus eſt Lathyri.

Caulis erectus, debilis tamen, ala foliacea auctus, cubitalis, ex vertice ramoſus. Hami ſagittati, non dentati, ſuperiori parte longe majori. Petioli foliorum ex ſtricta vagina prodeunt. Folia ſena, longe elliptica, lanceolata, ariſtata, claviculo ramoſo. Scapi florigeri nudi, aliquot unciarum. Racemi florum trium ad ſex. Calyx Viciæ, non campaniformis, brevis, ſegmentis ſuperioribus triangulis, breviſſimis, inferioribus longis, lanceolatis, imo longe ariſtato. Flos Lathyri, cæruleus, parte tamen majori galeæ & alarum alba. Vexillum ad rectos angulos ſubrectum, undatum, emarginatum. Alæ curvæ, ſine late ovato, cæruleo, hamis obtuſis. Carina paulo brevior, roſtro ad angulos rectos recurvo, brevi acumine terminato. Siliquæ paulo foliis longiores.

 II. PINNATA

o) αρακον eſſe, αφακην vero quæ nigro ſit ſemine Bodæus p. 951.
p) Kalm. p. 55. 56.
q) *Bresl. Saml.* 1722. Febr.
r) Alleyne *diſpenſat.*
s) *Oeconom. Nachr. V.* p. 769.
t) *Oeconom. Nachr.*

a) Tournef. t. 216. B.B.
b) ibid.
c) ibid.
d) ibid. & t. 223. A.
e) t. 217. H.I.
f) Tournef. t. 216. E. F. t. 218. C.D.E.F. t. 223. E.F.G.

II. PINNATA & BINATA.

432. LATHYRUS caulibus alatis, foliis binis & quaternis, lanceolatis, scapis multifloris.
Lathyrus sylvestris major angustifolius I. B. II. p. 304.
Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, foliolis lanceolatis LINN. *wäst-gota resa* p. 75. *Flor. Suec. n.* 646. *internodiis membranaceis Spec. II.* p. 1034.
C B. ait circa *Cliben* nasci. In adscensu *aux Posses* ad sepes.
Caule est quadrangulari, membranaceis magnis, folii latitudine, serratis alis percurso, *ancipite*, stipulis utrinque acuminatis: petiolus ad prima folia late alatus, inde brevissime, & nudus: capreolus ramosus Folia duorum parium, sed firmiora, trinervia, elliptico lanceolata *g*), non ovata. Pedunculi multiflori, ad sex usque flores. Flores quam sequenti minores, majores quam Germanico. Vexillum & alæ incarnatæ. Carina albida.

III. FOLIA GEMINA.

I. PETIOLIS MULTIFLORIS.

433. LATHYRUS caulibus alatis, foliis ovato lanceolatis, rigidis, scapis multifloris.
Clymenum CAMERAR. *Epit.* p. 712.
Lathyrus latifolius C. B. *Basil* p. 96. GARIDEL. p. 271. *ic.* 108.
Lathyrus Narbonensis RIVIN. *t.* 40.
Lathyrus foliis longis & angustis, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis LINN. *II.* p. 1033.
C. BAUHINUS ait in monte *Muteto*, & ad rivos pagi *Binningen* nasci, & circa *Basileam minorem* se legisse. Cl. GAGNEBIN inter *St. Blaise & Neufchatel.*
A sequente differt foliis rigidioribus, venosis, ovatis, latis, obtusis; superioribus tamen angustioribus & lanceolatis; racemis florum pene duodecim: floribus multo majoribus, uncialibus, magisque speciosis. Siliquæ triunciales, polyspermæ, stipularum pars superior ovato lanceolata, inferior gracilis, hinc convexa, inde recta, acuminata.
Pro pabulo incipiunt colere *h*).

434. LATHYRUS caule alato, foliis geminis, ensiformibus.
Pisum Græcorum petiolis paucifloris TRAG. p. 613. 614.
Lathyrus sylvaticus RIVIN. *t.* 39.
Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis, LINN. p. 1033.
In Helvetia ubique reperi. Circa Bernam ad sepes & sylvam prope villam fratris mei *die Halle.* In ditione Aquilejensi passim, ut supra *Ollon*, versus *Panex*, in *Gousin.* Circa *Mathod & Orbe*, qua adscenditur ad *Agy.* Basileæ.
Formosæ plantæ caulis alatus, ramosus, scansilis. Folia elliptica, acute lanceolata, minus, quam prioribus, firma, etiam quaterna reperi. Capreolus ramosus. Stipulæ exiguæ, angustæ, aristatæ. Earum pedunculus pariter alatus. Scapi longi racemum gerunt foliorum, quam prioris, minorum, & pauciorum, non supra sex. Calycis dentes superiores breves & incurvi, inferiores recti, longiores. Vexillum amplum, emarginatum, læte purpureum, roseum, venosum, extus auroreum. Alæ purpureæ, ovales, magnis hamis. Carina unipes, subviridis, rostro informi, obtuso. Siliqua longa, teres, angusta, biuncialis, fine curvo. Semina exasperata.
A priori differt floribus paucioribus, duplo minoribus, hamis perexiguis, si compares, & imprimis parte superiori angusta, foliis ipsis angustis, & minus duris.

435. LATHYRUS scapis multifloris, foliis ovatis, capreolis trifidis.
Apios FUCHS p. 131.
Pseudo-Apios CAMERAR. *Epit.* p. 981.
Terræ glandes DODON. *Cereal.* p. 168.
Arachidna Theophrasti COLUMN. *Ecphras.* p. 301. 304.
Lathyrus arvensis RIVIN. *t.* 42.
Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis, foliolis lanceolatis LINN. *II.* p. 1033.
Passim in segetibus Helvetiæ; sub *Yvorne*, versus *Noville*, circa *Mathod*, *Genevam*, *Basileam*, versus *S. Margaret.*

Radices

g) ROSEN. obs. p. 35. n. 24.

h) *Mus. rust. I.* p. 469.

Radices habent tubera piriformia, adnata filis reptantibus. Caulis triquetrus, pedalis, infirmus. Folia ovata, obtusa, absque acumine. Stipulæ exiguæ, non serratæ, binis partibus fere æqualibus. Claviculi trifidi. Scapi florigeri prælongi, quadriflori, quinqueflori. Calyx ex charactere. Flos pulchro roseo colore, etiam odore rosæ adfinis. Vexillum amplissimum, rotundum, emarginatum. Alæ pene æquales, coccineæ, ovatæ, amplæ, hamatæ. Carina pallens, brevior, bipes, rostro magno, obtuso. Siliqua longa, recurva, ad decem & duodecim semina continet.

Radicum tubercula edulia sunt, nullo nobis in usu, sed circa *Trajectum Mosæ*, in *Clivia i)*, *Batavia k)*, in Berolini culinis noti, etiam circa *Krasnojar l)*. Sunt, qui pro Dudaim habuerint *m)*. Coli suadent, ut folia pecori demetantur *n)*, radices autumno de terra exemtæ cibo cedant *o)*. Aqua stillatitia odorata est *p)*.

436. LATHYRUS scapis multifloris, foliis lanceolatis, capreolis simplicibus.
Lathyrus luteus sylvestris dumetorum I. B. II. p. 304.
Lathyrus pratensis RIVIN. *t.* 43.
Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis lanceolatis LINN. *H.* p. 1033.

Ad rivos, stagnorum ripas, & in pratis udis.

Caules ramosi, quadranguli, debiles, pedales, cubitales. Stipulæ magnæ, foliis æquales, ovato lanceolatæ, integræ; earum pars inferior exigua, etiam nulla. Folia elliptica, lanceolata; capreolus non ramosus. Scapus floralis octiflorus. Calycis segmenta omnia aristata, imum angustius & longius, superiora ad se invicem conversa. Flos flavus. Vexillum rotundum, emarginatum, reflexum, intus lividis lineis pictum, ungue lato. Alæ carina paulo longiores, hamatæ. Carina acute rostrata, bipes. Siliqua latiuscula, brevis, curvula. Semina sublutea, rotunda.

Eximium pabulum est, quod seri mereatur & coli *q)*.

II. FOLIIS GEMINIS.

IV. PETIOLIS UNIFLORIS.

437. LATHYRUS foliis geminis, ellipticis, floribus solitariis, & geminis, siliquis hirsutis.
Lathyrus siliqua hirsuta I. B. II. p. 305. RIVIN. *t.* 41.
Lathyrus pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lineari lanceolatis, leguminibus hirsutis, seminibus scabris LINN. *H.* p. 1032.

In segetibus Helvetiæ plurimis locis; Bernæ eundo versus *Kilchlindach*. Inter *Mathod & S. Christofle*. In Valesia. Genevæ. In segetibus vallis *Motier grand Val*, in *Val de Ruz*. Basileæ versus *Muttenz & Brattelen*.

Caulis bipedalis, alatus. Stipulæ hamis inregris, sursum & deorsum versis. Folia latiora, elliptica, aristata, capreolo ramoso. Scapus prælongus, uniflorus, tamen & biflorus. Calyx campaniformis, segmentis latissimis & brevibus, cæterum subhirsutus. Vexillum amplissimum, subrectum, extus coccineum, intus linea flava divisum. Alæ longæ, ovatæ, hamatæ, dilute cæruleæ. Carina pallida, rostro curvo, modice acuto. Siliqua tota villosa, longa, polysperma. Semina rotunda, superficie crispa.

438. LATHYRUS foliis geminis, gramineis, stipulis folii latitudine, petiolis unifloris, siliquis alatis *Emend. VI.* n. 66.
Ervum, weiße Erbs FUCHS p. 571.
Lathyrus anguloso semine I. B. II. p. 306.
Lathyrus siliqua latiori RIVIN. *t.* 47.
Lathyrus sylvestris flore vario ex albo & coccineo RAI. *syllog. plant. exter.* p. 160.
Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, tetraphyllisque, leguminibus ovatis, compressis, dorso bimarginatis LINN. *H.* p. 1030.
Annon inter *ic. an.* GESNERI?

α. Vatietas

i) CORN. PETRI in DIOSCORID. L. II. HOPPE *erdapfel*, p. 17.
k) MOUFFET. *health. improv.* p. 219.
l) GMELIN. *reis. I.* p. 381.
m) *Bresl. Saml.* 1719.
n) GLEDITSCH. *meth.* p. 18. Conf. K. *swensk. wetensk. Acad. handl.* 1744. p. 243.
o) BOHADSCH. *reise* p. 23.
p) GLEDITSCH. *abhandl. II.* p. 180.
q) Commendat DAHLMAN. p. 121. Sic SCHREBER. III. p. 49.

α. Varietas flore toto albo, circa Bernam frequentior.

β. Varietas vexillo roseo, Genevæ.

γ. Flore cæruleo. *Cicercula Ægyptia* Clus. p. ccxxxvi.

δ. Ex cæruleo & albo vario.

Varietas α. & β. in Helvetia feruntur, neque adeo veræ cives sunt. Admisi, ut intricatum satis discrimen duarum plantarum persimilium expedirem.

Habitus utrique persimilis, caulis cubitalis, alatus. Stipulæ sursum & deorsum divisæ, circa divisionem dentatæ. Folia bina, neque enim nostræ plantæ plura habent, graminea, lineis parallelis, longo acumine. Claviculus ex nervo simplex. Flos in petiolo unifloro ex folii ala Siliqua lata, in commissura superiori duas membranaceas alas additas nacta, inter quas sulcus decurrit, seminibus angulosis. Differt autem a sequente, quod nostræ habitus potius altior sit, folia potius graciliora. Stipulæ multo minores, latitudine foliorum, longitudine infra folia. Petiolus floralis longior, biuncialis, debilior; Flos duplo major, aut totus ochroleucus, aut roseo vexillo. Cæterum calyx Lathyri, campaniformis, dentibus omnibus lanceolatis, peracutis. Vexillum transversim latum, venosum. Alæ ovatæ, roseæ, venosæ, hamo parvo. Carina brevior, lata, decolor, obtuso quodam additamento perfecta. Siliqua lata, reticulata, difformis, inde in aciem extenuata, hinc in latam planitiem, ex qua tenues membranaceæ alæ prodeunt.

439. LATHYRUS foliis lanceolatis, stipulis latissimis, scapis brevibus, unifloris, siliquis brevissime alatis *Emend. VI.* n. 67. *Enumer.* n. 4.

Lathyrus flore rubro I. B. II. p. 507.

Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis, compressis, dorso canaliculatis Linn. *II.* p. 1030.

Circa Genevam, *Mathod*, & Lausannam *en Chamblande* feritur. Circa *Undervilliers*.

Planta tota quam prior humilior est, folia vero majora, latiora & elliptica. Petioli florigeri robustiores, duplo breviores, vix quatuor linearum. Flos duplo minor, vexillo multo minore, coloris sanguinei obscuri. Siliqua longior, minus lata, magis teres, cum alarum in dorso brevi vestigio, inter quas sulcus interponitur. Semina quatuor.

*440. LATHYRUS foliis gramineis, petiolis unifloris, setigeris, siliquis longis, erectis.

Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris Buxbaum. *Cent. III.* p. 29. *t.* 42. *f.* 2.

Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhosis, foliolis linearibus, seminibus angulatis Linn. *Spec. I.* Gouan. *flor.* p. 187. Gerard. p. 495.

Lathyrus gramineus floribus coccineis Rai *syllog. plant. exter.* p. 160.

Lathyrus pedunculis unifloris, aristatis, cirrhis diphyllis, foliolis linearibus Linn. *II.* p. 1031.

Circa *Branson* inter millefolia lutea.

Humilis caulis, vix pedalis, annuus, ramosus, angulosus & foliosus, subhirsutus. Stipulæ duæ, utroque hamo bifido, utroque lanceolato, non dentato, superiori majori. Folia ima ovato lanceolata, pleraque graminea, linea non latiora, sescuncem longa; suprema folia perangusta, & pene capillaria. Capreolus minimus, non ramosus. Flores in scapis unifloris, in foliolum octo linearum terminatis. Calycis segmenta lanceolata, peracuta; superiora rotunde divisa Flos exiguus, tertia parte unciæ non longior. Vexillum & alæ rubræ. Carina pallida. Vexillum ovatum, subrectum. Alæ breviores, ovatæ, hamatæ. Carina rostro incurvo, acuto. Siliqua erecta, longa, gracilis, compressa, fine acuto. Semina novem, angulosa.

III. FOLIIS SINGULARIBUS.

NISSOLIA Tournef.

441. LATHYRUS pedunculis unifloris, foliis gramineis, stipulis minimis Conf. Linn. p. 1029.

Ervum sylvestre Dodon. p. 529.

Lathyrus angustifolius erectus, flore singulari. Nissole *in Hort. Reg. Monsp.* cum ic. p. 112.

Nissolia vulgaris Lindern. *Hort.* p. 73. cum ic.

Inter

Inter segetes *Wylenses* I. B. & CHERLER. In agro *Rütihart* Cl. LA CHENAL. Inter segetes *du Val de Ruz*, *dans les Blés de St. Martin & d'Engolon* GAGNEBIN.

Caulis erectus, pedalis, folia alterna, graminea, striata, longe lanceolata. Petioli ex alis foliorum longi, uniflori, aut biflori, cernui, foliolum emittunt unum, alterum. Stipulæ nullæ, nisi capillares, minimæ, setæ. Capreoli nulli. Flos nutans. Calyx, qualem character exprimit, segmentis triangularibus, aristatis, superne brevioribus, excisis. Vexillum miniatum, emarginatum, venosum. Alæ minutæ, ovatæ, purpureæ, hamo brevi. Carina unipes, rostro lato, additamento subcæruleo, acuto, argute rostrato. Siliquæ pendulæ, prælongæ & angustæ. Ad quindecim & viginti semina rotunda, compressa.

IV. FOLIIS NULLIS.

PRÆTER STIPULAS.

APHACA TOURNEF.

442. LATHYRUS aphyllos stipulis sagittatis, latissimis.

Ic. æn. C. GESNER.
Aphaca a) DODON. *Cereal.* p. 157.
Elatine III. TABERNÆMOMT. p. 116.
Aphaca MILLER. *t.* 43.
Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, stipulis sagittato cordatis LINN. *II.* p. 1029.

In Helvetia vulgo provenit in agris circa *Mathod*, *Baden*, *Wettingen*, *Basileam*; etiam in pratis, ut in Dominio *Rupensi Prépourry.*

Caulis debilis, decumbens, cubitalis, ramosus. Loco foliorum stipulæ maximæ, glaucæ, sagittatæ, sed latæ, hamis inferioribus brevibus *b)*. Inter eas capreolus *c)* exit. Flores in petiolis aphyllis, unifloris, setam longam emittentibus. Calyx brevis. Segmenta lanceolata, longa; superiora ab inferioribus intervallo separata. Vexillum parvum, erectum, amplum, plicatum, luteum, intus lineis nigris, vel cæruleis striatum. Alarum pars lutea, angusta. Hamus longus. Carina alis paulo brevior, fissilis, rostro lato, breviter acuminato. Siliqua *d)* latiuscula, seminibus septem, octove. Semina ex ovatis rotunda, nitida *e)*.

a) Aphaca foliis tenuibus admodum, paulo altior lenticula. Siliquæ majores, in iis semina duo nigriora & madidiora, quam lenticulæ PLIN. L. XXVII. n. 21.
b) TOURNEF. t. 223.
c) ibid. Eum nonnunquam duo folia edere LINNÆUS, sed rarissime.
d) E.
e) H.

I. PLANTÆ PETALODEÆ.

IV. TETRAPETALÆ,

STAMINIBUS PETALORUM SESQUIALTERIS p. 351.

Vulgo CRUCIATÆ.

TETRADYNAMIÆ Linn. *gener.* p. 329.

& SILIQUOSÆ Boerhaave II. p. 8.

Atque SILICULOSÆ.

Classis naturalis, etsi, paucis in exemplis, aut duo tantum stamina *a*) sunt, aut quatuor *b*), aut petala desunt *c*): Genera difficilia habet, species certas.

Calyx his plantis constanter quadrifolius, in tubuli speciem erectus, ut sæpissime duo foliola deorsum producantur, & aliquantum gibba sint: idem pene in omnibus caducus est. Petala quatuor, plerumque ex longo ungue in latius & obtusum segmentum explicantur, ut calyx quidem tubulosus, unguis longus sit, & rectum cum reliquo petalo angulum intercipiat, quod patulum exstat. Æqualia plerumque, rarius bina minora sunt, majora duo. Stamina sex: eorum quatuor respondent latiori faciei siliquæ, eademque longiora sunt: duo angulo acuto siliquæ obversa sunt, brevia eadem *d*), sæpe curva. Fructus siliquosus, bivalvis, valvis dehiscentibus, plerumque septo in duos loculos divisus, cui septo semina adhærescunt. Tuba simplex. In multis glandulæ succulentæ reperiuntur, & potissimum basin filamentorum breviorum ambeunt.

Virtus medica etiam fere omnibus eadem: natura nempe, quæ sponte facile putrescat, ut destillatæ salem dent volatilem urinosum, qualis ex animalium partibus adscendit *e*), post aliquam tamen aquæ copiam *f*) *g*), neque vapores albi sunt quidquam præter oleum in halitus resolutum. Recentes, succi plenæ, absque sale essentiali *h*), acres, resolventes, saponaceæ, diureticæ sunt & antiscorbuticæ, multæque omnino oleraceæ: aromatica nulla: neque genuinus in flore color cæruleus. In succo tamen recente nulla signa sunt alcalinæ naturæ *i*), neque in aqua de cochlearia stillante *k*), & de aquatico nasturtio *l*), neque in rusticani *m*) Raphani infuso, neque in Sinapi semine *n*). Quod acre *o*) pro alcalino volatili principio habitum est, id spiritui suo rectori debetur, quo per siccationem dissipato reliqua planta iners superest *p*). Denique etsi in aqua cochleariæ *q*) indicium acoris est, ut violarum syrupum rubefaciat, tamen de hepate sulfuris alcali per harum plantarum succum non deturbatur *r*). Debent autem vel recentes in medicinam recipi, vel extracta, leni igne parata, in propria aqua soluta *s*).

I. SILIQUOSÆ.

LEUCOJUM *a*) Tournef. t. 107.

CHEIRANTHUS Linn. n. 815.

HESPERIDIS *b*) Tournef. t. 108. spec. Linn. n. 817.

Cum Hesperide convenit calyce valde gibbo, flore caryophylleo *c*), siliqua *d*), glandula ambeunte stamen breve *e*). Differt semine marginato *f*), septo siliquæ non perinde fungoso *g*).

Calyx

a) Iberis.
b) Cardamine.
c) Cardamine.
d) Camerar. *sex. plant.* p. 6.
e) Brassica Du Hamel *hist.*. p. 154: & Brassica cauliflora destillata nullum dant elementum acidum, non magis, quam caro vel piscis.
f) Altmann. *plant. antiscorb.* p. 37.
g) p. 19.
h) Du Hamel *exploitat.* p. 23.
i) Altman. p. 27. 33. 34.
k) p. 26. 27.
l) Hill. *mater. med.* p. 387.
m) Altmann. p. 33.
n) p. 34.
o) p. 40.
p) p. 15.
q) p. 26.
r) p. 29.
s) p. 15.

a) Leucojo aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut flavi flores sunt. Luteum in medicina potissimum adhibetur Dioscor. III. c. 121. Albæ violæ ad coercendam purgationem malignam valent Celsus L. IV. c. 20. Inter discutientia Idem V. c. XI.
b) Hesperis noctu magis olet, inde nomen Plin. L. XXI. c. 7.
c) Tournef. A.
d) E.G.H.I.M.N.
e) Boehmer. *nectar.*
f) Tournef. K.
g) L.

Calyx longus, tubulosus, deorsum insigniter *h*) gibbus. Sic petalorum unguis *i*) longus, figura caryophyllea. Stamina duo minora glandula cinguntur *k*). Siliqua longa, compressa *l*), apice bifido, seminibus turgida *m*): septum siliquæ crassulum & fungosum, in cujus loculis semina nidulantur *n*).

443. LEUCOJUM foliis glabris, lanceolatis, integerrimis.
Keiri o) BLAKWELL. *t.* 179. pro sativa planta.
Leucojum aureum MATTHIOL. p. 877.
Cheiranthus foliis lanceolatis, acutis, glabris, ramis angulatis LINN. *II.* p. 924.

Non puto veram civem esse: nunc tamen in toto pago *la Vaud* in muris frequentissima est, etiam Basileæ. Degeneravit procul dubio ex planta hortensi.

Radix lignosa. Caulis firmus, ramosus, pedalis & cubitalis. Folia levia, solida, obscure virentia, elliptica, lanceolata, in spinulam terminata. Calyx plerumque coloratus, violaceus. Flos odoratissimus, flavus, ungue longo. Siliqua sericea, obtuse quadrangula, polysperma: tuba bicolli.

Vires videntur in odorata parte residere, quam tamen non novi separari, aut in medicina adhiberi. Olei infusi lotio partum creditur expedire. Flores in aceto infusi ad hysterica mala valent *p*), menses pellunt partumque *q*), etiam in vino, aut in cerevisia sumti, succus demum expressus *r*) ad coitum facit *s*). Purpureo Leucojo canis sibi ipsi vomitum movebat *t*). Flores Cheiri recentes deducunt salem salsum, macerati & digesti salem lixivum *v*).

444. LEUCOJUM foliis acute dentatis, amplexicaulibus, siliquis nutantibus, incanis, *Emend. II.* p. 7. n. 14.
Ic. ænea GESNERI p. 124.
Leucojum sylvestre latifolium flore albido, parvo RAI p. 786.
Hisperidi alpinæ, murariæque, similis surrecta & magna I. B. II. p. 881.
Turritis latifolia, hirsuta, siliquis pendulis AMMAN. *ruthen.* p. 58. Calyces enim pilosi sunt, non rugosi.
Ic. OEDERI *t.* 62.
Arabis umbrosa CRANZ. p. 43.
Arabis foliis amplexicaulibus, siliquis ancipitibus, linearibus, calycibus pilosis LINN. *II.* p. 930.

Nihil frequentius in Gubernio Aquilejensi, *à la Marbriére*, circa *Agaunum.* Circa *Wallenburg & Ramstein.* Circa *Bonneville.* RAIUS in monte *Saleva.* Basileæ in muro, secundum aditum Collegii Alumnorum. Circa *Dornach x*). Circa *Corno &c.*

Verno tempore floret, pedalis tunc & cubitalis, foliis & caule molliter hirsuto. Folia ad radicem petiolata, hirta, sed mollia, obtusa, ex ovatis lanceolata, paucis magnisque dentibus serrata; caulem eadem obtuse sagittata amplectuntur, & de latitudine sua lente decrescunt, dentibus nunc minoribus. Calyx subhirsutus, coloratus, albicans, deorsum non gibbus, longus, caryophyllæus. Petala longo ungue, ochroleuca, leviter emarginata. Ad originem staminum breviorum duæ glandulæ *y*). Siliqua hirsuta, longissima, ad quatuor uncias, matura nutans, compressa, fine rotundo. Solet ad alterum latus curvari. Semina plana, ovata, hilo incisa, ala cincta foliacea.

Non puto differre *Arabin foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis, planis, linearibus. calycibus subrugosis* LINN. *II.* p. 930.
Quæ *Brassica sylvestris albido flore, nutante siliqua* BOCCONE *Mus. di piant.* p. 81. *t.* 72. BARRELIER *ic.* 353.
Turritis major Plateau CLUS. *hist. II.* p. 126.
Turritis caule simplici, foliis lanceolatis, subdentatis, glabris SAUVAGES *Flor. Monspel.* p. 73.
Turritis & Thlaspi media provincialis planta LOESEL, p. 221. ex CHERLERI suspicione huc pertinet.

Exempla, quæ Monspelio habeo, alia calycem album & glabrum habent, alia hirsutum, omnino

h) TOURNEF. ad. C.
i) B.
k) BOEHMER. *nectar.*
l) TOURNEF. E. F. I. H.
m) ibid.
n) G.
o) RHAZES ad *Mansor. III.* c. 21.
p) WELSCH. *mictomimem.* p. 43.
q) IDEM. DIOSCORID.
r) HOFMAN. *medic. domestic.*
s) DONZELLI p. 350. proprio experimento.
t) BOCCONE *mus. di fisic.* p. 141.
v) *Projet pour l'Hist. natur.* p. 179.
x) *Basler merkwürd.*
y) Cl. LYONS etiam glandulas extra stamina longiora adscribit. Esset adeo Eruca. Semina Leucoji sunt. *Fascic.* p. 41.

omnino ut noſtra; caulem minus frequenter ramoſum; ſiliquas quidem anguſtiores; ſed ſunt plantarum juniorum. Præcipuæ notæ conſentiunt, & Monſpelienſes nomen ei impertiunt plantæ I. Bauhini, quæ certo noſtra eſt.

*445. LEUCOJUM foliis oblongis, dentatis, ſpica nutante *Emend. III.* n. 229. †

Draba ſiliquoſa, *cærulea* Elsholz. p. 71?

An *Draba* 3. *ſucculenta* Clus. *Pannon.* p. 463. 464. Figura valde convenit. Nuperi Auſtriaci Scriptores non habent.

Tres plantas nunc deſcribo, flore & fructu ſibi valde ſimiles, hactenus tamen foliis & habitu diverſas, ut tutius putem, in re dubia, ſeorſim deſcribere. Præſtat enim plantas, cum non plena certitudine veri diſcriminis, inter cenſum verarum ſtirpium conſervare: quam inter varietates relegare diſperituras. Exigua enim curioſitas eſt varietatum.

Inter Leucoja pono ob glandulas & ſemen.

Quam hic dico, legi in monte *Gotthardo*, & cum *Arabide I.* noſtra deſcripſi, inter varietates *a*). Inde paſſim reperi in monte *la Varaz*, *Pané Roſſaz*, *les Martinets*, in monte *Fouly*, *Darbon*, ſemper in altiſſimis alpibus, cum proxima altera per alpes in humiliora deſcendat.

Radix lignea, prælonga, pedalis. Caulis humilis, ſemipedalis, raro altior, non ramoſus. Folia glabra, pulpoſa, ſolida; radicalia petiolata, oblonge ovata, vel elliptica, prope verticem ſemel vel bis dentata, caulina ſimilia, ſeſſilia, pauca. Floralis racemus ſæpiſſime nutat, ob caulem debilem.

Calyx tubuloſus, foliis ovatis, lanceolatis, duobus paulum deorſum gibbis, ſæpe ſature cæruleus. Sic petala, longo ungue, bractea longe ovata, conſtanter cærulea. Siliqua latiuſcula, compreſſa, obtuſo fine, breviter ſtylifero, ſeminibus non numeroſiſſimis. Stigma breve, ſubrotundum.

446. LEUCOJUM foliis leviſſimis, rariter dentatis, imis petiolatis, ovatis, caulinis amplexicaulibus *Emend. III.* n. 229. *Emend. IV.* n. 46. †

α. *Naſturtium alpinum*, *Bellidis folio majus* C. B. *Prodr.* p. 116.

Turritis foliis caulem ambeuntibus, *polyceration* Boccone *Muſ. di piant.* p. 49. *t.* 41. Scheuchzer *It. II.* p. 143.

Arabis Bellidifolia Jacquin. *obſſ.* p. 22. *ſqq.*

β. *Plantula Cardamines æmula* Clus. *Pannon.* p. 458. & *Sinapi alpinum, pumilum* Ejusd. p. 459.

Planta α. altior, & cubitalis, ad torrentes alpinos naſcitur, ut ad rivum *Rychenbach*, qua a monte *Scheidek* deſcenditur verſus *Meiringen*; tum in ſaxoſis alpinis *Ovannaz*, *Chapuiſe*, *Enzeinda*, *Dent de midi*, *Lioſon*, *Serin*, *Fouly*.

Plantula β. in altioribus alpibus *Pennino*, *Prapioz*.

Ad Leucojum prius 445. valde accedit foliis glabris, pulpoſis, firmulis, ſiliquis latis, compreſſis, cyaneo tinctis, fine obtuſo, brevem ſtylum exigente, caule non ramoſo.

Differt petiolis foliorum latis, foliis latioribus, plerumque perfecte ovatis, & integerrimis, tum ad terram, tum ad caulem: alias dentatis quidem, ſed brevibus & raris dentibus *a**). Caulina amplexicaulia ſunt, ſuperiora ſeſſilia. Caulis multo firmior, rectus, etiam cubitalis, magis folioſus, petiolis floriferis, in planta triplo majori non longioribus, multo firmioribus, ſpica non nutante. Siliquæ rectæ cauli parallelæ, ut in Turritide. Flos duplo major. Calyx tubuloſus eſt, albus, duobus foliolis evidenter deorſum gibbis. Petala ſemper alba, ungue brevi, & breviori, quam prior. Bractea longe ovata. Stamina breviora ambeuntur glandula circulari. In hac ſpecie varietatem reperi ſtaminibus longioribus, tantum binis, antheris gemellis: reperi etiam tria ſtamina, duo ſimplicia, tertium anthera latiori gemella, ut nunquam quatuor in eadem ſtirpe ſtamina eſſent. Stigma breve, craſſum, rotundum. Semina compreſſa, marginata, Leucoji.

*447. LEUCOJUM foliis radicalibus ſubrotundis, ſcabris, dentatis, caulinis amplexicaulibus hirſutis *Emend. II.* p. 10. n. 23. *Emend. III.* n. 230.

Cardamine 5. Seguier *Veron.* p. 387. Deſcribitur in Cl. Ehrmann. *Flor. Alſat.* p. 313. 314.

Arabis Bellidifolia Cranz. p. 44. *n.* 4. &

Arabis foliis radicalibus integris, *ovatis*, *ſcabris*, *caulinis glabris*, *caule procumbente* Ejusd. p. 45.

In

a) *Enum. Stirp. Helvetic.* p. 562. β

a*) Fere Jacquin.



Myosotis alpina angusti folia.



Salix foliis integris utrinque hirsuctis lanceolatis LINN.



Astragalus Alpinus, totus Sericeus, foliis ex ellipsi acuminatis



Hesperis Leucoji folio serrato Siliqua qua„ drangula I.R.H.

C. J. Rollinus Med. C. delin.

Sculp. C. F. Fritzsch Christ filius Gött.

In Aquilejensibus alpinis passim *sur Champ*, *Riehard*, *Chapuise*, *Javernaz*, *la Varaz*, *les Martinets*, *Fouly*, *Darbon*, *Arbignon*, *Prapioz*, *S. Bernhard*, supra *Kienthal.*

Plurima habet prioris; habitum humilem, siliquas magis vagas. Folia ad terram brevia, ovata, hirta, & aspredine intense scabra, brevia. Caulis glaber, erectus, vix supra quatuor, aut sex uncias elatus, non ramosus, uno, alterove folio ovato, lanceolato ornatus. Flos quam priori, major, in planta humiliori. Calyx albus, coloratus, duobus foliolis valde deorsum gibbis. Petala lactea, longe ovata, ex brevi petiolo, fine etiam emarginato. Stamina sex, quorum duo valde breviora. Stigma breve. Siliquæ prioris, latiusculæ, arcu terminatæ, cum brevi stylo, erectæ, cauli parallelæ. Semina etiam compressa, ala foliacea cincta.

A priori 447. differt foliis scabris, caulinis paucioribus, flore majori, spica ante maturitatem sæpe nutante. Cl. JACQUIN hirtam cum glabra conjungere videtur. p. 24.

HESPERIS TOURNEFORT. t. 108. LINN. n. 817.

Calyx longus, tubulosus, deorsum insigniter gibbus *b*), sic petalorum unguis longus *c*), figura caryophyllea. Stamina duo minora glandula cinguntur *d*). Siliqua longa, compressa *e*), seminibus turgida *f*), fine bifido, septum crassulum, fungosum, in cujus loculis semina nidulantur *g*),

*448. HESPERIS caule hirsuto, foliis subasperis, ovato lanceolatis, serratis, petiolatis.

Hesperis altera Pannonica, inodora sylvestris CLUS. *Pannon.* p. 535. Nostra tamen suavi omnino odore est.

Hesperis sylvestris inodora C. B. cujus iconem dedi ad RUPPIUM T. I. p. 78.

Hesperis caule simplici erecto, foliis subhastatis, dentatis, petalis obtusis LINN. *II.* p. 927.

Single Hesperis EDEN *t.* 27. nostram exprimit.

β. Habeo caule latissime folioso *h*).

γ. *Flore viridi* BRUKMAN. *Supplem.* 27.

In Helvetia rarior, amatrix arcium eversarum, *Augustæ* ad ripam Rheni *i*), & in arce *Farnspurg* STÆHELIN. Prope *Sissach*, ad latera sylvæ montosæ. *Au Pelard* Comitatus *Valengin* GAGNEBIN. Ego abunde reperi circa arcem *Grubenhagen*, etiam in arcis *Pleß* ruderibus *k*).

Spontanea planta caule est cubitali, pediculo ramoso, nutante, hirsuto. Folia & ipsa hirsuta, petiolata, ex ovatis lanceolata, profunde & acute dentata. Calyx hirtus, albo viridis, omnibus foliolis deorsum gibbis, duobus tamen magis. Floris unguis calycem excedit. Bractea leviter emarginata, cum eminente mucrone. Color pallide purpureus: filamenta longiora lata. Siliquæ tumidæ, prælongæ, quasi articulatæ. Tuba bicollis.

In hortum reddita eadem, angulosa fit, & qualem depinxi, brachiata, florisque color in album elanguet, & folia latiora fiunt, non raro cordata. A *matronali* eam LINNÆUS distinguit foliis minus asperis, calyce non colorato; petalis absque mucrone obtusis; staminibus extra tubum floris non eminentibus *l*). Earum notarum pleræque nostræ non respondent, cui & folia perinde aspera sint, & calyx non magis floralis: & figura DODONÆI *m*), pro hortensi data, cum mea perfecte convenit, quæ ad *Grubenhagensem* in horto consitam picta fuit.

*449. HESPERIS foliis glabris, linearibus, lanceolatis, obiter dentatis t. 14. Conf. *It. Helvet. II.* n. 45.

Leucojum angustifolium alpinum, flore sulfureo I. R. H. ALLIONE *Spec.* p. 44. *f.* 23.

An *Erysimum foliiis linearibus, incanis, integris* GERARD. p. 363? sed nomen non respondet.

Erysimum Pannonicum CRANZ. p. 31.

Annon *Hesperis* SCOPOLI p. 520?

LINNÆUS cum sequente confundit.

Ad pedem rupium montis *Chasseralle* SCHUH, CHATELAIN & GAGNEBIN. In *Pertuis de la bise*, qui alter est aditus emersuris ab area *Creux du Vent*, in montem *Falconarium n*).

b) TOURNEF. ad E.
c) B.
d) BOEHMER. *nectar.*
e) TOURNEF. E.F.I.H.
f) ibid.
g) G.

h) Etiam GARMAN. *epist.* p. 262. in hortensi.
i) *Basler Merkwürd.* XX.
k) *Enumerat. Hort. Gotting.* p. 256.
l) p. 918.
m) *Coron.* p. 24.
n) *Emend. II.* p. 6. n. 11.

Radix lignosa, caulina, multiceps. Caules simplices, vix ramosi, angulosi, pedales. Folia pulposa, glabra, petiolata, latescentia, lanceolata, plerumque raris dentibus incisa. Flores multo, quam sequenti, majores. Calycis segmenta omnia deorsum gibba, duo magis. Petala magna, sulfurea, subrotunda, odorata. Glandula ad originem staminis minoris, in siccis speciminibus superest. Siliquam nunquam maturam vidi. Stigma emarginatum. Semina ovata. Calyce ab Erysimo recedit.

450. HESPERIS foliis linearibus, lanceolatis, rariter dentatis, siliquis erectis, tetragonis.
Leucojum sylvestre Clus. *Pannon.* p. 337. 338.
Leucojum luteum sylvestre angustifolium C. B. Scheuchzer *It. IV.* p. 337.
Leucojum minus angustifolium luteum Boccone *Mus. di piant.* p. 148. *t.* 111.
Keiri con foglie dentate alpino Zanon. *nov. t.* 86. & *con foglie non dentate* Ejusdem *t.* 87. ob folia aspera.
Cheiranthus foliis lanceolatis, dentatis, caule recto, siliquis tetragonis Linn. *flor. Suec. II. n.*603.
Erysimum foliis lanceolatis obsolete digitatis, siliquis pedunculis adpressis Gerard. *flor. prov.* p. 363.
Cheiranthus sylvestris Cranz. *fasc. I.* p. 48. 49.

In Helvetia calidiori, ut in Valesia, circa *Fouly*, *Branson*, *Gonthey*, *Leuk*, *Sedunum*, *Stalden*, *S. Nicolas*, *Praborgne*, *Brieg*; ad vias trans alpes, prope *Capo di Lago*: ubique in viis arenosis.

Radix crassa, lignosa, multiceps. Caules ramosi, erecti, duri, subhirsuti, pedales & bipedales, angulosi. Folia fere linariæ, longa, linearia, lanceolata, glauca, breviter subhirsuta: ut tamen inferiora raris dentibus adspergantur. Flores minores, quam n. 449. caryophyllæi. Folia calycis omnia deorsum gibba, duo vero magis. Petala longe petiolata, parte colorata parva, ovata: stamina duo lateralia inferius, quam reliqua, prodeunt, & ad eorum originem gemellæ glandulæ adsident: Filamenta latiuscula. Stigma sessile, paulum bigemellum. Siliqua quadrata, prælonga, subsericea. Semina numerosissima in septi pulpa, ovata, non marginata.

Ob calycem ab Erysimo differt, ob semen a Cheirantho.

Germanica planta, quæ *Leucojum luteum sylvestre hieracifolium* C. B. *Prodr.* p. 102. & quæ circa *Kelbra* abundat o); passim etiam circa *Jenam* reperitur, & est *Erysimum foliis lanceolatis, serratis* Linn. *Cent. I.* p. 18. Royen. Gerard. p. 363. modice a nostra differt, si quidquam. Flos minor est, calyx albus & gracilior. Siliquæ minus sericeæ, folia, potissimum inferiora, sæpe acute dentata, fere ad chondrillæ modum. De ejus discrimine minus laboro, quæ in Helvetia non sit reperta.

ARABIS Linn. n. 818.

Duo foliola calycis deorsum gibba, duo recta. Quatuor squamulæ infra fundum folii calycini receptaculo adfixæ, loco nectariorum. Siliqua prælonga, angusta, seminibus torosa.

451. ARABIS caule ramoso, diffuso, foliis amplexicaulibus, dentatis, incanis.
Draba II. Clus. *Pannon.* p. 462.
Hesperis alpina, seu muralis minor repens I. B. II. p. 880.
Leucojum vernum perenne album majus I. R. H.
Icon Oederi *t.* 62.
Arabis alpina Cranz. p. 40.
Arabis foliis amplexicaulibus dentatis Linn. *II.* p. 928.

In aquosis & rupestribua alpinis & montanis, *sur Champ*, *Enzeindaz*, *l'Assiaz*, *Chapuise*, *la Varaz*, *Richard*, *Darbon*, *Javernaz*, *Gemmio*, *Gotthardo.* Abunde in valle Juratensi (*Lac de Joux*), in monte *Saleva*, *Thuiri*, *Chasseralle*, *Creux du Vent.* In vallibus *Juræ* M. *Combe biosse*, *Combe de Vallanvron.*

Caules diffusi, inter procumbentes & erectos medii, ramosi, ad singula folia brachiati, cubitales, hirsuti. Folia crassula, hirsuta, incana, ex ovatis lanceolata, angulosa, acute & profunde serrata, caulem basi amplexa, ima petiolata. Calycis folia bina, deorsum gibba, ovata. Petalorum unguis caryophylleus, virens: bractea ovata, alba. Siliquæ vagæ, incurvæ, graciles, planæ, seminibus torosæ, ad vigena. Semen ovale, compressum, hilo brevi.

452. ARA-

o) *Emend. II.* p. 7. n. 13.

452. ARABIS foliis radicalibus petiolatis, ovatis, dentatis, caule fubnudo ramofo.
Pilofella filiquata minor THAL. 84. *ic. VII.* D. folia nimis lata.
Burfa Paftoris feu *Pilofella filiquofa* I. B. II. p. 870.
Draba anguftifolia prima BARRELIER *ic.* 269. *n.* 1.
& II. ibid.
& III. n. 270.
Turritis vulgaris ramofa I. R. H. LIND. *Hort. Alfat. t.* 1.
Thale Creß & broad Thale Creß PETIVER *t.* 48.
α. β. *Arabis foliis petiolatis, lanceolatis, integerrimis* LINN. *II.* p. 929.
Arabis Thaliana CRANZ p. 41. *t.* 3. p. 2.
Bernæ in fegetibus non rara, ut ad viam *Moratenfem* ultra *die Ziegelhütte.* In *Val de Ruz.* C. B. ad pontem *Wiefæ &c.* circa *Cliben.* Genevæ. Circa Scaphufiam, *aufm Entersberg* MEYER. Circa *Morbegno.*
Radix exigua, annua. Caules ramofi, multi, erecti, pedales, pene nudi. Folia ad terram plurima, in orbem difpofita, petiolata, ovata, vel ex ovatis acuminata, hirfuta, fubafpera, integra, aut leviter dentata; ad caulem pauca, lanceolata, pene glabra. Flos exiguus. Calyx tubulofus, duobus foliolis deorfum gibbis. Unguis petali calycis longitudine. Bractea fubrotunda, alba. Siliquæ graciles, teretes, curvulæ, a caule ad magnos angulos recedunt. Semina ovata.

453. ARABIS multicaulis foliis radicalibus fcabris, dentatis, dentibus ciliatis *Emend. V.* p. 12. n. 41. †
Hefperis alpina minor flore albo, filiquis longis RAI *fyllog. plant. exter.* p. 296.
In fummo monte *Saleva* RAI, & ibidem *Generof.* DE SAUSSURE.
Radix exigua, videtur annua. Foliorum ad terram rofula, ut in priori: eorum fingularis facies: dura funt, laurina, viridia, cum nitore: petiolus planus, folium glabrum, aut paffim pilis hirtum, in univerfum ovatum, vel ellipticum, fed dentibus acutis, fex, octove, incifum, quorum quisque aliquot dura cilia emittit. Caulis, ut in præcedente planta, nudus, præter pauca folia, divifioni caulis fubjecta: perinde etiam vagus & curvus, dodrantalis & pedalis. Flos multo major. Calycis folia ovata, paulum lanceolata, deorfum non gibba. Petala calyce duplo longiora, ungue lato, angufta, ovata, alba; bractea pene ochroleuca, longitudine fere quatuor linearum. Stamina duo paulo breviora. Cuique ftamini glandula, quafi anularis, non vera tamen, circumponitur. Siliquæ vagæ, incertæ directionis, etiam pendulæ, nervo elevato, latæ, fubquadrangulæ, nigræ, maculatæ, longæ, rectæ, biunciales, obtufo mucrone terminatæ. Semen compreffum, flavum.
A priori foliis laurinis dentatis differt.
A *Turritide minori* habitu toto & foliis.
A *Leucojo fcabro* foliis, habitu, filiquis anguftioribus. Ob affinitatem cum *Arabi* relinquo, a quo glandulis differt.
Sifymbrium noftrum folio Barbareæ non habet glandulas, neque in Helvetia provenit.

TURRITIS TOURNEFORT.

DILLEN. *nov. gener.* p. 120. LINN. n. 819.

Genus male definitum, a Sifymbrio ægre feparabile: JOHANNES RAI habitum filiquarum cauli parallelarum pro charactere habet. Petala integra LINNÆUS, & filiquam longiffimam, ftrictam, hactenus tetragonam, ut tamen medii anguli parum emineant. Mihi neutra nota fufficere videtur, nam etiam Turritis glandulas habet, SCOPOLIO dictas. Nolui tamen quidquam novare, contentus fpecies rite diftinguere. Interim ab Arabide feparo calyce deorfum gibbo, ab Eryfimo filiqua prælonga.

*454. TURRITIS foliis glaberrimis, curvis, rotundis, petiolatis, fuperioribus amplexicaulibus, fagittatis, obtufis *Emend. IV.* p. 15. n. 44. †
Braffica alpina perennis RUPP. p. 75. Non vero TOURNEFORTII, cui flos flavus fit, cum venis faturatioribus GERARD. p. 368.
Braffica fylveftris foliis membranaceis THAL. p. 18. & forte plures aliæ.
Rariffima planta, & a nuperis fere ignorata; reperitur in caverna (Barme, Balm) montis *fur Champ* abunde, fed non alibi.
Radix longa, lignofa, fibrofa. Caulis non ramofus, pene nudus, bipedalis. Folia glauca, tenera,

tenera, non dentata, ima petiolata, ovata: ad caulem amplexicaulia, obtuſe ſagittata, mucrone in ſupremis acuto. Spica pauciflora. Calycis duo foliola deorſum gibba, longa, lanceolata, alba, aut purpurea. Petali unguis calycis longitudine; bractea alba, elliptica. Stamina duo breviora, quatuor longiora. Glandulæ nullæ. Stigma rotundum. Siliqua longa, gracilis, polyſperma. Semina perexigua, ovata, compreſſa, in pulpam ſepti impreſſa.

455. TURRITIS foliis radicalibus dentatis, hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus, glabris LINN. II. p. 930.

Braſſica ſylveſtris longifolia THAL. p. 16.

Glaſtifolia Cichoroides I. B. *Turrita ſecunda* CLUSII. I. B. II. p. 836. non vero ſynonyma.

Turritis foliis inferioribus cichoraceis cæteris perfoliatæ I. R. H.

Huc etiam refero *Braſſicam ſylveſtrem ramoſam, pene glabram* C. B. *Baſil.* p. 33. cum non aliam plantam reperias, quam huc referas.

Multæ aliæ THALII, aliorumque Auctorum ſtirpes huc pertinent.

β. Monſtrum florum viridium, in capitulum congeſtorum, habet ILL. BOEHMERUS *flor. Lipſ.* p. 120.

Ad vias lapidoſas paſſim. Bernæ *im Lindenthal* ſupra *Bolligen.* Cis Urbam ad viam regiam. In ditione Aquilejenſi vulgo v. c. circa *Echarpigny.* Baſileæ circa patibulum, ad viam, & ad *Wieſam* fluv. prope *Ottersbach*, adque Rheni ripas, qua itur ad pagum *Crenzach.* Circa *Soncebaux* vallis *S. Imier.*

Ex radice annua numeroſa folia prodeunt, hirſuta, aſpera, modo integra, modo ſemipinnata: ſed ea folia mature exareſcunt, ut ſola folia glabra ſuperſint. Caulis non ramoſus, cubitalis & ultra, totus tectus foliis glabris, glaucis, amplexicaulibus, ſagittatis. Flos non magnus, calyce colorato, albo, deorſum gibbo, erecto: petala ex albis ſubviridia, elliptica. Glandulæ duæ, inter calycem utrinque una & ſtamen minus *p*). Siliquæ longiſſimæ, triunciales, per ætatem nutantes, graciles, pene quadrangulæ, polyſpermæ. Semina parva, explanata.

456. TURRITIS foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus LINN. II. p. 930.

Barbarea muralis Johan. Bauhini I. B. II. p. 869.

Eryſimo ſimilis hirſuta C. B. in MATTHIOLUM p. 432. & *Eryſimo ſimilis hirſuta, non laciniata alba* C. B. *Prodr.* p. 42.

Turritis minor I. R. H.

Daiſy tower muſtard PETIVER *t.* 47.

Icon C. GESNER. *lign.* 115.

In Helvetia non rara, tum in alpibus, ut *la Varaz*, *ſur Champ*, *Richard*, & in montoſis aſperis *Thuiri*, ſuper *Nodz*, *Weiſſenburg.* Sed etiam in planiora deſcendit ſupra *Dornach*; inter caſtrum *Münchenſtein* & parochi ædes, in ruderibus *Muteti* montis; in ſaxoſis agris. Lauſannæ in muris urbis: circa *Roche au Furet*, & ad *Molendinum.* Scaphuſiæ Cl. MEYER locis aſperis, ſaxoſis. Denique in agris paluſtrium inter *Roche & Cheſſel* abunde.

Folia ad terram in orbem poſita, hirta, ſicca, ovata, acute aut obiter ſerrata, etiam integra: ad caulem ſeſſilia, vel amplexicaulia, elliptica, hamis brevibus aucta, parum ſerrata. Caulis hirtus, ſæpe ſimplex, tamen etiam ab imo ad ſummum ramoſus, erectus, pedalis, etiam tripedalis. Calyx coloratus, erectus, albus, apice fuſco, deorſum gibbus. Petala ungue brevi, lato, bractea ovali alba. Glandulæ quatuor, una utrinque circa ſtamen minus, & alia inter ſtamina longiora & calycem *q*). Siliquæ ſtrictæ, utrinque convexæ, lineaque media diſtinctæ, ſeminibus eminentibus diſtinctæ; juniores nigricant, & cauli & parallelæ & adpreſſæ ſunt, maturæ nutant. Stylus breviſſimus. Semina compreſſa.

ERUCA TOURNEFORT. t. 111.

BRASSICÆ LINN. pleræque.

Antiquum nomen viſum eſt reſtituere plantis, quæ calyce fere erecto *r*) ſunt; glandulas habent quatuor, duas circa ſtamen brevius, duas inter longiora ſtamina & germen, & quarum ſiliquæ teretes, aut tetragoniæ, cornu deſtituuntur, in quo Sinapi ſit character,

p) SCOPOLI p. 316.

q) IDEM p. 516. Duas habet CRANZ. *ung.* p. 36.

r) TOURNEF. C. & A.

racter, & Brassicæ. Etsi enim stylus aliquis de summa siliqua prodit *s*), non ideo cornu est.

*457. ERUCA foliis ovatis integerrimis, amplexicaulibus.

Brassica campestris I, CLUS. *hist.* p. 127. cum in Austria sponte nascatur.
& *Brassica perfoliata campestris, flore luteo* LOESEL.
Brassica radice cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis, sessilibus LINN. *II.* p. 931.

In Helvetia rara, præter *Mühlhusium*, urbem fœderatam, media in Alsatia sitam. Basileæ ad *Wiesam* in agris Cl. LA CHENAL. Circa *Gottingam* in agris ubique inter segetes.

Radix annua. Caulis cubitalis, totus tectus foliis glabris, membranaceis, ovatis, hilo angusto ad transmittendum caulem incisis. Pauci in summa planta flores. Calyx tubulosus, erectus, foliolis exterioribus deorsum gibbis. Petali unguis viridis, in similem petali venam continuatus. Bractea ovata, alba, paulum ochroleuca. Siliqua exquisite tetragonia, prælonga, sæpe difformis & curva. Stylus lineam longus. Tuba brevis, globulo terminata. Semina hinc convexa, inde sulcata.

458. ERUCA caule paniculato, foliis nervosis, ovato lanceolatis, integerrimis *Emend. III.* n. 232.

Arabis quibusdam dicta planta CAMERAR. *Epit.* p. 342.
Draba lutea quibusdam I. B. II. p. 870.
Hesperis lutea, siliquis strictissimis I. R. H.
Sisymbrium foliis lanceolatis, dentate serratis, caulinis LINN. *II.* p. 412.

Ad viam regiam inter *S. Remi* & montem *S. Bernhardi. Burmii* Rhætorum I. B.

Radix lignosa. Caulis bicubitalis, teres, glaber, totus foliosus. Folia omnia petiolata, ovato lanceolata, integerrima *t*), superne glabra, nervis albis, inferne subhirsuta. Ex foliorum alis rami nudi multiflori, ut caulis superne paniculatus sit. Petioli florigeri longi, ramosi. Calyx coloratus flavus, ex ovato lanceolatus, duobus foliis paulum deorsum gibbis. Petala ungue lato, sine subrotundo, colore aureo. Stamina duo breviora, quorum cuique duæ magnæ glandulæ adsident, unde delapso flore siliqua crassiusculo quasi nodo fundatur. Stylus brevis. Stigma latum, bicolle. Siliqua longa, stricta, quam maturam non vidi.

459. ERUCA caule hirto, foliis hirsutis semipinnatis, pinnis subrotundo dentatis *Emend.* II. n. 18.

Eruca sylvestris TABERNÆM. p. 448. CAMERAR. *Epit.* p. 307.
Leucojum terrestre majus frigidarum regionum COLUMN. p. 260. 262. foliis paulo magis angulosis.
Eruca inodora I. B. II. p. 862.
Eruca fruticosa hirsuta, papaveris folio BOCCONE *Mus. di Piant.* p. 167. *t.* 120. folio magis rotundo.
Eruca lutea sylvestris, caule aspero C. B.
Brassica foliis dentato pinnatifidis, caule hispido, siliquis levibus LINN.

Passim in Helvetia ad vias & fossarum aggeres. *Ebroduni*, circa *Paterniacum*, ad *Arolam* inter *Arberg & Worben.* Supra Lausannam ad viam, quæ ducit versus *les Croisettes.* In Valesia. Basileæ *v*) ad pontem *Rheni*, prope curiam Naviculariorum. GAGNEBIN ad Rhenum circa *Neudorf*, & inter *klein Huningen & Binzen, an der Wiese.* Etiam Bernæ proveniebat in Area, cui nunc nosocomium novum, & ædificium superstructum est, in quo currus, rotæque tormentorum majorum adservantur *(der Stukhof)*. Quare nunc destructa evanuit.

Radix annua, exigua. Caulis duriusculis pilis asper, angulosus, sulcatus, diffusus, tripedalis, ramosus & brachiatus. Folia succulenta, hirsuta, satis similia vulgari Jacobeæ, qualia folia nuperi *lyrata* vocant, longe petiolata, semipinnata, pinnis obtusis, magnis, obtusisque dentibus incisis, brevioribus, aut longioribus, eundo majoribus, ultima impare, obtusa. Flores numerosi; calycis folia erecta, quorum duo modice deorsum gibba sunt, omnia lanceolata, subhirsuta, caduca. Petala longo ungue, bractea ovata, calyce duplo longiora, colore ochroleuco. Stamina de flore eminent. Inter stamen minus & germen utrinque glandula, & alia inter calycem & stamina majora. Siliquæ patulæ, ad magnos angulos, obtuse tetragoniæ, turgidæ,

s) E. L.
t) Dentes nominat I. B. Pingit CAMERARIUS. Si veri sunt, planta nostra nova est.
v) *Basler merkwürd.* p. 704. Etiam Halepi in muris RAUWOLF *Flor. Orient.*

turgidæ, sescunciales; cornu breve, capitatum, obtusum, non bifidum. Semen oblongum.

β. Omnibus comparatis idem est *Sinapi sylvestre Genevense* I. B. II. p. 858. RAI *syllog. exter.* p. 237.

Nam in alveo fluvii *Arve* hæc nostra reperitur, & ad me a Cl. LE CLERC missa est.

γ. Flore flavo, aliquanto majori. Vulgo reperitur in Valesia, ut *Agauni*, inque Gubernio Aquilejensi, ad ripam *Rhodani*, *à la Bataillére*, circa *Bevieux*, circa *viam malam*, & inter *Chur* & *Embs*. Circa *Neudorf*: in arenosis ad *Birsam* & *Rhenum*.

Hæc varietas ad multas plantas regionum calidarum proxime accedit, ut ad *Wallrocket* PETIVER t. 46. *Erucam sylv. minorem luteam Bursæ pastoris folio Italicam* BARRELIER *ic.* 1016. *Sisymbrium XIV.* LINN. Nam BARRELERII planta x) in horto culta, quatuor glandulas habet.

Sed etiam ex BENEDICTI STÆHELINI dono inter plantas meas habeo *Erucam sylvestrem minorem luteo parvoque flore* C. B. *Sisymbrium IV.* LINN. nostræ plantæ simillimum. Nam planta nostra etiam perhumilis, & vix quatuor unciarum reperitur.

*460. ERUCA foliis pinnatis, pinnis acutissime serratis *Emend. VI.* n. 65.

Eruca Tanaceti foliis H. Ox. *II.* p. 231. *S. II. t. 6.*
Eruca fruticosa foliis Tanaceti indica ZANON. *hist. nov.* p. 104. *t.* 72.
Sisymbrium foliis pinnatis, lanceolatis, serratis, extimis confluentibus LINN. *II.* p. 916.

In Valesiaca parte montis *Pennini*, sub cœnobio *S. Bernhardo* dicato: deinde abunde in proxima valle *Augusta Prætoria* provenit, pulchra planta.

Radix lignosa facile defringitur. Caulis glaberrimus, bipedalis, ad terram sæpe nudus, superne plurimis foliis tectus, levissimus, vix ramosus. Folia tenera & flaccida, utcumque tanaceti foliis adfinia, pinnata, paribus pinnarum sex & ultra, extremis duabus cum medio lobo confluentibus. Omnes eæ pinnæ totæ acutissime dentatæ sunt, sine ultimo integro, & lanceolato; Vidi & integra folia. Rami in racemos speciosos multifloros terminantur. Calyx coloratus, flavus, foliis ovatis. Petala saturate crocea, ovato fine, paulum emarginato. Stamina duo valde brevia, rectiora, circa ea colliculus elevatus. Siliqua brevis, sæpe curva, cornu brevi capitato.

461. ERUCA foliis glabris, pinnatis, pinnis linearibus difformibus.

Eruca sativa FUCHS p. 262.
Sinapi sylvestre DODON. p. 707.
Eruca tenuifolia perennis I. B. II. p. 861.
Sinapi Erysimo Tragi cognatum vel simile I. B. II. p. 877. &c.
Sisymbrium foliis integerrimis, infimis bis tripinnatifidis, supremis integerrimis LINN. *II.* p. 917.
S. tenuifolium EJUSD. *Cent. I. n.* 50.
Eruca sylvestris BLAKWELL. *t.* 266.

In muris & ruderibus legi Genevæ abunde, *à la porte Cornevin*. Seduni in arce *Valeria*, circa *Fouly*, *Branson*. Badæ in arce diruta. GAGNEBIN *aux allées de Colombier*, & *Tiguri*. C. B. ad *Wiesam*. Abunde etiam ad *Rhenum*, *Spiræ*, *Wormatiæ*, *Manhemii*.

Concinnæ plantæ radix alba, prælonga. Caulis firmus, cubitalis, diffusus, ad radicem subhirsutus, foliosus, superne subnudus. Folia longe petiolata, polypodii aliqua similitudine. Nervus foliosus latus, pinnas accipit adnatas alternas, aut conjugatas, parium duorum, & trium, aut quatuor, quarum impar ultima pinna major est & lanceolata: earum pinnarum primæ parvæ, breviores, acutum cum nervo angulum efficiunt, incerta & variabili latitudine: ora integra est, raro dentata. Superiora folia demum simplicia sunt & linearia; omnibus natura tenera est, levis & glauca. Calyx subhirsutus, levis. Folia ovato lanceolata, deorsum paulum gibba, erecta, inde patula. Petala flava, petiolata, lente dilatata, leviter emarginata, patentia, calyce duplo longiora. Stamina duo insigniter breviora, tumida glandula cincta, & aliæ duæ glandulæ inter stamina longiora & breviora. Siliqua intra ipsum florem petiolata, uncialis, compressa, lata, cornu brevi. Stigma emarginatum. Semina compressa, ovata, cum hilo.

Sapor acris & & ardens Sinapi.

x) *Enum. plant. Gotting.* p. 249.

462. ERUCA foliis scabris, semipinnatis, pinnis rectangulis, rariter dentatis.
Eruca cærulea in arenosis crescens C. B. *Prodr.* p. 40. BARRELIER *ic.* 196.
Eruca sylvestris minor, foliis subasperis, in orbem sparsis LOESEL. p. 68. *ic.* 13. & *major* EJUSD.
Hesperis petræa vel saxatilis LINDER. TOURNEF. p. 132. *t.* 3. D.
Sisymbrium caule subfolioso ramoso, foliis lyratis, rectangulo dentatis, hispidis, pilis ramosis, LINN. *II.* p. 919.

Maxima copia circa *Burgdorf*, in arenosis rupibus. Inter *Lauffen* & *Delsperg*. In arenosis ad *Rhenum* & *Birsam* circa *S. Jacob*. Ad *Dubim*, ubi Neocastrense dominium præterit.

Folia ad terram numerosa, in orbem sparsa, ad caulem similia, sed pauca, subaspera sunt, nervo foliaceo, pinnis conjugatis, ad angulos rectos cum nervo confluentibus, progrediendo majoribus, acutis, vix dentatis, decem fere parium; extrema pinna lata, triangulari. Caules multi, ramosi, brachiati, subasperi, dodrantales. Calycis folia ovata, colorata, duo deorsum gibba. Petala calyce multo longiora, ungue virente, longo: bractea amœne purpurea, etiam alba *y)*, transversim lata, obscure emarginata. Glandulæ quatuor, evidentes. Siliquæ longæ, seminibus tumentes, patulæ, longe petiolatæ. Stylus perbrevis, capitatus. Semina flava, emarginata.

SINAPI.

SINAPI TOURNEFORT. t. 112.

SINAPI LINN. n. 821. pleræque species.

Ab Eruca differt cornu longo, conico, solidoque *a)* siliquæ. LINNÆUS separat calyce patulo, petalis erectis. Glandulæ, ut in Eruca *b)*.

*463. SINAPI foliis radicalibus pinnatis, hirsutie incanis, siliqua cornu suo breviori.
Erysimum foliis subincanis, siliquis brevissimis HERMAN. *Paradis. batav. t.* 155. VAILL.
Sinapi siliquis racemo appressis, brevibus, foliis inferioribus lyratis, scabris, summis lanceolatis, caule scabro LINN. *Cent. I.* p. 280. *Spec. II.* p. 934.

Cl. LA CHENAL invenit in agris versus *Alschweiler* plantam, ut ipse suspicatur, exoticam, cum medica subnatam, nunc jura civitatis nactam. Sed etiam *Mülhusiæ* Cl. HOFERUS reperit.

Caulis diffusus & brachiatus, cubitalis & ultra, teres, asper, glaucus. Folia radicalia in orbem sparsa, cinerea, molli hirsutie subincana, nervo foliaceo pinnata, pinnis numerosis, primis exiguis, confertis, retroversis, pene imbricatis, eundo majoribus, varie & angulose dentatis, fine pinnarum ampliorum fere subrotundo, amplo, angulose inciso: extrema pinna amplissima. Majoribus pinnis hinc inde minores miscentur. Ad caulem pauca, præter rara & exigua, folia elliptica, serrata, incana. Calyx pallidus, erectus: folia elliptica, concava, paulum deorsum gibba, pilosa. Petala sulfurea, ungue angustissimo, erecto, bracteis subrotundis, patentibus. Stamina frequenter octo, quorum quatuor breviora: antheræ flavæ, in apice puncto purpureo notatæ. Glandulæ quatuor, duæ inter stamina majora interque calycem, duæ inter stamina breviora & germen. Germen stylo suo brevius: stylus clavatus, crassus, stigmate capitato: dilatatur in ovalem quasi loculum, striatum, durum, monospermum & dispermum: reliqua siliqua petiolata, parva, brevis, torosa. Siliquæ cæterum scapo arcte adpressæ, ut in Erysimo, maturæ nodosæ sunt, & quatuor & quinque seminibus turgent, & cornu habent bilineare, ipsæ dodrantem unciæ longæ.

464. SINAPI siliquis tetragonis, hirsutis, floribus venosis *Enum. Hort. Gotting.* p. 250. *Catalog. rar.* n. 705.
Sinapi alterum genus FUCHS p. 539.
Eruca c) sativa MATTHIOL. p. 530. DODON. p. 708.
Eruca latifolia alba sativa Dioscoridis C. B. I. R. H.
Brassica caule hirsuto, foliis lyratis, siliquis glabris LINN. *II.* p. 932.

Ad vias & in scrobibus Helvetiæ calidioris, ut in via *Tombey*, inter *Olon* & *Verchier*. In Valesia inter *S. Leonhard* & *Siders*.

Caulis

y) REYGER. *Flor. Gedan.* p. 167.
a) TOURNEF. O.O.O. *b)* IDEM C.D.
c) Mali succi est CELSUS II. c. 21. Semina materiem evocant c. 33.

Caulis angulosus, erectus, paucis pilis hirtus, ramosus & brachiatus, bipedalis & ultra. Folia glabra, pulposa, nervo foliaceo, pinnis parium trium & quatuor, ad nervum accedentibus progrediendo majoribus, confluentibus, oblongis, acutis, dentatis, extrema maxima, ovata, vel rhomboidea, sæpe semibifida & semitrifida. Calyx erectus *d*), lividus, foliis longis, deorsum gibbis, duobus magis. Petala ungue erecto *e*), caryophylleo, longo; bractea lata, subrotunda, in nostris fere citrina, venis nigris picta *f*), etiam alba. Siliquæ breviter petiolatæ, cauli appressæ, subhirsutæ, teretes *g*), sed quatuor *h*) lineis percursæ, quarum duæ parum elevatæ: crasso & valente cornu *i*) triangulari, stigmate bicolli. Semina hinc teretia, inde plana.

Sapor plantæ acris fecit, ut ab antiquis inter venereas plantas numeraretur *k*). Dicitur etiam aviculas *l*) ad canendum excitare. In morbis lentis, in hydropis initiis, in scorbuto viscido & chronico laudatur a BOERHAAVIO *m*).

465. SINAPI *n*) siliquis tetragonis glabris.

Sinapi BLAKWELL. *t*. 446.

Sinapi siliqua latiuscula glabra, semine rufo sive vulgare I. B. II. p. 855. cum bona icone & descriptione.

Sinapi rapi folio o) C. B. I. R. H.

Circa Biennam legi inter *Bözingen & Pieterlen*, & circa *Agaunum* ad vias. STÆHELINUS *Augustæ*, neque tamen in Helvetia vulgare est.

Caulis ramosus, brachiatus, diffusus. Folia pulposa, ut in plerisque hujus generis insectorum rapinæ obnoxia: ad terram raris pilis aspera, nervo longo, pinnis raris, progrediendo majoribus, confluentibus, extrema longe maxima; figura pinnarum varia est, acute triangula, oblonga, obtusa, dentata, etiam semitriloba: superiora folia glabra sunt, & suprema triangularia, integerrima, & demum elliptica. Flos in tota gente minimus, flavus. Calyx glaber, foliis linearibus, duobus deorsum gibbis. Petala gracili ungue; bractea subrotunda. Glandulæ quatuor. Siliquæ breves, quadratæ *p*), torosæ, cauli parallelæ, glabræ: cornu principio crasso, gracile, filiforme *q*), ægrius Sinapi characterem tuetur. Semina ad novem usque, rotunda *r*), fusca.

Sapor totius plantæ, & seminis etiam potissimum, igneus & exurens. Spiritum dat alcalinum, qui cum oleo vitrioli effervescit *s*), & syrupum violarum viridi colore tingit *t*); & cum spiritu urinoso salem volatilem siccum crystallinum *v*) exhibet; tum oleum subnigrum, abunde *x*). Aqua destillata ipsa *y*), & ipsum infusum aquosum, acrimonia *z*) pollent, extractum autem & spirituosum debile est, & aquosum *zz*). Denique etiam semen tritum cum aceto fervet *a*), & ex semine phosphorus obtinetur *b*), & vis non videtur in acido poni *c*). Quare acrimonia sua acidum spontaneum subigit. Motus languentes excitat. Adversus chlorosin, morbum hypochondriacum *d*), cachexiam aquosam, hydropem *e*), paralysin valet. Ad scorbutum muriaticum, aut quartanam *f*), perinde laudatur, ut Cochlearia. Sinapi ipso in cibo sumto, & succo cum vino albo dato Rupellenses in obsidione sua scorbutum superaverunt. Batavi ex lege scripta suis nautis penum *mustardæ g*) curant. Cum musto semen Sinapi ab antiquissimis retro temporibus *h*) in electarium diæteticum paratur, quo contra crudos fructus horæos, & acetosa condita, ventriculus quasi armatur *i*).

Acrimonia

d) TOURNEF. t. III. C.
e) IDEM A.
f) B.
g) G.H.
h) E.
i) D. &c.
k) Conf. DIOSCORID. L. 2. c. 134. LOBEL. *adverſ*. p. 68.
l) BOECLER. II. p. 225.
m) Etiam BUCHWALD p. 116.
n) Ναπυ idem quod Sinapi SUIDAS II. p. 596. Sinapi mali succi est CELSUS II. p. 21. materiem evocat, maxime inter reliqua c. 33. Eligi debet valde rufum. Ad coxendicum cruciatus impositum utile est ad DIOSCOR. II. c. 148.
o) Sinapi alterum rapi folio PLIN. L. XIX. p. 581.
p) TOURNEF. t. 112. F.L.M.
q) O.O.
r) P.
s) WALLER ad HIÆRNE II. p. 63. SPIELMAN. p. 177.
t) FLOYER. *pharmacobasan*. p. 42.
v) WALLER ibid.
x) SPIELMAN. ibid.
y) HILL. *mat. med*. p. 526.
z) CARTHEUSER *mat. med*. p. 426.
zz) IDEM ibid.
a) BARON ad LEMERY p. 18. Adde MACQUER. *chym. prat. II*. p. 156. 157. Negat tamen eum fervorem Cl. ALTMANN p. 39. ut experimentum repeti oporteat.
b) ALBIN. *phosphor*.
c) CARTHEUSER.
d) Experimento T. CORNELII apud SANTANELLUM *lucubr. I. Gal. di Minerv. I*. P. I. p. 98.
e) Cum genistæ summis ramis MEAD. *monit*. p. 138.
f) In cerevisia FLOYER. p. 184.
g) N. *V. Traité du Scorbut*. p. 115. CHOMEL.
h) Esse feculam Coam WEDEL *Exerc. VI. dec*. 7.
i) Conf. de laudibus Sinapi L. MOULIERE in *thesi*. Paris 1743.

Acrimonia sua cum aqua calida & sale vomitum *k*) movet. Addito semine Sinapi Turcæ *l*) impediunt, ne mustum in vinum transeat. Idem semen potens est apophlegmatismus, adversus apoplexiam & paralysin non iners. Capras eo pastas perire lego *m*). Ut denique dicam quæ sentio, & ipse vidi, frequentem Sinapi usum credo humores ad naturam putredinosam disponere, morbosque acutos reddere perniciosiores, si in mustardæ amantes homines inciderint. Neque ventriculo mustardam prodesse putem, quæ vix ipsa coquatur, & plusculis horis ructus putridos cieat.

Cuti impositum Sinapi rubefacit, inflammat, vesicas excitat, vesicatoria emplastra subit, tollit dolores podagricos.

466. SINAPI siliquis hispidis, rostro longissimo LINN. II. p. 933.
Sinapi album siliqua hirsuta, semine albo & rufo I. B. II. p. 858. lege 856. I. R. H.
Sinapi album BLAKWELL. *t.* 29.

In ruderosis, Germaniæ tamen magis familiare.

Caulis succulentus, hirsutus, erectus, cubitalis & alior. Folia succulenta, ima pinnata, pinnis primis exiguis, ultima longe maxima, semitrilobata, aut demum integra, ovata, varie serrata. Flos quam priori, major. Calyx primum erectus, inde patulus, foliis perangustis. Petala flava, emarginata, venosa. Duæ glandulæ staminibus brevioribus respondentes, duæ longioribus. Siliquæ pulposæ a caule magis distant, brevissimæ, pro sui cornu ratione, hirsutæ, maturæ etiam glabræ, & quasi articulatæ. Cornu tota siliqua longius; stigma bifidum. Semina a duobus ad quatuor, sublutea, in spongiosis loculis, sapore acri & igneo: folia Brassicæ sapore.

In medicinam perinde recipitur, ut prior species.

467. SINAPI siliquis multangulis, torose turgidis, proprio rostro longioribus LINN. II. p. 933.

α. Foliis integris.
Irion FUCHS p. 256.

β. Foliis divisis.
Rapistrum arvorum LOBEL. *ic.* p. 198.

α. β. *Sinapi arvense præcox, semine nigro* I. R. H.

In Helvetia pestis est frugum, inque locis ruderosis frequentissimum.

Calyx durus, brachiatus, cubitalis, ad terram hirtus. Folia subaspera, patula, pinnis paucis, exiguis, etiam nullis, ambitu ovato lanceolato, circumserrato. Calyx glaber, pallens, foliolis angulosis, duobus deorsum gibbis; patulis per ætatem. Flos prioris, luteus, venis concoloribus, petala subrotunda. Glandulæ quatuor, pene acuminatæ, duæ ad ortum staminum minorum, duæ ad stamina majora. Siliqua subhirsuta, longior quam priori, polysperma, per maturitatem turgida: cornu pro portione brevius. Stigma bifidum. Semina sphærica, fusca, sapore igneo, ad novem.

Apes in Sinapi multum quærunt mellis *n*), & in erucis *o*).

RAPHANUS LINN. n. 822. TOURNEF. t. 114.
& RAPHANISTRUM TOURNEFORTII t. 115.

Cum Sinapi in plurimis convenit. Siliqua seminibus turgidis distincta, pene articulata *p*), longe cornuta *q*). Folia duo calycis insigniter deorsum gibba *r*). Glandulæ, quæ Sinapi.

468. RAPHANUS siliquis teretibus articulatis, levibus, unilocularibus LINN. II. p. 935. & diss. *de Raphania.*

α. Flore albo, quæ in Helvetia frequentior, venis sæpe purpureis *s*), etiam cæruleis.
Rapistrum flore albo Erucæ foliis LOBEL. *ic.* p. 199.
Lampsana apula Plinii & Dioscoridis COLUMN. p. 261.
Rapistrum purpureum TABERNÆMONT. p. 407.

k) *Act. Edimb. II.* p. 303.
l) *Galer. di Minerv. I.* P. I. p. 98.
m) MANDELSLOH. *Itin.* p. 152.
n) GLEDITSCHII *Abhandl.*
o) MARALDI *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1712. p. 317.
p) TOURNEF. t. 115. E.
q) Ad E.
r) Sub C.
s) Hæc Lampsana L. GHINI apud TURNERUM II. p. 278.

β. Flore citrino, in Germania frequentior.
Lampsana flore melino TABERNAEM. p. 408.

In agris, pestis frugum.

Caulis herbaceis spinulis asper. Folia ampla, nervus foliaceus prælongus, pinnæ raræ, confluentes, dentatæ, ultima maxima, ovalis, circumdentata: neque in superioribus foliis pinnæ adcedunt. Glabritie & hirsutie ludunt. Calyx viridis, tubulosus, subhirsutus, ad apicem magis, duobus foliis valde deorsum gibbis. Petalorum ungues calycis longitudine: bracteæ albæ in nostris, venis obscurioribus pictæ, etiam cæruleæ, levissime emarginatæ *t*). Glandulæ duæ ad staminum breviorum ortu *v*), duæ aliæ ad staminum longiorum originem. Siliqua stricta, in origine sua bilocularis, nam succrescentia semina seqtum obliterant, ut unicus loculus superesse videatur: una loculi fungosi intumescunt, & angustiis fretis *x*) distinguuntur. Cornu prælongum; stigma obtusum; semina sphærica *y*).

Acris planta, validi odoris, alcalini.

DENTARIA TOURNEFORT. t. 110.

LINN. n. 810.

Flos caryophyllæus: calyx erectus, duobus foliolis deorsum gibbis. Siliqua crassa *z*), longa, bilocularis, stylo longo *a*), cujus valvæ elastica vi resiliunt, & in se invicem sursum revolvuntur *b*), septumque nudant In septi fungosi loculis semina plana *c*). Glandulæ modo binæ, modo quaternæ.

469. DENTARIA foliis quinatis, digitatis.

α. Folia quinata, digitata.
Dentaria minor CAMERAR. *Epit.* p. 704.
Dentaria MATTHIOLI *pentaphyllos* p. 1111. CLUS. *Pann.* p. 451. 452.
Dentaria pentaphyllos MANGET. *Pharmac. I.* p. 711. *t.* 34.
Dentaria pentaphyllos, *foliis mollioribus* GARIDEL. p. 155. *ic.* 29. *& foliis asperis* I. R. H.

β. Foliis inferioribus septenis, superioribus quinis.
Dentaria pentaphyllos V. CLUS. *Pann.* p. 453.
Dentaria heptaphyllos GARIDEL. p. 152. *ic.* 28. *Siliquosa Ic. Robert.* 70.
Dentaria foliis imis septenis, *superioribus quinatis*.

Duas species non immerito feceris, cum nimis certa foliorum diversitas sit. Flores tamen consentiunt.

Utraque in montosis & subalpinis sylvis nascitur. Prior in monte *Creux du Vent*, *Dolaz*, *aux Combes de Valanvron*. In valle *Chapuise*. GESNER in monte *Albis*, in *Uetliberg* MURALTUS. ARETIUS in monte *Niesen*.

Altera β. in monte *Feuerstein*, *Thuiri*, *Dolaz*, *Muteto*. Circa *Delsperg*, *à la Combe de Valanvron*, *Combe grede*. Scaphusiæ C. GESNER. Porro in rupibus *la Praisse*, prope *Roche*. Versus *les Fondemens*, qaa itur per *Fenalet*, *en Jorogne* &c.

Radix cylindrica *d*), ad angulos rectos ramosa, succulenta, alba, squamis orbiculatis incisa. Caulis unicus, non ramosus, cubitalis. Folia longe petiolata, nervo foliaceo, in α. quina, digitata, in β. ad radicem pinnata, trium parium, cum impare septimo. Pinnæ teneræ, acute serratæ, ellipticæ. Calyx coloratus, purpureus, tubulosus, duobus foliis paulum deorsum gibbis. Petali unguis calycis longitudine. Bractea patula, orbicularis, alba, extus rubens, etiam violacea. Glandulæ duæ *e*) ad origines staminum breviorum. Siliqua ensiformis, ex compressa teres, cornu grandi. Tuba globosa.

Odor & sapor Erucæ, puto & vires. Aquam ad epilepsiam utilem Noribergæ venalem prostare S. PAULI.

470? DENTARIA foliis inferioribus pinnatis, supremis simplicibus. LINN. II. p. 912. Conf. *It. hercyn.* n. 10.
Coralloides CORD. *hist.* p. 151. b. *cum foliis superioribus*, *absque gemmis*.
& *Coralloidis altera species* CORDI.

Dentaria

t) A.B.
v) Duas BOEHMER. *nectar.*
x) TOURNEF. E.G.
y) H.
z) TOURNEFORT. E. F.
a) F.
b) H. I. *Anc. Mem. X.* p. 413. sqq.
c) TOURNEF. K
d) TOURNEF. L.
e) Habet unam SCOPOLI p. 516.

Dentaria baccifera CLUS. *Pannon.* p. 441.
& *Dentaria angustifolia baccifera* AICHSTETT. *æstiv. ord.* 7. *t.* 12. *f.* 2.
Hinc *Dentaria baccifera foliis Ptarmicæ* C. B.

In Helvetia nondum reperi, sed habet WAGNERUS, ut non ideo pro certa cive habeam. Eadem in hercynicis sylvis vulgo nascitur, & circa *Gottingam*, ad sinistra villæ *der Dreisch*.

Tenerior priori, foliis imis septenis, inde quinis, tunc ternis, demum solitariis, serratis, etiam integris.

Calyx tubulosus, omnibus foliis deorsum gibbis, duobus magis, viridis cæterum, oris albis. Petala elliptica, suave purpurea. Glandulæ duæ, ut in priori positæ, & duæ maximæ ad interiora staminum longorum *f*), utrinque una.

Siliquæ raro maturescunt *g*), earum vero locum tenent gemmæ septenæ & novenæ, in baccæ speciem in alis foliorum congestæ. Vidi tamen siliquas ex teretibus compressas, cornu solido, seminibus pellucentibus. Semina vera rarissime maturescunt *h*), & bulbilli terræ commissi speciem propagant *i*), qui veræ sint gemmæ *k*).

CARDAMINE *l*) TOURNEF. T. 109.

LINN. n. 812.

Cum Dentaria convenit natura elastica *m*) siliquæ sursum se revolventis; sed eadem stylum breviorem habet *n*), siliquam gracilem, compressam *o*), tamen subteretem.

471. CARDAMINE foliis pinnatis, imis obtuse lobatis, caulinis acute dentatis, floribus apetalis.
Sium impatiens P. ALPIN. *Exot.* p. 331.
Sisymbrii Cardamines species quædam insipida I. B. II. p. 886.
Sisymbrium montanum tenuifolium flore muscoso purpurascente BARRELIER *ic.* 155. qua prima folia bene exprimuntur.
Cardamine alpina erecta, foliis copiosis, imis latioribus, supernis angustioribus, profundis & eleganter dissectis, floribus parvis albis SCHEUCHZER *It. VII.* p. 510.
Cardamine foliis pinnatis incisis, stipulatis, floribus apetalis LINN. *Iter. Wästrogoth.* p. 26. *Spec. II.* p. 914.

Passim in Helvetia reperi. Alpinarum umbrosarum sylvarum propria civis est, ut in obscura sylva *derriere Buis*, qua ad torrentem *Tantin* descenditur. Sed etiam in glareosam planitiem descendit. Proxime *Roche*, *au Vorsier*, & secundum murum prati *des Esserts*, provenit, & prope *Villeneuve* in glarea. SCHEUCHZERUS ad ripam meridionalem lacus Rivarii. *Bey der Ziegelbruk gegen Chur. Im Kienthal.*

Radix exigua. Caules a semi pede ad cubitum erecti, firmi, parum ramosi. Folia radicalia in orbem sparsa, pinnata, pinnarum paribus quinque & ultra: pinnæ petiolatæ, alias integræ, breviter ovatæ, alias semibilobatæ & semitrilobatæ, semper obtusæ. Caulina folia acutius incisa, etiam pinnata. Spica florum erecta, & siliquæ cauli parallelæ. Calycis folia obtusa, ovata, cava. Petala plerumque nulla, aliquando tamen reperta sunt *p*), alba, calyce majora. Stamina sex longiora de flore exstant, & album florem repræsentant. Siliqua longa, stricta, subtumida, stigmate globoso. Semen quadratum.

472. CARDAMINE foliis pinnatis, hirsutis, pinnis subrotundis, staminibus quaternis.
Cardamine alpina media CLUS. *Pannon.* p. 455. ob folia hirsuta & aspera.
Sisymbrium aquaticum alterum CAMERAR. *Epit.* p. 270. bene.
Sisymbrium Cardamine minus flore purpureo [lege *parvo*] I. B. II. p. 888. cum bona descriptione.
Cardamine foliis pinnatis, floribus tetrandris LINN. *II.* p. 915.

In alneto trans *Wiesam* prope Basileam: in sylvis umbrosis *Juræ*, ut in *Creux du Vent*, in ipsa area. In Hercynia sylva, *jenseits der Schluft gegen Andreasberg*. Circa *Farns-*

f) Cl. SCOPOLI habet glandulas sex, & magnas nostras videtur pro duabus numerare p. 522. sed unam video.
g) Crescere tamen FABRICIUS.
h) BOEHMER. *plant. caul. bulbif.* p. 9.
i) IDEM ibid.
k) BOEHMER. *plant. caul. bulbif.* GREW. *plant. anatom. II.* p. 58.
l) Sisymbrium alterum Cardamine riguis gaudet, gustu cardamon repræsentat: folia primum rotunda, adulta Erucæ modo finduntur DIOSCOR. II. c. 121. Cardamis species Nasturtii SUIDAS II. p. 242.
m) TOURNEF. ibid. H. I.
n) TOURNEF. t. 109. E.F.G.H.I.K.
o) ibid.
p) LINN. *Flor. Suec. II.* p. 464. Iterum negat *Spec. II.* p. 914.

Farnspurg Stæhelin. *Im Daubenloch* prope Biennam Cl. Schuh, *à la montée de l'Anvers de Renan* Gagnebin. Prope *Ferriére au pied du chemin à la Jaques.*

Innumera tenera folia subhirsuta, circa gracilem radicem fusa: pinnæ dissitæ, laxæ, quatuor & quinque parium, extremo impare majore: eædem subrotundæ, uno alterove dente incisæ, extrema semitriloba, aut obtuse circumserrata. Caulis hirsutus, pedalis, ramosus. Folia ad caulem fere similia, paulo angustiora, tamen lata. Flores pauci, majores tamen quam sequenti. Calyx ovatis segmentis cavis, vix quidquam gibbis. Petala alba, lente dilatata, emarginata. Stamina quatuor q), deficientibus brevioribus. Siliqua cornu cylindrico solido, gracilis ipsa, longa, polysperma.

β. Varietas glabra, aut brevissimis & inconspicuis pilis hirta, in areis glareosis, primo vere, inque pratis humidis frequens est, inque alneto trans *Wiesam*: & *Rupe* in primo prato secundum hortos, tum in pratis sub *Moutru*.
Cardamine IV. Dalechamp. Lugd. p. 659. I. R. H.
Cardamine sylvestris minor Italica Barrelier *ic.* 455.
Nasturtium aquaticum minus C. B. *Basil.* p. 30.

γ. Hanc credo esse *Nasturtium pratense parvo flore* C. B. *Prodr.* p. 44. quod versus montem *Beligardum* repererit. In Gallia meridionali cum eo nomine citatur
Cardamine foliis pinnatis exstipulatis, lanceolatis, obtusis, floribus corollatis Linn. *II.* p. 914.
Cardamine foliis pinnatis foliolis linearibus Govan. p. 357.

Ea mihi ex plantis siccis macilenta exempla varietatis β. referre videtur.

473. CARDAMINE foliis pinnatis, radicalibus subrotundis, caulinis linearibus.
Hiberis Fuchs p. 325.
Cardamine Blakwell. *t.* 227.

β. Flore pleno, quam circa *Seelhofen* abunde reperi, *Hort. Aichstett. Vern. Ord. I.* t. 3. f. 4. *Garden of Eden* t. 27. Royer. *Hort. Hess.* p. 119. Ehrhard. *œcon. hist. VII.* p. 124. Robinson *natur. hist. of Cumberland.* p. 90. octo ordinibus petalorum.

Ubique, primo vere, in pratis potissimum udis.

Radix exigua. Folia ima pinnata, pinnis dissitis, subrotundis, angulose circumdentatis. Quæ ad caulem, eæ multo strictiores, longiores, demum integræ & lineares. Caulis erectus, parum ramosus, pedalis. Calycis r) folia ovata, cavula, duo paulum magis deorsum gibba. Petala magna, emarginata s), venosa, dilute purpurea, ungue denticulo aucto t). Duo stamina valde brevia. Glandulas quatuor adjicit Cl. Scopoli v). Siliquæ modice convexæ, latiusculæ x), polyspermæ. Tuba globosa y).

474. CARDAMINE foliis pinnatis, subrotundis, angulosis.
Nasturtium Cardamine seu Nasturtium aquaticum flore majori elatius I. B. II. p. 885.
Nasturtium aquaticum majus & amarum C. B. *Prodr.* p. 45. bene.
Icon Oederi *t.* 48. huic, ob magnos flores, similior est.
Cardamine foliis pinnatis axillis stoloniferis Linn. *II.* p. 915.

Non perinde frequens, neque rara tamen. Bernæ ad balneum exterius. Circa *Burgdorf* ad omnes aquas. Circa *Roche* passim. *Tiguri* ad fossas urbis minoris &c.

Folia satis similia prioris, folirоum radicalium nervo longe nudo. Sed etiam caulina lata habet & angulosa. Calycis folia duo deorsum valde gibba. Petala majora, semper lactea, subrotunda. Glandulæ quatuor virides, in angulis floris. Stolones Linnæi z), in meis non invenio.

Odor acris & sapor: ad acetaria excellit.

475. CARDAMINE foliis ternatis obtusis, caule subnudo Linn. II. p. 913.
Cardamine alpina Clus. *Pann.* p. 455. 456.
Cardamine alpina, foliis latis, teneris, longis pediculis insidentibus Scheuchzer *Itt. VI.* p. 154 etsi separet.

Ad rivos in descensu *Furculæ*. In meis reperio, me in suprema vallecula montis *Chasseralle* legisse: sed neque inter meas siccas est, neque nuper reperta zz).

Folia

q) Govan. *flor.* p. 146.
r) Tournef. C.
s) A.B.
t) Krascheninnikof. *flor.* p. 104.
v) p. 518.
x) Tournef. E.F.G.H.I.
y) D.
z) *Wästgöta resa* p. 26.
zz) Inter suas habebat Cl. le Clerc.

Folia ex radice longe petiolata, glabra, firma, nitida, ternata, duobus pinnarum paribus, extrema impare majori, omnibus latis, pene rotunde quadratis, mucronatis, medio rhomboideo, primis lineis longis, ultimis brevibus. Ad caulem, qui dodrantalis, non ramosus, purpureus est, folia pauca, strictiora. Flos dilute purpureus, petala marginibus rugosis, non emarginata *b*). Glandulæ sex, quatuor inter stamina minus & unum majus; duæ inter majora stamina & calycem *c*). Siliquæ Dentariæ, minores.

476. CARDAMINE foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis ovatis aut pinnatis, obtusis.

α. Planta cum solis foliis primordialibus, cumve paucis caulinis eorum similibus.

Nasturtium alpinum Bellidis folio minus SCHEUCHZER. *It. I.* p. 44.
Barbarea montana integro folio BOCCONE p. 138. & p. 109. *t.* 88.
& *Barbarea alpina integro folio saxatilis* BOCCONE p. 74. *t.* 88.
Icon OEDERI 20.
Cardamine foliis simplicibus ovatis, petiolis longissimis LINN. *flor. Lapon. n.* 206. *t.* 9. *f.* 2. & *n.* 1. *Spec. II.* p. 413. Conf. *Emend. III. n.* 227.

β. Foliis pinnatis subrotundis.

Nasturtium alpinum minus Resedæ folio C. B. *Prodr.* p. 45. bene.
Nasturtium alpinum Resedæ folio BOCCONE *Mus. di Piant.* p. 41. *t.* 46.
Cardamine alpina minor, Resedæ foliis I. R. H. SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 454.
Cardamine foliis inferioribus indivisis. superioribus trilobis LINN. *II.* p. 913.

Varietas utraque alpina est. Prior in *Joch*, *Gotthardo* circa Cœnobium, in *Enzeinda*, *Lioson*, *Prapioz*, *les Martinets*, *Serin*, *S. Bernhard*, &c. J. GESNER in monte *Gamor*.

Varietas β. in *Furca*, *Gotthardo*, *Scheidek*, vallis Ursariæ rupibus, & Lepontinæ, *Speluga*, *Roussolina*, *Jeman*, *Fouly*, *Val de Lie*. In descensu *Furculæ*, & ad fontes Rheni posterioris SCHEUCHZER.

In altissimis alpibus primum adparet caule humillimo, vix biunciali, tamen aliquot foliis adsperso: foliis ad radicem longe petiolatis, ex ovatis acuminatis, firmulis; ad caulem similibus: floribus paucis caulem terminantibus: calycibus erectis, cavis, lanceolatis, apice foliorum fusco colore notato; petalis albis, lente dilatatis, subrotundis. Siliqua uncialis, compressa, polysperma, sæpe cyanea. Semina plana. Stigma emarginatum.

Olim autem adnotavi, folio pinnam aliquam accessisse, & SCHEUCHZERUS monet, Resedifoliæ Cardamines prima folia fuisse integra *d*); sed & ego ea folia non neglexi *e*). Inde, cum per omnes ætates plantulam persequerer, manifesto vidi *f*), senescentem Cardaminen nostram habere folia radicalia semitrilobata, trilobata, duabus, quatuor pinnis, cum nervo confluentibus aucta: caulem vero ramos edere, lato nervo, pinnis dissitis, confluentibus, patulis aucto, primis subrotundis, superioribus strictioribus. Flos major videtur, ut in stirpe lætius vegetante, cæterum cum fusco apice calycis, & siliqua simillimis. Quare omnino persuadeor, debere conjungi.

ERYSIMUM *g*) LINN. n. 814.

ERYSIMUM TOURNEF. & aliæ plantæ.

Genus artificiale non bonum. Calycis folia minus deorsum gibba. Flos minus caryophyllæus. Glandulæ modo duæ ad utrumque latus staminis minoris, modo inter majora duæ, duæ circa minora; sed eæ minutiæ non videntur genera dare utilia. Siliqua quadrangula in nonnullis, in aliis teres. Nobis a Sisymbrio glandulis differt, ab Hesperide calyce.

477. ERYSIMUM foliis lanceolatis integerrimis, scabris LINN. II. p. 923.

Camelina Myagrum alterum Thlaspi affine LOBEL. *ic.* p. 225.
Erysimum tertium TABERNÆM. p. 449.
Myagro affinis planta siliquis longis I. B. II. p. 894.

b) SCOPOLI p. 521.
c) ibid.
d) l. c.
e) *Enum. Stirp. Helvet.* p. 559.
f) *Emend. IV.* n. 45.
g) Erysimum foliis Erucæ, semine nasturtii Sesamo simili PLIN. L. XXII. n. 75. *Erysimon* foliis Erucæ sylvestris,

In Helvetia rarius C. B. Basileæ in agris trans *Rhenum*. Circa *Muttenz & S. Margret*. Ego inter *Bözingen & Bütenberg* in agris. In Germania multo vulgatius est.

Caules ramosissimi, erecti, cubitales. Folia elliptica, scabra, brevi villo, per oras serrata. Calyx deorsum non gibbus, foliis lanceolatis. Flores lutei non magni, petalis ovatis. Stigma breviter bicolle. Siliquæ obtuse quadrangulæ, erectæ, unciales.

478. ERYSIMUM *h*) foliis pinnatis, pinnis rectangulis, acutis, extrema triangulari maxima, siliquis adpressis.

Erysimum BLAKWELL. *t.* 28.

Erysimum Irio I. TABERNÆM. p. 448.

Erysimum siliquis spicæ (scapo) adpressis, foliis runcinatis LINN. *II.* p. 922.

Varietates *Hort. flor.* p. 36.

Ad vias & locis ruderosis.

Caulis erectus, cubitalis, ramosus, ramis longe quasi nudis, cum ad caulem siliquæ adprimantur. Folia hirsuta, pinnata, pinnis rectis, aut retrorsum versis, anterius magnis dentibus notatis, extrema maxima, triangulari: superiora trifida, duabus pinnis sub triangulari segmento exeuntibus. Flores perexigui. Calycis folia oblonga, subhirsuta, non gibba. Glandulas quatuor numerat Cl. SCOPOLI *i*). Mihi obscuræ videntur. Petala petiolata, parte colorata angusta, leviter emarginata, lutea. Stigma rotundum. Siliqua hirsuta, teres, sine conico: paucis seminibus, ad sex.

Sapor foliorum nasturcinus, non acris. Tritum tamen & impositum videtur vesicas ciere *k*). De more gentis, admoto igne, urinosa dat elementa, etiam acrem aquam, & salem fixum multum *l*).

Laudatur ad pectoris morbos chronicos *m*), ad eos potissimum, qui ex nimia contentione vocis *n*) subnascuntur, & in raucedine senum, inque asthmate *o*). Infusum putem adhiberi posse, officinæ syrupum *p*) habent: Ad urinam suppressam movendam *q*) etiam adhibetur. Sapienter monet BOERHAAVIUS, ne tunc propinetur, quando febris adest. Sui Erysimi semen ad gonorrhœam in cataplasmate ARETÆUS laudabat *r*).

Dicitur sponte in areis incendiorum provenire *s*).

Erysimum II. TABERNÆMONT. p. 449. *Eislebiæ* a me lectum, in Helvetia non provenit.

479. ERYSIMUM foliis pinnatis, pinna extrema maxima, subrotunda.

Barbarea DODON. p. 712. I. B. II. p. 868.

Barbarea femina TABERNÆMONT. p. 4 2.

Erysimum foliis lyratis, extremo subrotundo LINN. *II.* p. 922.

Turritis foliis lyratis SCOPOLI p. 516.

β. Minus PARKINSON. RAI.

γ. Flore pleno C. B. *Prodr.* p. 39.

Vulgatissima in fossarum aggeribus. Flore pleno circa *Paterniacum & Aarburg*.

Caulis sulcatus, erectus, firmus, cubitalis, foliosus & ramosus. Folia nervo lato, pinnata, pinnis conjugatis, aut alternis, cum nervo confluentibus, eundo amplioribus, extrema maxima, subrotunda, obtuse rhomboidea, circumserrata. Frequentissimæ & densæ spicæ. Calycis folia oblonga, exteriora valde modice deorsum gibba. Glandulæ quatuor, una ad stamen brevius: altera utrinque inter stamina longiora & calycem *t*). Petala flava, sensim dilatata, emarginata. Siliquæ erectæ, teretes, levissimis angulis notatæ, breves. Semina ovata, subtiliter punctata & reticulata. Stigma simplex, fungosum, crassius.

Non adhibetur serio in medicina. Inter acetaria ab Anglis recipi *v*) lego.

480. ERYSIMUM foliis cordatis LINN. II. p. 922.

Alliaria FUCHS p. 104. BLAKWELL. tab. 372. SCOPOLI p. 515.

Verno

cauliculis lentis & obsequiosis, floribus luteis, siliquis in cacumine gracilibus, ut fœno græco, corniculatis, semine nasturtii exiguo, urentis gustis DIOSCOR. II. c. 152. Erysimi semen minimum, firmissimum, THEOPHRAST. *caus.* L. II. c. 17:

i) p. 519.

k) BARTHOLIN. *Cent.* p. 92.

l) GEOFROI. HILL. *mat. med.* p. 65.

m) Ad thoracis fluxiones, etiam quando purulenta ejiciuntur DIOSC.

n) LOBEL.

o) FALCONET. *fievr.* p. 287.

p) LOBEL. FALCONET.

q) ETTMULLER. BOCCONE *Mus. di fisic.* p. 216.

r) *Cur. diuturn. II.* obs. 5.

s) SWITZER. *July. pref.* p. VI.

t) SCOPOLI p. 516.

v) KALM. *Amer. resa I.* p. 417.

Verno tempore ad sepes, in ruderosis, & in sylvis cæduis.

Caules rectissimi, tripedales, ramis adscendentibus. Folia inferiora longe petiolata, superiora sessilia, levia, flaccida, venosa, cordiformia, sed breviora, acute circumserrata. Calyx albus, coloratus, foliis ovatis. Petala ex brevi ungue subrotunda, alba. Glandula una utrinque circa basin staminum majorum *x*). Siliqua Hesperidis, duobus angulis lateralibus insigniter, mediis vix eminentibus; septo siliquæ fungoso, in quo semina sulcata, cylindrica, truncata nidulantur. Quare ad Hesperidem Tournefortius retulit, a qua calyce differt. Tubæ finis simplex, & crassior.

Trita allium redolet, semen imprimis, non ideo Scordio *y*) subpar, cum aromate careat Subamara est, & ab Hildano *z*) trita ad gangrænam coercendam adhibita, quo etiam fine a Boerhaavio laudatur, experto. Ad ulcera cancrosa Chomel.

SISYMBRIUM Linn. n. 813.

SISYMBRII pleræque species Tournefort. t. 109.

Genus difficile, neque satis definitum. Linnæus calycem patentem, deorsum non gibbum *a*): petala oblonga: glandulas nullas *b*): siliquam teretem *c*), gibbam, incurvam *d*) adhibet. Cum vero aliquæ species glandulas habeant, non video, ut ab Erysimo, & a Turritide satis distinguatur.

*481. SISYMBRIUM foliis radicalibus ovatis, dentatis, caulinis pinnatis, pinnis linearibus, extrema maxima *Emend. Ill.* n. 231. *Cat. rar.* n. 704.

An *Hesperis flore albo minimo, siliqua longa, folio profunde dentato* Boerhaav. Dillen. *hort. Elth. f.* 177?

An *Sisymbrium racemo flexuoso, foliis lyratis, caule erecto, folioso* Linn. *Cent. II.* p. 323. *Spec. II.* p. 918?

In lapidosis & editioribus alpium, *en Chaud commun*, *Jeman*, *les Martinets*, monte *Fouly*, *S. Bernhard*, montibus glacialibus supra *Bagnes*.

Valde similis Cardaminæ 476. Caulis erectus, etiam curvus, dodrantalis, ramosus, hirsutus. Folia pulposa, crassula, ad terram petiolata, ovata, integra, pauca, dentata pleraque: alia ovata, seu semipinnata, subrotundis dentibus: deinde pinnata, nervo lato, plerisque equidem pinnis confluentibus: pinnæ oblongæ sunt, aliæ latiusculæ, obtusæ, in parte caulis superiori lineares. Flos parvus, albus: calycis folia ovata, duo deorsum gibba: petala alba, ex ungue sensim dilatata, emarginata. Siliquæ graciles, cauli parallelæ, erectæ, acute mucronatæ. Stigma gracilissimum.

482. SISYMBRIUM foliis pinnatis, pinnis subrotundis, brevibus racemis.

Nasturtium aquaticum offic. & Dodon. *Cereal.* p. 246. *hist.* p. 592. Blakwell. *t.* 260. (folia nimis lanceolata).

Sisymbrium aquaticum e) Tabernæm. p. 455.

Nasturtium aquaticum supinum. Ic. reg.

Sisymbrium foliis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis Linn. *II.* p. 916.

In omnibus rivis. Etiam colitur, peculiari artificio, in fossis inundatis *f*).

Radices per limum sparsæ fibrosæ.

Caules erecti, frondosi, pedales. Folia omnia patula, perampla, succulenta, pinnata, nervo lato, inferne carinato, pinnarum paribus ad novem usque, conjugatis, progrediendo majoribus, sessilibus, obtusis, obtuse dentatis, extrema maxima, orbiculata, acuminata. Florum racemus brevissimus, vix supra folia elatus. Calycis folia colorata, erecta, paulum deorsum gibba. Petala ungue latescente; bractea ovata, alba. Glandulæ quatuor *g*). Siliquæ breves, curvæ, latiusculæ, patulæ, longe petiolatæ. Stylus brevis. Stigma emarginatum.

Odor & sapor plantæ tritæ acutus, ut inter præcipua medicamenta antiscorbutica habeatur, eumque

x) Scopoli p. 515.
y) Recte monet Cordus *botanalog.* p. 93.
z) *Oper. omn.* p. 171. 178. C. B. ad Hildanum *Cent. II.* obs. 94.
a) Gibbum aliquæ species habent & Tournefort. C.
b) Cum eas omittat.
c) Tournefort. E. G.
d) ibid.
e) Simile Nasturtio, in siccis angustiori, folio odoratum Plin. L. XX. p. 91.
f) Erforti *Leipz. Saml.* n. 49. Cl. Reichart in proprio lib.
g) Scopoli p. 518.

eumque effectum in scorbuto, ex obsidione nato, utique præstiterit *h*). Absque ullo additamento spiritum acerrimum fundit *i*). Succus ad quatuor uncias datur; potest etiam ipsa planta recens præscribi. Infusum ad theæ modum paratum laudatur ad morbum hypochondriacum, malaque pectoris. Ad scirrhos viscerum & obstructiones internas longo usu valet. Aqua subacida est, & sequitur liquor acidus & austerus *k*), deinde sal volatilis. Spiritus, qui cum sale ammoniaco stillavit, inter potentiora medicamenta antiscorbutica numeratur. Succus per nares resorbtus dicitur earum partium polypum destruxisse.

*483. SISYMBRIUM siliquis sessilibus, extrorsum recurvis.
Irio alter vulgaris CAMERAR. *Epit.* p. 344.
Erysimum alterum MATTHIOLI *siliquis parvis, quibusdam Dentaria* I. B. II. p. 864.
Sisymbrium siliquis axillaribus, sessilibus, subulatis, aggregatis, foliis repando dentatis LINN. *II.* p. 918.

Rara planta crescebat Bernæ ad muros circa templum *S. Spiritus*, & a me eo loco lecta est: nunc magnificæ Ædes eam aream tenent. Fuit inter plantas siccas Cl. LE CLERC.

Foliis & flore in universum cum Erysimo vulgari convenit: sed folia glabra, pinnæ foliorum pauciores, latiores, & folia superiora integra, triangularia Atriplicis, aut semipinnata, nervo minus, quam in Erysimo, denudato, neque pinnata. Flos exiguus, luteus. Siliquæ totæ diversæ, erectæ, curvæ, binæ ternæve, fasciculatæ, sessiles. Septum profundis foveoiis exsculptum. Semen minutissimum.

484. SISYMBRIUM pinnis & pinnulis foliorum pinnatis, laciniis linearibus, subhirsutis.
Seriphium absinthium FUCHS p. 2.
Sophia Chirurgorum LOBEL. *ic.* p. 738. BLAKWELL. *t.* 440. cum charactere, sed folia quasi convexa.
Sisymbrium petalis calyce minoribus, foliis decompositis pinnatis LINN. *II.* p. 920.

Passim in ruderosis. Bernæ *im untern Kirchhofe. Aventici; Paterniaci; Neufchatel; Seduni; Basileæ* legi ad limites agrorum circa *St. Louis.*

Caulis cubitalis, erectus, ramosissimus. Folia ad plantarum umbelliferarum modum tota circumscriptione triangularia, ut pinnæ ex ordine decrescant, cæterum amplissima, & minutissime divisa, subhirsuta, mollia; pinnis pinnatis; pinnulis etiam pinnatis, laciniis pinnularum simplicibus, trifidis & quadrifidis; omnibus partibus folii pariter angustis, linearibus. Calyx patulus, paulum deorsum gibbus, foliolis ellipticis, cavis. Petala minima, calyce duplo breviora, pene triangularia, flava, emarginata, ungue longo. Stamina calyce longiora. Glandulæ sex, ad quodque stamen breve duæ, una inter longiora & calycem *l*). Siliquæ teretes, incurvæ, nodosæ, cauli parallelæ, rectæ. Stylus brevissimus. Semina minima, ovata, hilo incisa.

Habetur pro planta vulneraria, potissimum quidem a Gallis *m*), in qua vis adstringens cum vi abstergente conjungatur. Semen ad drachmam in diarrhœa exhibetur *n*): idem ad febres laudatur, adque pellendum calculum: eodemque ad vermes pellendos loco Sementinæ C. HOFMANNUS utebatur *o*). Externo usu sordes vulnerum dicitur mundare, grumosque sanguinis, & depurata vulnera sanare. Nullo nobis in usu est.

485. SISYMBRIUM foliis pinnatis, pinnis dentatis dissitis.
Eruca sylvestris. Hist. Lugdun. p. 650.
Eruca quibusdam repens, flore purpureo (lege *parvo*) *luteo* I. B. II. p. 866.
Eruca palustris minor TABERNÆMONT. p. 447.
Sisymbrium palustre repens, Nasturtii folio TOURNEFORT. *plant. autour de Paris* p. 37.
Sisymbrium siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis, serratis LINN. *II.* p. 916. ROSEN *n.* 31.

II. Annon *Sium alterum aquaticum luteum, vel Cardamine tenuifolium montanum* COLUMN. p. 266. 269. quod WAGNERUS inter indigenas recenset p. 282.

In Helvetia rarius. Basileæ in via versus *S. Louis.* Circa *Riehen, Neudorf, Michelfelden*, & in locis ruderosis ad Rhenum. Circa stagna Abbatiæ *S. Urbani.* Genevæ *au plein Palais.* Gottingæ vulgo.

Caulis

h) In Cœnobio Betlehemensi HASSELQUIST, *resa* p. 154. 155.
i) BORRICH. *hermet. sapient.* p. 371.
k) HILL. *mat. med.* p. 387.
l) SCOPOLI p. 521.
m) LOBEL. *adverf.* p. 329.
n) CHOMEL.
o) *Medic. offic.* p. 101.

Caulis procumbens, foliosus. Folia longa, nervo lato, pinnis plerumque alternis, dissitis, longis, gracilibus, serratis, semipinnatis, extrema impare latiori, integra, aut semitriloba. Calyx patulus, luteus, vix deorsum gibbus. Petala patula, ovata, ungue brevi. Stamina duo breviora. Glandulæ quatuor cohærentes *p*). Siliquæ ex teretibus compressæ, linea modice de mediis valvis eminente, polyspermæ, curvulæ, longe petiolatæ, patulæ, sursum inflexæ, ut ramis parallelæ fiant. Tuba subrotundo capitulo. Semina minutissima.

RADICULA DILLEN. *nov. gener.* p. 121. t. 6.

SISYMBRII spec. LINN.

Omnino ob fructum, ut partem principem, cum Sisymbrio stare nequit; is enim brevissimus est, erectus, teres, non curvus, obtusus, ut paulum toris seminum ab Alysso differat.

486. RADICULA foliis integris, aut pinnatifidis, petalis calyce longioribus.

α. Foliis oblongis, serratis, integris.
Raphanus aquaticus alter C. B. *Prodr.* p. 37.
Radicula palustris DILLEN. *Cat. Giess.* p. 80.

β. Foliis inferioribus ovatis, serratis, superioribus semipinnatis.
Rapistrum aquaticum TABERNAEM. p. 408.
Sisymbrium aquaticum foliis variis VAILL. p. 185.

γ. Varietas foliis pinnatifidis HILL. *brit. herb.* Conf. varietates *hort. flor.* p. 89. 90.
Sisymbrium foliis imis capillaceis, summis pinnatifidis LINN. *Cliff.*

Prior varietas foliis integris passim in fossis circa *Biennam*, versus *Brük*, *Basileam*.

Alteram reperi in pratis humidis *um die Hube*, qua itur versus *Thorberg*.

Caulis erectus, angulosus, ramosus, cubitalis, tripedalis. Folia nitida, glabra: in varietate α. longe elliptica, acuta, circumserrata; etiam una, alterave pinna, in radicalibus aucta: in β semipinnata & varie incisa. Spicæ florigeræ longæ, paniculatæ, in longis petiolis. Calycis folia ovata, colorata, concava, petalis breviora, vix deorsum gibba. Petala calyce longiora, flava, ovata, emarginata, ungue brevi. Glandulas puto habere, cum summus pediculus intumescat. Stamina flore longiora. Siliqua brevissima, ut proxime ad Alysson accedat, ovata, obesa, stylo conspicuo terminata, qui germine paulo brevior est, & globulo finitur. Semina numerosissima.

Sapor acris.

487. RADICULA foliis pinnatis, pinnis dentatis, petalis calyce brevioribus *Emend. V.* n. 40. †
Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias divisis C. B. *Prodr.* p. 38.
Radicula sylvestris seu palustris I. B. II. p. 866.
Sisymbrium palustre repens, parvo flore VAILL. p. 186.

Satis vulgaris Bernæ inter *Wittighofen* & viam *Worbensem*: circa *Mathod*, *Basileam*, in *Valesia*, *Rupe*, *aux Grangettes*. Circa *Rolle* ad lacum Lemanum; Genevæ I. B. Ad aggeres fossarum. Etiam in alpibus, ut in monte *Fouly*.

Caulis prostratus, cubitalis, angulosus, etiam erectus, inter flores flexuosus. Folia levia, pinnata, satis similia Leucoji inodori, nervo foliaceo, pinnis cum nervo confluentibus, sæpe retroversis, alternis vel conjugatis, modo ellipticis, modo ovatis, modo serratis, modo obiter dentatis: extrema tridentata. Flos multo minor, quam priori *q*). Calyx floralis luteus, paulum deorsum gibbus. Petala minima, calyce breviora, pallida, progrediendo dilatata, elliptica. Glandulæ sex, duæ inter stamen brevius & germen, una inter stamina duo breviora, reliqua calyci æqualia. Fructus trilinearis, obesus, polyspermus, rugosus. Semina 20. 25.

A priori differt habitu prostrato, flore exiguo *r*).

p) SCOPOLI p. 520.
q) Etiam C. B. discrimen expressit.
r) Separat contra LINNÆUM Cl. LA CHENAL *plant. Helvet. IV.* p. 292. & contra KRASCHENINNIKOF *flor. Ingr.* p. 106.

II. SILICULOSÆ.

Siliqua nempe in univerſum breviori, pro ratione longitudinis.

I. SEPTO AD VALVAS PARALLELO.

A L Y S S U M Linn. n. 805.

A L Y S S O N Tournef. t. 104.

& A L Y S S O I D E S Tournef. t. 104.

& V E S I C A R I A Tournef.

Siliqua *a*) ovata, turgida, ſtilifera. Septum ex lege ordinis *b*). Addit Linnæus *c*) denticulum in ſtamine breviori.

*488. ALYSSUM foliis imis ſubrotundis, caulinis pinnatis, filiformibus, amplexicaulibus.
Alyſſon foliis pinnatis, multiformibus, floribus racemoſis luteis. Allione *Specim. t.* 7. p. 40.
Siſymbrium foliis ſubovatis, foliis inferioribus lyratis, ſuperioribus bipinnatifidis, amplexicaulibus, ſtylis filiformibus Linn.

In ſummis alpibus Grajis, in *Valeſia ſuperiori ad Brigam* uſque; circa *Chiavenna* & *Ripa*. Sed etiam Baſileæ lectum eſt, inter *Wieſam* fluvium & villam *die Klibe* a Cl. la Chenal *d*); & inter *Neuhauß* & *Haltigen*.

Caulis rectus, pedalis, flexuoſus. Folia ima pinnata, pinna extrema maxima, ſubrotunda, petiolata, cui ad nervum aliquæ pinnæ vagæ accedunt: ad caulem pariter pinnata, parium quatuor, ſed graciliſſima, linearia, extrema trilobata: eadem petioli baſin latam habent, qua caulem amplectuntur. Flores patuli, longe petiolati. Calyx coloratus, luteus, patulus. Petala calyce paulo longiora, flava, ovata. Stamina duo breviora. Duo ſiliquæ loculi ſeminibus paucioribus, tribus, quatuor, ſex, utrinque. Siliqua fere Drabæ, ſolida & levis, ſtylifera, ſtylo, quam in priori, longiori *d**).

Folia noſtræ plantæ tenuiora ſunt. Caulis teres. Flos major, pulchrius flavus. Siliqua minus polyſperma, levis & brevior, veræ Drabæ.

489. ALYSSUM foliis ſagittatis, ſiliquis cordiformibus.
Seſama e) *Flachs dotter* Trag. p. 655. figura ſtrigoſa.
Camelina ſeu Myagrum Dodon. *Cereal.* p. 130. *pempt.* p. 532.

β. Fructu minori *Myagrum ſylveſtre* Zwinger p. 434. Separat Dillen. *Catal. Gieſſ.* p. 134. Rupp. &c.

γ. Memorabilis varietas foliis glabris, auriculatis, profunde dentatis.
Myagrum fœtidum C. B. *Prodr.* p. 51. *Bas.* p. 27. Linder. Tournef. *t.* 1.
Naſturtium auſtriacum Cranz. *t.* 11. *f.* 1. 2. Valde convenit, fructu tamen eſt rotundo *f*).

α. β. γ. *Myagrum ſiliculis obovatis, pedunculatis, polyſpermis* Linn. *II.* p. 894.

Prior varietas paſſim reperitur inter ſegetes circa *Hohlehn*, *S. Margret*, & inter *S. Jacob* & *Muttenz*. In lino vitioſe *g*) abundat, Aquilejæ in via *Tombey*, circa *Ferriére*. Circa Lauſanne *en Chamblande*, circa *Montcharan*. Etiam in Valeſia circa *Vetroz* provenit: inter *Langenthal* & *Solothurn*, & *Curiæ*. In Alſatia etiam ſeritur Trag.

Varietas γ. ad pontem *Wieſæ* in arenoſis. C. B. in alpibus, *Speluga* & monte *Fracto*: ea Gottingæ vulgaris eſt, in foſſis.

Sylveſtre minori fructu non ſeparo, etſi facile credo, ſativum lætiori fructu eſſe.

Huic ergo, & quidem plantæ α. caulis cum foliis hirſutie aſper eſt, brachiatus, & tripedalis. Folia ſagittata, ex ellipticis lanceolata, acuta, obiter ſerrata, aut integra. Calycis folia ovata, duo modice deorſum gibba. Petala pallide lutea, ungue lato, bractea ovata. Silicula tumens, ovato cordata: ſuperne latior: tuba longitudine ſiliquæ, globulo terminata. Semina multa, ovata, ſulco inciſa.

Oleum edule *h*) eſt, & mite, Boerhaavio laudatum *i*), optimum dum recens, nam ut

a) Tournef. in Alyſſoide E.F.G.H.I. & in Alyſſo F.G.H. K.L M.N.

b) In Alyſſoide I. in Alyſſo M.N.

c) *Skonska reſa* p. 208. & in charactere Gener.

d) *Spec. inaugur.* p. 6. 7.

*d**) Idem ib.

e) Seſamum Eryſimo conparat Plinius L. XXII. n. 75. eſt ergo hujus ordinis.

f) Ob ſolum habitum, nam fructu differt.

g) Eſt peſtis lini in Jemtlandia Hagstrom. *natur. hiſt.* p. 14.

h) Zink. *Saml.* T. IX. p. 712. Buchner. *miſcell.*

i) Male abjici Dessenius p. 740.

ut reliqua per vetuſtatem deterius videtur. Quare nuperi œconomi hoc Alyſſon colere ſuadent *k*), & tentamina feliciter ſucceſſerunt *l*). Nullum gelu hoc oleum cogit.

Planta *β*. memorabilis eſt varietas, glabra tota, foliis imis laciniatis; etiam ſuperioribus acute dentatis, omnibus longioribus.

490. ALYSSUM foliis radicalibus ſcabris, petiolatis, ovatis, dentatis, caule ſubnudo, flexuoſo.

Multis cum nominibus apud auctores reperitur.

Thlaſpi 3. *ſaxatile* CAMER. *Epit.* p. 338.

Thlaſpi petræum myagrodes PON. *bald.* p. 185.

Thlaſpi alpinum majus capitulis rotundis C. B. *Prodr.* p. 49. *Baſil.* p. 31. & *minus Prodr.* p. 48. cum *ic.*

Thlaſpi foliis Globulariæ affinis, ſeu Alſinefolia cum Myagri foliis I. B. II. p. 926. SCHEUCHZER *It. II.* p. 143. *It. VII.* p. 508.

Thlaſpi ſaxatile rotundifolium C. B. *Prodr.* p. 48.

Myagrum ſiliculis lentiformibus, ovatis, glabris, foliis oblongis, ſerratis, ſcabris, caule paniculato LINN.

Naſturtium ſaxatile CRANZ p. 14. *t.* 1. *f.* 2. pro varietate dentata.

Myagrum ſaxatile JACQUIN. p. 257.

β. Varietatem reperi in alpibus, omnium plantarum perfectarum minimam, uncialem, dum floret, & minorem, quam ægerrime detexerim, eamdem eſſe.

Prior ſatis vulgaris eſt in alpibus inter *Weiſſenburg* & balneum: in periculoſa via *des Ruines*: in *Chapuiſe*, *Enzeinda*, *la Varaz*, *Richard*, *Prapioz*, *Jeman*. SCHEUCHZER in *Septimo* monte. In montanis etiam paſſim, in monte *Chaſſeralle*, *auf der Waſſerfalle*, *auf der Geiten*, in *Creux du Vent*, in rupibus *du Pertuis*, *Combe Bioſſe* &c. Etiam in planitiem deſcendit, ad ripam lacus *Rivarii* a SCHEUCHZERO lecta, a me in muris *Agauni*, ab HAGENBACHIO circa *Lauffen*.

Radix craſſa, lignoſa, ramoſa, multiceps. Caules numeroſi, flexuoſi, ramoſi, parum folioſi, dodrantales. Folia ad terram conferta, ex nigro virentia, ſubſcabra, petiolata, elliptica, integra, aut rariter, aut continuo dentata, denique pinnata, ad caulem pauca, linearia. Spicæ nudæ. Calycis folia ovato lanceolata, cava, violacea. Petala ſubrotunda, alba, patula, emarginata. Inter ſtamen breve & germen glandula, quæ id ſtamen curvat. Siliqua exigua, tamen inflata, piriformis, ſuperne latior. Stylus brevis. Stigma emarginatum. Semina utrinque fere duo ad quatuor, ex ovatis acuminata.

Varietas *β*. folia integra habet, brevibus pilis ciliata, paniculam ſexfloram, aut paulo ultra.

*491. ALYSSUM foliis radicalibus petiolatis, hirſutis, caulinis lanceolatis, leviſſimis, *Emend. VI.* n. 64. †

Alyſſoides fruticoſum Leucoji folio viridi T. R. H.

Rara planta abunde provenit ad exitum torrentis *le Trient*, qua erumpit in planitiem prope *Octodurum*. Circa *Martigny* & *S. Branchier*.

Radix grandis, perennis, lignea, multiceps. Folia ex radice plurima, longe petiolata, raris & longis pilis ciliata, nervo lato, fine ovato, lanceolato, cochlearis ſimili. Caules non ramoſi, pedales, cubitales, toti tecti foliis ovato lanceolatis, acute mucronatis, levibus, glaucisque. Flores caulem, quaſi denſa umbella, coronant, facie perfecta Leucoji, longis in petiolis. Calyx longus, tubuloſus, duobus foliis in obtuſum calcar deorſum productis, duobus brevioribus, rectis. Petala caryophyllea, lutea, inodora, ungue lato, parte colorata emarginata. Stamina filamentis latiuſculis, duo breviora, omnia glandula ſua cincta, ut ſenæ ſint, quatuor majores, minores duæ. Fructus inflatus, veſicæ ſimilis, duabus lineis percurſus, fere quadrangularis, ſtylo prælongo coronatus, in fine craſſiori. Septum pellucidum, planum, ovale, valvis parallelum. Semina in utroque loculo fere ſena, de ſuperiori parte pendula.

Sapor & odor Naſturtii.

Ob characterem miſtum, fructus quidem Alyſſi, floris vero Leucoji ſimili, & calcaria calycis novum genus conſtitui, quod ILL. OEDERI nomini dicavi. Ne tamen nimium mihi ſumam, ſufficiat indicaviſſe.

Alyſſum fruticoſum incanum in Helvetia non reperi, in ſabuloſis Germaniæ frequens.

492. ALYS-

k) *Oecon, Nachricht. IV.* p. 897.

l) KUNHOLD. *exper.* p. 303.

492. ALYSSUM ſubfruticoſum, foliis ellipticis, ſcabris *Emend. II.* n. 2.
Alyſſon CAMER. *Epit.* p. 558. *n.* 2.
Jonthlaſpi luteo flore incanum, *diſcoides*, *umbellatum*, *montanum* COLUMN. p. 280. 281.
Thlaſpi montanum incanum luteum C. B. *Prodr.* p. 49. *Serpylli folio majus* ZWINGER p. 429.
Thlaſpi thymi folio, *utriculo ſubrotundo mucronato*, *hiſpanicum* BARRELIER *ic.* 807. BOCCONE p. 72. *t.* 67.
Alyſſum ramulis ſubfruticoſis, *diffuſis*, *foliis punctato echinatis* LINN. *II.* p. 907.
Alyſſon montanum JACQUIN. p. 258.

C. B. circa *Birsek*, ubi Cl. LA CHENAL reperit in rupibus, e regione arcis. Abunde reperi ad rupes ſabuloſas *Gieſenau*, & montis *Pinzberg*, prope *Burgdorf.*

Radix ramoſa, multiceps, perennis. Caules numeroſi, decumbentes, aut ſemiſubrecti, non ramoſi, dodrantales, hirſuti. Folia ſcabra, incana, hirſuta, ad terram petiolata, oblonga, ad caulem ſimilia, etiam petiolata. Flores, quam ſequenti majores, longe petiolati. Calycis folia ovato lanceolata, paulum deorſum turgida, pallide lutea, decidua, ſcabra. Petala multo majora quam in ſequentibus, læte flava, ex ungue lateſcunt, ſine cordiformi. Stamina quatuor de flore eminent, duo breviora. Filamenta lata, plerumque ſub anthera ramum exigunt, ſeu ſpinulam *m*): quæ aliquando ita magna eſt, ut filamenta bidentata videantur. Silicula ovata, utrinque modice tumens, & quaſi foſſa circumſcripta, emarginata, ſcabra. Semina utrinque duo, lenticulata, quorum alterum ſæpe abortit. Sylus multo quam ſequenti ſpeciei longior. Siliqua magis ovata.

*493. ALYSSUM caulibus fruticoſis, diffuſis, foliis ſubrotundis, incanis GERARD. p. 352. t. 13. f. 2. †

Ex monte *Cenis* ALLIONIUS, & ad glaciales moles montis *Stok* Valeſiæ ſuperioris Cl. RICOU.

Valde ad priorem plantam accedit, natura perenni, foliis albis, incanis, ſcabris, calyce florali flavo deciduo, petalis calyce majoribus. Differt figura foliorum brevi, ſerpylli, ſeu rotunda & lanceolata; habitu minori; floribus multo minoribus: caulibus interrupte folioſis & longiuſcule nudis, ſiliquis ſuo ſtylo longioribus. Filamenta ſæpiſſime ſimplicia, absque denticulo.

494. ALYSSUM foliis ellipticis ſcabris, calycibus perſiſtentibus.
Alyſſon CAMERAR. *Epit.* p. 473.
Alyſſon minimum CLUS. *Pannon.* p. 473.
Thlaſpi Alyſſon incanum, *luteum*, *lunato articulo* BARRELIER *icon* 908. *II.* & 912. *n.* 11.

Multæ alia plantæ huc pertinent.
Alyſſon caule herbaceo, *ſtaminibus omnibus dentatis*, *calycibus perſiſtentibus* LINN. *II.* p. 908.

Frequens planta verna ad vias macilentas, in muris, & in agris ſiccis.

Radix annua, caules decumbentes, inde recti, ramoſi, pariter ſubaſperi. Folia anguſtiora, minus alba, magis cinerea, in noſtris certe. Calyx perſiſtens, hirſutus, viridis. Petala parum calyce longiora, diu perſiſtentia, denique alba. Fructus ſimilis, rotundior, ſtylo breviori. Semen ſimile, unum utrinque.

*495. ALYSSUM incanum, ſerpylli folio, fructu nudo I. R. H.
Alyſſon caulibus herbaceis, *foliis punctatis*, *ſilicis ſubrectis*, *reticulatis*, *nudis* GERARD. p. 751.
Thlaſpi Alyſſon dictum minus, *capſulis majoribus rotundis*, *non foliatis* MAGNOL. *botan.* p. 251.
Alyſſum caule herbaceo, *ſtaminibus ſtipatis pari ſetarum*, *calycibus deciduis* LINN. *II.* p. 905.

Ex Hiſpania habeo, & circa *Monſpelium* lectam plantam. Provenit circa *Branſon* Valeſiæ, cum aliis plantis Septimaniæ.

A priori differt habitu majori, foliorum, & caulis, fructu majori, calycibus deciduis, ſilicula aſpera, hirta, longiuſculis pilis. Nam filamenta perinde lata & dentata habet, neque ſetas Cl. LINNÆI invenio. Calyx viridis & ſcaber, flos exalbeſcens faciunt, ut verear, ne ſit varietas Alyſſi 494.

DRABA *n*) DILLEN. *nov. gen.* p. 122. LINN. n. 800.

ALYSSI ſpec. TOURNEFORT.

Fructus oblongus, ellipticus, acuminatus, compreſſus, non inflatus, ſtylus plerumque brevis *o*).

496. DRABA

m) Conf. JACQUIN. *vindob.* p. 114.

n) Draba hirta cis cubiti altitudinem, tenues ramos ſpargit, & ex utroque latere folia ceu Lepidii, molliora, candidiora: in cacumine umbellam ſambuci gerit, candidos flores habentem DIOSCOR. L. II. c. 151.

o) LINN.

496. DRABA cauliculis nudis, foliis subhirsutis, subdentatis.
Alsine minima TABERNÆMONT. p. 708.
β. Foliis incisis PETIVER. t. 48.
Bursa pastoris minima, oblongis siliquis, verna, loculo oblongo I. B. II. p. 937. Add. DILL. *nov. gen.* p. 123.
γ. Flore pleno RUPP. p. 89.
Ubique ad macilenta viarum, verno tempore.
Radix annua. Foliorum ad terram rosula, cum ad caulem vix ulla sint: viridia ea, subhirsuta, petiolata, elliptica, dente nullo, aut unico, etiam undique circumserrata. Cauliculi trientales, nudi. Calycis foliola ovata. Petala profunde divisa, alba. Siliqua elliptica, acuta, compressa, stylo brevi. Semina compressa, numerosa.
Laudat paronychiam GLANDORP. Videtur vires suæ classis habere.

497. DRABA caulibus subnudis, foliis tomentosis, ovatis.
Planta, quam in monte Splügen observavit I. B. II. p. 938.
Bursa pastoria alpina hirsuta C. B. *Prodr.* p. 51.
Draba foliis caulinis numerosis, incanis, siliculis obliquis LINN. *It. Oeland.* p. 192?
Draba scapo unifolio, foliis subhirsutis, siliculis obliquis, pedicillatis EJUSD. *Spec. II.* p. 897?
Draba Austriaca CRANZ p. 10. *t.* 1. *f.* 4.
Icon OEDERI *t.* 242. foliis, quam nostra, viridioribus, longioribus.
Draba stellata JACQUIN. p. 256. *t.* 4. *f.* 3.
Draba 6. GERARD. p. 345.
In alpinis saxosis, M. *Isenau*, *Audon*, *Prapioz*, *Taveyannaz*, *Pané-Rossa*, *Lavaraz* Aquilejensium. In monte *Kienboden*. In *Oberstaffel* Valesiæ. In monte *Pilato*. In descensu *Spelugæ* versus *Chiavennam*.
Habitus Drabæ vulgaris, similes cespites & foliosæ rosulæ. Folia breviora, ovata, molli & brevi lanugine tomentosa, vix dentata. Ad caulem folium sæpe, non semper, unicum, semiamplexicaule, ex ovato lanceolatum, dente fere unico; etiam bina vidi. Caules flexuosi, trientales & ultra. Petioli breviores, quam vulgari. Calyx subhirsutus, ovato lanceolatus, paulum gibbus, subfuscus. Petala alba, ovata, integra. Stamina duo breviora. Siliqua priori similis, glabra, ovata angustior, stylo brevi, stigmate capitato. Semina numerosa, ovata, acuminata.

498. DRABA caulibus nudis, foliis linearibus, ciliatis.
Icon GESNERI *lign.* 112.
Sedum petræum, montanum LOBEL. *advers.* p. 163. *ic.* p. 380.
Sedum alpinum sextum CLUS. p. 491.
Leucojum luteum aizoides montanum COLUMN. *II.* p. 62. absque *icone*.
Alysson alpinum, hirsutum SCHEUCHZER *It. II.* p. 130. *luteum* EJUSD. *It. VII.* p. 509. I. R. H. MILLER *icon t.* 20.
Icon OEDERI *t.* 56. aliquantum differt, foliis valde latis, non satis conspicue ciliatis.
Draba scapo nudo simpici, foliis lanceolatis, integerrimis LINN. *II.* p. 896. Conf. JACQUIN. p. 254.
Alpina & montana, passim in planitiem descendit *zur Clus* Solodurensium: in monte *Reichenstein* p) circa *Rutschenette* &c. *Aux Rochers de St. Sulpice, près du pont de la Reuse* DIVERNOI.
Radix perennis, lignosa, multiceps, multas rosulas foliosus exigit. Eæ fiunt numerosissimis foliolis reclinatis, subluteis, duris, gramineis, per oras ciliatis, nervo depresso. Caules nudi, trientales. Cralyx deosum gibbus, erectus, lanceolatus. Petala flava, ovata, ambitu integro. Silicula aspera, hirsuta, ovata, utrinque acuminata, brevior quam prioribus, stylo longo, polysperma.

499. DRABA caule ramoso, foliis cordatis, dentatis, amplexicaulibus LINN. II. p. 909 *It. Oeland.* p. 192.
Draba minima muralis discoides COLUMN. p. 272. 274.
Bursa pastoris major loculo oblongo C. B. *Prodr.* p. 50. *Basil.*
Myagroides subrotundis serratisque foliis, flore albo BARRELIER *ic.* 816.
Rarior planta. C. B. circa *Burgligen*, ad *Birsam*, ad *St. Jacob*, ad Rheni ripam, *am Rheinschänzlein*: in villa prope *S. Margret*, circa *Crenzach*, *Friedlingen*, *Rieben*, & inter portam *Steinenthor*, & viam *Mönchenstein*. In ipso pago *Binningen*. Ad sepes umbrosas circa Basileam passim LA CHENAL.

p) *Basl. merkw.* II. p. 169.

Caulis brachiatus, parum tamen ramosus. Folia lata basi caulem amplexa, hirsutie aspera, breviter cordata, acute circumserrata, ad radicem pauca, petiolata, ovata, integra, aut dentata. Petioli florigeri longi, patuli. Flores exigui. Calyx ovatus, fuscus. Petala alba, paulo calyce majora, subrotunda. Siliquæ oblongæ, ovatis angustiores, brevi stylo, habeo & ovatas, breviores, seminibus quinis & senis. Stamina etiam duo tantum & quatuor *q*).

LUNARIA TOURNEFORT. t. 105.

LINN. 809.

Calycis erecti duo foliola deorsum gibba *r*). Silicula latissima *s*), pro portione longitudinis, planissima. Semina reniformia, compressa, marginata *t*). Glandulæ quaternæ, una utrinque inter stamen breve & germen, alia inter calycem & id stamen *v*).

500. LUNARIA perennis, siliquis ovatis lanceolatis.
Viola latifolia, lunaria, odorata CLUS. *hist.* p. 297.
Viola lunaria major perennis, siliqua oblonga. Ic. Reg.
Lunaria major, siliqua longiore I. B. II. p. 882.

β. Omnino nostra odorata est, huc ergo pertinet
Lunaria minor odorata FABRIC. apud ARETIUM p. 235. b.

In sylvis, circa *Creux du Vent.* In dumetis & rupibus ad dextra *Portæ Saxi* abunde legi. In monte *Thuiri.* In *Saleva* monte I. B. Circa *Wesen* C. GESNER. In M. *Galanda* FABRICIUS, in *Fracto* I. C. BAUHINUS. In *Juræ* vallibus passim Cl. GAGNEBIN, *à la Combe Biosse, Combe de Beaufonds, Creux de Champ, Cul de Prés, Poulins, Rochers de Vausseyon.*

Radix perennis. Caulis tripedalis, brachiatus, erectus. Folia inferiora conjugata, superiora alterna, longe petiolata, cordata, circumserrata, hirsuta. Flores sparsi. Calyx coloratus albus, subviolaceus, duo folia habet quasi in calcar deorsum producta. Petala caryophyllea, ungue lato: bractea pallide violacea, odorata. Siliqua ex ovata hinc & inde lanceolata, longo stylo. Septum & valvulæ argenteæ.

Ab hortensi annua facile distinguitur, etiam calyce, qui huic subhirsutus, ex viridi purpureus, & flore, qui inodorus est & purpureus. Addit LINNÆUS, folia hortensi opposita esse; sed ea in utraque similia sunt.

Acerrima est, cum amaritie.

II. SILICULIS GEMELLIS.

BISCUTELLA LINN. n. 808.

THLASPIDIUM TOURNEF. t. 101.

Facile cognoscitur, cujus duo articuli *x*) sint, subrotundi, plani, monospermi *y*), exigua parte conjuncti. Stylus longus *z*). Glandulæ sex, una utrinque inter stamina majora & stylum: una utrinque inter stamen majus *a*) & minus.

501. BISCUTELLA *b*) silicula levi, foliis asperis, dentatis.
Icon C. GESNER. *lign.* 114.
Thlaspi clypeatum CLUS. *Pannon.* p. 471.
Leucojum Alyssoides, umbellatum, montanum COLUMN. p. 283. 284.
Leucojum luteum minus, Hieracii folio BARRELIER. *ic.* 1227.
Thlaspi biscutatum Hieracii folio, pallido flore EJUSD. *ic.* 902. ex CLUSIO.
Thlaspidium Monspeliacum Hieracii folio hirsuto I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 50.
Biscutella siliquis orbiculato didymis, a stylo divergentibus LINN. *II.* p. 911.

Nihil vulgatius in pratis alpinis omnibus, ut singula recensere tædiosum fuerit. Etiam in planitiem descendit, *au Furet;* sic in aridis collibus SCOPOLI. In *Juræ* montanis nusquam reperi.

Folia

q) GOUAN. *hort.* p. 313.
r) TOURNEF. C. G.
s) E.G.H.I.
t) N.O.
v) SCOPOLI p. 514.
x) TOURNEF. E.F.G.H
y) K.
z) Ad E.F.I.
a) SCOPOLI p. 514.
b) Alyssum exiguus frutex, unicaulis, subasper, foliis rotundis, fructu duplicium scutorum effigie, in quo semen, quadantenus latum DIOSCORID. III. c. 89.

Folia ex radice multa, petiolata, ſicca, hirſutie aſpera, dentibus diſſitis, rectis, acutis, ambitu univerſo elliptico. Caulis pedalis, cubitalis; ad eum folia pauca, ſeſſilia. Calyx ſubluteus, erectus, paulum deorſum gibbus. Petala ex ungue anguſto dilatata, ſubrotunda, ſulfurea, Leucoji odore. Siliculæ leves, ſtylus ex hilo multo, quam ſiliqua longior, ſiliculam bipartit. Semen compreſſum.

Sapor ſinapinus acerrimus.

Biscutella auriculato fructu ſcabro, quæ *Thlaſpi biscutaceum*, *luteum*, *Anchuſæ folio* BOCCONE *Muſ. di piant.* p. 167. 122.

Leucojum montanum, *flore pedato* COLUMN. *II.* p. 59. 61.

Thlaſpidium Anchuſæ folio SCHEUCHZER *It. V.* p. 428. *It. VII.* p. 519.

Quæ eadem in monte *Joch*, verſus *Engſtlen*, ſupra *Waldnacht*, & alibi a Cl. SCHEUCHZERO dicitur lecta eſſe, & cui calyx inſigniter deorſum producitur, & ſilicula major, prælongo ſtylo, tota aſpera eſt, eam non credo in Helvetia provenire, & vehementer ſuſpicor, etiam ex SCHEUCHZERI deſcriptione, noſtram ab eo viro intelligi.

III. SILICULA BILOCULARI, SEPTO AD VALVAS NORMALI.

CORONOPUS d) *Enum. Stirp. Helvet.* KNAUT. *method.* p. 169.

Non credidi, in tanto fructus diſcrimine, poſſe hanc plantam cum Cochlearia manere. Proxime a Biscutella recedit, fructus duobus articulis paulo, quam circulus, minoribus, totis criſtatis & verrucoſis, monoſpermis.

502. CORONOPUS RUELL. p. 373. BLAKWELL. t. 120.

Icon æn. GESNERI 119.

Pſeudo-Ambroſia CAMERAR. *Epit.* p. 596.

Coru cervi alterum genus DODON. p. 110.

Naſturtium ſylveſtre capſulis criſtatis T. *autour de Paris* p. 26.

Cochlearia foliis pinnatifidis LINN. *Spec.*

Icon OEDERI *t.* 202.

Circa Genevam ad vias abunde I. B. Baſileæ in viis lutoſis. Inter *Dornach & Arlesheim*, *vorm Spalenthor*, verſus pontem *Birſæ*, in *Muttenz*, *Münchenſtein*.

Habitus ſingularis. Radix multos caules decumbentes edit, ramoſos, vix dodrantales. Folia nervo lato, pinnarum paribus tribus, ad quinque, extrema impare, progrediendo majoribus, ſemipinnatis, aut profunde, aut acute, inciſis. Ad caulem petioli breves, ſex, aut pauciorum florum, foliis multo breviores. Flores breviſſime ad eum pediculum petiolati, pene ſeſſiles. Calycis foliola ovata. Petala patula, ovata, leviter emarginata, ungue lato. Fructus transverſim latus, qualem dixi, ſtylo brevi, deciduo, ut totus fructus renis figuram referat.

Hæc planta aliquam celebritatem nacta eſt, poſtquam eam uſtam JOANNA STEPHENS ſuo ad calculum medicamento admiſcuit. Cæterum acris planta eſt & naſturcina.

NASTURTIUM e).

COCHLEARIA TOURNEF. t. 101. fructu rotundo, acuminato, gibbo.

NASTURTIUM TOURNEFORTII t. 102. fructu rotundo, gibbo.

& LEPIDUM TOURNEF. t. 103. fructu lanceolato.

& THLASPI TOURNEF. t. 101. fructu rotundo, compreſſo, alato.

& BURSA PASTORIS TOURNEF. t. 103. fructu triangulari.

LEPIDII LINN. *Spec.* n. 802.

& THLASPI LINN. n. 805.

& COCHLEARIA LINN. n. 803.

Difficillima harum plantarum eſt diſtinctio, ut etiam aliam viam, quam olim, LINNÆUS ingre-

d) Inter olera Coronopus ARETÆUS *cur. acut.* L. II. c. I. Cum beta & aliis glutinoſis numerat IDEM *cur. acut.* I. c. 1.

e) Καρδαμον olus urinam & ſputum movens SUIDAS II. p. 242. Naſturtium SEXTIUS contra ſerpentes laudat PLIN. L. XX. n. 50.

ingrediatur, & numerum ſeminum, quo uſus fuerat, nunc negligat. Mihi ſignum a ſtylo deſumtum ſufficere videtur, cum ſilicula latior, anguſtior, vel paulo magis turgida, vel planior, non perinde videatur certa eſſe. Noſtro ergo Naſturtio brevis ſtylus eſt: & præterea calyx deorſum non gibbus: petala æqualia, patula: ſiliculæ valvæ duæ, oblongæ: ſemina utrinque aliquot.

*503. NASTURTIUM foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis, ſubſinuatis Linn. II. p. 903.
Cochlearia Dodon. *pempt.* p. 594. Wier *obſ.* p. 32. 33. *ic.* Oederi *t.* 135.
Cochlearia batava Blakwell. *t.* 227.

In rupibus vallis *f) Motier grand Val*, *aux Rochers de Moutier*, *près de la grande Caſcade de la Birſe*. In paludoſis verſus *le Furet*, primo vere, in foſſarum aggeribus.

Folia ad terram petiolata, in univerſum ſubrotunda, anguloſa: ad caulem inferiorem ſeſſilia, anguloſa, tamen petiolata, hamata: ſuperiora ſeſſilia, amplexicaulia, ex ovatis lanceolata, magnis dentibus & raris exſculpta, anguloſa. Calycis folia ovalia, cava *g*). Flos odoratus, petalorum unguis calycis longitudine: bractea rotunda *h*). Fructus rugoſus, gibbus, acuminatus *i*), qua tuba prodit bifidus: tuba brevis *k*), globulo ornata. Semina in utroque loculo quatuor.

Inter plantas naſturcinas eſt ex acrioribus, neque aqua ipſa deſtillata aut odore caret, aut viribus ab acida acetarum *l*): volatiles enim ſunt particulæ, quæ medicas virtutes poſſident, & de ſiccis foliis evaneſcunt *m*). Ad ſcorbutum *n*) princeps habetur auxilium, neque raro ſola, abundanter comeſta, aut ſingulos homines *o*), aut totas claſſes *p*) ſervavit. Etſi enim alia ſpecies *q*) eſt, quæ in ultimo ſeptentrione *r*) provenit, & ſapore eſt gratiori, amaro dulci *s*), atque mitiori *t*), non dubium eſt tamen, etiam noſtram iis viribus pollere. Acidum continet, ut calx injecta ſpiritum acidum *v*) expellat. Quare merito putredini reſiſtit *x*), quæ in ſcorbuto adeo manifeſta dominatur. In febribus malignis juſcula viribus Cochleariæ imbuta non propinaverim, cum ſanguinem diſſolvat *y*). Succum autem herbamve recentem prætulerim ſpiritui, quando internus uſus requiritur; iſtum vero, quando gingivas confirmare oportet. Acriorem eſſe Raphanum, aut Armoraciam, facile dederim *z*). Olei non exiguam *a*) portionem continet, ſaliſque lixivi *b*).

*504. NASTURTIUM foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis Linn. II. p. 904.
Raphanis magna Dodon. *pempt.* p. 678.
Raphanus ruſticanus, *craſſa radice*, *lapathi folio* Lobel. *ic.* p. 320.

Circa Nidoviam Cl. Gagnebin. Lauſannæ C. Gesner. Gottingæ abunde.

Radices longæ, ramoſæ, acerrimæ. Folia radicalia maxima, petiolata, craſſo petiolo, ovata, aut longiora, nervoſa, rotunde crenata, glabra; aliquando etiam ſemipinnata, & pinnata, & graciliter diviſa. Caulis pedalis, cubitalis, ſuperne ramoſus, pene nudus, ramis paniculatis, laxe ſpicatis. Folia caulina radicalibus ſimilia, ſeſſilia, crenata. Calycis ſegmenta ovata, non gibba. Petala alba, odorata, ovata, calyce longiora. Silicula fere ovata: tuba craſſa, globulo terminata.

Sapor & odor radicis peracris, multis gratus, ut in cibos & ad intinctus recipiatur. Extracti gummoſi copia abundat, oleum tamen etiam eſſentiale, & acerrimum, & ponderoſum, parca quidem copia continet *c*). Aqua ſtillatitia acerrima eſt *d*), liquor ſecundus acidus, cum miculis oleoſis adeo acidis, ut cum alcali efferveſcant *e*). Infuſum cum acidis non fervet *f*). Non adeo alcalina planta eſt, neque dat ante aquam ſal volatile *g*). Vis omnis eſt in planta recente, ſicca iners eſt *h*), ut etiam in

f) Negabat in Helvetia naſci Hildanus *Cent. V.* c. 5.
g) Tournef. t. 101.
h) A.B.
i) E.H.
k) Ad C. E. H.
l) Altman. l. c. p. 26.
m) Repete Eumd. p. 15.
n) Stahl. *Scorbuti & luis venereæ diverſa ſigna. Anc. Mem. II.* p. 182. Egede *gaml. Grönl. I.* p. 48. *Relation des Voyag. au Nord I.* Debes p. 120.
o) De ſe ipſo David Cranz. *Grönl.* p. 85.
p) *Relation.*
q) Martens *Spizberg* p. 45. *Phil. Tranſ.* n. 456. Marina plus dat ſalis fixi Grew. p. 251.
r) In *Waygaz Relat. de trois voyages des Hollandois au Nord*, p. 185. in *Spizbergia* Iid. in *Feroe* Debes p. 120.
s) Inſipida *Phil. Tranſ.* n. 456. Eadem cum ſua terra adlata Londini acris facta eſt.
t) Lind. p. 263. Cranz.
v) Rouelle apud Quesnai *œcon. anim. I.* p. 359.
x) Pringle *diseaſ.* p. 405.
y) Binninger. *Act. Helvet. II.*
z) Stahl. *de hydr. aſcit.* p. 36.
a) *Hort. German.* p. 273. b.
b) In libris ſex, uncias ſex Du Hamel *hiſt.* p. 246.
c) Cartheuser *mater. medic.* p. 410. Neuman. T. I. P. I. p. 175.
d) Cartheuser p. 383.
e) ibid.
f) Altman. p. 33.
g) Neuman. p. 173.
h) Idem p. 171.

in pulverem raſa celeriter fatua reddatur *i*). In ſcorbuto, ut aliæ hujus claſſis plantæ, adhibetur. In Rustingii *k*) familia pro arcano fuit. Succo radicis quotidie ſumto ſanatus *l*) hydrops. Ex radice infuſa cum aqua, ad ſelibram in unciis *m*) aquæ octodecim, bonum fit medicamentum emeticum. Folia impoſita ad eryſipelas *n*) adhibeatur.

*505. NASTURTIUM (Lepidium) foliis ovato lanceolatis, integris, ſerratis Linn. II. p. 899.

Lepidium Plinii Dodon. p. 716.

Lepidium Æginetæ Tabernæm. p. 456.

Lepidium o) Camerar. *Epit.* p. 378. 379.

In altiſſimis alpibus, ut in monte *Prapioz. Aarbergæ* ad *Arolam*, *Urbæ*, *Spiræ*, & alibi in ruderoſis. Etiam in Anglia & Hibernia *p*).

Planta recta, cubitalis, folioſa, racemis floriferis ex alis foliorum abundantibus. Folia ex ovatis obtuſa, mucronata, glabra, & ſolida, tenuiter ſerrata, ut tamen ſæpe margo convolutus denticulos abſcondat. Racemi florigeri magni, denſiſſimi, ſuper omnes congeneres multiflori. Flores perexigui. Calycis ſegmenta ovata *q*), deorſum non gibba. Petala alba, brevi petiolo, bractea ovali. Duo de more ſtamina breviora. Silicula ſubcordata, acuminata *r*). Stylus brevis *s*), apice globoſo.

Acris & naſturcina, in cibos recipitur: acoris ſigna edit, languentem ventriculum excitat; ad hydropem avertendum confert, & ad ſcorbutum *t*).

506. NASTURTIUM fruticoſum, foliis linearibus, glaucis, ſubhirſutis.

Thlaſpi fruticoſum Thymbræ folio, hirſutum C. B. *Hort. Ox.* Scheuchzer *It. VII.* p. 519.

Thlaſpi fruticoſum alterum Lobel. *ic.* p. 218. Rai. Tabernæmont. p. 464.

Thlaſpi hiſpanicum albo flore Clus. p. cxxxii. floribus capitatis.

Thlaſpi fruticoſum alterum Lobelii I. B. II. p. 990.

Idem puto *Lepidium foliis ſubulatis indiviſis, ſparſis, caule ſubfruticoſo* Linn. *II.* p. 899.

Scheuchzerus in arenoſis Valeſiæ inferioris, ubi nuper non reperta eſt: incerta civis.

Radix lignoſa, multiceps, maxima. Caules erecti, ramoſi, ab imo ad ſummum florentes ramos exigunt. Folia linearia, pulpoſa, cinerea, ſubhirſuta. Flores parvi. Calyx perexiguus, ovatus. Petala majora, alba. Silicula grandis, ovata, cum hilo, & ala in parte ſuperiori. Stylus brevis.

507. NASTURTIUM foliis imis pinnatis, inciſis, ſuperioribus linearibus, integerrimis.

Iberis v) Matthiol. p. 293. cum foliis inferioribus, Camerar. *Epit.* p. 184. Blakwell. *t.* 312. non bene.

Iberis II. Tabernæmont. p. 457.

Lepidium foliis diandris x), *tetrapetalis, foliis inferioribus lanceolatis, ſerratis, ſuperioribus linearibus, integerrimis* Linn. *II.* p. 900.

Per vias *à la Vaux* ad muros, *Viviſci*, *Seduni*. Dicitur etiam ad *S. Jacob* naſci, prope Baſileam.

Caulis bipedalis & ultra, ramoſiſſimus, erectus. Folia prima lata, longe petiolata, elliptica, varie circumſerrata, ad juniorem, & necdum florentem caulem ſimilia, elliptica, ſemipinnata, deinde acute ſerrata. Hæc mature exareſcunt, & ad caulem alia folia ſuccedunt, graciliſſima, linearia, integra. Flores perexigui, calycibus ovatis, fuſcis; petalis ſubrotundis, lacteolis. Stamina omnino *y*) ſena, quorum duo breviora. Silicula lanceolata, acuminata, quoque loculo inferius gibbo, ſuperius acuminato, ſtylo brevi. Semen utrinque unicum, ovale, acuminatum. Glandulæ quatuor inter ſtamina majora & minora *z*).

Odor fortis naſturcinus *a*).

i) Idem p. 176.
k) *Gebouw.*
l) Petzold. obſ. 16.
m) Short. p. 411.
n) Lange *remed. domeſt.* p. 298.
o) Lepidium herba vulgo nata acris, exulcerans, iſchiadicis trita præſenti eſt auxilio Dioscor. II. c. 170.
p) Smith *nat. hiſt. of waterford.* p. 310.
q) Tournef. C.
r) D.E.F.G.H.
s) ad F.
t) Wedel. *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 6. obſ. 8. 9.
v) Iberis circa ædificia naſcitur, flore luteo, cujus radix tuſa ad crus iſchiadicum valet, & pene ſinapiſmum æquat Aetius L. XII.
Iberis folia habet Naſturtii, vere virentiora, caulem cubitalem aut minorem, florem lacteum de Diosc. I. c. 147.
x) Etiam Gouan. *flor.* p. 145.
y) *Emend. II.* p. 5. n. 6.
z) Scopoli p. 513.
a) Servilius Damocrates plantam invenit, quam carmine celebratam dixit Iberida, circa parietinas. Semper floret. foliis naſturtii, caule cubitali, ſemine minimo, radice naſturtii odore, ad coxendicum rheumatiſmos utilis Plin. L. XXV. n. 49.

508. NASTURTIUM apetalum, foliis pinnatis, radicalium pinnis semipinnatis, caulinorum simplicibus.
Thlaspi angustifolium Fuchs p. 307.
Nasturtium sylvestre Osyridis folio C. B. *Bas.* p. 30.
Lepidium foliis diandris apetalis, foliis radicalibus dentato pinnatis, ramiferis, linearibus, integerrimis Linn. *II.* p. 900. Oeder. *t.* 184.
Passim *Rupe*, *Vivisci*; in agro *Vaudensi*. Basileæ ad pontem *Birsæ*.
Caulis pedalis, ramosus. Folia ima pinnata, pinnis dilatatis, dentatis, semipinnatis, superioribus linearibus; suprema folia simplicia, linearia. Flores perexigui. Calyx coloratus, gibbus, foliis ovatis. Petala nulla. Silicula ovata, hilo minimo, styloque. Stamina tantum duo *b*). In quoque loculo semen unicum.
Odor & sapor acerrimus. Spiritum acrem dat *c*).

509. NASTURTIUM foliis imis petiolatis ovatis, caulinis sagittatis, dentatis.
α. Folio serrato, molliter hirsuto.
Thlaspi latifolium Fuchs p. 306.
Thlaspi II. Tabernæm. p. 458.
Thlaspi vulgatius I. B. II. p. 921. I. R. H.
β. Varietas folio glabro, vix serrato.
Thlaspi I. Matthiol. p. 566.
Thlaspi Camerar. *Epit.* p. 336.
Thlaspi arvense, acetosæ folio C. B.
Thlaspi vulgare Blakwell. *t.* 407.
α. β. *Thlaspi siliculis subrotundis, foliis sagittatis, dentatis* Linn. p. 902.
Utraque varietas ad agrorum semitas, ad muros.
Caulis non ramosus, nisi ex summa parte, cubitalis, erectus, molliter hirsutus. Folia conferta caulem obtegunt, mollia, plerumque breviter hirsuta: ima petiolata, alia pinnata, tribus fere pinnarum paribus, impare ovato: alia semipinnata incisa, & laciniata; alia ovata, serrata. Utraque continuo marcescunt. Ad caulem sunt oblonga sagittata, hamis acutis, plerumque dentata, amplexicaulia. Calycis foliola ovata, macula ovali notata. Petala patula, alba, ungue gracili: bractea subrotunda. Silicula hirsuta, ex ovata contractior, emarginata, summa parte inani, inferius gibba, ut alata videatur. In utroque loculo semina duo. Stylus semper brevis.

510. NASTURTIUM foliis imis ovatis, reliquis amplexicaulibus, cordatis.
Thlaspi oleraceum Tabernæm. p. 462.
Thlaspi alterum mitius rotundum Columm. p. 276.
Thlaspi siliculis obcordatis, foliis caulinis cordatis, glabris, subdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoso Linn.
Thlaspi perfoliatum Jacquin. p. 259.
In agris, urbium vallis, collibus macilentis.
Caulis rectus, vix ramosus, a duabus unciis ad cubitum altus. Folia ima petiolata, ex ovatis acuminata: inde ovata quidem, sed circa caulem hilo in duos hamos obtusos divisa, qui caulem transmittunt: superiora sagittata, levia omnia: integra eadem, nonnunquam obiter serrata. Flores perexigui, non numerosi. Calycis folia ovata: petala alba, ex brevi ungue, ambitu elliptico. Stamina duo breviora. Siliqua majuscula, superne etiam aliquo spatio vacua, emarginata, stylo perbrevi, de intervallo exeunte. Semina utrinque tria, aut quatuor. Glandulæ quatuor *d*).

511. NASTURTIUM (Thlaspi) siliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris, Linn. II. p. 901.
Thlaspi e) Blakwell. *t.* 68.
Thlaspi II. Matthioli p. 567.
Thlaspi cum siliquis latis I. B. II. p. 923.
Thlaspi majus Tabernæmont. p. 458.
Thlaspi II. seu alterum Camerar. *Epit.* p. 337.
Hortorum & agrorum frequens vitium.

Caulis

b) Gouan *flor.* p. 145.
c) Protten *Act. hafn. I.* p. 134.
d) Scopoli p. 513.
e) Thlaspi duorum est generum: angustis foliis digitum longis, latis, in terram versis, in cacumine divisis, caule semipedali, non sine ramis, fructu in latius se pandente, peltarum specie, semine incluso, lenticulæ effigie, flore albo Dioscorid. II. c. 150. Plin. L. XXVII. n. 13.

Caulis brachiatus, pedalis & ultra, angulosus. Folia glabra, sublutea, ima petiolata, ovata, etiam dentata & fere semipinnata, caulem amplexa, hamata, longe elliptica, circumserrata. Flores perexigui. Glandulæ quatuor inter stamina majora & minora *f*). Calycis segmenta ovata, petala alba, leviter emarginata. Siliculæ planæ *g*), nostratium latissimæ, magnis alis veram, ovatam, siliculam undique augentibus. Hilus *h*) insignis, stylus perbrevis. Semina nigra, utrinque quatuor ad novem, sulcis parallelis inscripta.

Odor alliatus, mihi pestilens, qui vaccarum in lac transit *i*), quæ hoc Thlaspi depascunt, ut videatur vi alcalina & putrescente excellere, & olei copia, qua linum duplo superat *k*). Spiritum dat vehementer *l*) acrem, & theriacæ additur. Nuper ob suum fætorem in cumulos congestum, creditur curculiones *m*) fugare, & albos vermes, & ipsos cimices, quos crederes fætorem non reformidare.

*512. NASTURTIUM foliis pulposis, ellipticis, siliculis alatis, emarginatis.

Annon *Icon ænea* 118. C. GESNERI?

Lithonthlaspi quartum carneo rotundo folio COLUMN. p. 277. & *ic.* p. 279. inferior, absque nomine.

Thlaspi siliquis ellipticis, foliis lanceolato linearibus integerrimis HEBENSTREIT. *Nov. Comm. Acad. Petrop.* T. V. p. 339. cum *ic.*

Thlaspi siliculis subrotundis, foliis lanceolato linearibus carnosis, obtusis LINN. *II.* p. 901.

Novam civem Cl. NEUHAUS detexit, in rupibus circa *Ruchenette*.

Radix multiceps. Caules dodrantales, ramosi. Folia glauca, pulposa, elliptica, ima obtusa, superiora lanceolata. Folia calycis duo paulum deorsum gibba. Petala emarginata, alba, lineis roseis picta. Stamina sex, duo breviora: omnia antheris ad utrumque latus filamenti adnatis. Silicula magna, ovata, compressa, alata, thlaspidea; ala membranacea emarginata, totam siliculam ovatam ambeunte, lacera & dentata.

513? *Nasturtiolum alpinum capsulis Nasturtii hortensis* I. B. II. p. 918. †

I. B. in monte *Nombre* Rhætorum. Nemo recentiorum reperit.

Cauliculus quatuor unciarum. Folia crassa, angusta, elliptica.

Radix lignosa. Fructus pingitur ovatus, acuminatus.

Possit esse Nasturtium 512.

514. NASTURTIUM *n*) siliquis triangularibus.

α. Foliis serratis.

Bursa pastoris major, folio non sinuato C. B. *Prodr.* p. 50.

Whole shepherds purse PETIVER. *t.* 49.

β. Major foliis semipinnatis.

Bursa pastoris DORSTEN p. 54. b. CAMERAR. *Epit.* p. 340. BLAKWELL. *t.* 5.

Bursa pastoria major TABERNÆM. p. 199.

γ. Ejus varietas *foliis eleganter incisis instar Coronopi repentis* C. B. I. R. H. Duas icones habet PETIVER *t.* 49.

α-γ. *Thlaspi siliquis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis* LINN. *II.* p. 903.

Nihil vulgatius ad vias, in hortis ubique.

Folia subhirsuta, ad terram petiolata, nervo lato, pinnis conjugatis, progrediendo majoribus, simplicibus aut incisis, extrema pinna amplissime tridentata. In varietate tamen α. folia elliptica, aut vix dentata sunt, aut integerrima. Caulis erectus, cubitalis, brachiatus. Calycis folia elliptica, cava. Petala alba, patula, brevi ungue; bractea subrotunda *o*). Glandulæ quatuor *p*). In stylo brevi tuba globosa. Silicula triangularis *q*), sursum dilatata, emarginata, super hilum paulum gibba. Semina multa, ovata, stylo divisa.

Odore est fatuo, sapore omnino minus acri, quam aliæ hujus classis plantæ, glutinosam aliqui dicunt *r*). Plurimi auctores consentiunt, externo usu ad hæmorrhagias valere, &

f) SCOPOLI p. 512.

g) GESNER *Epist.* p. 93. b.

h) Thlaspi fructus linea incisus SPIGEL. *Isag.* L. I. c. 43. Conf. TOURNEF. t. 101. F.

i) K. *swensk. wetensk. handl.* 1750. *trim.* 2.

k) *Oecon. Nachricht.* T. II.

l) BORRICH. *hermet. sapient.* p. 371.

m) *Oecon. Nachricht.* l. c. & V. p. 425. 426.

n) Recte ad Thlaspi reduxit SPIGELIUS *Isag.* L. I. c. 43.

o) TOURNEF. t. 103. A.

p) SCOPOLI p. 513.

q) TOURNEF. E.

r) BUCHWALD p. 60.

& ad cephalalgias. Sed etiam interno usu, ad profusiones sanguinis de utero, & de pulmone, magnis auctoribus laudatur. Etiam aquam mictui sanguinis T. TURQUET opponebat, quam nullius momenti ex planta inodora exspectes. Bursa pastoris putrescens de hordeo curculiones fugat s).

515. NASTURTIUM foliis pinnatis, radicalibus ovatis, lanceolatis, caulinis linearibus.
Cardamine pusilla saxatilis, *montana* δισκοειδής COLUMN. p. 273. 274.
Nasturtium alpinum, *folio alato* RAI *syllog. exter.* p. 298. *hist.* p. 826.
An *Nasturtium montanum annuum tenuissime divisum* PLUKNET. *t.* 206. p. 4.
Nasturtium pumilum, *vernum* C. B.
Lepidium foliis pinnatis, *integerrimis*, *patulis*, *emarginatis*, *calyce minoribus* LINN. *It. Oeland.* p. 52. *Spec.* p. 899.
Lepidium Linnæi CRANZ. p. 7. *t.* 2. *f.* 4. 5.
Pro *procumbente* missum est.
An *Fine Cress* PETIVER *t.* 50. Accedit.

In monte *Saleva* RAJUS; ibidem *Gener.* DE SAUSSURE: *à la Porte du Sex*, primo vere.

In rupibus planta vix quatuor uncias adsequitur, in segetibus altius adsurgit. Ramosa tamen semper & brachiata, & foliosa est, utcunque exigua. Folia ad terram pinnata; pinnæ parium quinque, ad novem, petiolatæ, serpylli similes, lanceolatæ, extrema impare. Ad caulem pinnata quidem folia, sed gracilissima. Flores perexigui, longe petiolati, in petiolo sub calyce latescente. Calyx subhirsutus, albus, foliis ovato lanceolatis, concavis. Petala æqualia, alba, gracilia, elliptica, (sensim latescentia, leviter emarginata (DE SAUSSURE), calycis longitudine, vix dimidiam lineam longa. Stamina duo lateralia, parum breviora t). Fructus ovatus, compressus, neque tamen alatus, hilo nullo, nisi siliqua hiaverit. Stylus vix ullus. Stigmata integra. Semina in quoque loculo duo.

LEPIDIUM.

Huc plantas refero, similes Nasturtiorum, sed longo stylo.

516. LEPIDIUM foliis pinnatis, pinnis ovatis, æqualibus.
Cardamine alpina minima III. CLUS. *Pann.* p. 457.
Nasturtium alpinum, *tenuissime divisum* I. B. II. p. 918. SCHEUCHZER *It. I.* p. 44.
Lepidium foliis pinnatis integerrimis, *scapo subradicato*, *siliculis lanceolatis*, *mucronatis* LINN. *Cent. II. n.* 170. *Spec. II.* p. 898.
Lepidium alpinum JACQUIN. p. 258.
Lepidium Halleri CRANZ. p. 5. *t.* 1. *f.* 3.

In omnibus alpibus, ut enumerare longum sit, locis saxosis.

Radix simplex, exigua. Folia ad radicem in rosulam circumposita, pinnata, parium 2, 3, 4. extimo impare. Nervus latus, folia non acute lanceolata. Caulis paucarum unciarum, non ramosus, neque foliosus. Flores, quam Nasturtio ultimo, multo majores. Calycis folia ovata: petala lactea, rotunda. Silicula ovata, acuminata, non emarginata, nisi quando dehiscit. Stylus non longissimus, ad quartam partem siliculæ. Semina in quoque loculo quatuor. In siccis duas glandulas habere videtur, ad minora stamina v) positas.

In *Col de Ferry* folia omnino ovata reperi, quorum extremæ pinnæ ternæ confluunt.

517. LEPIDIUM caule repente, foliis ovatis, amplexicaulibus *Enum. Stirp. Helv.* ALLIONE *Spec.* p. 27. t. 4.
Thlaspi subrotundo folio, *utriculo gruinali* BARRELIER *ic.* 1305. *n.* 2.
An etiam *ic.* 848?
Thlaspi alpinum folio rotundiore carnoso, *flore purpurascente* I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 50. *It. II.* p. 143.
Iberis herbacea foliis ovatis, *caulinis amplexicaulibus*. *levibus*, *succosis* LINN. *II.* p. 905.

Alpina planta, in boreali catena alpium non rara, in *Wängialp*, *Gemmio* infra diversorium *die Daube*, in monte *Prapioz*; etiam in *Enzeinda*, *Chapuise*, *Ovannaz*, *sur Champ*, *Chaud commun*, *Javernaz*, *Rossélinaz*, *Joux verte*. In monte *Joch*, & *Segnes* Rhætorum SCHEUCHZER. In *Galanda*, monte *Pilato* &c. Lapides amat deciduos.

Radix

s) *Oeconom. Nachricht. V.* p. 425. 426.
t) In *Nast.* minimo verno foliis tantum circa radicem tantum duo GOUAN. flor. p. 147.
v) Habet ILL. SCOPOLI p. 512.

Radix longiſſime reptans, multiceps. Caules procumbentes, palmares, folioſi, non ramoſi. Folia ſucculenta, glauca, ovata, ad radicem petiolata; ſuperiora caulem amplexa; omnia rariter ſerrata vel integra. Umbellæ florales denſæ, Thlaſpidii cretici. Calyx lanceolatus. Petala obſcuriſſime inæqualia, ſi quidquam, ungue lato. Bractea purpurea, ovata. Stamina duo evidenter reliquis breviora. Siliqua longa, ex ovato lanceolata & una pene quadrata, ob lineam eminentem. Stylus lineæ longitudine. Semen in quoque loculo unicum.

? *Thlaſpi alpinum repens* BURSERI apud C. B *Prodr.* p. 99. RAI.

Circa *Thermas fabarias*. Nuper non viſum.

Cauliculi multi, per terram repandi, quinque denique unciarum. Folia ſubrotunda, inordinata. Siliquæ Lepidii 518. Sapor Erucæ.

An planta, quam modo diximus?

518. LEPIDIUM caule erecto, foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis amplexicaulibus, ſagittatis.

Thlaſpi Badenſe CLUS. *Pannon.* p. 465. 467.

Thlaſpi montanum, *Burſæ paſtoris folio* COLUMN. p. 275. 276.

Burſa paſtoris montana, *foliis Globulariæ* I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 32.

Thlaſpi ſiliculis obcordatis, *foliis glabris*, *carnoſis*, *radicalibus obovatis*, *integerrimis*, *caulinis amplexicaulibus*, *corollis calyce majoribus* LINN. *II.* p. 902.

In petroſis montanis & alpinis. In via, qua a ſylva *Geiten* deſcenditur ad vallem, quæ ducit ad montem *Vogelberg*. In M. *Muteti* latere occidentali. In *Chaſſeralle*, *Waſſerfall*, ſupra *Dornach*, circa *Delſperg*, inter *Soncebau* & *la Hutte*, *au Pertuis*; *beym St. Martins Clafter*; in *Creux du Vent*. Etiam in alpinis, ſupra montem *Gurnigel*; in *Pilato* monte, *S. Bernhard* &c.

Radix lignoſa, perennis, multiceps. Folia ad terram petiolata, ovata, firma, dente uno alterove notata; ad caulem diſſita, cordata, obtuſe amplexicaulia. Caules non ramoſi, vix dodrantales. Calyx coloratus, ovatus. Petala calyce duplo longiora, ovata, integra, lactea, æqualia *x*). Silicula pene triangularis, emarginata, ſed tumens: in quoque loculo ſemen unicum, lenticulare. Stylus fere ſiliculæ longitudine.

*519. LEPIDIUM caule erecto, foliis radicalibus ovatis, petiolatis, caulinis ovatis, amplexicaulibus *Emend. VI.* p. 17. n. 63.

Thlaſpi pumilum CLUS. *Pannon.* p. 468. 469.

Thlaſpi Vaccariæ folio, *Burſæ paſtoris ſiliquis* C. B. *Prodr.* p. 47.

Thlaſpi alpinum CRANZ. p. 25. *t.* 3. *f.* 1. ſed noſtro caulis non repit.

Thlaſpi ſiliculis obcordatis, *foliis ſubdentatis*, *caulinis amplexicaulibus*, *petalis longitudine calycis*, *caule ſimplici* LINN. *II.* p. 903.

Thlaſpi minimum HARDUINI *II.* p. 33. *t.* 15. *f.* 2.

In monte *Silvio* & *Stok* Valeſiæ, & in *Bernina* monte Rhætiæ.

Inter *perfoliatum Thlaſpi* & *Badenſe* ambigit.

Radix conica, fibroſa, multiceps. Folia ad terram petiolata, ovata; ad caulem ovata amplexicaulia, hamis breviſſimis, aut tantum ſeſſilia. Caulis dodrantalis, non ramoſus. Racemus umbellatus. Calyx ovatus, oris albis. Flos perexiguus, albus. Petala petiolata, ovata. Siliqua triangularis, ut tamen ad utrumque hili latus gibba ſit; ſtylo lineæ longitudine ex hilo erumpente.

IBERIS DILLEN. *nov. gen.* p. 123. LINN. n. 804.

THLASPI ſpec. TOURNEFORT.

THLASPIDIUM RIVIN.

Petala duo exteriora duobus interioribus majora *y*); reliqua Naſturtii, cum ſilicula emarginata *z*).

520. IBERIS foliis dilatatis, dentatis, floribus umbellatis.

Thlaſpi amarum TABERNÆM. p. 462.

x) Inæqualia viſa ſunt RUPPIO & LINNÆO in priori editione, ut Iberidi accenſerent.

y) Vide TOURNEF. t. 101. Thlaſpi ad A.B.C.

z) ibid. F.

Thlaspi umbellatum, arvense, amarum I. B. II. p. 925.
Thlaspidium folio Iberidis RIVIN. *tetrapet. inaug. t.* 112.
Iberis herbacea, foliis lanceolatis, acutis, subdentatis, floribus racemosis LINN. *II.* p. 906.
Basileæ versus *St. Louis.* Inter *Weyl & Haltingen* Cl. LA CHENAL. Circa Genevam RAI. Circa *Montcharan* abunde, & *Chexbre. A la Côte de Noiraigue.*
Caulis firmus, erectus, ex summitate ramosus & umbellatus. Folia succulenta, ex petiolo latescunt, & aliquot dentibus in apice inciduntur. Calyx plerumque violaceus, foliis ovatis. Petala alba, inæqualia, exteriora multo calyce longiora. Squama triangula, ad interiora staminis cujusque majoris, etiam minoris, sed illa maxima. Silicula compressa, subrotunda, emarginata, alata, alis acutis: in quoque loculo semen unicum. Stylus longus.

521. IBERIS foliis pinnatis, pinnis ovatis, acutis.
Pastoria Bursa minor DODON. p. 103.
Nasturtium petræum TABERNÆM. p. 451.
Iberis herbacea foliis sinuatis, caule nudo simplici LINN. *II.* p. 907. *Oelansk. resa* p. 139.
Circa *novam Domum* Basileæ *a)* & versus *Weyl & Haltingen*, in agris macilentis. Circa *Tavannes*; inter *Court & Sonvillers.* In agris circa *Colombier & Arreuse.* Genevæ inter segetes, circa *Thuiri & Saleva* RAI, *aux Tuilleries de Grandson.*
Concinna planta ad terram rosulas foliorum educit, terræ adpressorum, firmorum, pinnatorum, nervo latescente, pinnis parium fere quinque, eundo majoribus, cum nervo confluentibus, subrotundis, incurvis, subacutis, impare amplissima, sæpe trilobata. Caulis vix supra sex uncias longus, parum foliosus, aut ramosus. Flosculi exigui. Calycis folia ovata, perexigua, petalis breviora Petala alba, ovata, integra, duo exteriora majora. Silicula ovata, alata, emarginata. In quolibet loculo duo semina, compressa. Stylus nullus.

IV. SILIQUA UNILOCULARI.

RAPISTRUM TOURNEFORTII t. 99.

Fructus rotundus, monospermos, semine simili.

522. RAPISTRUM foliis amplexicaulibus, auriculatis, acutis.
Pseudo Myagri alia species minor, vasculis rotundioribus CAMER. *Epit.* p. 902. *n.* 5.
Myagro similis, capsula rotunda C. B. *Prodr.* p. 52.
Myagrum monospermon, hirsutum, siliquis rotundis LOESEL. p. 174. *ic.* 56.
Myagrum siliculis lentiformibus orbiculatis, punctato rugosis LINN. *II.* p. 896.
Circa *Beviaux* in segetibus. Circa *Moncharan & Biennam.* In Valesia prope *St. Aubin, aux Brassuts.* Neocomi. *Um Gundeldingen b)*, & versus *Münchenstein.*
Habitus cum Isatide consentit.
Caulis bipedalis, brachiatus. Folia amplexicaulia, sagittata, hirsuta. Flosculi exigui, in longas spicas dispositi. Calyx coloratus *c)*, lanceolatus, paulum deorsum gibbus. Petala ungue latescente, bractea ovata *d)*, flava. Siliqua rotunda *e)*, duabus lineis percursa, scabra, stylifera *f)*. Semen simile, unicum. Duo quidem sunt loculi, sed alterum semen constanter abortit, & septum latet *g)*.

ISATIS TOURNEF. t. 100. LINN. n. 824. & omnium auctorum *h)*.

Silicula elliptica, utrinque acuminata, compressa, emarginata *i)*, fungosa, bivalvis, valvis excavatis; in siliqua semen unicum, ovatum *k)*.

523. ISATIS foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis amplexicaulibus.
Isatis sylvestris FUCHS p. 330. CAMERAR. *Epit.* p. 410.
Isatis vel Glastum spontanea I. B. II, p. 909.
Isatis foliis radicalibus, crenatis, caulinis sagittatis, siliculis oblongis LINN. *II.* p. 936.

β. Se-

a) *Basl. merkw.* p. 703.
b) ib.. T. V. p. 367.
c) TOURNEF. C.
d) t. 93. A. B.
e) E.F.
f) F.
g) *It. Helv. II* n. 17.
h) Herba, quam Græci Isatin denominaverunt MARCELL. p. 162. Glastum plantagini simile, quo sibi Britanni colorem æthiopum pingunt PLIN. L. XXII. c. 1. Nil [Isatis] AVICENN. L. II. c. 2. Conf. WEDEL. *Dec. IV. exerc.* 9.
i) TOURNEF. t. 100. E.F.G.H.I.
k) ibid. GREW. t. 75.

β. Separat VAILLANTIUS ob fructum minorem. Dubitabat I. B. Conjungit LINNÆUS, recte, cum sativa in sylvestrem degeneret *l*)
Isatidem sativam SCHREBER *in proprio lib. descriptam*, quæ *Isatis* BLAKWELL. *t.* 245.
Spontanea abundat in Valesia, Seduni, & alibi. Ad ripam Rheni versus *Crenzach*.
Huic caulis foliosus, brachiatus, tripedalis. Folia sicca, subhirsuta; ima petiolata, ovata; superiora amplexicaulia, sagittata, hamis acutis dentata *m*), aut simplicia. Sativæ glabra sunt & glauca. Flores lutei, exigui, dense congesti. Calyx virescens, foliolis cavis, lanceolatis *n*). Petala flava, ovata *o*), ungue brevi, calyce majora. Stylus nullus, silicula pendula.
Sapor oleraceus *p*). Pro styptica planta habetur, ad hæmorrhagias, etiam interno usu utili *q*); neque ante *r*) putredinem salem volatilem exhibet. Odorem tamen, dum siccantur, pilæ urinosum & volatilem validum spargunt *s*). Post putredinem omnium abundantissimum salem volatilem suppeditat *t*). PARACELSUS ad morbum hypochondriacum laudabat. Infuso variolas morantes expelli *v*); idem medicamentum ad icterum valere *x*) & ad atram bilem solvendam *y*) legas.
Spontanea ad tinctorios usus *z*) inutilis est; sativa vero *Erfordi a*), in agro *Gothano*, & in *Gallia* eo fine colitur, quod colorem non quidem pulchrum, sed constantissimum largiatur, omnibusque coloribus obscuris sit pro fundamento *b*). Etsi enim ex ea succus veri *indici* similis parari potest; nimis tamen exigua ejus copia obtinetur *c*), neque sumtus reddit. Difficilis autem est Isatidis ad tinctorios usus præparatio, quæ etiam causa est, cur nostro ævo rarius colatur. Vulgo folia rotæ ope conteruntur *d*), ut etiam Gottingæ fieri vidi; ita pasta fit, quæ in acervum congeritur; donec crusta nigra adpareat, cujus fissuras claudere oportet. Post quindecim dies, ruptis acervis, ex ea pasta pilæ parantur *e*), adque solem intra viginti dies exsiccantur, eo meliori quo ardentior, aut in furno: eædem ligneis claris in pulverem conteruntur, qui aqua irroratur, & acervi iterum fiunt, in quibus fermentatio incipit, & calor, quem agitatione perpetua minuunt; ita siccus pulvis paratus est ad usus tinctorios. Alibi legi folia in sacco aqua circumfundi, ut putrescant, ita aquam cærulescere, & innatare pelliculam cæruleam, quæ removeatur, sequi aliam, aliasque, quæ vero indico sint comparabiles *f*). Idem obtineatas, infusis foliis, & pelliculis collectis, quæ in infuso natant.
Inter coquendum addatur Isatidi subinde cinis, & eo melior color fit, quo diutius coxeris.

V. SILIQUA IRREGULARI.

His plantis neque vere unus loculus est, neque duo, neque simplex, ut hactenus, siliqua. Plura per singula genera addentur.

MYAGRUM *a*) TOURNEFORT. t. 99.

MYAGRI LINN. n. 796. species.

Siliqua partim pyramidalis est, partim globosa. Pyramidalis loculus constanter semen continet, non item globosus.

*524. MYAGRUM loculo fecundo conico, sterili biloculari.
Myagrum monospermon C. B. II. p. 894.
Myagrum monospermon latifolium C. B. *Prodr.* p. 51. 52. MAPP. p. 206. BUXBAUM *Cent. I. t.* 3.
Myagrum hortense monospermon Hort. Aichst. æst. ord. 10. *t.* 8. *f.* 1.
Myagrum siliculis obcordatis, subsessilibus, foliis amplexicaulibus LINN. *II.* p. 893.

Hoc

l) SWITZER *septembr.* p. 59.
m) ARDUINI *mem.* p. 2.
n) D.
o) ib.
p) LINN. *öländsk. resa* p. 144.
q) *Chirurg. pharmac.* p. 104.
r) BURGHART.
s) SWITZER.
t) WEDEL *de sale volatili plantarum.*
v) CHOMEL.
x) IDEM. BOERHAAVE.
y) BOERHAAVE.
z) ASHRUC *Histoire naturelle du Languedoc* p. 323. sqq.
a) Erfordi optimum nasci BRUKMAN. *Epist.* 36.
b) DES SERRES p. 885. BRADLEY *anc. garden* p. 253.
c) SCHREBER *Saml. I.* p. 143. MARGGRAF *Mem. de Berlin* t. 20.
d) ASTRUC. l. c. p. 325. sqq. Conf. *Färb - Unterricht*, p. 259. 260. SCHREBER in lib. ARDUINI *mem.*
e) SWITZER ait, aqua irroratas sponte calefcere, & in pollinem tinctorium dilabi. Add. ARDUINI p. 7. 8.
f) MARGGRAF. *Mem. de l'Acad. de Berlin* XX. p. 23. Conf. SCHREBER *Saml. VIII.* p. 451. 452. JUSTI *œcon. nachricht.* n. 1.
a) Myagrum, aliis Melampyrum, herba est surculosa foliis rubiæ, tripedalis: ex semine oleum fit DIOSCORID. L. IV. c. 112. PLIN. L. XXVII. n. 81.

Rarior civis, STÆHELINUS legit circa *Bühlbenken* agri Solodurenſis, ubi plantas ſupereſſe vidit Cl. LA CHENAL.

Caulis perinde brachiatus. Folia glauca, levia, ad terram longe ovata, circumſerrata; ad caulem auriculata, leviter ſerrata, hamis brevibus. Flores parvi. Calyx lanceolatus, deorſum non gibbus. Petala luteola, elliptica, patula *b*).

Silicula fit fere pyramidali *c*) loculo, ſurſum baſin habente. Ei ſuperne adnaſcuntur duæ ſiliculæ *d*) ſemilunares, inter quas tuba robuſta & perſiſtens exit. Sed eæ ſiliculæ fere inanes ſunt, & in pyramidali baſi ſemen unicum continetur *e*), ovatum.

525. MYAGRUM ſiliculæ articulo primo ſtricto, altero globoſo ſtriato.
Ic. ænea GESNERI *n.* 125.
Rapiſtrum monoſpermon C. B. *Prodr.* p. 37. I. B. II. p. 845. MAPP. *Hort. Alſatiæ* p. 266.
Myagrum ſiliquis biarticulatis diſpermis, foliis extrorſum ſinuatis, denticulatis LINN. *II.* p. 893.

In Helvetia planiori non rarum, imprimis circa Aquilejam: in prato Salinarum, ſecundum ædificia exhalandæ aquæ ſalſæ deſtinata. Inter *Roche & Cheſſel* in agris: inter *Bözingen* & ſylvam *Bütenberg*. Circa Baſileam prope *novam Domum* & *Huningam f*): circa *Friedlingen*, *Neudorf*. RAIUS Genevæ legit.

Radix profunde depacta. Caulis cubitalis & ultra, brachiatus & diffuſus. Folia glabra, petiolata, ad terram ſemipinnata, pinnis triangularibus, dentatis, ultima latiori, obtuſa; ad caulem ſeſſilia, longe elliptica, dentata. Flores in brevi petiolo. Silicula non habet loculos ſecundum latitudinem ſibi adpoſitos, ſed ſecundum longitudinem impoſitos. Eorum prior ſtrictior eſt, obſcurius ſulcatus; alter rotundus, jugis ſerratis percurſus. Uterque ſæpe fertilis, alias alteruter. Calycis duo foliola recta, duo deorſum gibba. Petala magna, petiolata, emarginata, flava, odorata. Glandulæ quatuor.

Stylus longus, perſiſtens, globulo terminatus. In utroque loculo unicum ſemen.

BUNIAS LINN. n. 823. ſpecies *g*).
ERUCAGO TOURNEF. t. 103.

Fructus echinatus, brevis, quadrilocularis, loculis monoſpermis *h*).

*526. BUNIAS ſilicula tetragonia, alis quatuor emarginatis.
Eruca Monſpeliaca, ſiliqua quadrangula, echinata C. B. *Prodr.* p. 61.
Sinapi echinatum I. B. II. p. 856.
Bunias ſiliculis tetragonis, angulis bicriſtatis LINN. *II.* p. 935.
Icon GESNERI 113.

In Italia quidem, & inter *Bellinzona & Magaden*. Abunde tamen in ſegetibus circa *Chexbres*, & in Valeſia circa *Orſieres*, tum in *Valeſia inf.*

Caulis brachiatus, ramoſus, bipedalis. Folia radicalia petiolata, pinnata, pinnis profunde inciſis, triangularibus; ad caulem elliptica, dentata. Flores longe petiolati. Calycis ſegmenta erecta, deorſum non gibba *i*). Petala lutea, caryophyllea, emarginata, ungue longiuſculo *k*). Magna glandula ambit ſtamen minus, & eminens margo duo majora. Capſula brevis, exaſperata, quatuor alis emarginatis percurſa, intus in quatuor loculis totidem continens ſemina. Eorum loculorum aliquis aliquando deficit. Stylus longus, perſiſtens. Semina rotunda, caudata.

TRAPA LINN. n. 157.
TRIBULOIDES TOURNEFORT. t. 431.

Calyx quadrifidus *l*) acutus, fructum continet, & per maturitatem in quatuor *m*) aculeos abit, huic circumpoſitos. Petala quatuor *n*) ſubrotunda: ſtamina totidem *o*) & nectarium coronæ ſimile *p*). Fructus roſtratus *q*), tuba curva, globulo terminata; ſemine unico, fere ovali *r*).

527. TRAPA

b) TOURNEF. B.
c) H.
d) F.
e) H.G.
f) *Baſl. merkw.* ed. 9. p. 713.
g) TOURNEF. E.F.
h) G.
i) C.
k) A.B.
l) C.D.
m) ſub F.
n) A.B.
o) C. Quæ ſunt ſtamina quatuor ſterilia, quæ Cl. GUETTARD non vidit p. 442.
p) *Oecon. phyſic. nachricht.* t. IV.
q) TOURNEF. E.E. Conf. WORM. *epiſt.* p. 215.
r) H.

527. TRAPA petiolis foliorum natantium ventricosis LINN *Spec.* I. p. 175.

Tribulus aquaticus TRAG. p. 841. MATTHIOL. p. 975. CAMERAR. *Epit.* p. 715. DODON. *Cereal.* p. 225. TRIUMPHETT. *vindic.* p. 87. 88. *ic.* 2.

In stagnis *Hiltelingæ* EMANUEL KOENIG *s*). Inter montem *Beligardum* & *Basileam* I. B. In lacu Tigurino, circa *Tungen*, & circa *Andelfingen* C. GESNER *t*). Cl. DICK in lacu Chiavennensi, in Ebrodunensi CHERLER. Ego circa *Gernsheim* ad Rhenum legi.

Caulis longe per aquas repit, editque folia pinnata, nervo medio & pinnis tenuissimis, linearibus, in conum planum dispositis. Quando nunc aquæ superficiem adtigit, edit rosam foliorum ex petiolis subhirsutis patentium, qui, maturescente fructu, in utriculos *v*) intumescunt. Folia firma, glabra, nervis tamen subtus subhirsutis, rhomboidea, primis duabus lineis integris, ulterioribus serratis. In centro cespitis flores eriguntur *x*) ex petiolis, dum floret planta brevissimis; in adulta vero stirpe longe de aqua adscendentibus, spicamque gerentibus fructiferam. Petala alba.

Fructus edulis est, inque Carinthia, & Lemovicibus, annonæ non minimam partem efficit, crudus, aut in pultem coctus, & denique in panem paratus *xx*). Radices venenatas esse lego *y*).

s) *Basl. merkwürd.* p. 716.
t) *Epist.* p. 86. b.
v) TURNER II. p. 156.
x) Eos solos flores fecundos esse, qui sub aqua sunt, steriles, qui natant, *œcon. phys. abh.* l. c. p. 161.
xx) Olim a Thracibus PLIN. L. XXII. c. 10.
y) THOMSON *virt of plants known by the soil* p. 298.



I. PLANTÆ PETALODEÆ.

V. MEIOSTEMONES.

SIVE

DIVISIONIBUS FLORIS STAMINUM NUMERUM SUPERANTIBUS.

Staminum ad petala, aut petali ſegmenta, rationem æqualem, multiplicem, aut ſubmultiplicem, dudum conſideravit ingenioſiſſimus JUNGIUS *yy*). Deinde BURKHARTUS ſtamina in ſua ad diviſiones floris conſtantiora eſſe, quam numerus, ſagax vidit, & exemplo Moſchatellinæ confirmavit, quæ quatuor & quinque floris diviſionibus ludat, numerusque adeo incertus ſit; cum tamen ſtaminum duplicata ratio conſtanter ſe tueatur. Cui exemplo innumera *z*) addi poſſunt. Nam in Iſoſtemonibus, Rubia, Auricula, Gentianis variis, Auriculis, Evonymo vulgatiſſimum eſt, in eadem ſpecie, & in eodem denique, ut vocant, individuo, ſegmenta floris & calycis quatuor, quina, ſed etiam ſena, ſeptena eſſe. Cum eo variabili numero conſtanter etiam ſtaminum numerus pro eadem portione augetur. Imo, quod peculiare magis, in varietate Veronicæ, cum ſex eſſent ſegmenta floris, tria ſtamina fuerunt, ut rationem ſubduplam ſuam tenerent. Quare Iſoſtemonum mihi nomen cum natura melius convenire videtur, quam *zz*) pentandriarum, tetrandriarum, oligantherarum, quæ nomina a numero, ut magis varirbili, ſumantur. Comprehenduntur autem Iſoſtemonum claſſe varii ordines naturales, qui ſtaminum potiſſimum vinculo cohærent. Non ut velim Iſoſtemones omnes ad eamdem naturalem claſſem pertinere: ſed quod boni ordinis cauſa ſub eo communi ſigno plures ordines naturales ſtare queant.

Meioſtemonum cæterum claſſis non late patet, ſed maxima pars naturalis videtur. Omnibus calycis & petali diviſio majorem, quam ſtaminum numerum ſequitur, ſæpe duplum.

I. TETRAPETALÆ DISTEMONES.

FRAXINUS *a*) TOURNEF. t. 343. LINNÆI n. 1160.

ORNUS MICHELI p. 222. t. 503.

& FRAXINUS MICHELI.

Cum in aliis plantis, ſubinde neque perpetuo petalis deſtitutis, genus & claſſis a petalis ſumatur, ut in Portula DILLENII, etiam Fraxinum inter petalodeas ſtirpes repono; etſi noſtra ſpecies petala nulla fert. Ex vagina bifolia rami florigeri ramoſi. In extremo quoque ramulo flos unicus, frequentius androgynus. In eo duæ antheræ craſſæ *b*), nudæ, abſque calyce, floreve. Germen lingulæ ſimile, ex cordato lanceolatum, tuba recta breviter bicorni *c*). Id abit in compreſſum, ellipticum fructum *d*), emarginatum, in cujus baſi *e*) ſemen eſt. Intercurrunt in eodem faſciculo flores mares, ſimiles, ſed abſque fructu.

In ſpecie alia Italica calyx quadripartitus; petala quatuor linearia *f*); ſtamina duo; & fructus, ut in priori: eadem eſt androgyna *g*).

528. FRAXINUS apetala foliis pinnatis ſerratis.
Fraxinus MATTIOL. p. 135. CAMERAR. *Epit.* p. 64. PASSÆI *ic.* P. *alt.* *t.*60. BLAKWELL.*t.*328. *vulgatior* I. B. I. P. II. p. 174.
Eſche CRAMER. T. VIII.
Fraxinus foliis ſerratis, floribus apetalis LINN. p. 1509.
β. *Folio vario ex albo* PLOT. *Natur. hiſt. of Staffordshire* p. 225.

Varietates habet MICHELI.

Utilis arbor paſſim in ſylvis naſcitur, & frequenter plantatur, eo etiam fine, ut terra labilis in præcipiti colle ſuſtineatur.

Arbor recta, ſatis excelſa. Folia pinnata, fere ſex parium, pinnis in univerſum ovato lanceolatis, circumſerratis. Flores ex gemmis lateralibus *h*), in juniori planta conglome-

yy) *Phytol.* c. 22.
z) *Epiſt. de ſex plant.*
zz) LINN. *epiſt.* p. 4. 5. 6.
a) Fraxinus teres, pinnato folio, jumentis noxio PLIN. L. XVI. c. 13.
b) MICHELI B. B. TOURNEF. C. D.
c) Mucronem A. bicornem tubam TOURNEF. E.
d) MICHELI E. F. TOURNEF. F.
e) MICHELI F. G.
f) TOURNEF. K. L.
g) LINN.
h) CRAMER.

glomerati, in mori ſpeciem, per ætatem laxantur, & abeunt in racemum ramoſum, duplicato pinnatum, ſemenque fit pendulum, *Linguæ avis* ſimile, ita fructum in officinis vocant.

Semen acre eſt, & aromatici quid habet, non quidem corticis *i*) peruviani ſapori ſimile, & multo acutiori ſapore. Ei veteres vires diureticas, lithontripticas, venereas *k*) tribuebant. In ſpiritu vini infuſum ad hydropem adhibet Ill. v. Swieten *l*). Ad obeſitatem corrigendam ſemen adhibitum dicitur mortem intuliſſe *m*). Febrem quartanam ſuſtuliſſe Floyerus teſtis eſt. In pleuritide tamen negat Trillerus *n*) quidquam profuiſſe; neque certum eſt Linguam avis veterum Fraxini fructum fuiſſe. Serapio certe arborem, cujus id ſemen ſit, foliis amygdali deſcribit *o*).

Cortici tribuuntur vires aperientes, diureticæ, etiam febrifugæ *p*), ut in pulverem redactus, ad drachmæ pondus exhibeatur *q*). Paulo alio modo cum radice Gentianæ, triginta granorum pondere utramque, & cum ſalis Abſinthii drachma Lentilius *r*) exhibebat. Non tamen nimis huic remedio fiderim, cum alii Cl. viri negent, etiam dupla doſi quidquam effeciſſe. Pro vulnerario alii, Schoreri *s*) Helvetii teſtimonio. Adverſus viperæ morſum ſuccus ad uncias quatuor ſumtus valuit *t*), cum tumens tibia una ſcarificata fuiſſet; & alia exempla exſtant *v*), ut tamen in altero ægroto ad octo uncias *x*) propinaretur. In venerea lue Argunenſes decocto foliorum Fraxini utuntur *y*). Ligni aqua, quæ ad ignem cærulea ſtillat, vulneraria eſt *z*); tum oleum per deſcenſum paratum *a*), eodemque oleo pertinacem paralyſin ſanatam fuiſſe Borrichius teſtis eſt *b*). Salem eſſentialem video ad ſtrangurias laudari *c*), ſalem etiam volatilem ſiccum dat *d*).

Celerrimi cæterum incrementi arbor eſt, quod circulorum major diſtantia demonſtrat *e*). Ad temones, & lancearum haſtilia ob rectitudinem aptiſſima eſt. Etſi non videtur, duriſſimum tamen lignum habet, cujus vis, qua ponderibus reſiſtit, ſit ad eamdem in quercu vim, ut $19\frac{17}{135}$ ad $15\frac{405}{2178}$ *f*). Americana ſpecies altior, ad malos 60. pedum ſufficit *g*). Etiam eleganter venoſa reperitur *h*). Ovibus folia gratiſſima ſunt.

Etiam tinctoria eſt. Farina coquitur cum Sabina ſylveſtri, additur filum, & 14. diebus noctibusque una maceratur. Tunc exterior cortex Fraxini coctus cum aqua, & per biduum relictus, coquitur cum filo *i*), & aliquanto poſt de decocto eximitur. Ita naſcitur color cæruleus.

Fraxini in calidis regionibus gummi eſt, quod Manna vocatur: etſi enim rorem eſſe cæleſtem putes *k*), quod etiam Larix ſimilem Mannam fundat, & dulcem in Juglandibus ſuccum, inque Quercubus ſæpe de foliis legerim, tamen Fraxini proprium ſuccum eſſe *l*) oſtenditur, quod & ſponte de arbore ſudet *m*), & cantharidum morſus ſequatur *n*); & inciſa arbore obtineatur *o*), quale quid de rore cogitari nequit; & quod demum etiam de arbore linteo tecta Manna prodeat *p*). Ea Manna melli ſimilis, in ſpiritu vini ſolubilis *q*), notiſſimum & mite eſt catharticum, cujus duas uncias ſumere oportet.

II. MONOPETALÆ DISTEMONES.

JASMINUM Tournefortii t. 368. Linnæi n. 17.

Calycis ſegmenta quatuor *r*), quinque *s*), octo, capillaria, ex brevi tubo. Tubus floris cylin-

i) Floyer. *pharmac.* p. 133.
k) Rhaze V. c. 52.
l) Apud Cranz. II. p. 35.
m) Cardan. *ſubtilit.* L. VIII. de Sanctio Hiſpaniæ Rege.
n) *Diſpenſ.* I. p. 373.
o) c. 216.
p) Helwig. *de Quinquin. Europ.*
q) Vaughan apud Allen. Bergius *förſök* 1755. p. 6.
r) p. 249. 250.
s) Kircher. *magnet.* p. 138.
t) Amatus L. I. *cur.* I.
v) Peyroux obſſ. p. 66.
x) *Journ. de medec.* ann. 1757.
y) Gmelin. *It.* II. p. 73.
z) Leder *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* 6. obſ. 66. *Dec.* III. *ann.* 8. obſ. 127.
a) *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* II. obſ. 178.
b) *Hermet. Ægypt. Sapient.* p. 376.
c) Tablet. *Journ. de Trevoux* ann. 1710. m. Septembr.
d) Henkel. *Flor. Saturn.* p. 299.
e) Linn. *skonska reſa* p. 29.
f) Musschenbroeck. *Cohæſio corporum* p. 629.
g) Douglas II.
h) Scharmer *holzſp.* p. 109. 110.
i) Linder. *Färgekonſt* p. 63.
k) In omnibus fruticibus Mannam fuiſſe Costæus *It.* Quiqueran *Laud. Provinc.* p. 49. In alia arbore Perſica Otter. I. p. 197.
l) Pamphilus Herilacius *de aqua cadent.* & *æther.* p. 82. Costæus C. A. v. Bergen *lap lyd. medic.* p. 18.
m) Labat. Barthol. ibid. Ferrari apud Donzellinum p. 265. 266. Boccone *muſ. di fiſ.* Du Hamel *arbr.* p. 150.
n) Magnenus *Manna* c. 1. Robinson. *Phil. Tranſ.* n. 349.
o) Bartholin. *util. peregr.* p. 22. L. a Capoa II. p. 66. Du Hamel ibid. Labat. V. p. 218. 219. *Phil. Tranſ.* n. 495. Ferrari. Boccone.
p) Costæus in Mev. p. 326.
q) Neuman. edit Zimmerm. p. 919. 920.
r) Tournef. ſub A.
s) Idem D. E.

cylindricus, gracilis *t*): ſegmenta patula quatuor, aut quinque *v*) in noſtra, in Arabica ſpecie ad octo uſque & quatuordecim *x*). Conſtanter ſtamina duo in tubo floris latent, longis antheris: tuba clavata, ex apice fiſſilis. Fructus eſt bacca ovalis *y*), bilocularis, diſperma.

*529. JASMINUM foliis oppoſitis pinnatis LINN. I. p. 9.
Jasminum vulgatius, LOBEL. *ic. II.* p. 105.
Jasminum album TABERNÆMONT. p. 886. BLAKWELL. *t.* 13.
Exotica utique planta, ſed cum noſtro climate conſuevit, & circa *Chiavennam* paſſim ex rupibus erumpit.
Noſtro caulis infirmus, ſepedalis. Folia fere ſeptena, ex ovatis argute lanceolata, impare majori. Flores ſolitarii albi, calyce quadrifido & quinquefido: calycis capillaria ſegmenta.
Odor gratus, & proprius.
Oleam omitto, etſi in Helvetia transalpina abunde colitur.

LIGUSTRUM TOURNEF. t. 367. & BLAKWELL. l. c.

LINNÆI n. 18. & omnium auctorum.

Calyx breviſſimus, campaniformis, quatuor denticulis brevibus *a*). Flos tubulo cylindrico *b*), ſed brevi, diviſus in quatuor ſegmenta lanceolata *c*). Stamina de tubo floris eminentia *d*). Bacca ſphærica *e*), in qua quatuor ſemina dimidii ovi facie *f*). Intercurrunt flores quinquefidi *g*). Tuba bifida.

530. LIGUSTRUM MATTHIOL. p. 170. BLAKWELL. t. 142. MILLER t. 162.
Hartriegel CRAMER *forſtweſen t.* 42.
Variat foliis ternis, foliis auratis, fructu albo *h*).
In ſepibus & ſylvis ubique.
Frutex ſepedalis, ramis & foliis conjugatis, ellipticis, glabris, nitidis, ramis flexilibus. Flores ex alis foliorum racemoſi, albi, bacca & ſemina nigra.
Folia amara ſunt: infuſum nauſeoſum eſt *i*), & adſtringit. Gargariſma cum foliis paratum adhibetur in aquoſa angina *k*): lotio ad dentes ex ſcorbuto caducos: decoctum *l*) adverſus gonorrhœas injicitur. Oleum adhibetur, in quo flores infuſi *m*) ad ſolem contabuerunt, & aqua deſtillata ad fiſſuras linguæ commendatur *n*).
Ex baccis varii colores parantur, niger primum, deinde cum ſpiritibus acidis, ſale Glauberi, & ſpiritu ſalis ammoniaci, ruber: cum urina purpuraſcens, cum vitriolo martis viridis *o*). In Belgio *p*) his baccis vinum reddunt rubicundius.
Lignum prædurum, torneatoribus non inutile.

SYRINGA LINN. n. 22.

LILAC TOURNEFORTII t. 372.

Calyx campaniformis, denticulis *q*) brevibus, paulum inæqualiter inciſus. Floris tubus cylindricus *r*): ſegmenta quatuor *s*) ovata, cavula. Stamina duo, intra tubum floris, ut antheræ ad fauces pertingant: filamentis longiuſculis, ſed ad tubum floris adnatis. Tuba clavata, bicornis *t*). Fructus ſiccus, ovato lanceolatus *v*), bilocularis. Semina duo ovata, tenui membrana marginata *x*).

*531. SYRINGA foliis ovato cordatis LINN. I. p. 11.
Icon GESNERI *lign.* 178.
Syringa flore cæruleo CLUS. *hiſt.* p. 58.

Perſicæ

t) A.B.C.
v) A.B.
x) LAMBERT. *voyag.* p. 27.
y) TOURNEF. F.I.K.
a) D.
b) C. BLAKWELL. C. C.
c) TOURNEF. B. BLAKWELL. f. 3,4,5,6,7,8.
d) BLAKWELL. f. 2,3,6,7,8. TOURNEF. B.B.
e) TOURNEF. F.G.
f) H.
g) B.
h) Gen. TSCHUDI apud BUCHODZ *Tournef. Lothar.* p. 208.
i) K. *ſwensk. wetensk. handl.* 1763. tom. 3.
k) In angina KOLBE *Cap de bonne eſpérance II.* p. 149.
l) WELSCH. *mictomim.* p. 35.
m) *Eph. Nat. Cur. Dec. I.* ann. IV. V. *append.*
n) GABELCHOFER.
o) *Fränk. anmerk.*
p) *Oecon. Societ.* 1766. II. p. 153.
q) TOURNEF. D.
r) B.
s) A.A.
t) C.
v) E.F.
x) L.M.

Persicæ esse originis ex inventoribus credas. Nunc nobiscum ita consuevit, ut non in sepibus solis, sed in aspera sylva montosa prope *Moutru* ultra templum eam invenerim. *En Chamblande* secundum rivum.

Arbuscula decempedalis, ligno fragili. Folia conjugata & unciata, cordis forma, sed acumine protractiori. Flores racemosi, dilute ex purpura violacei, in brevibus petiolis.

Odor florum gratus, sapor omnium partium amarissimus, & ingratissimus.

Destillata dat oleum odore pene ligni Rhodii, ad drachmam ex libra *y*).

VERONICA Tournef. t. 60. Linn. n. 25.

Calyx profunde quadrifidus *a*), duobus foliis sæpe majoribus. Flos brevi tubo, in plerisque brevissimo *b*), segmentis quatuor ovato lanceolatis *c*), quorum imum minus est, supremum maximum, reliqua medio modo se habent. Stamina duo *d*), de floris tubo eminentia. Tuba simplex. Fructus bicollis *e*), bilocularis *f*), septo divisus. Nectarium glandulosum ambit germen Veronicæ.

ORD. I.

VERONICÆ, EX ALIS FOLIORUM RACEMOSÆ.

532. VERONICA foliis lineari lanceolatis, racemis ex alis paucifloris *Catalog. Gotting.* p. 236.
Anagallis aquatica, *angustifolia*, *scutellata* C. B. *Prodr.* p. 119.
Anagallis aquatica. *angustifolia* I. B. III. p. 791.
Veronica aquatica, *angustifolia* Rivin. *monopet. irreg.* t. 96.
Icon Oederi t. 209.

β. Foliis ovato lanceolatis Rosen. *obs.* p. 3. quam in agro Cellensi vidi.

α. β. *Veronica racemis lateralibus*, *pedicillis pendulis*, *foliis linearibus integerrimis* Linn. p. 16.

Bernæ non rara *im Gyrenmoos*: in torfaceis, *im Löhr*. Supra *Augustam g*) *& Friedlingen* la Chenal. Biennæ in fossis *aufm Pasgart* prope lacum. Circa *Altdorf*, *&c.*

Caulis procumbens per intervalla radiculas edit; deinde erigitur. Folia plerumque graminea, angusta, acute lanceolata, rariter serrata. Petioli longi, ramosi, racemus laxus: flores pauci & exigui, ob debiles petiolos pene penduli: segmenta majora, roseis lineis picta, minus album. Fructus cordiformis latior, emarginatus, planus, polyspermus.

533. VERONICA foliis lanceolatis, serratis, glabris, ex alis racemosa.
Berulæ major Tabernæmont. p. 719.
Anagallis aquatica folio oblongo, *cæruleo major* I. B. II. p. 791. *& minor* ibid.
Beccabunga minor Rivin. t. 100.
Veronica racemis lateralibus, *foliis lanceolatis*, *serratis*, *caule erecto* Linn. *I.* p. 16.

In fossis abundat.

Caulis, ut in priori, fluitans, cavus, per intervalla fasciculos radicularum emittit *h*). Pars caulis erecta, foliosa est & florifera. Folia conjugata, caulem latiusculis basibus amplexa, ex ovatis lanceolata, acute circumserrata, glabra & tenera. Racemi in longis petiolis erecti, multiflori. Flos exiguus: segmenta majora triangularia, carnea, venis coccineis picta, imum carneum purum. Fructus bicollis, tumidior, magis cordiformis, polyspermos. Semina minutissima *i*).

534. VERONICA foliis ovatis, serratis, glabris, ex alis racemosa.
Hydropiper Dorsten. p. 155.
Anagallis aquatica Blakwell. t. 48. bene, & cum charactere.
Beccabunga Rivin. t. 100.

Varietas minor & major Bauhinorum huc pertinet.
Veronica racemis lateralibus, *foliis ovatis*, *planis*, *caule repente.*

β. Flore albo Blair. *Dec.* p. 25. Plot. *Oxfordsh.*

In rivis abundat, in purioribus etiam potissimum.

 A priori

y) Weissman. *Eph. Nat. Cur. Cent. VII.* obs. 88.
a) Tournef. C.C.
b) B.
c) A.A.
d) Camerar. *epist.* 56.
e) Tournef. F.
f) F.
g) *Basl. merkwürd. XX.*
h) Seba *thes.* I. t. 2. f. 5. in sequente.
i) Conf. in sequente Trew. ad Blakwell.

A priori differt foliis ovatis, solidioribus, floribus majoribus, saturate cæruleis *k*).

Saponacea est, sed mitis, aquea, primo vere edulis *l*), & in acetaria recepta *m*). Scorbuto non recusem convenire, quando cum inflammatione conjungitur *n*). Cum Cochlearia etiam succus utiliter miscetur, quando malum calidum est, & maculæ adparent. Succi copia magna sumi potest, ad quatuor uncias. Cum præterea aliquid habeat adstringentis potentiæ, ad resolvenda viscerum coagula, ad ipsam adeo profunde radicatam podagram a BOERHAAVIO laudata. Externo usu *o*), in siccitate faucium succus valet; & pro tota planta vulneraria habetur, adque inflammationes & oedemata imponitur. Sal salsus est, aqua subacida *p*).

Beccabungæ a MORISONO ad Veronicas reductæ sunt: mallet separare Cl. GUETTARD *q*).

*535. VERONICA foliis hirsutis, nervosis, sessilibus, cordatis, lanceolatis, serratis, floribus racemosis, longe petiolatis *It. Helv. II.* n. 26.

Veronica maxima LUGD. p. 1165.

Veronica pratensis, omnium maxima BUXBAUM. *Cent. I. t.* 34.

Veronica racemis lateralibus, foliis cordatis, rugosis, dentatis, caule stricto LINN. *II.* p. 18.

In Helvetiæ sylvis umbrosis frequens; Bernæ imprimis in sylva *Wylerholz*: circa *Burgdorf*, in monte *Pinzberg*: in adscensu montis *Falconarii*: circa balneum *Weissenburg*: in valle *Emmenthal*. Circa *Werdenstein*, *Wesen*, *Altdorf*, *Thermas fabarias*, *Curiam* LA CHENAL. Inter *Aarau & Solothurn*, propius priorem urbem. *A' l'anvers de Courtelary* GAGNEBIN. In monte *Muteto* versus *Schauenburg* LA CHENAL.

Caulis durus, erectus, tripedalis, ramosus. Folia ima subrotunda, subhirsuta, circumserrata: superiora longe acuminata, Urticæ majoris. Racemi longi, numerosi, stipulis pleni, petiolis florum prælongis, calycibus minimis. Flos in majori planta parvus, carneus, cæruleis venis pictus. Fructus compressus, ex ovato cordatus, polyspermos.

A sequente differt foliis longioribus & longius acuminatis *r*).

536. VERONICA foliis cordatis subrotundis, hirsutis, nervosis, ex alis racemosa.

Chamædrys DORSTEN p. 77. b.

Chamædrys spuria latifolia I. B. III. p. 286.

Veronica pratensis latifolia RIVIN. *t.* 94.

Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis, sessilibus, rugosis, dentatis, caule debili LINN. *I.* p. 17.

Nihil vulgatius in sepibus & pratis.

Caulis durus, teres, ex superiori parte brachiatus. Folia in universum similia, hirsuta, nervis subtus conspicuis, circumcrenata. Sed ima breviora, retusa, superiora majora longius acuminata sunt, & cordata, debiliora quam sequenti. Calycis segmenta inæqualia. Flos saturate cæruleus, venosus, ungue albo, dentato. Fructus cordis forma latior, polyspermos. Semina ovata. A priori, cui magis, quam reliquæ Veronicæ, similis est, differt foliis brevioribus, racemis minus laxis, stipulis multo majoribus, & calycibus, & floribus: foliisque demum pene amplexicaulibus.

Hoc *Teucrium spurinm* BEROLINENSIBUS *Dec. I. Vol. II.* n. 1. quod vetant in medicinam recipi.

537. VERONICA foliis cordatis, retusis, nervosis, serratis, racemis longissimis *It. hercyn.* n. 20.

Chamædrys vulgaris mas FUCHS p. 871.

Teucrii IV. species III. CLUS. *histor.* p. 349.

Veronica spuria angustifolia I. B. III. p. 285.

Veronica montana RIVIN. *t.* 95.

Veronica racemis lateralibus longissimis. foliis ovatis, rugosis, dentatis, obtusiusculis, caule erecto LINN. *II.* p. 16.

Flore pleno Gen. de SAUSSURE *à la Bastie*.

Non rara in pascuis montosis, & ad vias; in Gubernio Aquilejensi inter *Roche & Aigle*: sub *Chamoseire*: supra *Neuenstatt*. Circa *Mathod*: in monte *Arissoulaz*. Circa *Thermas*

k) BLAKWELL.
l) EHRHARD. T. IV. p. 177.
m) SCHREBER. *Saml. III.* p. 31.
n) BUCHWALD p. 46.
o) *Eph. Nat. Cur. Cent. X.* obs. 43.
p) GEOFROI III. p. 161.
q) *Mem. de* 1746. p. 606.
r) GOUAN. *flor.* M. p. 11.

mas Leucenses. A' Pierabot: ſupra *St. Aubin: à la Charbonniére;* inter *Sonvilliers & S. Imier &c.*

Huic caulis durior quidem, tamen frequentius procumbit, ramoſus idem, pedalis. Folia omnia ſimilia, acute ſerrata, ſolidiora, hirſuta, vulgo cordata, brevia, ſeſſilia magis & amplexicaulia, ſuperiora anguſtiora. Racemus multo denſior & magis multiflorus, quam præcedenti, in prælongo petiolo: flos cæruleus, ſpecioſus, ſupremo ſegmento pulcherrimo, obſcure lineato. Fructus ex ovato cordatus, emarginatus, polyſpermos. Semina plana.

Hoc eſt *Teucrium verum Berolinenſium s*), cujus uſum diæteticum theæ jubent ſubſtituere. Habet aliquid adſtringens. Olim ad viſcerum obſtructiones, ad cacochymiam & chloroſin LOBELIUS laudaverat. Nuper ad febres intermittentes datum fuit *t*). Recte JUNGIUS a vero Teucrio ſeparavit.

Non diſtinguo latiorem varietatem *β*. quam etiam ex Sibiria habeo, foliis ſubrotundis, cordatis. *Teucrium I.* CLUS. *Pann.* p. 613.

538. VERONICA foliis imis ellipticis, dentatis, ſupremis linearibus, ex alis racemoſa.
Chamædrys ſpuria minor, anguſtifolia C. B. *Prodr.* p. 117. I. B. III. p. 287.
Veronica anguſtifolia minor RIVIN. *t.* 95.
Teucrii IV. tertia ſpecies CLUS. p. 349. quam proſtratam vocat LINNÆUS, & ſeparat *n.* 22. *racemis lateralibus, foliis ovato oblongis, ſerratis, caulibus proſtratis I.* p. 17.

Reperi Baſileæ inter *S. Margret & Portam lapideam:* in pratis & ſupra *Ilſingen.* Circa *Brüggligen* GAGNEBIN. RAJUS Genevæ, & ex Italia habeo, & circa *Pleſs* legi. Flore albo & rubro ludit. Utique procumbit, & folia habet anguſtiora, elliptica, demum linearia, racemum minorem, & florem exiguum. Calycis folia valde inæqualia.

Dubito num vere diverſa ſit, nam ſoliditas, & dentata ora foliorum convenit, totusque habitus, & gradus habeo intermedios, per quos ſpecies 537. & 538. uniuntur.

539. VERONICA caule procumbente, foliis hirſutis, cordatis, retuſis, racemis paucifloris.
Alyſſon montanum COLUMN. *Ecphras.* p. 288.
Veronica procumbens RIVIN. *t.* 93.
Veronica racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirſutis, foliis ovatis, rugoſis, crenatis, petiolatis, caule debili LINN. *I.* p. 17.

Non vulgaris. In ſylva *Bremgarten* prope Bernam Cl. LA CHENAL. Circa *Monbelliard* D. CHATELAIN. Gottingæ frequens.

Caulis totus proſtratus, cubitalis. Folia longe petiolata, ovata, obtuſa, crenata, longis pilis hirſuta, ſubtus fere rubra. Racemi pauciflori, vix ſexflori, longis petiolis. Calyx hirſutus: petalum ſubcæruleum: ſegmenta in fine alba. Fructus planiuſculus, compoſitus ex duobus circulis compreſſis. Uterque loculus tetraſpermos: ſemina plana, ovata, hilo inciſa *v*).

540. VERONICA caule decumbente, foliis ſcabris, petiolatis, ovatis, ex alis racemoſa.
Veronica CAMERAR. *Epiſt.* p. 461. RIVIN. *t.* 93. [ramus]
Veronica mas FUCHS. p. 166. BLAKWELL. *t.* 143.
Veronica ſpicis lateralibus, pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente LINN. *I.* p. 16.

Ludit etiam cæruleo flore & pleno SENKENBERG. *lil. convall.* p. 10. Rarum eſt, flores difformes plenos reddi *x*); ſed Veronica modice difformis eſt.

Nihil frequentius in ſylvis, & ad oras clivorum.

Caules procumbentes, duri, ceſpitoſi. Folia firmula, ſicca, hirſutie ſubaſpera, ovata, crenata. Petioli ex alis foliorum racemoſi, longi; racemi denſi, ſpicis propiores. Calycis ſegmenta duo majora. Flores aut cærulei pallidi, venis roſeis & cæruleis, aut albi rubellis venis, aut toti albi. Fructus cordiformis, compreſſus, polyſpermos. Semina ſubrotunda.

Planta amara, herbacea, ingrati ſaporis, adſtringens: ut decoctum inſpiſſatum cum vitriolo *y*) atramentum det. In Veronicæ ſucco ſal marinus eſt. Habetur pro medicamento vulnerario *z*); tum ad plagas violente illatas; tum ad pectoris morbos; ad

s) *Act. med. I.* vol. 2. n. 5. Conf. *Bresl. Saml.* 1718. m. Maj.

t) *Fränk. anmerk. VI.* p. 136.

v) *Catal. Hort. Gotting.* p. 235.

x) CAMERAR. *ſex plant.* p. 32.

y) HOFMAN.

z) Cervum Veronica ſibi medelam adtuliſſe, TRAGUS *apodix Germ.* p. 303.

ad expectorationem promovendam *a*) ; ad pulmonum ulcera *b*). Ipſe certe vidi infuſum theiforme in ſuffocationibus nocturnis catarrhalibus uſui fuiſſe. Ad fiſtulas lacrumales alii *c*). Infuſum loco theæ magnis cum laudibus FRANCUS *d*) commendavit, ut tamen pars earum laudium ad aquam calentem pertineat *e*). Debiliter balſamicum eſt *f*). Ex ejus uſu materiem inſtar ſpermatis ranarum *g*) deceſſiſſe teſtis exſtat. Aquam parum virium habere crediderim, etſi ſunt, qui ea ſola ulcera vetuſta conſolidata fuiſſe ſcripſerint *h*). Eſt autem in ea planta balſamicum aliquid ſuaveolens, quod halitu fragrante *i*) ſe prodit, dum tinctura ſpirituoſa exhalat. In cineribus ſal marinus eſt.

541. VERONICA caule nudo, foliis ovatis ſerratis, racemo paucifloro.
Teucrium minimum CLUS. *hiſt.* p. 350.
Chamædrys alpina hirſuta C. B. *Prodr.* p. 117.
Veronica parva ſaxatilis, cauliculis nudis RAI *ſyll. exter.* p. 261. PLUKNET. *mantiſſ.* p. 186. *t.* 114. *f.* 3. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 51.
Veronica alpina pumila, caule aphyllo BOCCONE *Muſ. di piant.* p. 17. *t.* 1. & 9.

β. Cauliculis foliosis PONTEDER. *Antholog.* p. 268.
Veronica corymbo terminali, ſcapo nudo LINN. *I.* p. 14.

In alpibus frequens. *Neunenen*, *Stokhorn*, *Chapuiſe*, *Anſez*, *Enzeinda*, *Tavernaz*, *Richard.* Naſcitur etiam in monte *les Martinets*, *Prapioz*, *Fouly*, *Jeman*, *St. Bernhard*, *Speluga*, montibus ſuper vallem *Kienthal.* In altioribus montanis etiam legi, in monte *Dolaz* & *Thuiri.*

Caulis procumbens, per intervalla radiculas exigit, roſasque fundit folioſas, in orbem ſparſas, non tamen ex eodem caulis circulo, ſed alia aliis altius nata. Cauliculus aphyllos, præter ſtipulas ſub floribus exiguas, trientalis, erectus, terminatus racemo paucifloro, ad ſeptem flores. Folia ſubrotunda, crenata, non dura, longiuſculis pilis hirſuta. Calyx ovato lanceolatus, hirſutus. Flos inelegans, cæruleus, venis pictus obſoletis, valde caducus. Fructus cæruleo tinctus, grandis, ovatus, ſed emarginatus, bicollis, polyſpermos.

II. VERONICÆ SPICATÆ.

VERONICASTRUM HEISTER.

Plant. hort. Helmſt. 1730.

Flores in ſpicam denſam congeſti, nullis foliis diſtinctam. Nonnullis tubus floris longior, & fructus.

542. VERONICA foliis ellipticis ſerratis, conjugatis, floribus ſpicatis.

α. Spica unica.
Veronica ſpicata minor C. B. VAILLANT. *t.* 33. *f.* 4. flore triſtemone.
Veronica ſpicata foliis Veronicæ officinarum DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. obſ.* 38. *t.* 11.
Veronica ſpicata, anguſtifolia SCHEUCHZER. *It. II.* p. 143. *It. VI.* p. 463.
Icon OEDERI *t.* 52.
Veronica ſpica terminali, foliis oppoſitis, crenatis, obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo LINN. *I.* p. 14.

β. Spicis pluribus.
Veronica major anguſtifolia [ut puto] CLUS. *Pannon.* p. 619. 627.

Quæ unicam ſpicam habet, paſſim provenit in herboſis macilentis, inter *Valeire* & *Moncharans.* Prope *Roche* ſupra ſcaturiginem *le Furet* : *à la Marbriere* : circa arcem S. *Triphon.* In Valeſia ad vias : Biennæ *auf der Paßgardſluh.* Circa *Bonneville*, *Neufchâtel* : in Rhætia, in valle *Lepontia*, circa *Bellinzonam.* Baſileæ in ſylvula ad *Neuhauß*, verſus *klein Huningen.*

Majorem ramoſam, multis ſpicis, unice circa arcem *S. Triphon* reperi, verſus ſacellum. Radix lignoſa, repens. Caulis lanuginoſus, erectus, plerumque non ramoſus, & ſpica unica terminatus ; tamen & ex omnibus alis ramoſus viſus. Folia dura, ſicca, firma, ſubhirſuta ;

a) F. HOFMAN. BUCHWALD. p. 287. BOERHAAVE *Breslav.* ann. 1722. m. febr.
b) HOFMAN. *Veronic.* BUCHWALD.
c) S. YVES.
d) *Veron. theiz*, tum F. HOFMAN.
e) IDEM.
f) CARTHEUSER.
g) F. HOFMAN.
h) S. PAULI *Quadrupart. Eph. Nat. Cur. Dec. II.* n. 3. obſ. 166.
i) CARTHEUSER. *mat. med. II.* Analyſin etiam HOFMANNUS dedit.




Veronica foliis ovatis crenatis fructu ovali floribus in summo caule purpurascentibus.




Saxifraga foliorum limbo cartilagineo spica longa purpuro crocea.

Chr. Jer. Rollinus. Med. C. delin. G. D. Heumann sc. Acad. Götting. Sculptor. 1741.




f. 2.
Veronica Alpina
floribus congestis
calicibus hirsutis
foliis subrotundis
subhirsutis modice
crenatis.
f. 1. Veronica Alpina Bellidis folio hirsuta.
Tab. XV. pag. 235.
C. F. Fritsch. Sculp. Gotting.



ta; ima ovata, aut elliptica, circumserrata; superiora acutiora. Spica longa & gracilis, flores cærulei, pulchri, breviter petiolati. Calycis segmenta hirsuta, ovato lanceolata, brevia. Floris partes acutiores. Tubus longior. Fructus transversim latus, emarginatus, polyspermos.

543. VERONICA caule simplici paucifloro, foliis scabris, ovatis, serratis, spica pauciflora t. 15.

Veronica alpina, *Bellidis folio hirsuto* C. B. *Prodr.* p. 116. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 51.

Veronica corymbo terminali, *caule adscendente diphyllo* LINN. *I.* p. 15.

In alpibus fere editioribus *Gothardo*, *Furca*: etiam in *Enzeinda* & *Javernaz* legi. Nascitur etiam in *Martinets*, *Prapioz*, *Serin*, *Dent de midi*: montibus supra vallem *de Bagnes*, M. *Fouly*, *Herbagere*, *Salanfe*, *Simplon*, *S. Bernhard*, *Speluga*, *Fracto*.

Caulis procumbens, per intervalla radicatus, inde erigitur, dodrantalis, durus, lanuginosus, non ramosus. Folia ad terram congesta, ad caulem unici paris, duorumve, dura, scabra, hirsuta, ovata, serrata, etiam acuminata: summo in caule racemus florum sex, septemve, ad duodecim. Calyx hirsutus, ovalis: stipulæ magnæ, ovatæ. Flos cæruleus, non maximus. Fructus permagnus, hirsutus, ovatus, brevior, quam paulo priori speciei, bicollis, emarginatus. Semina plurima, plana, reticulata.

Multa habet n. 544. similia, differt foliis ad caulem paucis, habitu duriori, racemo congesto.

544. VERONICA caule simplici, foliis ovatis, glabris, subserratis, spica pauciflora t. 15. f. 2. & *Comm. Lit. Nor.* ann. 1732. p. 300.

Teucrium Etscherianum CLUS. *Pannon.* p. 616. absque icone.

Veronica alpina, *cærulea*, *Bellidis folio*, *non ita crasso*, *vix crenato*, *caule folioso* BURSER. *Act. Suec.* p. 508.

Veronica quædam foliis glabris SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 342.

Veronica caule floribus terminato, *foliis ovatis*, *crenatis* LINN. *Flor. Lapon. n.* 7. *t.* 9. *f.* 4. *Icon* OEDERI *t.* 16.

Veronica corymbo terminali, *foliis oppositis*, *calycibus hispidis* LINN. p. 15.

β. Flore albo *Montagne de la Pierre* Valesiæ.

In alpium lapidosis pascuis ubique.

Caulis humilis, trientalis & ultra, simplex, subhirsutus. Foliorum paria plusculа, ex ovatis rotunda sunt, aut leviter hirsuta, aut glabra *k*), crenis aut nullis, aut paucis, cæterum teneriora, quam adfinibus. Spica brevis, florum octo, ad duodecim, mista stipulis ovato lanceolatis. Petioli aliquot linearum. Calycis folia obtusa, hirsuta. Flos parvus, non pulchre cæruleus, segmentis subrotundis, parum inæqualibus. Fructus cordato longior, emarginatus, polyspermos. Vidi plantam calvam, ut Beccabunga.

III. FLORIBUS PER ALAS SPARSIS, IN PETIOLIS UNIFLORIS.

545. VERONICA caulibus fruticosis, declinatis, foliis glabris, ellipticis, dentatis, floribus in vertice confertis, petiolatis t. 16. *Comm. Nor.* 1734. p. 243.

Veronica III. CLUS. *Pannon.* p. 620. 621. bene, sed flores dicit cæruleos.

An hæc potius *Veronica petræa sempervirens* SCHEUCHZERI *It. V.* p. 428. in *Pilato monte* lecta, etiam PONÆ *Ital.* p. 179.

Veronica corymbo terminali, *foliis lanceolatis*, *obtusiusculis*, *caulibus fruticulosis* LINN. *I.* p. 15.

In lapidosis subalpinis & montanis Helvetiæ passim. In alpibus quidem super *Portvaley*, *Fouly*, *Darbon*, *Prapioz*, *Serin*, *la Varaz* &c. In monte *Baldo*. In subalpinis circa balneum *Weissenburg*, indeque per vallem *Simmiam*, & *Sanensem* ad rupes, ut inter *Combe* & *Chateau d'Oex*: in valle *Ursaria*, *um die obere Quelle* balneorum Leucensium.

Pulchra planta, ex perenni radice multos caules inclinatos & procumbentes profert, teretes, duros, subhirsutos, dodrantales, non ramosos, nisi ad terram. Folia ad terram conferta, neque rara ad caulem, superne majora, ovata, glabra, laurina, rariter serrata. Flores quidem in summo caule frequentiores, ex foliorum tamen alis longe in petiolis non brevibus proveniunt, calyce subhirsuto, lanceolato, petalo

 carneo

k) Conf. *Emend. I.* p. 48.

carneo, lineis purpureis picto, segmento imo pallidiori, non venoso, minimo. Fructus subhirsutus, ovatus, compressus, non emarginatus, polyspermos, quatuor valvis acutis dissilit.

β. Humiliori statura, magis multicaulis; flore pulchre cæruleo, calyce glabro, caule plerumque erecto, foliis rotundioribus.
Veronica serpyllifolia omnium minima PON. *Bald. Ital.* p. 181.
Veronica saxatilis I. B. III. p. 284. bene. RAI *syllog. exter.* p. 261. *&c.*
Veronica alpina fruticans, serpylli folio longiori PLUKNET p. 384. *t.* 232. *f.* 5. ovario bifido, forte & f. 6.
Veronica alpina frutescens SCHEUCHZER. *It. I.* p. 51. *It. VI.* p. 462.

Alpina, non rara. In *Chapuise*, *Enzeindaz*, *Jeman*, *la Varaz*, *Richard*, *Gotthardo*. In *Rosselina*, *Speluga*. Etiam in Jura monte.

Discrimina dedi, vix tamen ausim separare *l*).

Hujus plantæ varietatem insignem habeo, lectam in monte *d'Arbignon*: flore non mutato, sed foliis per oram profunde incisis, varie & eleganter, crispis, ut sui esset dissimillima *m*).

546. VERONICA caule recto, foliis ovatis, glabris, crenatis, petiolis ex alis unifloris, brevissimis.
Veronica pratensis DODON. p. 41.
Veronica femina quibusdam, aliis Betonica Pauli I. B. III. p. 285. bene.
Veronica erecta sylvestris RIVIN. *t.* 93. laxo habitu.
Nonne etiam *Veronica minima repens* EJUSD. *t.* 97?
Veronica racemo terminali, subspicato, foliis ovatis, glabris, crenatis LINN. p. 15.

β. Ejus varietas, & vulgo ad vias, & in alpibus Valesianis *Fouly*, non infrequens, habitu altiori, foliis majoribus, rotundis, cætera similis, flore parvo, saturate cæruleo *n*).
Ea est *Veronica pratensis Nummulariæ folio, flore cæruleo* SCHOL. BOTANIC. PLUKNET. p. 384. *t.* 233. *f.* 4.
Veronica repens Nummulariæ folio DILLEN. *Cat. Giess. nov. spec.* p. 67. Ubi satis intelligas non vere differre.

Vulgaris illa prior in pratis, & ad vias ubique provenit.

Caulis procumbit, & per intervalla radices agit, inde erigitur, durus, semipedalis, non ramosus, nisi prope radicem. Folia glabra, laurina, ovata, rariter serrata, pauca, ut magna per intervalla caulis nudus sit. Cæterum ima conjugata, superiora alterna sunt, ut in omnibus, quæ sequentur, Veronicæ speciebus. Flores ex alis foliorum, in petiolis, linea non multo longioribus. Calycis folia ovata, glabra, inæqualia, magna. Flos exiguus; tribus segmentis superioribus majoribus, lineatis. Supremum cæruleum; duo proxima ex cæruleo pallida: imum album purum. Fructus cordiformis, latior, cum hilo, qua sola nota abunde ab *alpina serpylli folia* separes. Semina parva, ex ovatis acuminata, numerosa. Vidi flores trifidos.

Pro officinali specie habet Cl. PULTNEY *o*).

*547. VERONICA floribus solitariis, pedunculatis, foliis ovatis, glabris, crenatis, caule subpiloso LINN. I. p. 19.
Veronica minima, Clinopodii minoris folio glabro, romana BOCCHNE *Mus. di piant.* p. 29. *t.* 102. VAILLANT. p. 201. *t.* 23. *f.* 3. optime.
Veronica erecta, Acini folio glabro &c. DILLEN. *append.* p. 39.

Misit Cl. GAGNEBIN, loci oblitus sum.

Caulis hirsutus, erectus, semipedalis, etiam dodrantalis. Folia petiolata, paulum serrata: flores pauci, in pedicillis hirsutis, trilinearibus, exigui, segmentis floralibus cæruleis, lineatis; inferiori albido, angusto *p*). Fructus pene bigemellus, profunde incisus. Calyx subhirsutus, ovatus, obtusus.

A sequente, cui cætera similis est, differt longis florum petiolis, a Chamædrysfolia caule duriusculo, erecto. Cum ista tamen flore & fructu, & denique foliis valde convenit.

548. VERONICA caule erecto, foliis ovatis, subhirsutis, dentatis, petiolis brevissimis.
Alysson COLUMN. Φυτοβασαν p. 27. 28.
Alsine q) *serrato folio, hirsutiore, floribus & loculis cauliculis adhærentibus* I. B. III. p. 267.
Veronica floribus solitariis, foliis cordatis. incisis, pedunculo longioribus LINN. *I.* p. 18.

Nihil frequentius in pratis & hortis.

Cauliculi

l) *Emend. I.* n. 179.
m) *Emend. III.* n. 225.
n) *Emend. I.* n. 178.
o) *Catal. plant. Leicester*, p. 807.
p) DILLEN.
q) Ab Alsine separari debere sensit JUNGIUS: separavit MORISONUS *præludi.* p. 392.

Cauliculi dodrantales, erecti, non ramosi, nisi ad terram. Folia ad terram multa, ad caulem pauca, sessilia, breviter ovata, uno, alterove dentium pare incisa, subhirsuta. Flores in petiolis calyce brevioribus, longa serie plurimi. Stipulæ, sive folia inter flores, ellipticæ. Calycis segmenta duo valde reliquis majora. Flos exiguus, cyaneus totus, imo segmento minori. Fructus exquisita cordis chartacei figura, polyspermos. Semina ovata, plana, acuta.

Ejus semina a vento sublata & sparsa, habita esse pro pluvia frumenti *r*).

549. VERONICA caule procumbente, foliis petiolatis, ovatis, crenatis.

Alsine foliis Trissaginis TABERNÆM. p. 711.

Alsine serrato folio, glabro I. B. III. p. 366.

Veronica folio Chamædryos RIVIN. *t.* 97.

Veronica floribus solitariis, foliis cordatis, incisis, pediculo brevioribus LINN. *I.* p. 18.

β. Flore albo passim circa *Wabern &c.*

Vulgo verno tempore in hortis, areis, ad vias.

Caules procumbentes, ramosi, dodrantales & ultra. Folia longiuscule petiolata, obtuse cordata, ambitu circumserrato, glabra, ut etiam hirsuta viderim. Calycis folia ovata. Flos saturate cæruleus, lineatus, segmento inferiore pallidiori. Fructus bigemellus, quasi ex duobus ovis conjunctus, polyspermos.

550. VERONICA caule procumbente, foliis lobatis, petiolis unifloris.

Alsine hederacea TABERNÆM. p. 711.

Veronica hederæ folio RIVIN. *t.* 97.

Veronica Chia s) Cymbalariæ folio, verna, flore albo, umbilico virescente BUXBAUM. *Cent. I.* p. 25. *t.* 39. *f.* 1.

Veronica floribus solitariis, foliis cordatis, planis, quinquelobis LINN. *I.* p. 19.

Flore albo passim; à *Sonvillers* GAGNEBIN.

Iisdem locis, ut prior, & perinde vulgaris.

Caulis debilis, procumbens, ramosus. Folia, ut prioribus, ima conjugata & sub floribus alterna; ima breviter subrotunda, superiora angulosa; uno duobusve dentium paribus, medio lobo maximo. Petioli longi, uniflori, hirsuti, cernui. Calycis folia lanceolata, circa fructum conniventia, hispida. Flos pallidus, saturatioribus venis pictus. Fructus ex duobus coalescentibus globulis factus; in quoque loculo duo semina, hemisphærica, cava, lineata & sulcata habet.

551. VERONICA foliis ovatis, tripartitis & quinquepartitis, floribus longe petiolatis.

Alsine parva, erecta, folio Alsines hederaceæ, sed Rutæ modo diviso LOBEL. p. 464.

Alsine folio profunde secto, flore purpureo, seu cæruleo I. B. III. p. 367.

Veronica folio Rutæ RIVIN. *t.* 96.

Veronica floribus solitariis, foliis digitato partitis, pedunculo brevioribus LINN. *I.* p. 19.

Circa *novam Domum* Basileæ: & qua itur ad *Wiesam* fl. etiam versus *S. Jacob* legi. Circa Genevam RAI. In monte *Hermetis* circa Scaphusiam MEYER. In Valesia inf.

Caulis ramosus, erectus, ad summum semipedalis. Folia sessilia, ima conjugata, circumscriptione breviter ovata; alias tantum serrata; alias tribus & quinque dentibus profunde incisa; superiora longiora, trifida, denique integra. Flores breviter ex alis petiolati, saturate cærulei, speciosi. Calycis folia maxima, ovata. Fructus cordato latior, polyspermos. Semina hinc convexa, inde plana.

Ad morbum regium laudat, & exemplum citat *Robertus* BOYLE *t*).

*552. VERONICA foliis ovatis, tripartitis & quinquepartitis, floribus brevissime petiolatis.

Veronica humilis, erecta, montana, flore parvo, cæruleo DILLEN. *nov. spec.* p. 38.

Veronica montana RIVIN. *t.* 96.

Veronica floribus solitariis, foliis digitato partitis, pedunculo longioribus LINN. *I.* p. 19.

Icon OEDERI.

Ex Valesia inferiori retulit P. THOMAS, & nuper Cl. de COPPET abunde in segetibus lectam; fuit etiam inter plantas Cl. LE CLERC, circa Genevam reperta.

Caulis erectus, trium, quatuorve unciarum, cum foliis & calycibus hirsutus, ex terra ramosus. Folia pauca; uno duobusve paribus dentium incisa; superiora linearia. Petioli lineæ longitudine, firmi. Calycis foliola lanceolata. Flores parvi, pene clausi, cærulei. Fructus cordato latior, glaber.

A priori petiolis brevissimis differt, & minimo calyce atque flore.

III. MONO-

r) LENTILIUS *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 8. obs. 79. add. *ann. III.* obs. 39. & TENZEL- *monatliche Unterred.* 1694. p. 766.

s) *Catal. Hort. Gotting.* p. 237.

t) *Utilit. philos. experient. II.* p. 41.

III. MONOSTEMONES.

STELLARIA Vaillant. *Botan. Paris.* p. 190. t. 32. f. 10.

Dillen. *nov. gener.* p. 119. t. 6.

CALLITRICHE *a)* Linn. n. 13.

Flores in eadem planta duorum ſexuum. In ſuprema planta, inter folia conferta, quæ in ſpicatam roſam coëunt, flores mares habitant: feminini ſolitarii in alis foliorum inferiorum. In utrisque duo petala lunæ creſcentis & argutæ ſimilia, quæ ad latera caulis eminent, ad ſe invicem converſa. Mati ſtamen unicum, filamento longiſſimo, petalis longiori; anthera biloculari. Feminæ ovarium quatuor ſulcis percurſum, cum duabus tubis longis & rectis, biloculare *b)*, vel quadriloculare *c)* quadrivalve.

553. STELLARIA foliis petiolatis ſubrotundis.
Alſine aquatica ſurrectior I. B. III. p. 786.
Callitriche Plinii Columm. *Ecphras.* p. 315. 316.
Stellaria minor & repens Dillen. *Syn. III.* p. 289.
Callitriche foliis ſuperioribus ovalibus, floribus androgynis Linn. p. 6. *Centur. I.* p. 37.
Icon Oederi *t.* 129.

Hæc ſpecies reliquis major, etiam pedalem ſuperavit, foliis petiolatis, ſubrotundis, integerrimis, conjugatis, imis ſolitariis, ſuperioribus in ſuperficie aquæ in roſulas congeſtis. Radices ad ortum foliorum longæ, albæ, nitentes.

554. STELLARIA foliis imis linearibus, ſuperioribus ſubrotundis †.
Stellaria aquatica Lobel. *ic.* p. 792. Rai *plant. Cantabrig.* p. 160.
Alſine aquis innatans, foliis longiuſculis I. B. III. p. 786.
Stellaria Dillen. *Syn. III.* p. 289.

Ubique in ſtagnis, foſſis & locis udis.

Folia inferiora lineam lata, obtuſa, oris parallelis, mucrone quaſi abſciſſo. Quæ in roſam conſentiunt, ea ſubrotunda & ovata, ut in præcedente: character idem.

Hanc Linnæus omittit. Poſſet videri per eam primam cum ultima in eamdem ſpeciem coaleſcere, ut in priori editione Linnæus.

*555. STELLARIA foliis omnibus linearibus.
Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice biſecto Loesel. 140. *f.* 38.
Stellaria aquatica, foliis longis tenuiſſimis Rai *Syn. III.* p. 290. Vaillant. p. 190.
Callitriche foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis Linn. *Cent. I.* p. 31. *Spec.* l. c.

In uliginoſis, in quibus aqua ſicca nudas lenticulas reliquit. In via *Worbenſi*, ultra *Muri*.

Huic omnia folia linearia; apice quaſi reſecto. Folia etiam, quæ in roſulis ſunt, paulo latiora, elliptica, non vero ſubrotunda. Perinde flores inferiores feminæ, ſuperiores mares, in meis notis. Vaillantius, Linnæusque androgynos faciunt, forte rectius.

NAIAS Linn. n. 1096.

FLUVIALIS Vaillant. *Mem. de* 1719. p. 13. t. 8. Micheli *nov. gen.* p. 11. t. 8.

Florentem non vidi. Calycem lego cylindraceum eſſe, unifolium, laciniis duabus *d)* oppoſitis, reflexis. Flos monopetalos *e)*, tubo cylindrico, ſegmentis quinque reflexis. Stamen unicum, ſeſſile *f)*. Ita in flore mare. Femina in eadem planta, fructu ovato *g)*, in quo ſemen unum *h)* vel plura *i)*, ovata: tubæ tres *k)*, filiformes.

*556. NAIAS fructu monoſpermo.
Fluvialis Piſana, foliis denticulatis I. B. III. p. 579.
Potamogeton fluviatile. Sargazo ſimile, lucens, foliis margine dentatis Pluknet. *t.* 216. *f.* 4.
Fluvialis vulgaris latifolia Vaillant. l. c.
Fluvialis latifolia, fructu minus obtuſo, monoſpermo Micheli p. 11. *t.* 8. *f.* 2.
Naias Linn. *II.* p. 1441.

Cl. la Chenal Baſileæ.

Caulis latus, & triangularibus ſpinis adſperſus. Folia firma, anguſta, ſpinis utrinque ſimillimis dentatis. Flores ſolitarii ex foliorum alis; mares & feminæ ſibi vicini. Mares ex brevi petiolo cernui: feminæ ſeſſiles erecti.

I. PLANTÆ

a) Callitriche fit ſternutamentum. Folia ſunt Lenticulæ, caules Junci tenuis, radix minima Plin. L. XXV. n. 8.
b) Quadriloculare Dillen.
c) Guettard. *Mem. de l'Acad.* ann. 1747. p. 519.
d) Micheli E.
e) Idem A.
f) ad A.
g) G. H.
h) Vaillant. C.
i) Micheli D. D. D.
k) Idem C. E. E.

I. PLANTÆ PETALODEÆ.

VI. ISOSTEMONES.

Maxima claſſium, & in tota re herbaria princeps. Repete, quæ p. 228. dicta ſunt.

I. POLYPETALÆ.

I. FLORE DIFFORMI.

STAMINIBUS COALESCENTIBUS.

IMPATIENS Rivin. Linn. n. 1008.

BALSAMINE Tournef. t. 235.

Calyx bifolius, minimus *l*). Flos difformis *m*), tetrapetalos, aut hexapetalos, ſi petalon quodque laterale, profundiſſime bifidum, pro duobus habueris *n*). Supremum petalon latum, fornicatum, ſimplex, in mollem aculeum deſinit *o*). Lateralia, æqualia & ſimilia, profundiſſime dividuntur, in duas partes; ſuperiorem magnam *p*) ambitu irregulari, ſinuato; inferiorem fere elliptinam, perexiguam *q*). Imum petalon, quod Linnæo nectarium, cornu copiæ ſimile *r*), abit in calcar conicum cavumque. Stamina quinque, [ut credas imum petalon poſſe pro nectario numerari *s*)] circa fructum orta, brevibus filamentis, antheris maximis bilocularibus, coaleſcentibus. Sub ortu antherarum extus quaſi globulus. Tuba ſimpliciſſima, convexa, curvula *t*). Fructus quinquevalvis, oblongus; palo per medium axin eunti adnata *v*) habet ſemina rotunda, quæ tactus cum impetu rejicit, & una totus diſſilit, unaque valvæ convolvuntur *x*).

557. IMPATIENS caule geniculato, pedunculis ramoſis, foliis petiolatis, ovatis, crenatis. Conf. Linn. II. p. 1329.
Balſamita altera, noli me tangere Column. *Ecphras.* p. 150.
Balſamita lutea Polonica Barrelier. *ic.* 1197.
Impatiens Rivin. *tetr. irreg. t.* 122.

Locis umbroſis, ruderoſis; in ipſa urbe, ad gradus, per quos deſcenditur ad ſuburbium *die Matte*. In ſylvis Aquilejenſibus; & in valle *Gouſin*; & prope Bernam *im Wylerholz*: Inter *Balſtel* & *Wallenburg*, verſus *Haltingen* & *Mönchenſtein*. J. Gesnerus circa *Baden*, & in monte *Uetliberg*, &c.

Caulis & folia ſucculentæ teneræque indolis: ille brachiatus, cubitalis, ſub ramis intumeſcens. Folia longe petiolata, ovata, rotunde ſerrata. Petioli longi, quadriflori, ex foliorum alis nati. Flos pendulus, flavus, lateralibus petalis rubris punctis notatis. Siliqua longa, nutans, per intervalla ventricoſa. Semina magna, anguloſa, ovalia, quatuor lineis percurruntur. Folia impoſita in ſtranguria profuiſſe C. Gesnerus *y*), & urinam etiam cum flagitio movere *z*) alii. Quare Impatientem Crato *a*) ad dolores nephriticos commendat. Alii vulnerariam eſſe, ad ipſa nervorum vulnera valere, & ad hæmorrhoides, ut putes, mitium eſſe virium. Boerhaavius tamen venenatam eſſe docebat, & nocuiſſe, cum pro Mercuriali habita in lotione adhiberetur.

Folia & flores lanæ pulchrum colorem flavum imprimunt *b*).

l) Tournef.
m) f. 1. 2. 3. 4.
n) Pro unico Tournef. & Rivin. Linnæus pro duobus.
o) A.
p) C. D.
q) E. E.
r) B.
s) Ita quinque petala fient, & planta Iſoſtemon Linn.
t) Tournef. L.
v) T.
x) R. S. De altera ſpecie *Anc. Mem. X.* p. 412. De noſtra Grew. *anat. of plants* L. IV. c. 5.
y) *Epiſt.* p. 21.
z) p. 109.
a) *Epiſt.* L. V. p. m. 233.
b) Kalm. *Nord America färga orter.*

VIOLA Tournefort. t. 236. Linn. n. 1005.

Calyx *c)* quinquefolius, foliis flexis & ductum mutantibus, ut pars minor contra petiolum reflexa redeat *d)*, major florem contineat antrorsum educta *e)*: & ea quinque quasi calcaria in flexionis sede bifida sunt. Petala quinque *f)* ex calyce orta, in ambitum perpendiculariter longiorem disposita *g)*, quando expansa, Jaceæ tamen magis; Martiæ Violæ petala in aliquam floris papilionacei speciem conjuncta *h)* habent: Suprema duo erecta, subrotunda *i)* sunt; tum secunda *k)*; imum in transversum longius *l)* est: idemque per intervallum segmentorum calycis *m)* calcar obtusum *n)* remittit. Stamina quinque ex ambitu fructus nata: eorum bina infima in calcar laminas incurvas exserunt: omnia elasticis unguibus, & coalescentibus antheris ovarium cingunt, & anthera in aridam glumam producitur. Fructus alias pyramidalis, trilaterus *o)*; alias magis ovatus. Ei tria receptacula sunt *p)*: valvæ tres *q)*. Semina plurima *r)*. Tuba conica in Martiis in arcum flexa; in Jaceis infundibulo cavo terminata.

I. VIOLÆ TUBA DEORSUM CURVA.

I. SCAPIS UNIFLORIS, EX RADICE PRODEUNTIBUS.

MARTIÆ.

558. VIOLA *a)* acaulis, stolonifera, foliis cordatis Linn. II. p. 1324.
Viola purpurea Camerar. *Epist.* p. 910.
Viola martia Blakwell. *t.* 55. cum charactere.
Viola Rivin. *pentap. irreg. t.* 117. Merian. *ic. LI.*

β. Flore albo passim lecta circa *Michelfelden* Sweert. II. p. 2. Morton. *Northampt.* p. 380. *Roche* in pomario.

II. Eodem pleno Rivin. ibid.

γ. Flore violaceo pleno Sweert. Hale *Eden* n. 26.

Nihil frequentius ad sepes & rivulos, primo vere.

Radix perennis, lignosa, geniculata, brachiata, multiceps. Folia ex radice longa, petiolata, cordata, rotunde crenata. Ex radice etiam flagella erepunt, & novos caules ordiuntur: Scapus debilis, uniflorus, aphyllos, duabus setis linearibus, lanceolatis, hirsutis. Flos cernuus, colore, cui nomen dedit, odore suavi. Fructus subrotundus.

Duplex in hac plantula vis est, odora, grata *b)*, narcotica *c)* & ad pectoris morbos apta *d)*, & ad catarrhos *e)*, adque pleuritidem, ita penetrabilis, ut odor impositæ Violæ in lotium transeat *f)*, & virgo nobilis ex copia violarum interierit *g)*, quas in cubiculo congesserat. Ea cum vi laxans & emolliens potestas conjungitur, laxans equidem alvum in syrupo, in floribus *h)* siccis, in foliis *i)*, in succo *k)*, in semine *l)*. Emolliens vis in tota planta est, radice, foliis, calycibus, semine, quod ob eam rem ad urinam movendam valere dicitur *m)*.

Aqua destillata vires plantæ non habet, cum acida sit *n)*.

*559. VIOLA acaulis, foliis cordatis, hispidis Linn. II. p. 1324.
Viola martia, hirsuta, inodora H. Ox. II. p. 475. *t.* 9. *f.* 1. Rai. Plot. *natural hist. of Oxfordshir.* p. 146.

Ad se-

c) Tournef. D.
d) ib.
e) ib.
f) A. A.
g) B.
h) A.
i) 1.2.
k) 3.4.
l) 5.
m) ad A.
n) C.
o) F.
p) G.
q) G.
r) G.H.
a) Violæ purpureæ spontaneæ latiori folio statim ex radice carnoso prodeunt Plin. L. XXI. n. 14. Folium hederæ fere simile, minus & nigrius, cauliculus a radice prodit, in quo flosculus purpureus, suavissimi odoris Dioscorid. L. IV. c. 117.
b) Alba viola minus odorata est.
c) Mesue c. XI.
d) Fallop. *purg. simpl.* c. 40. Nicolaus p. 185. Mesue c. 9. Etiam oleum Nicol. p. 186.
e) Schulz. *mat. med.* p. 192.
f) Simon Sethus.
g) Triller *in propr. diss.*
h) Pechlin. *purgant.* p. 51. Serapio p. 85.
i) Ad drachmas duas Prevot. *med. pauper.* p. 482. Crato L. V. *epist.* Siccas ait magis purgare.
k) Mesue l. c. ad uncias duas sumto Saladinus p. 258. b.
l) In convulsione ad drachmam unam Hofman. *purgant. minus not.*
m) Buchwald. p. 292. Inde vis lithontriptica, Cratoni dicta.
n) Wedel *viol.*

Ad ſepes, paulo minus vulgaris. Ad ſepes ſub clivo *Sandrein*, inter officinas tinctorias, & balneum exterius. Circa *Roche* ſub arboribus, & ad ſepes circa *Vervay*. Circa *Fouly*.

Non difficillime a Martia diſtinguitur. Stolonibus non reptat: foliorum petiolos habet valde piloſos; ſic folia, eademque longiora, neque vere cordata: flores inodoros, pallidos. Stipulæ ſatis ſimiles.

*560. VIOLA acaulis, foliis reniformibus.

Viola paluſtris, rotundifolia, glabra, H. Ox. II. p. 475. RAI *plant.* PLOT. *nat. hiſt. of Oxfordſhire* p. 147. *t.* 9. *f.* 1. 2.

Viola martia ſylveſtris aquate cærulea, caule & flore minore LINN. *flor. Lapon. n.* 278.

Icon OEDERI tab. 83. optima.

Viola alpina minima, Nummulariæ folio BOCCONE *muſ. di piant.* p. 163. *t.* 127. & ALLIONE *t.* 2. *f.* 2. non recedit.

In alpibus, ut in *Gotthardo*: in M. *Chapuiſe*: in monte *Fouly*; *la Pierre*: *Bernina*; in monte *Tompey*; & in paludoſis inter *Vervay* & *le Furet*. In montibus etiam circa *la Brevine*; *à la Chaux d'Abel*, & *au Biez de la Chaux de fonds*; ſemper in udis.

Scapus aphyllos, tener, ſtipulis duabus, in medio petiolo, ciliatis. Folia glabra, tenera, reniformia, obtuſa, tamen etiam acuta, imprimis in planitie, rotunde ſerrata, ſubtus nervoſa. Setæ capillares duæ. Flos minimus, aquoſe cæruleus. Petala duo ſuprema pura: lateralia ſubvilloſa, una duabusve lineis purpureis dividuntur. In imo petalo ſeptem & ultra ramoſæ lineæ *o*). Calycis glabri ſegmenta exteriora tria latiora, triangularia, duo interiora anguſtiora: calcaria bicornia. Floris calcar breve & craſſum, paulum de calyce eminet. Tuba fine lateſcente, emittente ſpinulam. Cornua fortia & ſicca antherarum, & duo ſtyli in calcar retrogradi ſoliti. Radix reptans ſubinde nodum habet, & ſtipulam emittit.

A Viola Trachelii folio differt teneritate folii, & quod caule careat. In planitie durior eſt.

Ad Scorbutum Bahuſienſibus laudatur *p*).

561. VIOLA ſcapis radicalibus nudis, foliis multifidis obtuſis.

Viola montana laciniato folio CLUS. *hafn.* p. 309.

Viola montana folio multifido I. B. III. p. 544.

Viola alpina folio in plures partes diſſecto C. B. H. Ox. II. p. 476. RAI.

Viola acaulis, foliis palmato multifidis & laciniatis. Miſc. Taurin. III. p. 181. *t.* 5. *f.* 2.

I. BAUHINUS legit in monte *Nombre* Rhætorum, haud longe a balneo Wormienſi. Nos ex monte *Wurmſerjoch*, ex *Findela* monte ſuper vallem *Saas*. Circa *Formazza*.

Præcox eſt, radice gracili, ramoſa, multicipite. Folia ex radice plurima, glabra, pulpoſa, craſſula, nervis conſpicuis, fiunt tribus paribus loborum ſe continuo conſequentibus, ſeptimo medio. Loborum primi quadrifidi, quinquefidi, laciniis inæqualibus, obtuſis, medius obtuſe & breviter bifidus & trifidus. Scapus floriger ex radice, ſetis duabus capillaribus, ad baſin ciliatis. Flos nutans, parvus, violaceus. Calycis ſegmenta ovata, grandia, alba, ora tenera, ſupremum minimum. Petala duo ſuprema glabra; duo media maxima, barbata, lineata, pallida; imum glabrum, gracilius, lineis cæruleis. Cl. ALLIONIUS ſæpe tantum bina & terna petala ſe vidiſſe monet. Stamina apices habent connatos, margine rufo. Fructus grandis, ovatus, trivalvis, receptaculis tribus, ſeminibus ſphæricis, aurantiis. Tuba fine infundibuliformi, barbata.

II. CAULE RAMOSO MULTIFLORO.

*562. VIOLA caule erecto, multifloro, foliis ovato lanceolatis, ſerratis. Conf. *Cat. Gott. Hort.* p. 231. BOEHMER. p. 190. †

Viola foliis mucronatis & ſerratis N. D. RUPP. p. 289. ed. meæ.

Viola flore albo RIVIN. *t.* 118.

Nam *Jenæ* legi in pratis udis, tum in ſimilibus pratis Sueviæ; haud longe Scaphuſia. Cl. CHATELAIN in paludoſis circa *Anet*.

A Viola 560. abunde differt, etſi ejus folia habet. Radix lignoſa, ramoſa, multiceps. Caulis erectus, palmaris, dodrantalis, multifolius & multiflorus. Stipulæ ad ramorum originem maximæ, binatæ, ciliatæ. Folia longe petiolata, ſimilia Violæ 560.

tamen

o) *Emend. IV.* n. 40.

p) KALM. *wäſtgöth. reſ.* p. 134.

tamen subcordata, ex ovatis lanceolata, glabra, subtus nervis inscripta, rotunde crenata. Ex singulis fere alis flores. Petioli longi, erecti, uniflori, setis duabus majusculis. Flos Violæ martiæ, pallidus, minor. Calcaria calycis serrata; folia non ciliata. Petala pallidissima, pene decolora, pulchre lineata; duo media barbata. Pyramis circa fructum solita, cujus pars inferior sit antheris, superior corniculis siccis staminum. Tuba apice incurvo.

Violæ apetalæ satis similis, omnes flores perfectos habet, & stipulas magis dentatas: ea vero nobis in Helvetia nondum occurrit.

563. VIOLA caule procumbente, ramoso, foliis petiolis, cordatis.
Viola sylvestris & inodora DODON. p. 156.
Viola martia minor flore violaceo BARRELIER. *Icon n.* 695.
Viola inodora major RIVIN. *t.* 117.
Viola caule adultiore adscendente foliis oblongo cordatis LINN. *II.* p. 1324.

II. Flore albo. In sylva *Neßlern.* Bernæ; supra *le Furet* prope *Roche.* Basileæ inter *Riehen & S. Christianæ* fanum.

β. Foliis mucronatis oblongis & strictioribus THAL. p. 130. C. B. I. R. H.
Viola inodora RIVIN. *t.* 117.

Ubique in sylvis cæduis & pascuis apertis; serius, quam odorata floret.

Caules longi, procumbentes, multifolii & multiflori, ramosi, maxime in planta adulta, autumnali. Folia juniora hirsuta, adulta calvescunt, longe petiolata, breviter plerumque cordata, alias longiora & strictiora, rotunde serrata. Stipulæ sub ramis, longis ciliis barbatæ. Petioli uniflori, setis duabus longis, subhirsutis. Flores dilutiori colore, inodori, cæterum odoratarum similes. Petala suprema duo violacea pura, inferiora tria macula pallente insignia, media barbata.

Hæ sunt Violæ, quæ in Holsatia inodoræ *q)* sunt, & in quas aliqui ajunt odoratas degenerare. Iis Violis syrupum Violarum sæpe corrumpunt *r)*.

564. VIOLA caule debili, paucifloro, foliis petiolatis, reniformibus, obtuse serratis.
Icon GESNERI *æn.* 70.
Viola montana I. CLUS. *Pann.* p. 356. 357.
Viola flore luteo RIVIN. *t.* 119.
Viola alpina, rotundifolia lutea C. B. I. R. H. *It. IV.* p. 342.
Icon OEDERI optima T. 46.
Viola caule bifloro, foliis reniformibus, serratis LINN. *II.* p. 1326.

β. Minor.
Viola alpina rotundifolia, minor, lutea PLUKNET p. 388. *t.* 233. *f.* 7.

γ. Major.
Viola rotundifolia, montana major, seu Phthoræ Valdensium facie, flosculis luteis PLUKNET. ibid. *t.* 234. *f.* 2.

In hiatibus & scrobiculis petrarum Juræ & alpium ubique.

Tota planta tenerrima est. Cauliculi humi fusi, palmares, foliosi, pauciflori, flore unico, aut duobus. Folia reniformia, absque mucrone, rotunde & minute serrata, subhirsuta, longe petiolata. Stipulæ sub ramis ovatæ, lanceolatæ. Petioli longi, uniflori, setis lanceolatis minimis. Calycis folium supremum minimum, media maxima, calcaria nulla, & ejus foliola retrorsum gibba, ea sede subhirsuta sunt. Flos exiguus, petalis superioribus quatuor flavis, rufo lineatis, imo saturate croceo, lineis nigris striato.

II. FLORE PATULO TUBA INFUNDIBULI SIMILI.

JACEÆ.

*565. VIOLA radice multicauli, foliis petiolatis, ovatis, integerrimis.
Viola acaulos foliis reniformibus, ovalibus, integerrimis ALLIONE *Spec.* p. 14. *t.* 3. *f.* 4.
Viola caulibus filiformibus, indivisis, prorepentibus, foliis ovatis, petiolatis, integerrimis, glabris, stipulis indivisis, pedunculo solitario LINN. *II.* p. 1325.

Non rara, in altioribus alpinis. Legi in monte *Enzeinda s)*, *la Varaz*, *Panérossa*: provenit etiam in monte *Prapioz*, *la Grandvi*, *Fouly*, *Rohtenhorn* vallis *Kienthal.*

Radix longa, teres, multos caules ex radice producit. Caulis tamen ramosus. Nam ex radice

q) SCHELHAMMER. *physiol.* p. CCCXVI.

r) RICHTER. *corruptel. medic.* p. 39.

s) *Emend. I.* n. 170.













C. J. Rollinus. Med. C. Delin.

Sculp. C. F. Fritsch C. filius Acad. Gött. Sculptor.

radice caulescente adscendit foliosus, & unum alterumque, etiam tertium ramum edit, sæpius unicum. Stipulæ lanceolatæ, aristatæ. Folia ad terram plurima, petiolata, ovato lanceolata, integerrima; etiam ovata: subtiliter ut caulis & calyx hirsuta. Petioli uniflori longi, erecti, robusti, setis duabus, sub flore latiusculis, adpressis. Flos saturate cæruleus, lineis saturatioribus pictus, magnus, magis apertus, quam Martiæ. Petala media cærulea, pube barbata. Cornicula antherarum aurantia. Tuba infundibuli formis. Calcar longum, subconicum. Calyx calcaria habet retrograda.

566. VIOLA caule erecto, paucifloro, foliis imis subrotundis, caulinis ellipticis, stipulis semipinnatis maximis

Variabilis planta α. acaulos. T. 17.
Icon GESNERI *æn. n.* 71.
Viola montana II. purpureo flore CLUS. *Pannon.* p. 356.
Viola alpina purpurea, exiguis foliis C. B. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 143.
Viola alpina omnium minima, glauco Bellidis minoris folio rotundo. duriusculo, flore purpureo BOCCONE *Mus. di piant.* p. 74.

β. Caulescens I. Flore luteo DE BRY *II.* p. 173.
Viola tricolor II. CLUS. *Pannon.* p. 358.
Viola montana, lutea, grandiflora C. B. I. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 51.
Viola flore luteo majore RIVIN. *t.* 119.

II. Flore purpureo DE BRY *II.* p. 173.
Viola tricolor odoratissima CLUS. *Pannon.* p. 358.
Viola montana tricolor odoratissima C. B. RAI. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 143. *It. V.* p. 428.
Viola montana cærulea tricolor, folio subrotundo, crenato BARRELIER. *ic.* 692.

III. Flore albo.
Viola montana alba, grandiflora C. B. I. R. H.

I. II. III. *Viola alpina di piu colori* ZANONI p. 229. T. 177.

α. β. *Viola caule abbreviato, floris nectario subulato, petalis longiore, foliis subovatis, stipulis dentatis* LINN. *II.* p. 1325.

Varietas α. in alpibus lapidosis *Gemmio*, *d'Ansez*, *Fouly*, *Forcletaz*. SCHEUCHZER in M. *Septimo* & *Tschiera*.

Ejus varietates reperi, aquose luteam in *Enzeinda*, *Fouly*; flavam in monte *Fouly*, *S. Bernhard*: cupream: albam in monte *S. Bernhard*, *Fouly*.

Varietas Violæ β. lutea in *Enzeinda*, *Fouly*, *Neunenen*.

Varietas purpurea in omnibus alpibus, *Nesso*, *Enzeinda*, *Javernaz*, *la Varaz*, *Richard*, *Jeman*. SCHEUCHZERUS in monte *Regi*, *Engstlen*, circa *Vettis*.

Varietas alba, a me in *Nesso* lecta est, etiam in monte *S. Bernhard* & *Ballon*.

Humilior, ex gracili radicula aliquot caules habet *t*), ad terram numerosis foliis cinctos, petiolatis partim rotundis, partim ovatis, integris aut dentatis. Caulis aphyllos, uniflorus, erectus, trientalis. Setæ duæ lanceolatæ. Flos grandis, duplo foliis plantæ major, & calycem multo superans. Calycis folia inferiora postice serrata. Flos purpureus, odoratus, alio tamen a Viola odore; petali imi origine lutea, mediis petalis in faucibus pubescentibus, infundibulo tubæ perfecto, petiolato. Calcar longum.

Deinde planta caulescit, & ad semipedis altitudinem *v*) adscendit, & unum alterumve ramum edit. Folia ima, ut prioris: superiora longa, elliptica, acuta, integra, dentata. Stipulæ maximæ, trifidæ, quinquefidæ, semipinnatæ. Flos in varietate α. alias totus pallidus, alias petalis supremis luteis, mediis flavis, cum striis nigris: imo croceo, striis similibus, calcare purpureo. In β. petala quatuor violacea, imo flavo *x*), aut omnia violacea, origine imi crocea. In γ. color idem albus.

A lutea dentes armentorum quasi inaurari nonnulli *y*).

Cl. JACQUIN suam alpinam negat caulescere, aut ramos educere cultam. Sed in meis omnes sibi succedentes gradus utique vidi. Neque Cl. JACQUINI stirps nostræ satis certo eadem esse videtur.

t) *Emend. I.* n. 171.
v) ibi.
x) In montosis inter Pontum & Armeniam frequens, TOURNEF. *Voyag. au Levant. III.* p. 93.
y) PLOT. *natural. hist. of Staffordshire* p. 111.

567. VIOLA caule ato, erecto, foliis ellipticis, crenatis, stipulis semipinnatis.
Viola arborescens CAMERAR. *Epit.* p. 911.
Jacea tricolor serratis cauliculis, quibusdam arborea dicta I. B. III. p. 547.
Viola sylvestris longifolia TABERNÆMONT. p. 305.
Viola flore cæruleo. longifolia RIVIN. *t.* 119.
Viola martia arborescens purpurea GARIDEL. *t.* 99.
II. Flore albo *Hort. Aichstett. vern. ord.* 5. *t.* 5. *f.* 3.
I. II. *Viola caulibus erectis, foliis cordatis, oblongis* LINN. *II.* p. 1325.

In montosis & subalpinis pratis humidis frequens: ut in valle *Ursaria*, circa pagum *Grindelwald*, sub *Chamoseire*. Inter montosa prata circa *Chaux de fonds*, *Elenmoos*; & in Hercyniæ sylvæ pratis.

Nihil habet duri, quod arborescentis nomini respondeat. Tener caulis est, erectus equidem, pedalis, cubitalis, foliosus & ramosus; sed tamen minime brachiatus. Folia petiolata, ima subrotunda, vel ovata, rotunde serrata; superiora elliptica. Stipulæ maximæ, semipinnatæ; extrema pinna maxima, oblonga. Petioli longi, ex alis erecti, setis maximis lanceolatis: calcaria emarginata. Floris suprema petala cærulea, media pallida, barbata, imum imberbe, ungue lato flavo, lineis saturate cæruleis picto. Habeo & flore toto cæruleo. Est etiam ubi magna pars omnium petalorum flavescit. Inodorus est. Calcar breve. Calyx calcaria habet.

568. VIOLA caule anguloso, diffuso, foliis ovatis, dentatis, flore calyce duplo longiori.
Herba Trinitatis FUCHS p. 813.
Jacea, seu Flos Trinitatis CAMERAR. *Epit.* p. 912. L'ADMIRAL *t.* 19.
Viola tricolor DODON. *Coron.* p. 17. *hist.* p. 158. RENEAULME p. 140. RIVIN. *t.* 120. BLAKWELL *t.* 44.

Abunde in pratis & arvis montanis, circa *les Granges* Aquilejensium, *à la Joux verte*, in adscensu montis *Thuiri*. GAGNEBIN *à la Chaux de fonds*, versus *Boinod*, *aux Crocettes de la Sagne*, *à la Chaux d'Abelle*. (circa Cellam)

Caulis prostratus, ramosus & brachiatus. Stipulæ semipinnatæ, medio segmento impare obtuso. Folia ovato cordata, breviora. Petioli similibus setis minimis adspersi; calycis calcaria serrata: flos pulchrior, calycis foliis duplo major; superioribus petalis violaceis; subtili & tonso quasi nitente villo obsitis, mediis flavis, aut ex flavo & violaceo variis, pubescentibus, pictis duabus venis saturati coloris: imum cyaneum, quinque lineis saturatis pictum. Tuba, ut in prioribus, infundibuli forma.

569. VIOLA caule diffuso, ramoso, foliis ovatis, dentatis, flore calyce paulo majori.
Jacea altera CAMERAR. *Epit.* p. 913.
Viola bicolor arvensis C. B. I. R. H.
α. *Flore cæruleo & luteo* C. B.
β. *Flore cæruleo & candido. &c.*

Vulgatissimum hortorum & agrorum vitium.

Cum priori 568. plurima communia habet, caulem semidecumbentem, ramosum: folia ovata, ad petiolum emarginata: stipulæ semipinnatæ, media impare obtusa. Flos longe petiolatus, perexiguus, ut petala paulo calycem superent: plerumque superna petala albida habet, imum flavum, quinque nigris lineis pictum. Sæpe se cæruleus aut violaceus color admiscet.

LINNÆUS cum paulo priori specie communi nomine vocat *Violam caule triquetro diffuso, foliis oblongis, incisis, stipulis dentatis Spec.* II. p. 1326.

570. VIOLA foliis cordato lanceolatis, serratis, stipulis lanceolatis, acute dentatis.
Viola pyrenaica, Teucrii folio, longius caudata I. R. H.
Viola caule elongato, florum nectario subulato, petalis longiore, foliis oblongo ovatis, stipulis dentatis LINN. 1325.

In pascuis montis *Juræ* RAIUS: præter quem nemo in Helvetia reperit.

Caulis pedalis, ramosus, brachiatus, erectus. Folia cordata, lanceolata, serrata, acuta: stipulæ ab omnibus aliis diversæ, latæ, breves, angulosæ, profundius incisæ, non tamen semipinnatæ. Flores in longis, erectis, petiolis, setis minimis, petalis longioribus, & longe ellipticis; nobis videtur decolor. Nam siccam solam possideo.

II. DICARPÆ Boerhaavii p. 311.

CONTORTÆ Linn. Claſſ. XXX.

Claſſis naturalis, calyce, floreque quinquefido, ſiliquis poſt quemque florem duabus. Frequens eſt in hac claſſe, elaſtra habere, quæ plerumque ſtamina contra tubam adprimant. Pleræque venenatæ ſunt, multæ etiam lacte manant: folia fere conjugata habent.

ASCLEPIAS a) Tournefort. t. 22.

Linn. n. 306. Conf. Scepin. p. 29.

Calycis minimi quinque capillaria b) folia. Flos ex brevi tubo quinquefidus, rotatus c), ſegmentis lanceolatis. In faucibus floris corolla quinque unguium craſſorum d), polygonorum, qui elaſtica vi ſtamina comprimunt. Eorum filamenta diſtincta, antheræ & inter ſe coaleſcunt, & cum inverſo dolio e), quod tubas tegit. Siliquæ duæ f) erectæ, quarum quæque tubam ſuam in id dolium mittit. Eæ ſiliquæ univalves emittunt ſemina numeroſa, multo pappo coronata g), foliacea, ovata, roſtrata, hinc convexa, inde cava.

571. ASCLEPIAS ex alis racemoſa, caulibus ſimplicibus erectis, foliis ovato lanceolatis.
Vincetoxicum Dodon. *purg.* p. 25.
Aſclepias albo flore C. B. Miller *t.* 53.
Aſclepias foliis ovatis, baſi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis Linn. *I.* p. 314.

II. Flore flaveſcente C. B.

III. Foliis ternis Ponteder. *tab. bot.* p. 81.

In aſperis ſaxoſis incultis inmenſa copia naſcitur. Bernæ trans ſylvam *Dählhölzlein* ſuper villam *das Inſelin.*

Radix vaſtiſſima, ramoſa. Caulis lignoſus, erectus, teres, ſubhirſutus, non ramoſus, niſi ex radice. Folia petiolata, ex cordatis acuminata, levia, dura, nervo principe ſubtus ſubhirſuto. Petioli multiflori ex foliorum alis, in ſummo caule umbellam componunt. Flos pulpoſus, ſolidiuſculus, albus.

Radices amaræ h), acres, ſapore & odore quodam ingrato, nauſeoſo, non carent veneni ſuſpicione, quam Apocynorum, certo venenatorum, vicinia confirmat. Extracta, quæ vocant, gummoſa ſubdulcia ſunt & meliora i), ut tamen recentia nauſeoſam naturam oſtendant k), ſicca mitigentur, quod etiam in aliis venenatis plantis frequens eſt. Elementa volatilia ingrato ſunt odore l): ſpiritus & aqua fere inutiles m).

Non intercedunt iſta, quin Aſclepias ſudorem movere poſſit, menſesque, aut hydropicas urinas n). Non ideo amem alexipharmacæ o) tincturæ p) ſuſpectam plantam addere, quæ nauſeoſa ſit q), aut ad pellendas variolas r) adhibere, aut in peſte.

Externum uſum minus reformidaverim, ad ſordida ulcera s); ad mammarum abſceſſus, ad ſcrophulas t). In ulcere inteſtini decoctum profuiſſe v) lego, ſed miſtum cum Virga aurea & melle.

Folia mitiora ſunt, & ſalſa x).

In ſale cinerum dicitur acidum quid ſupereſſe y).

a) Aſclepias folio ederæ, ramis longis, radicibus numeroſis, tenuibus, odoratis. Floris virus grave, ſemen ſecuridacæ, Dioscorid. L. III. c. 90. Plin. L. XXVII. n. 28.
b) Tournef. D
c) A.B.
d) Nectarium Linn. Nectarium exterius Scepin.
e) Corpuſculum truncatum E. Nectarium interius Scepin.
f) E.
g) K.
h) Geofroi, Cartheuser.
i) Neuman. T. II. P. IV p. 527.
k) Cartheuser *mat. med. II.* p. 418.
l) In volatili tamen vires ponit Cartheuser l. c.
m) Neuman. p. 528.
n) Decoctum vinoſum Paracelsus eo ſcopo adhibebat. Laudat etiam F. M. ab Helmont *diſ. on man.* p. 39.
o) Theriacalem eſſe in Nicolaum p. 170. b.
p) Cum Scordio & Pimpinella alba. Nimis calidam eſſe jam Ehrhardus ad Lonicer. p. 50.
q) Cartheuser.
r) Tournefort.
s) Idem.
t) *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. I.* obſ. 57.
v) Eppli *ulcus inteſtini ſanatum.*
x) Geofroi.
y) Bourdelin.

PERVINCA *a*) Tournefortii t. 45.

VINCA Linn. n. 295.

Calyx multo tubo florali brevior, ſegmentis ſit triangularibus *b*). Flos tubo longo, cylindrico, ſegmentis patentibus, planis *c*), oblique *d*) reſectis, ad unum latus ſe convertentibus. Stamina habent filamentum breve *e*), ſquamam ellipticam, convexam, cui duo loculi inſcripti. Tuba unica ex intervallo ſiliquarum *f*), anulo quodam ambitur *g*); deinde ſupra anulum ornamento plumoſo *h*) & rotundo terminatur. Siliquæ duæ teretes *i*), longæ, coercitæ duobus elaſtris *k*), ſubrotundis, adſidentibus. Semina oblonga, absque pappo, raro matureſcunt.

572. PERVINCA caulibus procumbentibus, foliis ovato lanceolatis, petiolis unifloris.
Clematis Daphnoides Blakwell. *t.* 59. optime.

Varietates dantur plurimæ.

I. Flore albo.

II. Flore purpureo obſcuro Gesner. *hort.* p. 254. b.

III. Flore purpureo pleno Camerar. *Epit.* p. 695.

Vinca caulibus procumbentibus, foliis lanceolato ovatis, floribus pedunculatis Linn. *I.* p. 304.

Cærulea ubique ſepes primo vere ornat.

Purpurea ſimplex & plena in ſylvula ſuper *Muri*, & ſuper ſcaturiginem *Furet* prope *Roche*. Lauſannæ Gesnerus.

Procumbit, duro habitu, caulibus pedalibus, vix ramoſis. Folia ex ovatis acuminata, levia, laurina, conjugata. Petioli ex foliorum alis uniflori. Flos cæruleus, dilutus.

Amara, vires demonſtrat acidas, & adſtringit, ut menſes ſiſtere putetur; & album fluorem *l*); & ſanguinem de naribus fluentem; etiam ſi ore contineatur *m*), & dyſenteriam *n*); ſed etiam ad phthiſin infuſam in ſero *o*) lactis, ob vim, ut puto, vulnerariam laudant; & ad faucium inflammationem *p*), gargariſmi ſpecie.

Eo forte referas, ſi ſtrumas diſcutit *q*). Quare menſes, aut lochia pellere non exſpectes *r*), neque in hydrope *s*) valere.

In membranæ pituitariæ morbo, equis pernicioſo, *la Morve*, prodeſt pulvis pervincæ, cum æthiope minerali ad unciam dimidiam, etiam ad ſeſcuncem *t*) datus.

*573. PERVINCA caulibus erectis, foliis ovato lanceolatis, ciliatis, petiolis unifloris.
Pervinca latifolia, flore cæruleo Garidel. *t.* 81.
Clematis Daphnoides major Dodon. p. 406.
Vinca caulibus erectis, foliis ovatis, floribus pedunculatis Linn. *I.* p. 304.

In ruderoſis & vetuſtis muris pagi *Yvorne:* ſimilibus locis, circa molendinum *Grandchamp* prope *Chillon*.

Caules erecti, altiores, cubitales. Folia petiolata, ovato cordata, acuminata, tenui tomento per oram conſpicuo, ciliata. Petioli florigeri erecti, pro portione breviores. Calycis ſegmenta multoties quam priori longiora, fere tubo floris æqualia, ſubhirſuta. Flos major, tuba duobus orbiculis ornata, ſuperiore majore, & denique in cavam quinquefidam pentagoniam cylindrum terminata *v*).

Claſſ. III. CUCURBITACEÆ Boerhaave II. p. 276.

Blair. *Eſſais* t. 2. Malpighi p. 53. 54. *ic.* 225. 226.

Linn. n. xxxiv.

Flores alii mares, alii feminæ, aut in eadem planta, aut in diverſis. Illi majores, nullo fructu. Habent tria filamenta, antheris quinis ſucculentis, quarum una ſimplex, duæ

a) Vinca pervinca ſemper viret in modum lineæ foliis geniculatim circumdata, topiaria herba, Chamædaphne Plin. L. XXI. n. 39. Chamædaphne, virgas emittit cubitales, ſingulari ramulo conſtantes, rectas, leves, folia lauri ſimilitudine, leviora, viridiora: ſemen rotundum, rubens, foliis adnexum Dioscor. IV. c. 144 Videtur ad Ruſcum pertinere.
b) Tournef. C.
c) B.
d) Utcunque A. A.
e) Inde contortarum nomen Linn. n. 4.
f) Tournef. D.
g) D.
h) ibid.
i) ibid. E. F.
k) G.
l) Chomel.
m) Costæus p. 82.
n) Tournef.
o) ibid.
p) Ettmuller. Agricola.
q) Marcellus p. 111. Buchwald. p. 85.
r) Monente C. Hofmanno.
s) Plin. L. XXI. c. 27.
t) *Mem. de l'Acad.* 1761.
v) Fabric. *Hort. Helmſtad. II.* p. 252.

duæ duplices ſunt, & omnes inter ſe cohærent. Feminæ *a)* flores minores inſident fructui tereti, ſive ſubrotundo, carnoſo, tubamque educunt. Stigmata trifida. Utrisque calyx eſt quinquefidus. Flos ex calyce ortus, profundiſſime quinquepartitus, ut quinque petala vocare poſſis. Pleræque flagellis ſcandunt. Claſſis naturalis eſt, cujus unicam ſpeciem ſpontaneam habemus.

BRYONIA *b)* Tournefortii t. 28.
Linn. n. 105.

Calyx campanulatus, breviter quinquefidus *c)*, ſegmentis anguſtis. Flos profundiſſime quinquefidus *d)*, ſegmentis lanceolatis, lineatis, quæ poſſis pro petalis numerare. Tuba trifida, ſtigmatibus lunatis. Bacca ex minimis hujus gentis, ſphærica, triſperma *e)*. Noſtræ plantæ conſtanter duos ſexus in diſtinctis ſtipitibus proferunt *f)*. In aliis uterque ſexus in eadem planta conjungitur, tamen ut diſtinctas ſuas ſedes uterque teneat *g)*. Numero mares ſuperant. Melothria eſt Bryonia ſexu, in eodem flore, utroque.

574. BRYONIA foliis palmatis, utrinque calloſo ſcabris Linn. II. p. 1438.

Nobis ſola ea varietas naſcitur, quæ baccis eſt rubris; in Germania frequentior ea eſt, cui baccæ nigræ.

Bryonia Tabernæmont. p. 893.

Bryonia alba Dodon. *purg.* p. 230. *pempt.* p. 400. Blakwell. *t.* 37.

Bryonia aſpera ſeu alba, baccis rubris C. B. I. R. H. Miller *t.* 71.

Ad ſepes Helvetiæ, circa *Bernam*, *Baſileam*, *Neocomum*, *Roche*, *Yverdun &c.*

Radix alba, ſucculenta, farinoſa, vaſtiſſima, ramoſa, ut in Mandragoræ ſpeciem fingi poſſit *h)*. Caulis angulosſus, hirtus & pene ſpinoſus, volubilis, ſepedalis, ramoſus: ad cujusque folii originem emittit petiolum florigerum, & una capreolum cincinnatum, ſpiralem. Folia albis pilis ſcabra, pentagonia, lobis triangularibus, acutis, ſerratis. Petioli florigeri ramoſi, multiflori. Flos ſordide albus, lineis virentibus, etiam rubris.

Radix amara, fætida, turget acri ſucco ſtimulante, nauſeoſo *i)*, opium *k)* olente, ſubacido *l)*, quem tamen ſiccitas mitigat, & ipſum plantæ ſenium *m)*. Extractum reſinoſum parcum eſt *n)*, gummoſum abundat, ſed vis eſt in reſinoſo. Multum continet olei, ad drachmas decem in duabus libris *o)*.

Princeps vis eſt alvum ducere. Drachmam unam radicis præſcribunt *p)*. Drachmæ duæ ad flagitium uſque purgant, in hydrope *q)*, & mania; etiam feliciter *r)*, ſi corpus ægri robuſtum fuerit. Succus etiam a veteribus ſumebatur *s)* ad drachmam unam duasve *t)*: tum aqua, quæ de radice perforata, inmiſſo in foramen & liquefacto ſaccharo prodit *v)*: & infuſio *x)*. Fæcula ex radice ſæpe lota parata *y)*, debilior eſt, & vix movet, niſi lotium. Eclegma *z)* & conſerva ad hydropem *a)*, ad aſthma *b)*, ad tuſſim *c)* valet. Splenis tumores a Bryonia ſolvi Mesue *d)*. Pro Mechoacanna ſuſpicio eſt venditam fuiſſe *e)*, malo effectu *f)*. Aqua deſtillata fætet, & inter hyſtericas numeratur *g)*, & ad eum morbum etiam decoctum vinoſum valuiſſe

 dicitur.

a) In momordicæ flore femina imperfectiores adſunt antheræ *Enum. Plant. Gotting.*

b) Vitis alba, bryonia, foliis, viticulis, pampinis ſativam vitem imitatur, ſed hirſutiora ſunt omnia: ea obvios frutices ſuis claviculis complectitur: fructus rubens in uva dependet, quo coria pilis ſpoliantur Dioscor. L. IV. c. 176. Vitis alba, ſarmentis longis, exilibus, internodiis geniculatis, foliis pampinoſis hederæ, radice alba, grandi, aſparagis edulibus, caule & folio purgante Plin. L. XXVIII. n. 16.

c) Tournef. B.

d) A. A.

e) G. H.

f) Ita Ponteder. *antholog.* p. 279. 280. & pro rariori caſu Siegesbek *vanitas Gled.* p. 33.

g) Ita Linnæus, Dillenius *Eph. Nat. Cur. Cent. VI. append.* p. 79. Siegesbek.

h) Blancaard *jaarreg. I.* C. III. n. 6.

i) Neuman. T. II. P. I. p. 252. 260. Geofroi p. 221.

k) p. 255.

l) Geofroi.

m) Ludwig. *de bon. radic. ſpec.*

n) Cartheuser. *mater. med.* p. 535. Conf. Neuman. l. c. p. 260.

o) *Anc. mem. I.* p. 373.

p) Geofroi p. 222. Sydenham.

q) Buchwald. Aurei unius & duorum pondere Mesue p. 75.

r) Sydenham.

s) Dioscorides.

t) Mesue.

v) Inter arcana Stoppelii apud B. Chomel.

x) Boulduc. *Hiſt. de l'Acad.* ann. 1712. ad ſemuncem recentis, drachmam ſiccæ, quod mireris.

y) Tota purgat P. Ater. Conf. Neuman. p. 262.

z) Habet Mesue p. 118. 126.

a) Zacut. *Pinax hiſt. I.* p. 433.

b) Dioscor. L. IV. c. 176.

c) Mesue cum Scylla comparat.

d) p. 75.

e) Neuman. V. II. P. I. p. 257. ſq.

f) ibid. p. 257. 258.

g) Matthiol.

dicitur *h*). Turiones jam a veteribus *i*) in cibis adhibebantur, urinamque movent, alvumque, ſed leniter *k*).

Externo uſu valet, ad ſcrophulas, tumores cyſticos, hydropem *l*), acris cæterum & pſilothri ſpecies *m*). Unguentum ad ſtrumas ex radice, cum oleo cocta, addita cera & terebinthina ZACUTUS laudat *n*). Ipſe cinis cum ſucco miſtus verrucas tollit *o*). Parco omnino apud prudentes medicos in uſu eſt. Clyſteres ex Bryonia adverſus iſchiadem ſæpe malo effectu Neapoli adhibentur *p*).

IV. SOLANACEÆ HEBENSTREIT.

ſens. extern. facult. plant. indic. n. IX.

LURIDÆ LINN. n. 28 *a*).

Naturalis claſſis eſt. Calycis & petali ſegmenta, & ſtamina in eodem ſunt numero, fere quinario. Flos monopetalos, ſæpe leviter inæqualis. Tuba plerumque unica. Folia plerumque alterna, & fere patula: fructus polyſpermos, ſiccus vel mollis. Vis nauſeoſa, ſubdulcis, emolliens, aut mitius anodyna, aut validiſſime venenata.

SOLANUM *b*) TOURNEFORTII t. 62.

LINNÆI n. 251.

Calyx campaniformis *c*), quinquedentatus. Floris tubus breviſſimus *d*), ſegmenta quinque acuta *e*). Antheræ circa tubam coaleſcunt *f*). Tubam globulus terminat *g*). Bacca ſphærica *h*), placenta in centro poſita, ſeminibus numeroſis *i*). Nectarium circa germen glanduloſum habet.

575. SOLANUM caule flexuoſo, fruteſcente, foliis ſupremis tripartitis & cordato lanceolatis.
Dulcamara DODON. *purg.* p. 239. *pempt.* p. 402.
Solanum k) *lignoſum ſeu Dulcamara* BLAKWELL. *t.* 34.
Solanum Dulcamara DU HAMEL *Arbres II. c.* 72.
Woody nigth Shade BROMFIELD.

II. Flore albo HORT. AICHSTETT. *æſt. ord.* 2. t. 16. f. 2. PLOT. *natur. hiſt. of Oxfordshir.* p. 152. Legi circa *Walkenried.*

III. Flore pleno iid.

IV. Folio variegato MUNTING. t. 156.
Solanum caule inermi fruteſcente, flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis LINN. *I.* p. 264.

In paludoſis foſſis frequens.

Caulis durus, fruticoſus, volubilis. Folia inferiora ſimplicia, ex cordatis lanceolata, ſuperiora partim ſimplicia, partim trifida, pinnis minoribus transverſis, ſub folio cordato adjectis. Flores in petiolis ramoſis, ex alis foliorum prodeunt. Calyx breviſſimus, triangularis: ſic floris tubus, cujus quinque ſegmenta ex ovatis lanceolata, violacei coloris, prope originem duabus maculis viridibus & nitentibus notantur. Antheræ ſagittatæ, circa germen coaleſcunt. Tuba recurva: bacca rubra.

Utique ſapor dulcis cum amarore, & odore narcotico *l*) conjungitur. Vis partim ſolanacea, mitis, partim reſolvens, quaſi ſaponacea. Cortex enim calidus, & amarus, & diureticus eſt *m*). Succus externo uſu prodeſt ad inflammationes, ad cancros *n*). Eo etiam ſcopo decoctum feliciter datum eſt *o*). Porro infuſum ſarmentorum in pleuritide, inque peripneumonia mucoſa *p*), adfatim potum, Præceptor mire laudabat, & etiam in malis phthiſin

h) p. 1284.
i) DIOSCORIDES apud PLINIUM L. XXIII. n. 17. PECHLIN. *purg.* p. 86.
k) DEERING. p. 39. ſapidos eſſe. Negat edules eſſe FLOYER *pharmacob.* p. 104.
l) TISSOT. ad HALLERUM p. 221. 222.
m) THEOPHRAST. L. IX. c. 22. *de Vite ſylveſtri.*
n) *Hiſt. med. mirabil.* obſ. 101.
o) G. H. WELSCH. *mictomim.* p. 47.
p) COTUNN. *iſch. nerv.* p. 68.

a) Adnumerat Digitalem.
b) Στρυχνος THEOPHRASTI L. IX. c. 21. Male ergo SUIDAS III. p. 513. τρυχνον dici, non ςρυχνον.

c) TOURNEF. E.
d) C.
e) A.A.
f) ad A.
g) ad B.
h) L.
i) ibid.
k) Solanum eſſe ex flore & fructu C. GESNERUS docuit *epiſt.* p. 84. b.
l) Narcoticum eſſe FLOYER. p. 185. 186.
m) FLOYER.
n) LOBEL.
o) In cancro *Hiſt. de l'Acad.* 1761. obſ. 2.
p) BLAIR.

phthisin minantibus Ill. Werlhofius, vi sputa movente, & vires corporis ægri confirmante, prodesse expertus est. Eodem cum lacte temperato decocto ulcera diuturna & morbi cutanei superati fuerunt *q*). Ad lapsum & contusiones sanguineas infusam cum Cochenilla Dulcamaram Fullerus commendat: sed etiam ad icterum *r*) valet. Sanguinem denique acrem contemperare, quales vulgo Chinæ radici & Sarsæparillæ vires tribuuntur Welschius auctor est *s*). Ut hujus Solani cum lacte mistum decoctum in siphilide profuerit *v*). Stipites *t*), quam folia magis valent. Denique decoctum ad unciam, aut biuncem lignum ipse Prævotius *x*) laudavit, tamquam purgans medicamentum, ut eo facilius Lobelio credas, in hydrope commendanti *y*). Baccæ omnino cum violentia purgant & vomitum movent, ut triginta baccæ canem, intra tertiam horam *z*), occiderint, inque ventriculo indigestæ manserint.

576. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis [ovatis], dentato angulatis, umbellis nutantibus Linn. p. 266.

α. Vulgare, acinis nigris, foliis undatis, glabris.

Solanum hortense a) Fuchs. p. 686. Dodon. *purg.* p. 352. Blakwell. *t.* 107. Bromfield. *ic.*

II. Foliis laciniatis.

β. Foliis minus undosis, baccis rubris.

Solanum officinarum acinis puniceis C. B. *Hist. des plant. autour de Paris* p. 41.

γ. Foliis hirsutioribus, valde undulatis, baccis luteis.

Solanum officinarum acinis luteis C. B. *autour de Paris* p. 542.

Prima varietas in hortis, & locis ruderosis vulgaris, altera in hortis subinde, circa *Ferriéres*, sic tertia.

Caulis herbaceus, alis elevatis, brachiatus. Folia longe petiolata, pene pendula, mollia, nervo lato, pene rhomboidea, longe acuminata, angulosa, & serrata. Petioli florigeri, ramosi. Flos albus, nutans; sic fructus: antheræ connatæ.

Narcoticum est, aquosum, ut sex *b*) libræ uncias duodecim aquæ insipidæ dederint. Quare etiam duæ unciæ *c*) cani non nocuerunt. Infusum 15. gran. baccarum, & succi plantæ integræ drachmæ tres, nihil mali in hominibus fecerunt *c**). Sudorem *d*) movet, ad grana duo infusum, & urinam *e*); oculos tamen lædit *f*). In Dalmatia cum butyro Solanum frixum exhibent, ut blande somnum moveat *g*): Infusum minima dosi, unius grani, ulcera putrida, cum acri effluxu sanavit *h*). Suadent tamen abstinere, quando bonum pus generatur: neque is effectus constans est *i*). Majori dosi ebrietatem, vertiginem, soporem facit *k*), & nimio pondere sumtum utique mentem turbat *l*), & a baccis non gallinas solas periisse, sed pueros *m*) deliria & nervorum distentiones passos esse: & oleris venenatum effectum idoneus testis *n*) confirmat, ex quo tumor universi corporis cum longo morbo secutus sit.

Externus usus tutior est. Succus ad linguæ rhagades laudatissimus *o*). Caput succo expresso in phrenitide impleri Celsus jubet *p*). Ad profunda apostemata Avicenna *q*). Ipse odor somnum conciliat *r*): succus, aut aqua, mures majores vi saporifica fugat *s*). Paronychiæ impositum medetur *t*).

q) *Journ. de medec.* ann. 1765. m. Mars.
r) Tragus. In ultimo icteri stadio Hill *Knowledge of plants* p. 5.
s) Linn. *obstac. medic.* p. 9. *Cens. med. offic.* p. 19.
t) *Mictomim.* p. 60. *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann.* 4. 5. *append.*
v) Sauvages in *Fränk. anmerk.*
x) *Med. pauper.* p. 481.
y) *Advers.* p. 184.
z) Floyer. p. 86.
a) Solanum hortense frutex est cibis idoneus, exilis, pusillus, multis concavis alis, folio nigro, majori quam ocimi, & latiore: fructu rotunde viridi, qui post maturitatem nigricat aut putrescit: herba innocuo gustu Dioscorid. L. IV. c. 66.
b) *Projet pour l'Histoire naturelle* p. 178.
c) Courten. *Phil. Trans.* n. 335. Duodecim cochlearia Floyer. *pharmacobasan* p. 145. 146.
*c**) Guerin. *plant. venen. Alsat.*
d) Gataker. *obss. on the internal use of nightshade and supplem.* Bromfield.
e) Idem.
f) Gataker. & imprimis Bromfield.
g) Pujati *Naron.* p. 229.
h) Gataker.
i) Gataker & Bromfield:
k) Gataker & Bromfield.
l) Theophrast. l. c.
m) *Comm. Lit. Nor. ann.* 1742. *hebd.* 2. Wepfer. *cicut. aquat.* p. 226. Boerhaave. Alberti *de Belladona.*
n) *Comm. Lit. Nor. ann.* 1731. n. 47.
o) Boerhaave *morb. nerv.* p. 341.
p) L. III. c. 18.
q) p. 821.
r) Boccone *Mus. di fis.* p. 284.
s) Buchner. Linn. *Gotlandska resa* p. 209.
t) Linn. ib.

PHYSALIS *a)* Linn. n. 250.

ALKEKENGI *b)* Tournefort. t. 64.

Calyx, dum flos viget, campaniformis, quinquedentatus, per maturitatem abit in peramplam veſicam, conniventem, quæ fructum continet. Flos campaniformis, conſpicuo tubo, ſegmentis acutis. Stamina non coaleſcunt. Bacca polyſperma. Circulus glanduloſus germen ambit.

577. PHYSALIS foliis conjugatis, cordatis, ſinuatis, caule ramoſo.
Solanum veſicarium Dodon. *purg.* p. 355. *hiſt.* p. 454.
Alkekengi ſeu Halicacabum Blakwell. *t.* 161. cum charactere.
Phyſalis foliis geminis, integris, acutis, caule herbaceo, infirmo, ſubramoſo.
Minime rarum circa *Mathod*, *Baume*, *Bex*, *au Furet*, *à la Praiſſe*, locis umbroſis. Sic Tiguri, Baſileæ ad ædem *D. Albani*, & in dumetis circa *Brüglingen.*

Caulis humilis, herbaceus, brachiatus, ad terram ramoſus, cum foliis, calyce, & flore hirſutus. Folia conjugata *c)*, petiolata, ampliter ex cordatis acuminata, per oram obſcure dentata. Flores in petiolis nudis, unifloris, albi, tubo conſpicuo, campaniformes: Calyx per maturitatem ruberrimus, ex rotundo acuminatus: ſic fructus ruber, quem Linnæus bilocularem dicit. Germen evolutum, elaſticum reſilit ex ſuo ſemine, & habetur pro dentium vermiculis *d)*. Olim ad eorum dolores Diocles *e)* laudabat.

Fructus dulcis, ſubacidus, in Hiſpania edulis *f)*, etiam nobis, niſi a calycis amari contactu ſapor corrumpatur *g)*. Aqua etiam acida *h)* ſtillat. Ab omni tempore hæ baccæ pro valide diuretico *i)* remedio habitæ ſunt: quatuor, quinque *k)*, etiam plures *l)*, aut una ſucci uncia. Sed etiam vinum, cum quo baccæ ferbuerint, ad colicam *m)* nephriticam laudatur, & in dyſuria *n)*; demum in hæmoptyſi *o)*, ut narcoticam naturam adgnoſcas. Trochiſcis, antiqua formula *p)*, in calculo multum Listerus utebatur *q)*. Radicis drachmam in gonorrhœa Aretæus *r)* dabat. Succum ſiccatum Veteres reponebant *s)*. Corticem inter mundantia vulnus Celsus *t)*.

MANDRAGORA Tournef. t. 12.

Calyx ſemiquinquefidus *v)*, ſegmentis lanceolatis. Flos conicus, ſurſum apertus, plus quam ſemi *x)* quinquefidus, ſegmentis ovatis, acutis. Stamina libera. Tuba apice globoſo. Fructus ſphæricus *y)*, inque pulpa unica ſeries ſeminum reniformium *z)*. Abunde a Belladonna mihi differre videtur.

*578. MANDRAGORA *a)* Dodon. *purg.* p. 362. *pempt.* p. 457. Blakwell. t. 364. absque flore. Miller. t. 173.
Mandragora mas Lobel. *ic.* p. 267.
Atropa acaulis, ſcapis unifloris Linn. p. 259.
In præcipitiis montis *Generoſi*, Helvetiæ transalpinæ La Chenal & Chatelain.

Radix

a) φυσαλλιδων. *pharmac.* Aret. *cur. diut. I.* c. 13. Solanum halicacabum, aut Phyſalis, foliis hortenſi Solano ſimilibus, latioribus, cujus caules, poſtquam adoleverunt, pauci terram ſpectant: folliculis orbiculatis, veſicarum ſimilibus, in quibus ſemen continetur fulvum, rotundum, leve Diosc. L.IV. c.67. Trychnon Solanum aliud coccineis, granoſis folliculis turbinatis, magnis, & grandi intus acino. Vocant Halicacabum veſicarium Plin. L. XXI. c. 37.

b) Avicenna T. II. L. II. c. 378.

c) Jung.

d) Schæffer *Zahnwürme* p. 28. Conf. Ettmuller.

e) Plin. L. XXV. n. 105.

f) Querr. II. p. 224.

g) Welsch. *hecatoſt. I.* Ehrhart. *œcon. pflanz. hiſt.* IX. p. 47.

h) Hill. *mat. med.* p. 508. Obſcure Geofroi.

i) Pharmacum φυσαλλιδων Aret. *curat. diut. I.* n. 13. Brassavola p. 198.

k) Tournefort.

l) C. & I. M. Hofman.

m) Wedel. I. M. Hofman.

n) Wedel. I. M. Hofman. Eo ſanatus Cardinalis Mizauld. *med. art.* p. 62.

o) Buchwald. p. 7. *art.* 62. Etiam Halicacabum ſomniferum eſſe Plinius l. c.

p) Habet Mesue p. 155. b.

q) *Tract. de calcul.*

r) *Cur. diut. II.* c. 5. ἁλικακαβον.

s) Dioscorides.

t) L. V. c. 20.

v) Tournef. C.

x) A.

y) E.F.

z) F.

a) Mandragoras, duo genera, major, anguſtioribus foliis & minoribus quam lactucæ, viroſis & graveolentibus, in terra ſparſis: mala gerit ſorbi ſimilia, pallida, odorata, in quibus ſemen veluti pyrorum; radicibus magnis, binis, ternis, inter ſe convolutis, nigris foris, intus albis, craſſo cortice veſtitis, caulem non fert. Alter candidus, foliis magnis albis, veluti betæ, malo duplo majori, colore, ut crocus, jucunde cum gravitate olente, radix major, candidior Dioscorid. L. IV. c. 71.

Radix magna, bicruris, inferne fibrosa, fœtida. Folia pariter virosa, ovato lanceolata, magna, per oras undulata, ex radice cespitem faciunt. Ex eo plusculi breviores scapi florigeri, erecti, nudi, uniflori. Flos subviolaceus: fructus luteus, fœtidus. Glandula circularis germen ambit, in duo cornicula producta *b*).

Varietates Cl. MICHELI *c*) distinguit, conjungit MILLERUS.

Ab omni tempore inter soporifera medicamenta relata fuit. In catapotion dormitivum a CELSO recipitur *d*). Succo corticis recentis radicis, & infuso vinoso ejus corticis, tamquam soporifero medicamento veteres utebantur *e*). Nimia ejus copia etiam olim furorem fecisse legitur *f*). Poma edentes ABUBEKR RHAZE reprehendit, quod *g*) nauseam faciant, & gravedinem, & a quinque pomis syncopen & alia mala secuta sint, ut tamen sanari possent *h*). Sed etiam nuper in Judæa poma grato odore lecta fuerunt. Stuporifera & venerea *i*) esse, vimque soporiferam habere idonei auctores confirmant *k*), ut etiam solo odore sopiant. Cum radix pro liquiritia devoraretur, cardialgia, syncope, deliria *l*) pene funesta secuta sunt. Oleum ad inflammationes olim adhibitum fuit *m*), & nuper externum usum ad glandularum tumores, internum tincturæ cum vino hispanico factæ, ex scrupulo radicis, bis, terve de die datæ, contra arthritidem utilem deprehenderunt *n*). Aqua virus retinet *o*).

Magicas radicis vires omitto, ob quas etiam ex Angelica *p*) & Bryonia & aliis modis spurias mandragoras effinxerunt.

BELLADONNA TOURNEFORT. t. 13.

ATROPA LINN. n. 249.

Calyx campaniformis *q*), profunde quinquefidus, segmentis triangularibus, flore brevior. Flos tubulosus *r*); tubi media parte ventricosa *s*), segmentis quinque triangularibus *t*), brevibus, parum repandis, etiam numerosioribus. Stamina libera: tubæ finis curvus, reniformis. Bacca ex sphærica latior *v*), septo integro divisa *x*), utrinque ansato *y*), ut semiquadrilocularis sit: seminibus numerosis *z*).

579. BELLADONNA caule herbaceo, brachiato, foliis ovato lanceolatis, integerrimis.
Solanum majus CAMERAR. *Epit.* p. 817. BROMFIELD. *ic.*
Solanum lethale DODON. *purg.* p. 360.
Solanum furiosum a) J. MATTH. FABER. *Strychnomania.*
Belladonna MILLER. *t.* 62. GARDEN of EDEN *t.* 40.

β. Foliis minoribus I. R. H.
Atropa caule herbaceo, foliis ovatis, integris LINN. *n.* 260.

Ubique in sylvis cæduis, circa Bernam: in meis sylvis prope *Goumoëns.*

Radix crassa, longa, ramosa. Caulis erectus, brachiatus, etiam sepedalis. Folia magna, hirsuta, mollia, petiolata, conjugata, sæpe inæqualia, ex ovatis acuminata, integerrima. Florigeri ex alis petioli, uniflori. Floris color luridus, ex virescente & purpureo obsoleto mixtus; laciniæ aliquantum inæquales *b*). Bacca nigra, nitens. Semina subrotunda, punctata & alveolata. Fructum anulus glandulosus ambit.

Baccæ sapore fatuo dulci, possunt absque noxa edi *c*), si numerus tres, quatuorve non excesserit: plures etiam a studioso medicinæ Coloniensi, nomine SIMONIS, vidi deglutiri. Pro Rhamno aliquando sibi Pharmacopola comparavit *d*). Succi uncia cani

 parum

b) SCEPIN. p. 28.
c) *Hort. Florent.* p. 62.
d) L. V. c. 25.
e) DIOSCOR. L. IV. c. 71.
f) CÆLIUS L. I. c. 4. ARET. *diut. cur.* I. c. 6. Erubescere RHAZE.
g) Ad MANSOR. III. c. 2.
h) *Simplic.* c. 835.
i) MYLLER *reise ins gelobte Land* p. 21.
k) DIOSCORIDES l. c. & L. VI. c. 16. CAMERAR. *memorab. Cent. III.* n. 60. LEVIN. LEMN. *herb. sacr.* I. p. 17. CASP. A REIES &c. Defendit innocuum esse J. FABER. de uno pomo.
l) SPON. *Voyag. II.* p. 172. 228.
m) MESUE p. 188.
n) K. *wetensk Acad.* 1763. *trim.* 3.
o) GEOFROI p. 809.
p) *Voyage en France & de l'Archipel III.* p. 295.
q) TOURNEFORT. l. c. C.
r) A.
s) ibid.
t) ibid.
v) E.
x) F.
y) I.K.
z) ibid.
a) Esse Mandragoram THEOPHRASTI. GUILANDINUS & P. HESSUS p. 88. 89. Non est Solanum somniferum THEOPHRASTI L. IX. c. 12. cui fructus subruber. Neque fruticosum DIOSCORIDIS L. IV. c. 69.
b) FABRIC. *Butisbac.* p. 49.
c) Edit DEERING. p. 29.
d) EHRHARD. *hist. VII.* p. 10. 11.

parum nocuit *e*); neque ſuccus in abdomen injectus *f*); ſed neque cuniculus a baccis ægrotavit; neque ſuccus per jugularem venam inpulſus, niſi ſtuporem *g*) movit. Saporem ſuum palato potiſſimum *h*) imprimit. Succus acoris ſigna edit *i*), & tamen lactis coagulum impedit *k*). Aqua inde non ingrati odoris ſtillat *l*): reliqua ignis effectu omitto, cum eadem, quæ ex Braſſica *m*), ex Belladonna elementa prodeant.

Acrimonia tamen latens ſubeſt, & baccæ, & folia os ſiccant *n*), ut æger deglutire nequiret *o*), ut vomitum *p*) moveant & ſeceſſum *q*); etiam cutem totam rubefaciunt *r*) & phlogoſes excitant *s*), inteſtina ipſa & ventriculum inflammant *t*). Una vi narcotica appetitum auferunt *v*), & ventriculum convellunt *x*) & inflant *y*), oculos debilitant *z*), aut excæcant *a*], pupillas dilatant *b*], viresque frangunt, ut totum corpus vacillet *c*].

Ita ſopit vim irritabilem ventriculi, ut vix *d*] 14. grana tartari emetici, a ſumtis baccis, vomitum excitarent *e*]. Et in ventriculo enectorum baccæ immutatæ *f*] reperiuntur.

Porro majori doſi ſumtæ, quatuor ab octenni puella devoratæ baccæ, & octo aut decem baccæ *g*] ab alia, magis nocuerunt: Soporem ergo *h*] inducunt, vertiginem *i*], anxietates *k*], delirium & furorem *l*], convulſionem *m*], riſum ſardonium *n*], ipſamque mortem *o*]. Ipſa aqua periculoſum ſoporem excitavit *p*], & quatriduo famem ſuſtulit, absque malo. Vino legimus Belladonna corrupto Danos in ſoporem ferreum eſſe conjectos *q*], ut facilis Anglorum victoria fuerit; neque aliena conjectura eſt, Belladonnam fuiſſe, quæ M. ANTONII milites intoxicaverat *r*]. A vino Belladonna infecto gangræna univerſalis & mors *s*].

Hæc mala omnium optime excitatus vomitus *t*] curat, & ea curatione puellas aliquas Cl. SCHOLLIUS morte eripuit. Huic medicationi plus tribuerem, quam vino *v*], aut aceto *x*]. Tamdiu enim ſymptomata ſuperſunt, quamdiu baccæ nondum de primis viis deturbatæ ſunt, quod demum tertio die fit *y*].

Etiam ſicca radix dementat *z*]. Uſu ſuo dicitur ſanguinis corium augere *a*].

Externo uſu cataplaſma pupulæ paralyſin *b*] fecit, & cæcitatem ſuperabilem, non tamen perpetuo *c*].

Eum uſum dudum ad oculi inflammationes WELSCHIUS commendavit *d*]; ad cancrum GENDRON, JUNKERUS *e*] & alii *f*], felici aliquando eventu *g*], & folia ulcera mammarum ſanarunt, ab optimo QUERIO adhibita *h*].

Internum

e) ROSSI *plant. venen* p. 11.
f) IDEM p. 14.
g) XAV. MANETTI *viridar.* p. 21.
h) GREW.
i) OETTINGER *de Belladonna.*
k) ibid.
l) ibid.
m) GEOFROI I. p. 122.
n) *Hiſt. de l'Acad.* ann. 1756. p. 72. *Journ. de medec.* XI p. 509. 510. CLUS. LAMBERGEN.
o) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 10. obſ. 92. MANETTI *Hiſt. de l'Acad.* CLUS.
p) *Journ. de Medec.* ann. 1766. m. Avril.
q) BROMFIELD.
r) SAUVAGES *noſol.* T. V. p. 497.
s) TIMMERMAN. *Belladonna*
t) *Comm. Lit. Nor.* 1743. *hebd.* 8.
v) TIMMERMAN. *Journ. de Medec.* l. c. BROMFIELD. MATTHIOL.
x) MANETTI.
y) Cum inteſtinis *Fränk. anmerk.* n. 13.
z) WIER. obſſ L. II. p. 961. BROMFIELD. LAMBERGEN.
a) RONCALL. *Medicin Europ.* p. 443. BROMFIELD. JUNKER apud TIMMERMAN.
b) *Journ. med.* ann. 1766. m. Avril.
c) *Journ. de medec.* l. c. JUNKER apud TIMMERMAN.
d) *Obererzgebürg. Journal.* Conf. *Journ de medec.* ann. 1766. m. Avril.
e) *Journ. de medec.* ib.
f) *Journ. de medec.* ann. 1759. m. Auguſt. & tertio demum die deceſſerunt *Journ. de medec.* 1766. April.
g) ibid.
h) WIER obſ. *L. II.* p. 10. 108. TIMMERMAN. *hiſt. de l'Acad.* SAUVAGES.
i) *Eph. Nat. Cur. Cent. VI.* obſ. 61.
k) ibid. DEGNER apud TIMMERMAN.
l) SICEL. [a radice] *hiſt. de l'Acad.* TRAG. RAI *Eph. Nat. Cur. Vol. IV.* obſ. 8. BLAIR *miſc.* p. 81. FRANK. p. 34. 36. WEPFER. *cicut.* p. 228. N. A. N. C. l. c. *Journ. de medec.* ann. 1757. m. Auguſt. ann. 1759. m. Auguſt. ann. 1766. m. April. TIMMERMAN. HORST. MOIBANUS T. III. p. 8. 161. *Eph. Nat. Cur. Vol. III.* obſ. 85. HOECHSTETTER. *Journ. de medec.* 1766. m. Avril.
m) N. A. N. C. *Vol. II.* obſ. 60. *Journ. med.* 1757. Auguſt. *journ. med.* 1763. Febr. SAUVAGES. *Fränk. anmerk.* n. 13. HORST.
n) *Journ med.* 1759. m. Auguſt.
o) TRAG. *Eph. Nat. Cur. Vol. V.* obſ. 2. 119. CLUT. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1743. *hebd.* 8. *Journ. de medec.* ann. 1757. m. Auguſt. *Fränk. anmerk. XIII.* PECHEY. *herbal* p. 121. Enectorum exempla exſtant apud HEUCHER. *nov. prov II.* p. 977. WAGNER *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 7. obſ. 108. *Dec. III ann* 8. obſ. 161. &c.
p) PORTA *magia naturalis* L VIII. FRANK. p. 50.
q) BLAIR *decads* p. 77. add. CAMERAR. *mem. III.* n. 54. MATTHIOL. p. 1074. FUCHS. LOBEL. *adverſ.* p. 103
r) FRANK p. 98.
s) EHRMANN. p. 38.
t) *Hiſt. de l'Acad.* WEPFER N. A. N. C. l. c. *Journ. de medec.* ann. 1763. m. Febr. PECHEY. FRANK. p. 24. Oleo dato SAUVAGES II. P. II. p. 79.
v) Cui confidit TRAGUS, & FRANK. p. 7. aceto MATTHIOLUS.
x) MATTHIOL. HOECHSTETTER.
y) *Journ de medec.* ann. 1766. m. Avril.
z) HAEN *rat. medend. II.*
a) PORTA *magia natural.* L. VIII.
b) RAI. WEPFER. *cicut.* p. 228.
c) Non ſucceſſit Cl. MULLERO *iritat Irrid.* p. 11.
d) *Mictomim.* p. 9.
e) Succum ex patrui experimento *de cancro* p. 137.
f) *Journ. de medec.* ann. 1760. m. Jul. p. 50.
g) ibid.
h) *Flor. Eſpann. III.* p. 209.

Internum uſum hujus veneni *Conradus* Gesnerus laudabili audacia exploravit, ſuccumque expreſſum, cum ſaccharo coctum, ad cochlearis menſuram opii vires imitari reperit, & dyſenteriam doloresque ſupprimere *i*] Pridem equidem populare apud Dithmarſos remedium fuit, ut cum cerevifia contuſas baccas contra *Varen* ſeu arthritidem vagam adhiberent *k*]; ita ut a ſumto medicamento ſomnum arcerent. Ad ſomnum ciendum Wierus *l*].

Inde decoctæ cum aqua herbæ cochlear, eamve doſin dare tentatum eſt, quæ ſomnum non moveret. Junkerus *m*] porro ejus uſu ſcirrhum mammæ, ſeu occultum cancrum, ſuperavit. *Tiberius* vero Lambergen duobus, inde tribus, granis in aqua infuſis, ſenſim verum cancrum exulceratum ſanavit. Experimenta etiam fecerunt Cl. Timmermannus ſenior *n*], & junior, Cl. Chirurgi Gataker & Bromfield, tum Cl. Marteau, Degner & alii. Nemo ſine incommodo Belladonnam dedit, neque absque cæcitate *o*] tamen ſuperabili, absque aſitia *p*] & ipſa ſponte evaneſcente, & ſomnolentia, pariter cum longiori uſu diminuta *q*], & ſiccitate oris, & ipſa ſenſim diminuta *r*], & intellectus fugace debilitate *s*], & anxietate *t*], & deliriis, tamen tranſeuntibus *v*].

Feliciter tamen 4. vaſculis theæ deſtinatis, infuſa cum foliis aqua plenis, ſcirrhum cancreſcentem mammæ ita Cl. vir mitigavit, ut ſeptico alcalino medicamento adhibito, pars cancroſa abſcederet *x*]. Sed etiam linguæ ſcirrhoſum tuberculum conjuncto Belladonnæ uſu, & lapidis infernalis contactu ſanavit *y*]. Porro Cl. Vandenblok *z*] cancrum occultum mammæ uſu interno infuſi ſuſtulit. Degnerus *a*] ſcirrhum mammæ decocto ſanavit, & cruris ulcus, quod dentem pardalidis ſenſerat *b*]. Etiam inteſtini ſcirrhus eo remedio *c*] ſuperatus eſt. Sed etiam in vomitu, in tuſſi ſicca *d*] & convulſiva *e*], & in catarrho longo, tinctura ſpirituoſa Belladonnæ profuit, quæ neque vertiginem faciat, neque mala alia. Eam ex mentha, croco & Belladonna Cl. Marteau parat *f*]

Ne tamen nimis his bonis lætemur, faciunt contrarii eventus in fungo cancroſo, in quo neque malum ſuſtulit *g*], neque mortem avertit: in cancro, ubi ejus uſus fruſtra fuit *h*], & in ulcere cancroſo *i*].

Sed etiam conſtans inde furor ſucceſſit *k*], & conſtans cæcitas *l*] & arthritidi oppoſita Belladonna ægrum occidit *m*].

Potiſſimum vero Cl. Bromfield ad unum granum, ad octo demum grana, infuſa in aqua Belladonnæ folia plerumque fruſtra dedit. Neque felicior in cruris ulcere fuit Cl. Gataker, inque mammæ abſceſſu, cancroſoque labiorum ulcere *n*].

HYOSCYAMUS *a*] Tournef. t. 42. Linn. n. 247.

Schinz ad libellum Cl. Stoekli.

Calyx campaniformis, modice inæqualis *b*], ſemiquinquefidus. Flos campaniformis, tubuloſus, tubo brevi, limbo inæquali, ſegmentis inferioribus profundius inciſis *c*] & minoribus. Stamina *d*] inæqualia, longa. Fructus ovatus *e*], tectus operculo hemiſphærico,

i] *Epiſt.* p. 34. b. p. 39.
k] Wier. L. II. obſ. 961. Smetius L. IV. p. 238.
l] apud Clutium.
m] Oetinger *de Belladonna.*
n] apud fil. *de Belladonna.*
o] Junker. l. c. Lambergen.
p] Bromfield. Roncalli.
q] Timmerman.
r] *journ. de medec. XI* p. 509. 511.
s] Wier.
t] Degner apud Timmermann, & ipſe Timmerman.
v] *journ. de medec.* ann. 1757. m. Auguſt. 1759. m. Aug. Moibanus.
x] Timmeermannus pater apud filium.
y] apud filium.
z] *journ. de medec.* ann. 1761. m. Febr.
a] apud Timmerman.
b] Gataker.
c] *journ. de medec. XI.* p. 499.
d] *journ. de medec.* ann. 1762. m. Maj.
e] Marteau *Gazette ſalutaire* ann. 1762. n. 25.
f] ibid. 1761.
g] Timmerman.
h] Acrell. *chir.händels* p. 27. Raulin. *fleurs blanch. II.* p. 594.
i] Bromfield.
k] Timmerman.
l] Bromfield.
m] *Eph. Nat. Cur. Vol. II.* obſ. 119.
n] Conf. *Phil. Tranſ. XLIX.* P. I.

a] Apollinaris ſeu Hyoscyamus, caulibus craſſis, foliis latis, oblongis, diviſis, nigris, hirſutis, ſemine nigro, floribus e caulis latere ordine prodeuntibus, tamquam punicorum cytiſi, ſcutulis ſepti ſemine plenis, ut papaveris. Primus ſemine nigro, floribus pene purpureis, ſmilacis, foliis cytiſi præduris & ſpinoſis, Dioscorid. L. VI. c. 64. Plin. L. XXV. n. 17. Alter ſemine ſubflavo, ut irionis, floribus luteis, foliis & ſiliquis ſimplicioribus. Tertium mitiſſimum, pingue, lanuginoſum, molle, candidi floris ſeminisque, Diosc. l. c. Noſter videtur primus.
b] Tournef. C. E.
c] Conf. Tournef. A. B.
d] Grew. t. 56.
e] Tournef. D.

phærico *f*], per maturitatem deſiliente, & nudante duos loculos *g*], ſepto diviſos, cum receptaculis maximis *h*]. Semina numeroſa, punctata *i*], & exaſperata, nigra *k*]. Tubæ longæ apex craſſus, excavatus. Anulus pulpoſus germen cingit.

580. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus, ſinuatis, floribus ſeſſilibus LINN. p. 257.
Hyoscyamus CAMERAR. *Epit.* p. 807. RIVIN. *monop. irreg. t.* 102.
Hyoscyamus flavus FUCHS. p. 837.
Hyoscyamus vulgaris niger DODON. *purg.* p. 345. *pempt.* p. 450.
Bona Icon exſtat apud STOERK *de aconit. t.* 1.
Amplexicaul Henbane HILL. T. VIII. t. 50.

In fimetis, ad vias & foſſas, in ſuburbanis, inque pagis: etiam ad Nilum *l*].

Tota planta longiuſculis pilis barbata, unguinoſa, fætida. Caulis cubitalis & ultra, folioſus & ramoſus. Folia molliſſima, lata baſi caulem amplexa, ſemipinnata, pinnis acutis, triangularibus, ordinatim decreſcentibus, minoribus intermiſtis. Flores in petiolis breviſſimis, in ſumma planta congeruntur in ſpicas fere heteromallas. Color pallidus, diſtinctus reti venarum violacearum. Apices ad inferiora conjecti, ſuperne longiores, breviores inferius.

Radices Hyoscyami dulces ſunt *m*), & eo magis periculoſæ; folia fatua, cum acoris indiciis. Aquam dat cæruleam *n*). Oleum ſemina multum, quo lampades Ægyptii alunt *o*), in calidis, noſtro perpaucum *p*).

Vires emollientes, & narcoticas, claſſis ſuæ potentiſſimas poſſidet, ut etiam magis, quam reliquæ, mentem emovere videatur, & deliria furioſa, rixoſaque ciere, unde olim nomen geſſit *alterci q*). Ea deliria *r*) aliquando fugacia ſunt *s*), & temulentiæ ſimilia *t*); alias diutius durant *v*); & denique in mortem tranſeunt *x*). Alias Hyoscyamus hominem in ſtuporem conjicit *y*). Sed & ſopores facit *z*), & vertigines *a*), convulſiones *b*), riſusque ſardonios *c*), & inflationes *d*), ſtrangulationes *e*), ardorem faucium *f*), frigus extremorum *g*). Si alvum duxit, a reſolutione aliqua toni *h*) id videtur factum fuiſſe.

Memini ſodalem meum SIMONIUM, cum Leidæ mecum anno 1725. BOERHAAVII ſcholas frequentaret, Aconita, Apocyna, Belladonnæ baccas impune devoraſſe, ab Hyoscyami vero ſemine victum, nimiæ curioſitatis pœnas dediſſe, atque mente alienatum, alteroque latere reſolutum, tamen a PRÆCEPTORE ſervatum fuiſſe.

In lotione adhibitus deliria fecit *i*).

Etiam vapor rixoſa deliria civit, dum radix effodiebatur *k*), & ſuffitus ſeminis ſopit *l*), & funeſtum denique eventum habuit *m*). Narrabat BOERHAAVIUS, ſe temulentum factum fuiſſe, cum emplaſtrum de Hyoscyamo pararet.

Anſerculos Hyoscyamus occidit *n*). Cani radicis decoctum non nocuit, robuſto animali *o*), neque vaccis *p*) porcisve *q*).

Ea vis etiam in albo Hyoscyamo eſt, quem Veteres mitiorem fecerunt *r*), cujus grana

25

f] H.
g] K. GREW. t. 70.
h] TOURNEF. ad I.
i] L.
k] SUIDAS III. p. 530.
l] BELLON. p. 270.
m) FLOYER. GEOFROI.
n) SLEVOGT. *de Hyoscyamo.* WEDEL. *progr.*
o) BELLON. p. 270.
p) SPIELMANN. *Inſtit. Chem.* p. 35.
q) SCRIBONIUS LARGUS n. 181.
r) Inſania ARETÆUS *diut.* l.c. 6. HELMONT. *jus duumviratus* a duabus ſeminis drachmis. A ſemine WALTHER. BARRERE. *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann.* 4. 5. obſ. 124. *Dec.* III. *ann.* 9. 10. *append.* A ſemine etiam delirium SALMUTH. L. II. n. 88. BIERLING. *adverſ.* n. 2. SPINDLER. obſ 14. STISSER. obſ. 8. *Act. Helvet.* A radice *Phil. Tranſ.* n. 429. STORCH. *Kinderkrankh. IV.* p. 470. WEPFER. THRELKELD. p. 12. 13. BORELLUS. Stupidi, inſenſiles, alienati RAULIN. *vapeurs* p. 269. 270. A radice Vertigo *Phil. Tranſ.* l. c. SALMUTH. THRELKELD.
s) HELMONT. WEPFER. GMELIN. BORELL. *Cent. IV.* obſ. 45. BLAIR. *miſcell.* p. 82. Talia Hyoscyamo DIOSCORIDES tribuit L. VI. c. 15.
t) ALBERTI *med. leg. I.* p. 279. ſq. ex radicibus.
v) Hebetitudo aliquot menſium a radice, BARRERE p. 54. Diuturna mania *journ. de medec.* ann. 1763. m. Jul. Durabilia mala & inſaniæ LOBEL. *adverſ. Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 3. obſ. 66. *Dec.* I. *ann.* 3. obſ. 21. *Dec.* III. *ann.* 2. obſ. 112. BUCHNER. *miſcell.* ann. 1729. p. 160. LINDER. *venen.* p. 560.
x) Funeſti eventus WALTHER. *theſ.* n. 49.
y) Radix *journ. de medec.* 1756. Fevr.
z) *Phil. Tranſ.* l. c. GARIDEL. BIERLING. *Act. Helvet. V.* p. 333. A ſemine WILLIS. *anim. brut.* p. 227. ut putat.
a) *Phil. Tranſ.* n. 429. SALMUTH. THRELKELD.
b) WEPFER. *cicut.* p. 230. a radice BARRERE *journ. de medec.*
c) ALBERTI. WALTHER. *theſ.* obſ. 41. 49.
d) BLAIR. *miſcell.* p. 82.
e) RHAZE ad MANSOR. L. VIII. c. 19.
f) WEPFER.
g) RHAZE.
h) SLEVOGT. *de Hyoscyamo.*
i) *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 6.
k) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 8. obſ. 66.
l) HAGEDORN. *Cent. III.* n. 84.
m) *Act. hafn. I.* obſ. 14. vide GEOFROI p. 596. ſqq.
n) BRADLEY *farm. direct.* p. 30.
o) FLOYER. SPROEGEL. p. 19. 22.
p) KALM. *reſa* T. I.
q) L'ISLE *husbandry II.* p. 232.
r) ORIBAS. *Synopſ. II.* c. 5. 6. RHAZE III. c. 29. in NICOLAUM p. 161.

O

25 s) soporem, convulsiones, tendinum subsultum, insensilitatem fecerunt, & cujus usus in alio homine deglutitionem destruxit t), desipientiam fecit, & aphoniam, mala equidem non durabilia; alias mite delirium v). Sed etiam Sibirici Hyoscyami, calycibus inflatis, radices coctæ mentem turbaverunt x).

In cadaveribus hominum ab Hyoscyamo enectorum vasa meningum tumida y); etiam in ventriculo nigræ maculæ repertæ fuerunt z).

Salus ut in aliis venenis est in vomitu excitato a), aut certe in purgatione alvi b), cum semina diu in intestinis resideant, aut in acri demum enemate c); aliquando etiam vesicatorium emplastrum capiti adposuisse profuit d); variisque nonnunquam auxiliis, extracto castorei e), succo ribium f), aliisve g) remediis æger servatus est.

Ob vires tamen anodynas dudum externus Hyoscyami usus in medendi arte locum habuit. Multus est de succo seminis, caulium, de herba contusa, de seminibus ipsis, DIOSCORIDES h). In collyrium CELSUS recepit i), & inter reprimentia k).

Deinde cataplasma ad dolores externos, & ad apostemata dudum laudatur l), tum ad urinam suppressam m).

Emplastrum de Hyoscyamo ad dolores varios, etiam pertinaces, a WEDELIO, & a difficili viro *Daniele* LUDOVICI n) commendatur, meminique etiam mihi opem tulisse, cum lapsum metuens, vehemente nixu me sustinuissem, unde diuturnus mihi & convulsivus in ima sura dolor mansit.

Folia admota aquam hydropicam o) extrahunt. Oleum succo foliorum imbutum tumentes glandulas faucium ad suppurationem cogit p). Oleum ex seminibus pressum, congeneribus efficacius q), ad externos usus notum est ex anodyna vi, ut etiam in clysteres receptum sit r). Folia pro fumo trahendo nicotianæ, adfini plantæ, substituta fuerunt s), & idem fumus ad perniones in usu est.

Idem ad dentium dolores adhibetur, non quidem quod vermiculos aliquos necet t), quæ superstitio est v); sed ob vim fumi narcoticam x).

Tandem etiam internus usus hujus veneni tentatus est. Olim CELSUS y) in catapotium somniferum receperat, & decoctum in phrenitide z); in vertigine MARCELLUS a). In antidoto *Philonii* locum habet b).

Deinde HELIDÆUS ad hæmoptoen semine usus est, magister FORESTI. *Theodorus* TURQUET idem semen ad grana octo, & denique omnino ad 24. grana, cum succo sempervivi, per quadraginta dies adversus epilepsiam dare ausus est c): ad hæmorrhagiam PLATERUS d), non absque consentiente experimento *Roberti* BOYLE e). In dysenteria CLAUDERUS exhibuit f).

Denique nuper Vir animosus *Antonius* STÖRK g) extractum succi totius h) plantæ exhalando ad usum medicum paravit, inque cane ejus vim expertus est. Tulit absque noxa i) grana viginti. A duabus drachmis animal sopitum est, pupillasque habuit latissimas, vomuitque & alvum laxavit, sponteque convaluit k). Hoc successu excitatus vir ILL. eo medicamento in ægrotis uti adgressus est, quoties nimios in nervis motus compescere necessarium videretur.

Dedit ergo ad convulsiones grana duo, & utiliter eo medicamento hoc in morbo ad

s) *Edimburg. Ess. nov. II.* n. 10.
t) TARGIONI *Voyag. VI.* p. 279.
v) SPINDLER. obs. 14.
x) GMELIN. III. p. 84.
y) BARRERE l. c.
z) IDEM.
a) Olim RHAZE l. c. PAULI. HELMONT. *jus duumvir.* p. 244. SALMUTH. L. II. n. 88. RAULIN. STISSER. obs. 8. STORCH. l. c. WEDEL. *de vomit. rit. exhib.*
b) *journ. de medec.* ann. 1763. m. Juill.
c) WILLIS *anim. brut.* p. 227.
d) *Act. Edimb. I.* MARQUET. obs. 114. *journ. de medec.* ann. 1756. m. Febr.
e) BIERLING.
f) GMELIN. *reis.* III. p. 511.
g) Adde sanatos apud WALTHER. n. 41. THRELKELD. ALBERTI l. c. BLAIR p. 82. &c. WEPFER.
h) l. c.
i) L. VI. c. 6.
k) II. c. 33.
l) In NICOLAUM p. 161.
m) TOURNEFORT.
n) *Oper.* p. 278.
o) CRATO *Epist.* L. V.
p) CHOMEL. *Supplem.* p. 201.
q) LUDOVICI p. 296. NEUMAN. EHRHARD. p. 34.
r) GLAUBERO.
s) GADD. *satacund harad.* p. 59.
t) MARCELL. c. 12. MESUE II. *ægr.* c. 7. *Act. hafn.*
v) *Phil. Trans.* n. 429.
x) *Act. hafn. I.* obs. 14.
y) L. V. c. 25.
z) L. III. c. 18.
a) c. 3.
b) MESUE p. 107.
c) *Prax.* p. 23.
d) Conf. FRIK. *venen. us. med.* p. 300.
e) *Utilit. philosoph. experiment.* p. 270.
f) *Eph. Nat. Cur. II. ann.* 6. obs. 178.
g) *Libr. quo demonstratur stramonium Hyoscyamum aconitum esse remedia salutifera* ann. 1762. 8.
h) p. 281.
i) ibid.
k) p. 30.

grana quinque *l*), & sex *m*), & quindecim *n*), & sedecim *o*); in adfini crampo *p*); in atrocibus doloribus *q*); in tussi sicca vehemente *r*) usus est. Ipsam epilepsiam granis sex, in diem datis, superavit *s*). In hæmoptoe grana tria bono eventu exhibuit *t*). Porro in melancholia tria in diem grana *v*), & quatuor *x*), & octo *y*), & demum viginti *z*) grana dedit. Sic mania granis tribus *a*), quatuor *b*), octo *c*) superata est. Palpitationem exigua dosi sustulit *d*). Cl. WHYTT ad grana quatuor dedit, & narcoticam vim, atque laxantem, confirmavit *e*).

Non ideo rejecero, quæ de usu seminis Cl. SCARDONA monet *f*); neque nimis narcoticum esse negavero *g*), tantum ut prudentiam medici requiram.

VERBASCUM *a*) LINN. n. 245.

VERBASCUM TOURNEFORT. t. 61.

& BLATTARIA TOURNEF.

Calyx campaniformis, flore brevior, quinquefidus *b*), paulum irregularis, ut duo dentes supremi breviores a tribus inferioribus intervallo distent. Floris tubus brevissimus *c*), segmenta quinque subrotunda *d*); suprema minora; imum longissimum *e*). Stamina contrariam inæqualitatem observant; supremum brevius; ima longissima, sursum curva; anthera uniloculari. Filamenta sæpe barbata. Tubæ apex alias rotundus *f*), alias bicollis. Fructus ex ovato conicus *g*), septo duobus magnis receptaculis aucto *h*), polyspermos *i*).

581. VERBASCUM foliis decurrentibus, utrinque tomentosis [*lanatis*] LINN. I. p. 252.

Synonyma difficilia.

Verbascum CAMERAR. *Epit.* p. 878. optime. BLAKWELL. *t.* 3. RENEAULME p. 102.

Verbascum foliis incanis mas latifolium, *floribus luteis*, *arcte caulibus adhærentibus*, *sine foliis angustis inter flores eminentibus* HIST. OXON. II. p. 485. *Sect. V.* tab. 9. *f.* 1.

White Mullein HILL. *t. VIII. t.* 36.

Verbascum album BLAKWELL. *t.* 502. bene.

Ubique in glareosis, in fossis, ad vias.

Caulis altissimus, ad sex pedes & ultra, lignosus, ramis adscendentibus; spica longe cylindrica, unde nomen, floribusque brevissime petiolatis, fasciculatis; insidentibus bracteis lanceolatis, plerumque brevibus, alias de spica eminentibus. Spicæ fere simplices, tamen & ramosæ. Folia perampla, utrinque tomentosa, lanata, longe ovata & elliptica, in margine obiter incisa, ut tomentum dentes abscondat, longe ex caule orta, quem alatum reddunt. Petioli florigeri ramosi, stipula sub flore ovata, lanceolata. Flores majores, pallide lutei, lanuginosi, intus splendidi. Calyx tomentosus, campaniformis, semiquinquefidus, segmentis pene æqualibus, hæc longiora, sursum versa, petiolo latescente: antheræ miniatæ, filamentorum trium superiorum barba albida, imorum nulla: floris segmenta utique suprema brevissima, imum longius. Tuba simplex, fine lato, sursum versa.

582. VER-

l) n. 2. p. 126. & in nupero opere p. 230.
m) n. 1.
n) p. 136.
o) *Operis nuperi* p. 128.
p) n. 3.
q) In ultimo opere p. 230.
r) Granis decem p. 137.
s) n. 10.
t) n. 6. 7.
v) n. 5. & 9.
x) p. 134.
y) p. 139.
z) n. 8.
a) n. 5.
b) p. 134.
c) p. 139.
d) n. 4.
e) *Nerv. disor.* p. 363. 364.
f) *Aphor. I.* p. 157.
g) *Miscell. Lips.* P, III. p. 241.

a) *θρυαλλις* POLLUC. p. 137. Verbasci seu phlomi plura genera, album mas, nigrum femina, tertium in sylvis, foliis brassicæ latioribus, pilosis, caule cubitali PLIN. L. XXV. n. 73. Feminæ folia brassicæ, pilosiora, latiora, candida; caulis cubitalis, altiorve, albus, subhirsutus: flores albi, aut ex luteo pallescentes: semen nigrum, radix longa, digiti crassitie, gustu acerba. Mas oblongius albis foliis & angustioribus, caule tenuiori. Nigrum semen albi, folio nigriore, & latiori DIOSCOR. L. IV. c. 99.
b) TOURNEF. D.
c) B.
d) A.
e) ibid.
f) C.D.
g) E.
h) G.H.
i) I.

582. VERBASCUM foliis ovatis, utrinque tomentosis, inferioribus petiolatis, stigmate bicolli. Add. Linn. I. p. 253.

Verbascum montanum tomentosum & incanum, folio rubrotundo, caule non alato, staminibus purpureis Tilli.

Hoc rarius: circa *Cellam* in arenosis provenit, etiam circa *Fouly*, *Agaunum* & *Octodurum* Valesiæ.

Folia & habitus consentiunt: & spica densa aphylla, sed nostro angustissimæ foliorum radices per caulem decurrunt *a*). Bracteæ quadrifloræ, intra quas flores brevissime petiolati. Folia ima petiolata, superiora sessilia, ovata omnia & serrata. Caulis hirsutus, nudus. Flores duplo ampliores *b*), biunciales. Tubæ stigma manifestissime, etsi breviter, bicolle *c*).

Nondum mihi in hac planta satisfacio.

In utraque specie similes sunt vires emollientes & anodynæ. Flores dulces, mellei.

Dudum folia Verbasci in olla calefacta & admota, ad podagram celebria fuerunt, ut perpetim renovarentur, quæ refriguerant *d*).

Sed etiam florum, qui contabuerunt, liquamen mollissimum, ad dolentes cæcasque hæmorrhoides *e*), ad alias inflammationes, ad podagram *f*), utique utile est: tum cataplasma ad tumores artuum dolorificos *g*); demum eadem folia in unguentum trita, recentibus vulneribus medentur. Neumanno pharmacopolæ non placent *h*). Gargarisma in angina: clyster in tenesmo utilis. Etiam fumus ad hæmorrhoides commendatur *i*).

Vis florum & in aquosa extracta transit, quæ dulcescunt & grati odoris sunt, & in resinosa, quæ etiam gratiora: ut omnino & infusum & decoctum sæpe utile sit *k*). Aqua rosam redolet, & admistum *l*) habet oleum essentiale. In cinere tartarus est vitriolatus, & ferri particula *m*). Folia & ipsa odoratam dant aquam *n*). Florum infusum ad phthisin valet *o*): decoctum ad dysenteriam. Semen aliquantum stupefacit, cum pisces ejus ope capiantur *p*) & etiam pereant *q*).

583. VERBASCUM spica ramosa, foliis ovato lanceolatis, inferioribus petiolatis.

α. Flore luteo.

Verbascum pulverulentum, flore luteo, parvo I. B. III. p. 872.

Verbascum luteum Tabernæm. p. 565.

β. Flore albo Rosen. *obs*. 7.

Verbascum flore albo perperam Verbascum femina vulgo Lobel. p. 563. caule valde ramoso.

Verbascum album II. Tabernæmont. p. 864.

Verbascum flore albo parvo I. B. III. p. 813.

Pale Mulleyn Hill. *VIII. t.* 36.

α. β. *Verbascum foliis cuneiformi oblongis* Linn. *I.* p. 253.

Similibus locis, ad vias in Helvetia non rarum.

Caulis humilior, ramosior. Folia juniora fere Cynoglossi, ovato lanceolata, acuta, integra, non *decurrentia*, cauli nempe longo petiolo non adnata, superne hirsuta, ut etiam calvescant, delapsa lanugine: inferne magis tomentosa. Inferiora petiolata sunt: superna sessilia. Sed caulem, folia, calyces, alba farina frequenter adspersa, contegit: Spica ex multis spicis erectis composita, ad quas multi flores absque petiolo sessiles congeruntur: cuique ramo folium lanceolatum subjicitur, quod de spica eminet. Flores frequenter albi, aut superna duo segmenta alba, tria minora ochroleuca: Plumulæ staminum albæ vel flavidæ. Calyx viridis, glaber. Tuba fine latiori, sursum verso.

584. VERBASCUM foliis imis petiolatis, cordato lanceolatis, superioribus sessilibus, ovatis, acutis.

α. Vulgatius flore luteo.

Verbascum nigrum Trag. p. 217. Reneaulme p. 106. 107.

Verbascum

a) Linnæus nullas.
b) Fabric. Willich. *diss*. p. 10. n. 22.
c) Willich.
d) Demetrius Pepagomenus.
e) Degner. *dysent*. ad II. p. 185. Boccone *osserv*. p. 133.
f) Crato *consil*. L. III. p. 132.
g) Kalm. *resa* p. 224.
h) p. 511.
i) Boccone *mus. di fisic*. p. 215.
k) Neuman. T. II. P. IV. p. 506. 507.
l) Risler. *de Verbasco*.
m) ibid.
n) Risler.
o) Dekker. Risler.
p) Boccone *mus. di fis*. p. 212.
q) Aristoteles *hist. anim*. L. VIII. c. 20.

Verbascum nigrum flore parvo, apicibus purpureis I. B. III. p. 870.
Blak Mullein Hill. *VIII. t.* 37.

β. Flore albo C. B. Loesel. Vaillant. &c.

α. β. Verbascum foliis oblongo cordatis, petiolatis Linn. p. 253.

Luteum ad vias vulgare. Album legi *Aquilejæ* : & ad muros Cœmeterii Kunizensis. J. Gesner Badæ.

Caulis similis, ramosus. Folia multo magis rugosa, superne ex albis virentia, inferne rarius tomentosa, manifesto serrata, non decurrentia: inferiora petiolata, circa petiolum emarginata: superiora sessilia, ex ovatis lanceolata. Spica rarior, etiam ramosa. Flores flavi, medio circulo purpureo, & barbulis staminum purpureis: In rariori specie petalon album, reliqua eadem.

585. VERBASCUM spica rarissima, foliis glabris serratis, cordato lanceolatis, imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus.
Gesner. *Icon ligη.* 82.
Blattaria flore luteo. Hort. Aichstett. æst. ord. 10. *t.* 4. *f.* 2.
Moth Mulleyn Hill. T. VIII. *t.* 37.
Verbascum foliis amplexicaulibus, oblongis, glabsis, pedunculis solitariis Linn. *I.* p. 254.

Varietates vide in *Hort. flor.* p. 16.

In pago Aventico passim, ut circa Urbam, ad pavimentum Mosaïcum, in *Bosseja*: circa *Montagny*, *Sussevaz*, *Treycovagnes.* Circa *Ebrodunum*, *Genevam*, ad sepes & agrorum limites. Scaphusiæ Meyer.

Habitus Verbasci, caulis bipedalis, erectus. Folia glabra, nitentia, rugosa, longe petiolata, semipinnata, dentibus triangulis, serratis, sessilibus, semiamplexicaulibus: superne ovato lanceolata, serrata. Spica multo, quam Verbascis rarior, petioli breves, uniflori, sub quibus stipulæ ciliatæ. Calyx & summus caulis viridis, uterque capitatis pilis hirsutus. Flos planissimus, flavus. Stamina pube purpurea ornata. Tuba violacea, globulo terminata. Fructus *r*) globosus. Stamina & floris segmenta in eadem ratione difformia, ut in Verbasco.

Amara & acris nullius usus est.

Albam Blattariam equidem reperi *in der Enge*, pro vera tamen cive non habeo, quæ ex hortorum rejectaneis provenire potuerit.

STRAMONIUM Tournefort. t. 43. 44.

DATURA Linn. n. 246. Schinz. ad Störck.

Calyx longe tubulosus *a*), pentagonus *b*), breviter quinquefidus. Tubus floris prælongus *c*), paulatim latescit, & ambitu est pentagonio, angulis in aristas molles exeuntibus *d*). Tuba fungo bicolli. Fructus quadrivalvis *e*), quatuor septis integris divisus, quibus quatuor receptacula *f*) totidem dimidia septa addunt; semina rugosa, reniformia.

586. STRAMONIUM foliis angulosis, fructu erecto, muricato, calyce pentagonio.
Nuci metellæ congener planta Camerar. *Epit.* p. 276.
Solanum manicum g) *Dioscoridis* Columν. *phytobasan.* p. 47.
Stramonium Blakwell. 1313. Stoerk. in Lib. de *Stramonio aconito.*
Stramonium pericarpiis spinosis, erectis, ovatis, foliis ovatis, glabris Linn. *I.* p. 255.

Peregrina planta in hortis, fimetis, & circa civitates invalescit.

Caulis latissime diffusus, dichotomus. Folia flaccida, longe petiolata, angulose divisa, margine semilunaribus laciniis exsecto. Flores grandes, albi, divisionibus caulium insident. Fructus ovatus, muricatus, spinis mediocribus, acutis. Eum succingit corolla quasi rotunde resecta, de calyce delapso residua. Germen ab anulo glanduloso ambitur.

Odor

r) Semen pingit Trew. I. p. 74.
a) Tournef. C.C.
b) ibid.
c) A.
d) ibid.
e) Grew. t. 71. Tournef. G. K. Bilocularem vocat Linnæus ibid.
f) Grew. t. 77.
g) Solanum furiosum, foliis erucis simile, majus aliquanto, caules ex radice proceri, decem, duodecim, cubitales: caput in cacumine olivæ figura, sed ut Platani pilulæ hirsutius, majus, latiusque, flos niger, post eum racemus rotundus niger, denis, duodenisve acinis constans, similis hederæ corymbis Dioscorid. IV. c. 69. Credas stramonium describere, sed admiscere Solani fructus. Solanum manicon radice candida, cubitum longa, cava, folio erecto, caule quatuor cubitorum, capite Gethyos piloso, fructu quasi platani Theophrast. L. XI. c. 12.

Odor totius plantæ viroſus.

Ex deterioribus plantis narcoticis eſt. Somnum facit adeo profundum, ut impune pudicitia puellæ violari poſſit *g*), quæ hoc toxicum ſumſerit.

Subſultus in eo ſopore *i*) indicant admiſtum virus. Deliria facit, apud Indos grata *k*) equidem, reformata hactenus plantæ viroſæ efficacia. Nam omnino Stramonium eſt Indorum Datura *l*), confirmantibus Miſſionariis Danicis *m*).

Deliria facit *n*) utique & ſopores *o*), inde amentiam *p*), maniam *q*), convulſiones *r*), paralyſes artuum *s*), ſudores frigidas *t*), ſitim vehementem *v*), tremores *x*): A fructus decocto ſumto homo triſtis, aphonus, ſine pulſu, artubus reſolutis, inde furioſus *y*) factus eſt.

Alius a fructu in lacte cocto vertiginoſus, inſenſilis, delirus, pulſu parvo & celere, demum vix ullo, cruribus paralyticis, deinde furioſus *z*).

Cum cereviſiam Datura Chinenſes intoxixarent, legibus fraus proſcripta eſt *a*), in furorem enim vertebantur, qui biberant.

Sed etiam funeſtus effectus ſecutus eſt *b*), cum pro Nigellæ ſemine venditum eſſet *c*), nam ea fraus frequens eſt *d*). Et ipſe ſemen Stramonii ex ventriculo miſeræ exciſum coram habui, cui pro Nigella datum fuerat; ab eo ſemine cortex cerebri ſanguine pleniſſimus *e*) & ejus ſinus duris grumis pleni fuerunt.

Etiam canis a ſpiritu Daturæ ſeminum *f*) temulentus fuit.

Si doſis minor fuerit, ſponte cedit *g*) delirium & poſt 24. horas *h*), aut aliquanto ſerius *i*), aut ſanatur mota alvo *k*), vomitu *l*), aceto *m*); denique ſpirituoſis medicamentis *n*).

Non præter rem adeo TRILLERUS *o*) eam plantam pro Stramonio habuit, quæ milites MARCI ANTONII dementavit, niſi minus ad eſum invitaſſe objicias.

Etiam aliæ plantæ hujus generis eosdem virulentos effectus edunt, ut nux Methel *p*), quam SLEVOGTIUS *q*) pro Stramonio habuit: ſed deſcriptio videtur recedere *r*). Ea enim nux ſtultitiam cum riſu facit *s*), & mentis aberrationem *t*), & mortes a *Methel* RHAZE vidit *x*).

Stramonium aliud fructu rotundo, pendulo, fructu duplici, ſomnum profundum facit *y*).

Externo uſu emollit, relaxat, ut puto valide; lac de mammis diſſipat *z*); reprimere a CELSO dictum eſt *z**).

Stramonium flore duplici in dyſentericis exhibent *a*).

Nuper demum ILL. STÖRCKIUS *b*) ſuccum ſpeciei vulgaris expreſſit, in ſapam exhalando ſpiſſavit, ingratam & nauſeoſam. Ejus vires tentavit adverſus nimios naturæ motus, & inſaniam *c*), & ſeſqui granum in diem dedit, felici eventu; deinde grana tria *d*), ut tamen priſtina vertigo maneret. Porro convulſiones, epilepſiam *e*) eodem extracto adgreſſus eſt, non infelici ſucceſſu: ſanaſſe etiam maniam *f*) LUDWIGIUS teſtis eſt: etſi is eventus non eſt perpetuus *g*). Id autem conſentaneum videtur, ſi naturæ vires frangere oportet, & irritabilem nervorum indolem frenare, id ut per potentiora potius, quam per inertia remedia fiat.

h) TROPANINGER. *med. leg.* p. 296. LINDERN. *venen. ſpieg.* p. 532.
i) STORCH. *Kinderkrankh. II.* p. 183.
k) KÆMPFER. *Amœnit. faſc. III.* obſ. 15. Turcorum hypnoticon ex Datura paratur WELSCH. *hecatoſt. I.* obſ. 57. Ideo pro Nepenthe habet BORRICH. *Hermet. Ægypt. ſap.* p. 130.
l) *Berichte contin.* XXIX. p. 442.
m) SAUVAGES II. p. 430.
n) KAAUW. *impet.* n. 349. LOBSTEN *epiſt.* ad GUERIN. *plant. venen. Alſat.*
o) CLAUDER. *prax. med. leg. caſ. I Eph. Nat. Cur. Cent. IX.* obſ. 94. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1744. p. 14.
p) KAAUW. ibid. *Act. franc. I.* p. 200. BUCHNER. 1725. p. 611.
q) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 3. obſ. 170.
r) KAAUW. ibid. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1744. p. 14. LOBSTEN.
s) DEERING. p. 209.
t) BARRERE *nov. ed.* p. 48. ſq.
v) *Miſcell. Lipſ. XI.* P. III. p. 241.
x) *Comm. Lit. Nor.* ann. 1744. p. 14.
y) SAUVAGES *noſolog. IV.* p. 345.
z) *Act. Edimb. nov. II. art. IX.* p. 122.
a) SPRAT. *hiſt.* p. 162.
b) BARRERE. SAUVAGES II. P. II. p. 430.
c) BUCHNER. *miſcell.* ann. 1727. STORCH. *hebammea* p. 149. Mors intra 48. horas.
d) CLAUDER. *Act. franc.*
e) BARRERE.
f) BARTHOLIN. *Cent. VI. hebd.* 76.
g) *Act. Edimb. II. art.* 9. SAUVAGES *noſol.* l. c.
h) GARC. ab ORTA L. II. c. 24. *Eph. Nat. Cur. Cent. IX.* obſ. 94.
i) BUCHNER. *miſcell.* ann. 1729. p. 611.
k) *Comm. Lit. Nor.* ann. 1744. p. 14.
l) KAAUW. LOBSTEN hora 10.
m) KRAMER. *Comm. Nor.* 1733. n. 32.
n) DEERING.
o) TRILLER. *progr.*
p) Dicta AVICENNÆ L. II. fin. 6. t. 1. c. 2.
q) *Progr.*
r) Aliam plantam cum eo nomine habet CAMERAR. *Epit.* p. 175.
s) BARTOLETT. *diffic. reſp.* p. 405.
t) RHAZE ibid.
x) ad MANSOR. L. VIII. p. 21.
y) RUMPF. L. VIII. c. 49.
z) *Fränk. anmerk. I.* p. 424.
*z**) II. c. 33.
a) RUMPF. l. c.
b) l. c. p. 6.
c) Exp. 1. p. 9. ſq. & in caſu a SCHMIZIO communicato.
d) Exp. 2.
e) Exp. 4.
f) *Comm. Lipſ.* l. c.
g) ibid.

V. ASPERIFOLIÆ.

BOERHAAVE p. 187. ROYEN. p. 403. LINN. n. 41. OEDER. p. 294.

His calyx quinquefidus: flos quinquepartitus: ſtamina quinque: tuba ſimplex, apice ſæpe leviter bifido. Semina in imo calyce quatuor, in fundo calycis nuda, aut rariſſime duæ capſulæ diſpermæ. Facies etiam in tota claſſe conſentit caulis ramoſi, foliorum ſimplicium, oblongorum fere, & alternorum, denique florum in ſpicas ſimplices frequens diſpoſitio, quæ in juniori planta in curvam ſpicam convolvuntur, inde ſenſim ſe in rectitudinem explicant.

Vires etiam medicæ viſcidæ, emollientes, leniter anodynæ. Quare claſſis eſt naturalis.

CYNOGLOSSUM *a)* TOURNEFORTII t. 57.
CYNOGLOSSUM LINNÆI n. 103. & MYOSOTIDIS ſp. EJUSD.

Mei character ſpecificus eſt in ſeminibus exaſperatis, pene ſpinoſis *b)*; ſive ea corticem aſperum habeant liberum, ſive adhærentem. LINNÆUS iſtas removet, & palos quinque ſubhirſutos in faucibus floris pro charactere Cynogloſſi ſubſtituit, quorum locum nobis aliquando glabri tumores tenent. Cæterum tubus floris brevis *c)*: ſegmenta ſubrotunda *d)* ſurſum cava: ſemina compreſſa, ad ſe invicem in ſpeciem latiſſimi coni adaptata *e)*, ad receptaculum pyramidi quadrilateræ ſimile *f)*.

587. CYNOGLOSSUM foliis ellipticis, lanceolatis, ſericeis, caule folioſo.

Cynogloſſa BLAKWELL. *t.* 249.

Cynogloſſum vulgare MATTHIOL. cum duabus plantæ ætatibus p. 1190. Planta acaulos eſt ſtirps primi anni *g)*.

Cynogloſſum ſtaminibus corolla brevioribus, foliis late lanceolatis, tomentoſis, ſeſſilibus LINN. *I.* p. 172.

Waved Houndstongue HILL. *VII. t.* 45.

β. Flore albo C. B. &c.

Ad vias & foſſarum aggeres frequens.

Radix magna, ramoſa. Caulis erectus, craſſus, cubitalis, ab imo ad ſummum ramoſus, foliisque tectus, anguloſus. Folia mollia, brevia, ſericea hirſutie incana, ex ovatis & ellipticis longe lanceolata, undulata. Spicæ nudæ, ex alis foliorum. Calycis ſegmenta lata, ovata. Flos ſanguidis emortui colore. Pali in faucibus hirſuti, concolores: antheræ palis breviores. Semina a ſuis capſulis ſecedunt, compreſſa, mucronata, nigra *h)*.

Ipſe odor vires narcoticas nuntiat. Aqua deſtillat nauſeoſa *i)*, ingrata, narcotica. Radicis extractum ſalſum, ſubamarum eſt, dat etiam parcius reſinoſum extractum, neutrum narcoticum, procul dubio quod ea vis tenuis ſit, & in exhalatione diffletur, ut facile credam, effectum pilularum de Cynogloſſo eſſe ab opio *k)*.

Cataplaſma ad mitigandi ſcopum olim præſcribebatur ad ambuſta *l)*.

Internum uſum rariorem eſſe, medici norunt, cum præterea funeſtos effectus experientia oſtenderit *m)*. Laudant tamen nuperorum aliqui *n)*, & aquam cum radice decoctam ad gonorrhœam *o)*, ad phthiſin *p)*, ad diarrhœas *q)*, addito cinnamomo exhibent.

Cani non nocuit *r)*. Sed id animal etiam Cicutæ inmenſam vim ferre notum eſt.

Plantæ odor pediculos fugat *s)*.

588. CYNOGLOSSUM foliis planis, ſeſſilibus, elliptico lanceolatis, aſperis.

Cynogloſſum ſylvaticum hercynicum THAL. p. 31.

Cynogloſſa folio virenti I. B. III. p. 600. cum icone aſperuginis.

Icon

a) Cynogloſſum folia habet plantaginis latifoliæ, arctiora, minora, lanuginoſa, caule vacuo, & humi ſternitur [planta primi anni] DIOSCOR. L. IV. c. 124. Cynogloſſon cum ea comparat, quæ lappas fert PLINIUS L. XXV. n. 41.

b) TOURNEF. E.H.I. GREW. t. 75.

c) TOURNEF. B.B.

d) A.A.

e) F.

f) F.

g) MARANTA p. 88. 94. 95.

h) TOURNEF. G. GREW.

i) SCHREK. *de Cynogloſſo.*

k) BUCHWALD. p. 96. 97.

l) CELSUS L. V. c. 27. Sic LOBEL. *adverſ.* p. 250.

m) BLAIR.

n) HOFMAN. *laborat. Altdorf.*

o) JOURDAIN DE PELLERIN p. 226.

p) FULLER. *gymnaſt.* p. 96.

q) HILL. *mat. med.* p. 641.

r) FLOYER.

s) RAI.

Icon *Cynoglossæ montanæ mediæ rubro flore* COLUMN. p. 175. nostram exprimit, sed flores AUCTOR dicit duplo, quam vulgari majores.

Cynoglossum apenninum HILL. *VII. t.* 46.

In montanis sylvis, *au Creux du Vent* in aditu boreali, *à la Chenau* supra Aquileiam. *A' la Combe de la Ranceniére*, prope molendinum *Cul de Roches*; *à la Combe Gréde* GAGNEBIN *t*).

Folia pauciora, petiolata, aspera, & hirta, non sericea, pilis dissitis. Caulis minus foliosus, magis nudus. Pali in flore longiores, emarginati, de faucibus eminent. Flos minor *v*).

Omphalodes lini folio, quod Cynuglossum IV. LINN. Basileæ nascitur in pomario ad S. *Elisabetham*, quod ad optimum olim, neque absque tristi recordatione nominandum B. STÆHELINUM pertinebat; sed certo videtur exotica esse.

589. CYNOGLOSSUM glandulis in faucibus florum glabris.

Cynoglossum minus I. B. III. p. 600. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 34.

Cynoglossa minor montana serotina altera COLUMN. p. 179. 180. icon plantæ majoris.

Myosotis Lappula HILL. *VII. t.* 52.

Myosotis seminibus aculeatis, glochidibus, foliis lanceolatis. pilosis LLEN. *I.* p. 183.

II. Flore albo RUPP.

Idem videtur *Cynoglossum Narbonense. Hort. Aichstett. æst. ord.* 8. *t.* 6. *f.* 3. etiam procerum.

In Gubernio Aquilejensi, inque Valesia vulgo, & ubique a Lausanna ad *Bevieux* usque. Circa *Altdorf*, *Genevam*, *Scaphusiam*: in Rhætia, in Helvetia transalpina, *Bellinzonæ*, *Chiavennæ*; ad vias aridas, inque muris.

Inter Cynoglossum & Scorpiurum quasi medium, pedale & paulo ultra, valde tamen ramosum, foliis lingulatis, plerumque perangustis; incurva spica scorpioide. Calycis segmenta capillaria. Flos Scorpiuri, parvus, cæruleus, quinque glandulis luteis in faucium fine notatus, quæ cum quinque plicis albis alternæ ponuntur. Semina grandia, hispida, cortice non separabili. Tuba bifida.

SCORPIURUS *a*) MORISON. III. p. 450. & KNAUTII.

LITHOSPERMI spec. TOURNEFORT.

MYOSOTIS DILLEN. *nov. gener.* p. 3. LINN. n. 180.

Ab ultimo Cynoglosso parum distat; glandulas enim, pro palis, in faucibus floris habet, interque eas plicas albidas. Cæterum calyce est campaniformi, minus profunde diviso, segmentis gracilibus, semine nitido, Lithospermi.

590. SCORPIURUS annuus, radice exigua.

Auricula muris cærulea TABERNÆM. p. 197.

Scorpiurus annuus arvensis, hirsutus, cæruleus MORISON. l. c.

Myosotis b) *arvensis* HILL. *VII. t.* 52.

Varietates flore albo, rubello, & demum β. flore minimo, cujus pars interior latiuscule lutea sit.

Echium Scorpioides minus flosculis luteis C. B. *Prodr.* p. 119.

Ad vias, in pratis & arvis vulgo. Varietas β. in arvis macilentioribus.

Vita annua, radix exilis. Caulis hirsutus, pedalis, ramosus. Folia hirsuta, lingulata; ima petiolata; superiora sessilia, fine obtusiori. Spicæ accurate scorpioideæ, incurvæ, aphyllæ. Calyx hirsutus. Amabilis flosculi segmenta cærulea: fauces & glandulæ luteæ. Semen nigerrimum, ex ovato acuminatum.

591. SCORPIURUS radice longa, fibrata, perenni.

α. Varietas glabra, palustris, cui tamen potius breviores pili sunt, quam nulli.

Lycopsis montana cærulea, seu Buglossum minimum montanum BARRELIER. *ic.* 404.

Anagallis aquatica PASS. P. ult. *ic.* 45.

Orecchia

t) Alsatica planta, circa *Masmünster* I. B.

v) *Cat. Plant. Gotting.* p. 223.

a) Scorpiurus, herba ad febres ALEXANDER L. XII. Pituitam purgat RUFUS p. 18.

b) Myosotis caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concavis; foliis angustis, oblongis, dorso acuto, elato, nigricantibus, per intervalla assidue geminatis, in mucronem desinentibus, flosculo ut anagallidis cæruleo, radice digitali DIOSCORID. L. II. c. 179. Non videtur nostra ob folia conjugata.

Orecchia di topo alpina maggiore ZANON. p. 198. *t.* 151.
Myosotis Scorpioides HILL. *VII. t.* 2.

Ludit flore albo, Bernæ & in alpibus non infrequente, tum carneo, etiam in eadem planta carneo & cæruleo.

β. Varietas altior, dumetorum, manifestius hirsuta.
Myosotis Scorpioides latifolia, hirsuta DILLEN. apud RAI. *Synops. III.* p. 229. *f.* 2. *t.* 9.
Lithospermum arvense majus SCHEUCHZER. *It. II.* p. 137.

In paludosis α. frequens est, β. in sepibus, circa Bernam vulgatissima.

Caulis, quam priori altior; radix major, longa, nigra, fibrosa, perennis: folia majora: flos multo major, colore dilutiori.

Cum priori LINNÆUS *c)* conjungit, cum nomine *Myosotidis, seminibus nudis, foliorum apicibus callosis* p. 188. Separant alii *d).*

Ovibus nocere IDEM *e).*

592. SCORPIURUS foliis ovatis, spica pauciflora, calycibus tomentosis *It. helv.* II. n. 68.
Lithospermum alpinum, tomentosum, minimum I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 137.
Lithospermum montanum saxatile minus, perenne, flore cæruleo SEGUIER *Supplem.* p. 112.

In alpibus: circa fontes *Gurben* fl. In monte *Simplon*, in alpibus vallis *D. Nicolai*, *en Chaud commun.*

Plantula humillima, ne trientalis quidem, cespite foliorum densissimo. Folia subrotunda, serpylli, subhirsuta. Spica parva pauciflora, triflora, aut paulo ultra; ut unicus flos totam occupet; grandes enim sunt, & lætissime cærulei. Calyx longo, sericeo, villo barbatus. Flos maximus in tota gente, pulcherrime cæruleus, tubo pallido, glandulis pallide luteis. Oriuntur eæ ex tumore bicolli, ex quo exit saturatioris coloris sphærula.

Si hæ tres varietates fuerint ejusdem plantæ, luculentæ certe sunt & memoria dignæ.

HELIOTROPIUM *a)* TOURNEFORT. t. 57.

LINN. n. 179.

Multa similia Scorpiuri: plicas ejus habet *b)*, sed in fauce floris glandulas nullas: tubum floris brevem. Stamina perinde in tubo floris latent, & spicæ recurvæ maxime conspicuæ sunt. Calyx non integre semiquinquefidus *c).*

593. HELIOTROPIUM foliis petiolatis, ovatis, spicis inferioribus simplicibus, supremis gemellis.
Heliotropium majus CLUS. p. XLVI. b.
Heliotropium vulgare BOCCONE *plant. Sicil.* p. 91. *t.* 49.
Heliotropium foliis ovatis, integerrimis, tomentosis, rugosis, spicis conjunctis LINN. *I.* p. 187.
Woolly Turnsol. HILL. *VII. t.* 49.

β. Jasmini odore, provenit circa *Mathod*, versus *Valeyre*, circa *Yvorne.* Videtur esse *Heliotropium siculum majus, flore amplo, odorato* BOCCONE l. c.

Basileæ, Genevæ, in Aquilejensi Dominio; circa *Chexbres* & alibi in agro Vaudensi.

Caulis brachiatus & ramosus, pedalis. Folia molliter hirsuta, petiolata, ovata. Spicæ spirales longissimæ & evidentissimæ. Calyx hirsutus, segmentis lanceolatis. Flos albus, faucibus virentibus non raro subroseus. Etiam inter segmenta floralia plicæ. Semina rugosa & aspera, ex ovatis conica *d).*

LOBELIUS ad strumas laudabat, adque phagædenica ulcera. Ad verrucas MARCELLUS *e)*; ad scorpionis ictum CELSUS *f).* Naribus inditum polypos sanare scriptum est *g).* Medicis tamen vulgo ignotum est.

Amarum est.

An idem *Heliotropium*, cujus pulvis contactu polypum cogit delabi, aut succus in nares injectus *h)*?

594. HELIO-

c) *Gotlantska resa* p. 335.
d) GUETTARD II. p. 85. BOEHMER. *flor.* p. 15. HILLIUS.
e) *Gotlantska resa* p. 335.
a) Heliotropio magno flos est effigia scorpionis caudæ. Folia ocimi hirsutiora, candidiora & majora, ramuli a radice terni, quaterni, sæpe quini, multis alis concavi: flos ex cacumine candidus, aut subfulvus, incurvatur, ut scorpionis cauda DIOSCORIDES L. IV. c. 185. Heliotropium paniculatim floret, & ab imo incipit, hinc floret diutissime PLIN. L. XIX. c. 6. Semipedale est, ex ima radice ramosum. Semen in folliculo colligitur IDEM L. XXII. c. 29. ut credas nostrum esse. Folia habet alterna & per partes floret L. XXI. c. 17. Odor in eo est conchylii L. XXI. n. 22.
b) Stella in TOURNEFORT. A.
c) C.D.
d) F.
e) c. 19.
f) L. V. c. 27.
g) VATER. *polyp. nar.* p. 26. ex POTERIO.
h) HECQUET. *Chirurg. des pauvres* p. 91. 92.

594. HELIOTROPIUM foliis lingulatis, floribus tubulosis.
Lithospermum sylvestre, arvense vel nigrum CAMERAR. *Epit.* p. 660.
Anchusa arvensis minor, facie Milii solis TABERNÆM. p. 849.
Echioides flore albo RIVIN. *t.* 9.
Lithospermum BLAKWELL. *t.* 436. *arvense* HILL. *VII. t.* 40.
Lithospermum seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus LINN. *I.* p. 190.

Flore cæruleo ROSEN. obs. p. 5.

In segetibus pene totius Helvetiæ abunde, potissimum planioris.

Radix exigua, cortice rubro, tingente. Caules brachiati, asperi, parum erecti, pedales. Folia elliptica, acuminata, pilosa. Flores insident congestis in summa planta foliis, in petiolis brevibus sessiles. Semina in longa spica rara & heteromalla maturescunt. Calyx hirtus, profunde incisus, longitudine tubi floralis. Flos albus, tubo erecto, non curvo, sed sub faucibus tumente, segmentis subrotundis. Nulla corona palorum, sed quinque juga, ut divisionem segmentorum quasi striatam reddant *i*), ut in Heliotropio, & stellam in faucium ostio faciant. Tuba, apice diviso subtrifido. Semina Buglossi, rostrata, conica, rugosa.

Hæc planta varie per genera hujus classis agitata, a Lithospermo *k*) differt semine rugoso, & glandularum defectu: a Lycopside *l*) (Echioide) flore non difformi; a Buglosso *m*), quod palos non habeat. Ad Heliotropium proxime accedit, differt tamen tubo floris longiore.

Butyrum potabile hac radice rubro colore tingunt *n*), & ad pleuritidem laudant, ut Itali suum anserinum adipem *o*).

LITHOSPERMUM *a*).

LITHOSPERMI TOURNEFORT. t. 55.

& LINNÆI species n. 181.

Calyx profundissime incisus *b*), in lacinias graciles *c*). Tubus floris, quam proximis plantis longior *d*), gracilis. Segmenta subrotunda, sursum cava. Quinque squamæ emarginatæ, obtusæ, supra stamina corollam faciunt. Semina dura, nitida, ex ovatis acuminata *e*). LINNÆUS plantas admiscet seminibus rugosis.

595. LITHOSPERMUM caule erecto, ramosissimo, floribus calycem vix superantibus.
Lithospermum minus MATTHIOL. p. 918.
Lithospermum arvense TABERNÆM. p. 850.
Lithospermum seminibus levibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis LINN. *I.* p. 189.

In Helvetia vulgatissimum ad vias, & potissimum in glareosis ripis & insulis fluviorum.

Radix extus rubra & intus, magna, ramosa, carnosa. Caulis durus, erectus, ramosus, brachiatus, teres, foliosus, cum foliis subasper. Folia elliptica, longe lanceolata, pilis albis hirsuta, subtus venosa. Flores ex alis foliorum exigui, solitarii, breviter petiolati. Flos albus, vel ochroleucus, pallens, tubo virente; in eo squamulæ, quales diximus, & sub iis antheræ, perbrevibus filamentis. Tuba simplex.

Semina insipida, terrea, ut cum acidis liquoribus effervescant *f*).

Non facile dixeris, cur antiquitus *g*) ad calculum frangendum, adque urinæ iter expediendum semina Lithospermi laudentur. Merito de ea virtute C. HOFMANNUS dubitavit. Mihi tota planta narcotica videtur, odoris Cynoglossi æmula *h*)

i) Conf. BLAKWELL.
k) Et LINNÆUS.
l) Monuit DILLENIUS.
m) Eo BOEHMER. p. 11.
n) EHRHARD.
o) ROTARIUS.
a) Lithospermum a seminis duritie, foliis oleæ longiori, bus, latioribus, mollioribus, ramulis rectis, tenuibus, firmis, crassitudine acuti junci, lignosis, in quorum cacumine bifidi exortus cauliculorum speciem exhibent, foliis longis, inter quæ parvum semen, Ervi magnitudine DIOSCORID. III. c. 141.
Lithospermum herba quincuncialis, folio duplo majori Rutæ: ramulis surculosis, junci crassitie. Juxta folia gerit singulas veluti barbulas, & in cacumine grana candore, & rotunditate unionum, ciceris mole, lapidea duritie: crescit in Italia PLIN. L. XXVII. n. 75.
Milium solis RHAZE ad MANSOR. III. c. 46.
Grana solis NICOLAI PLAT. p. 168. Sed ex India adferebantur SERAPIO c. 67.
b) TOURNEF. C, D, E.
c) B.
d) A. A.
e) G. PARSONS *microsc. theatr.* p. 11. t. 1. f. 3.
f) GREW. *mixt. corpor.* p. 22.
g) Lapidem frangit RHAZE l. c. Semina frigida & diuretica NICOLAI PLATER. p. 168.
h) Recte FLOYER. *pharmacobasan.* p. 148.

596. LITHOSPERMUM caulibus decumbentibus, radicatis, ramis floralibus erectis.
Icon GESNERI *lign.* 86.
Lithospermum majus DODON. p. 83.
Anchusa repens Lithospermi facie, floribus cæruleis, secundum folia provenientibus PLUKNET. p. 30. *t.* 76. *f.* 2.
Lithospermum umbellatum latifolium BOCCONE *plant. rar.* p. 75. *t.* 40.
& *angustifolium* ibid. *t.* 41.
Blue Gremill. PETIVER. *t.* 129.
Lithospermum purpuro cæruleum HILL. *VII. t.* 49.
Lithospermum seminibus levibus, corollis calycem multoties superantibus LINN. *I.* p. 190.

Abunde in sepibus Gubernii Aquilejensis, in colle *Soquenil*, in ipso prato *Pré pourri*, circa scaturiginem *le Furet*, supra *Bevieux*, circa *le Bullet.* Circa Genevam, versus *Champé.* Basileæ, versus *Dornach*: in sylva, qua itur a *Munchenstein* ad *Muttenz*, ad dextera. Circa Scaphusiam.

Pulchræ plantæ radix longa, crassa, nigra. Caules decumbunt, vix ramosi, ex apice radicati. Folia longa, linguiformia, duriusculis pilis, bulbosis, hispida. Flores in ramis adscendentibus *i*), cubitalibus, per summos ramos solitarii, in brevibus petiolis. Calycis segmenta profundissime incisa, linearia, hispida. Flos speciosus, cæruleus, calyce multo major, pulmonariæ facie, segmentis tamen ovato lanceolatis. Sed duplicem corollam habent. Prima stellæ similis plicis fit concoloribus: eæ fiunt linea eminente & duobus tumoribus lateralibus, qui inter se conjuncti secundam coronam intra eam stellam efficiunt. Tuba simplex *k*), longa, filiformis. Semina ab altera parte serrata, sulco inscripta.

PULMONARIA TOURNEFORTII t. 55.

LINN. n. 184.

Calyx tubulosus, pentagonius *l*), tubo floris æqualis, breviter quinquedentatus *m*). Floris tubus longus *n*), cylindricus, ad basin latior *o*): segmenta subrotunda, sursum cava *p*). Ad fauces tumores bipartiti, superne ornati serie pilorum *q*), palorum æmuli, minus quam in aliis congeneribus a tubo floris distincti. Tubæ finis est infundibulum *r*): semina ovato fine, quasi truncato *s*). Germen insidere glandulis conicis *t*) lego.

597. PULMONARIA foliis radicalibus cordatis, scabris LINN. I. p. 194.

α. Foliis maculis albis distinctis.
Pulmonaria altera MATTHIOL. p. 840. CAMERAR. *Epit.* p. 784.
Pulmonaria maculosa LOBEL. *ic.* p. 586. BLAKWELL. *t.* 376.
Icon EDEN. *t.* 27.
Pulmonaria officinarum HILL. *III. t.* 36.

II. Flore albo.

β. Folio non maculato CLUS. THAL. Aliæ varietates MICHELI hort. flor. p. 72.

Nobis aliquanto rarius maculata, cæterum in sylvis, sepibus, locis subhumidis, umbrosis provenit: maculosa circa Genevam, Basileam, circa *Roche.*

Radix dura, lignosa, brachiata. Caulis cum foliis hirsutus, ramosus, brachiatus. Folia ima petiolata, superiora sessilia, ex ovatis lanceolata, angustiora. Flores ex summis ramis longius petiolati, in curvas spicas dispositi, tubo albo, segmentis *v*) purpureis, dum juniores sunt, in cæruleum continuo degenerantibus. Semina nigra, nitida, conica.

Sapor classicus, herbaceus, viscidus, cum signis acidæ naturæ. Inter omnes plantas maximam cineris portionem dare dicitur, ad septimam partem totius ponderis.

Im medicina parcius locum habet. Faucium asperitatem lenire crediderim; ad hæmoptoen valuisse experimentum narratur. Vulnerariam esse, & Symphyti adfinem, probabile fit.

598. PULMO-

i) DODON. BOCCONE. HILL.
k) Etiam SCEPIN. p. 24.
l) TOURNEFORT. E.
m) C.E.
n) B.
o) B.
p) A.
q) ad A.
r) ad C.
s) F.
t) SCEPIN. p. 25.
v) Sic Scorpiurus, Buglossum &c.

598. PULMONARIA foliis radicalibus lanceolatis LINN. I. p. 195.
Pulmonaria angustifolia, *cæruleo flore* CLUS. *Pann.* p. 673. 674.
Pulmonaria alpina angusto folio BOCCONE *muf. di piant. t.* 86. p. 110.
Pulmonaria angustifolia HILL. ibid. folia potius latiora.
β. *Pulmonaria rubro flore* CLUS. *pann.* p. 671. *foliis Echii* I. B. III. p. 597.
γ. Albo I. R. H.
δ. *Pulmonariæ III. species altera* CLUS. *pann.* p. 676. 677.
Pulmonaria foliis Echii LOBEL. *ic.* p. 586. I. R. H.

Nobis montana est, & maxima copia provenit in montibus Gubernii Aquilejensis, ut in sylvis versus *Luan*, *au Richard*, circa *les Plans*. Ad rivum prope *Domum novam* Basileæ *x*). In Comitatu Neocastrensi DIVERNOI. Circa *Ferriéres* GAGNEBIN *aux Convers*.

Planta nobis multo quam prior altior, tripedalis & ultra; foliis imis ellipticis, obtusis; superioribus cordiformibus, sessilibus. Flores perinde immaturi purpurei, in cæruleos degenerant. Calyx hirsutus, quinquedentatus, tubi floris longitudine: cylindricus iste, tubo floris pilis clauso, ut in priori. Tuba staminibus longior, obtuso fine. Calyx maturæ plantæ peramplus, quasi vesicarius, ad tertiam partem divisus.

BUGLOSSUM *a*) TOURNEFORT. t. 53.

ANCHUSA LINN. n. 182.

Calyx profunde quinquefidus *b*), tubulosus, tubo floris æqualis. Longus iste, cylindricus *c*). Segmenta subrotunda *d*), sursum cava, deinde plana. Fauces floris pali fortes, albi, pilosi, conspicui *e*) claudunt. Semina rugosa. Tuba leniter bicollis.

599. BUGLOSSUM foliis linguiformibus asperis, spicis supremis gemellis.
Buglossa altera TRAG. p. 231. 232.
Buglossa longifolia CORD. *Hist.* L. II. *c.* 45.
Echii folia Buglossum minus flore rubente LOBEL. *ic.* p. 576.
Buglossum vulgare nostrum Hort. Aichstett. æstiv. ord. 8. *t.* 6. *f.* 1.
Buglossum angustifolium minus C. B. I. R. H.
Buglossum sylvestre majus nigrum ZANNONI p. 57. *t.* 39.
Buglossum angustifolium majus, *flore cæruleo* MILLER *t.* 72.
Anchusa angustifolia HILL. *III. t.* 47.
Anchusa racemis subnudis conjugatis LINN. *I.* p. 191.

LINNÆUS nunc *f*) separat alterum, in hortis potissimum nascens, latifolium Buglossum, quod quidem mihi non videtur differre. Certe icon BLAKWELLI nostra Rhætica exempla bene exprimit *g*). Cæterum nostrum flore violaceo *h*) inter *Vettis & Melimpsch* Rhætiæ a Cl. HUBERO lectum est; cæruleum [quod immaturum rubet] multis locis. Circa *Versoi*: supra *Gorgier*, circa *Gonthey* [Jenæ frequens]. Circa *Chur* & in tota Rhætia. In valle *Lepontia*: circa *Chiavennam*. In agris Huningensibus CHERLER.

Pulchra planta, junior pilosa, senescens peraspera est, pilis nunc albis & asperis. Caulis perinde asper & florum petioli; cubitalis ille, & brachiatus, ut in matura planta, summaque, fere duæ spicæ longæ & raræ se efferant, nam inferiores spicæ solitariæ sunt. Folia nostris lingulata; ima petiolata, deinde sessilia; superiora pauca, unum alterumve, amplexicaulia, & ovato lanceolata. Calyx hirtus; flos speciosus, palis cavis, in dorso plumosis, de faucibus eminentibus, tubo cylindrico paulum tumescente. Radix crassa, fulva, ramosa, viscida, mollis, humida, oleracea *i*), etiam edulis, refrigerans. Veteres suæ plantæ vires alias tribuebant, ut etiam in vinum dejecta lætitiam augeret, & euphrosynes nomen mereretur *k*).
Decoctum

x) *Basler Merkwürd.* p. 712.

a) Buglossum nascitur in campestribus DIOSC. L.IV.c.129. Buglossos boum linguæ similis PLIN. L. XXV.n.40. Anchusa folia habet lactucæ. in acumen fastigiata, hirsuta, aspera, nigra, multa, a radice undique humi sparsa, spinis horrida: radix cubitalis digiti crassitie, æstate inficit sanguineo colore DIOSCORID. L. IV. c. 29. Non nostra.

b) TOURNEF. E.G.

c) B.

d) A.

e) A. C. In nonnullis perexigua SCEPIN. p. 24.

f) Nam conjungebat.

g) t. 500.

h) Habet utrumque BLAKWELL.

i) In Uplandia LINN. *macell. olitor.* p. 127.

k) PLIN. L. II.

Decoctum cum lacte ad dysenteriam CHOMELIUS laudabat, etiam expertus: tum ad tussim siccam, papaveris equidem viribus auctam. BOERHAAVIUS succum ad pleuritidem, & abunde sumtum ad melancholiam; laxandi, ut puto, fine. Nihil certe calidi habet, aut cordiaci.

SYMPHYTUM TOURNEFORT. t. 56.

SYMPHYTI LINNÆI spec. n. 185.

Calyx profunde divisus, latis segmentis *l*). Floris tubus latior *m*), cylindricus, superne latior *n*), ore erecto, dentibus quinque brevibus inciso *o*).

In specie vulgari pali *p*) quinque acuti, triangulares, stamina introrsum cogunt: in altera nulli sunt. Tuba simplex *q*). Semina nitida, gigartina: insident glandulis conicis *r*).

600. SYMPHYTUM foliis ovato lanceolatis, decurrentibus LINN. I. p. 195.

α. Varietas in Helvetia vulgatior, ad rivos, in pratis paludosis, sylvis, flore ochroleuco.
Walwurz weiblein BRUNFELS. *I.* p. 76.
Symphytum majus flore albo, consolida major TABERNÆM. p. 559.
Pro rariori SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 519.

β. Flore rubro breviori Tiguri *a*) frequentior, & Basileæ in arenosis cis *Birsam*.
Wallwurz männlein BRUNFELS. l. c.
Symphytum majus flore purpureo TABERNÆMONT. p. 559.

α. β. *Symphytum majus* CAMERAR. *Epit.* p. 700.
Consolida major BLAKWELL. *t.* 252.
Symphytum b) *officinale* HILL. *VII. t.* 38.

Radix maxima, lignosa, nigra, brachiata. Caulis cum foliis asper, erectus, brachiatus, initiis foliorum alatus. Folia petiolo longo, foliaceo; ipsa ex ovatis longe lanceolata, alterna. Spica longa, unilateralis, petiolis ramosis, floribus cernuis *c*). Sub ea spica foliorum conjugatorum par, etiam in Symphyto tuberoso. Calyx profunde incisus, ultra medium, dentibus acutis, triangularibus. In flore pali. Segmenta ejus brevissima, vix acuminata.

Vidi varietatem flore extus quinque petalis accessoriis ornato.

Planta viscida, fatua, visci, sive muci plurimum, terræque, resinosi parum *d*) habet, quare leviter *e*) radicem decoquere præstat, ne nimio glutine medicamentum nimis ingratum reddatur. Valide externo usu putatur conglutinare *g*), ut etiam ridiculam historiam vulvæ *h*) conferventis narrent, aliamque similem, deglutitionis *i*) impeditæ. Quare cataplasma ad recentia vulnera, ad ossium fracturas, ulceraque sordida *k*), & contusiones valet. Sed etiam ad hernias hoc idem cataplasma commendatur, & emplastrum, æque *l*) hujus plantæ vires a plurimis auctoribus celebrantur. Alio modo QUERCETANUS ex iis radicibus cum pane tritis, & cum vino in fimo calente tabescentibus, sanguinis speciem faciebat, cujus scrupulum unum ad hernias propinabat; sed etiam in arcano ad hernias D. RENTON *m*) Symphyti princeps est potestas. Ad podagram cataplasma ex pulvere radicis TACHENIUS parabat *n*). Similis vis est, qua ad imi ventris fluxus sanguineos *o*), adve narium profluvia *p*) valere dicitur. Florum infusum ad catarrhos salsos, & ad ipsam phthisin adhibetur; tum syrupus de Symphyto *q*). Eodem fine extractum præscribitur; tum ad hæmorrhagias, & ad suppressos menses. Nihil habet virium volatilium.

l) F.G.D.
m) A.A.
n) ibid.
o) A.A.
p) ad A.
q) E.
r) SCEPIN. p. 25.
a) SCOPOLI p. 443.
b) Symphytum alterum caule bicubitali, majori, crasso, levi, anguloso, inani; folia angusta, Buglosso proxima, hirsuta: caulis secundum angulos quosdam striatus, folia tenuia, ex alarum fine, prodeunt, flore luteo, semine quasi verbasci: folia & caules aspera lanugine horrent, tactuque pruritum concitant. Radix nigra intus candida, viscosa DIOSCORIDES L. IV. c. 9.
c) *Emend. V.* n. 39.
d) NEUMAN. T. II. P. II. p. 158.
e) GEOFROI p. 356.
g) Hæc, puto, est herba, quæ carnes dissectas conglutinat, cum quibus coquitur THEOPHRAST. L. IX. c. 19.
h) SCHURIG. *sialogr.* p. 68.
i) HORCHSTETTER. *Dec. III.* c. 5. cum radix symphyti in vino malvatico infusa esset.
k) BUCHWALD. p. 88. 89.
l) Pro viribus ad hernias testimonia collecta habet HOUSTOUN *on ruptur.* HOFMAN. SCHULZE *cinnabar.* p. 178.
m) EJUSDEM libr. p. 74.
n) *Morb. princip.* p. 199. etiam in ischiade CAMERAR. *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 8. obs. 26.
o) In NICOLAUM p. 165. b.
p) MARCELL. c. 10.
q) TOURNEFORT. *plant. autour de Paris.*

lium *r*). Ex radice in pulverem redacta, cum aqua cocta, decocto per linteum depurato, calide super laccam effuso, pulcher color kermesinus paratur *s*). Gluten ex Symphyto fit, ad lanam caprarum Ancyranarum necessarium, ut absque eo in fila duci nequeat *t*).

*601. SYMPHYTUM foliis lingulatis, hispidis *Cat. rar.* n. 650. †
Anchusa exalbido flore CLUS. *pannon.* p. 677. 678.
Anchusa Echioides, Cerinthes flore, montana COLUMN. p. 182. 183.
Anchusa tertia CAMERAR. *Epit.* p. 736.
Anchusa tertia DALECHAMP. LUGD. p. 1102.
Cerinthe Echioides HILL. *VII. t.* 39.
Onosma foliis lanceolatis, hispidis, fructibus erectis LINN. *I.* p. 196.

In Valesia abunde, circa *Branson*, *Fouly*, *Gonthey*, *Sideram*. In via *le Tombey* inter *Verchier & Olon* magna copia.

Radix lignosa, crassa. ramosa, cortice rubente. Caulis ramosus, semidecumbens, lignosus, una cum foliis asperrimus. Folia longa, lingulata. Flores cernui, in spicas heteromallas, incurvas dispositi. Calyx hispidus, profundissime divisus. Flos longissimo tubo, pene unciali, superne tumidiori, dentibus rectis, brevibus, obtusis, ochroleucis. Pali nulli. Semina nitentia, glauca. Stigma leviter bifidum.

Cerinthes genus non videtur debere turbari *v*), cum a semine character certissimus sumatur.

CERINTHE *a*) TOURNEFORT. t. 56.

LINN. n. 186.

Calycis folia tota divisa, etsi in campanulam aliquam disponuntur; duo angusta, tria latiora ovata *b*). Flos campanulatus *c*), cylindricus, superne contractior, dolii similis, in quinque segmenta divisus: pali nulli. Loco quatuor seminum Cerinthe habet duas capsulas *d*), pedis bisulci figura, dicoccas *e*), ut omnino tetraspermam naturam retineat. Nam ex uno, quod vocant, semine, duæ plantæ proveniunt. Hæc semina insident nectariis sive tumoribus conicis *f*).

602. CERINTHE foliis amplexicaulibus ovatis, floris denticulis revolutis brevissimis.
Cerinthe quorumdam CLUS. *hisp.* p. 410.
Cerinthe quorumdam major flore ex rubro purpurascente EJUSDEM p. CLXVIII. MILLER. *t.* 91.
Cerinthe quorumdam minor CLUS. *hisp.* p. 412.
Cerinthe quorumdam major flavo flore IDEM *hist.* p. CLXVII.
Cerinthe V. folio non maculato app. alt. p. CLXVIII.
Cerinthe foliis amplexicaulibus, fructibus geminis, corollis obtusiusculis patulis LINN. *I.* p. 195.
Cerinthe major HILL. T. VII. *t.* 38. &
Cerinthe maculata EJUSDEM ibid.

In montosis & alpinis sylvis. PIPERINUS in Bernensium montibus circa *Thun.* Inter *Gurnigel & Neunenen* legi, in monte *Stokhorn & Rohtenhorn*, & in *Joch*, *sur la dent de Jaman* GAGNEBIN. Sed abundat in omnibus montibus subalpinis Gubernii Aquilejensis, ut in monte *Fouilloux*, & solebat in meis segetibus provenire *aux Esserts.* Neque a *Jura* monte abest. Cl. GAGNEBIN reperit *aux Bulles* prope *Chaud de Fonds*, haud longe a *Valanvron.*

Singularis plantæ caules cubitales & ultra; ramosi & foliosi. Folia glauca, etiam per ætatem cærulea, pura, glabra, punctata, per oras ciliata, lata basi caulem amplexa, emarginata. In alia varietate puncta nostræ in verrucas excrescunt, & tota folia maculis albis varia sunt, & ex inferiori parte pili asperi exeunt. Rami foliosi, nutantes, flores habent inter folia, ex longis petiolis pendulos. Tubus flavus, os purpura varie mistum, denticuli pallent, qui breves sunt & parum acuti. Perennat.

Cerinthe alpina perennis minor TOURNEFORTII frequens circa *Jenam* ad pedem montis *Künizberg*, flore pallido, ad tertias inciso, nondum in Helvetia occurrit.

r) NEUMAN. p. 159. Inter alexipharmaca PLATER. p. 179. b.
s) HELLOT. *teinture* p. 357.
t) LEISTEN *Chem. tillämpning til Ullen manufactur.* p. 9.
v) Ita etiam suadet SCEPIN. p. 25. 26.
a) Cerinthe flore candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente, apibus amatissima PLIN. L. XXI. c. 12. Nostra videtur veterum planta MILLER l. c.
b) Utcunque ad E.
c) E.
d) G.
e) H. Minorem dispermam esse ERNDL. *Eph. Nat. Cur. Vol. III. append.*
f) SCEPIN. p. 25.

ECHIUM g) Tournefort. t. 54.
Linn. n. 191.

Flos etiam longus, pene campaniformis h), sed paulum difformis, ut pars superna longius i) procurrat, & segmenta floris superiora longiora sint, obtusa omnia & undulata k). Stamina de flore eminent l). Calyx profundissime m) in longas lacinias divisus, quarum ima minima est, supernæ maximæ. Tubæ apex bifurcatus n). Semina subaspera, rostrata, angulose conica.

603. ECHIUM foliis asperis, lingulatis, calycibus hirsutis, ex singulis alis spiciferum.
Echium Matthiol. p. 969. Boot. *ic.* 30. Rivin. *monop. irreg. t.* 7. Blakwell. *t.* 299. cum charactere.
& *Onosma* Matthiol. p. 892.
Echium caule tuberculato, hispido, foliis caulinis, lanceolatis, hispidis. floribus spicatis lateralibus Linn. *I.* p. 210.
Painted vipers Bugloß Hill. *VII. t.* 34.
β. Flore albo passim reperi *à la grande Eau.* Morton *Northamptonshir.* p. 380.
Tum γ. Flore rubro.
δ. Caule lato C. B. habet.
& ε. Crispa panicula Vaillant.
Varietates vide *Hort. Florent.* p. 34.
Vulgo ad vias. Caules cubitales, erecti, cum foliis asperi, pene pungentes, pilis bulbosis, ramosi, maculosi, spicis numerosis, de singulis fere alis prodeuntibus, unilateralibus, incurvis. Folia numerosa, lingulata, lanceolata; ima petiolata; superiora sessilia. Flores o) sessiles, immaturi rubri, deinde cærulei. Stamina in ima parte floris posita, exserta, sursum curva.

604. ECHIUM foliis hirtis, lingulatis, calycibus pungentibus, ex alis spiciferum.
Echium flore albo Camerar. *Epit.* p. 758.
Echium albo flore majus C. B. III. p. 588.
Echium caule erecto, piloso, spicis hirsutis, corollis subæqualibus, staminibus longissimis Linn. *I.* p. 200.
β. *Echium rubro flore* Clus. *pannon.* p. 681. Ita videtur, & ex figura, & ex nota C. Bauhini, manu ad Clusii librum adscripta, qui nunc meus est: ait enim C. B. se Geneva habere, ut nostras sit
Albo flore in Valesia passim provenit p).
Caulis erectus, ramosus, asperrimus, pilis durissimis bulbosis: floribus minoribus, tamen etiam difformibus q) perpetuo albis, certe nobis, neque cæruleis. Stamina utique prælonga.

LYCOPSIS Linn. n. 190.
ECHIOIDES Rivin. Dillen. *nov. gener.* p. 100. t. 3.

Flos difformis, tubo in unum latus curvo, ad alterum latus flexo. Squamæ in faucibus conniventes. Calyx profunde divisus. Semina rostrata, rugosa, magno umbilico.

605. LYCOPSIS foliis asperrimis, undulatis, serratis, linguiformibus.
Echioides Rivin. *t.* 7.
Buglossum sylvestre Blakwell. *t.* 234. *asperius* C. B.
Lycopsis arvensis Hill. *VII. t.* 44.
II. Flore albo.
Lycopsis foliis lanceolatis, hispidis, calycibus florescentibus erectis Linn. *I.* p. 199.
In agrorum limitibus & ad vias inque ruderosis Aquilejæ, Aventici. Circa Bernam *im Lindenthal.*

Caulis

g) Echion habet folia prælonga, aspera, Anchusæ proxima, minora, subrubra, pinguia, spinulis tenuibus horridula, cauliculos exiles, numerosos, minuta ab utroque latere folia, pinnataque, nigra, in summo caule pro portione minora, flores secundum folia purpureos, in quibus semina capiti viperarum similia nidulantur. Radix nigricat, digito tenuior Dioscorid. IV. c. 25. Echios una Pulegii folio, altera spinosa, lanugine distincta, capitulis similibus viperæ Plin. L. XXV. n. 58.

h) Tournef. A.B.
i) ibid.
k) ibid.
l) ibid.
m) F.I.
n) Trifurcum Tournef. B.
o) Sunt B. Tournef.
p) Puto esse A. & C. Tournef.
q) Sauvages *Flor.* p. 61.

Caulis & folia asperrima, ut Echium 604. æquent, aut superent. Cubitalis ille, erectus, ramosus, folia lingulata, undulata, per oram etiam ampliter incisa, pilis bulbosis. Flores in petiolis unifloris, longiusculis. Tubus floris longus, flexus, & in se redeuns. Segmenta subrotunda, sursum cava, cærulea, venis albis picta, etiam rubella. Supra antheras pali pilosi conniventes.

Pulla Lycopsis in Helvetia nondum lecta est, circa Jenam frequens.

ASPERUGO *r*) Tournefort. t. 54.
Linn. n. 189.

Floris tubus brevis *s*), latiusculus. Segmenta subrotunda, sursum cava *t*). In faucibus squamæ super antheras subrotundæ. Tuba simplex. Semina levia, piriformia *v*). Sed character est in calyce. Ille, dum junior, tubulosus est & quinquedentatus *x*). Maturus idem quindecimfidus est, dentibus alterne majoribus & minoribus: idemque in duas sibi congruentes valvas *y*) plicatus fructum comprehendit, qui nunc de brevi petiolo pendet.

606. ASPERUGO calycibus fructus compressis Linn. I. p. 198.
Icon æn. Gesneri 142.
Aparine major Plinii Tabernæmont. p. 788.
Borrago minor sylvestris καρποχηνοπους Columna. *I.* p. 181. 183.
Decumbent Hartwort. Hill. *VII. t.* 33.

β. Floribus albis Menzel. t. 7.

Passim circa *Roche*, *Aquilejam*, *à Fontanai*, *à nôtre Dame du Sex.* In Rhætia & Valesia.

Caulis brachiatus, procumbens: folia petiolata, oblonge ovata, hirsutie aspera, alterna, superiora sibi vicina, & pene conjugata. Flores in planta juniori per summos ramos congesti, in maturioribus solitarii. Flos violaceus exiguus, vix calycem excedit.

BORRAGO Tournefortii t. 53.
Linn. n. 188.

Calyx ad basin usque dissectus *a*), expansus, dum flos viget, circa maturescentia semina contractus *b*). Floris tubus brevissimus *c*). Segmenta plana, in hac sola asperifolia lanceolata *d*). Palorum duo ordines *e*). Alii exteriores *f*) cavi, succulenti, emarginati, in faucibus floris corollam constituunt. Alii interiores *g*) communi principio cum filamentis orti, his exteriores inminent, lata basi, unguibus acutis, & antheras contra tubam urgent, ut eam in tubum quasi conjuncti cingant *h*). Tuba simplex, sine cavo.

607. BORRAGO foliis asperis, lanceolatis, palis florum duplicatis.
Borago Dodon. p. 627. Blakwell. *t.* 36.
Buglossum i) Fuchs p. 142.
Great Borage Hill. *VII. t.* 42.

Variat flore albo, carneo.

Eadem est *sylvestris Borrago* Trag. p. 278. pariter colore ludens.
Borago foliis omnibus alternis, calycibus patentibus Linn. *I.* p. 197.

Non putem veram esse indigenam, quæ ex rejectaneis hortorum, in ruderosis & circa hortos, videatur nasci. Caulis humilis, brachiatus, foliis tectus asperrimus. Folia amplissima, ex ovato lanceolata. Flores in spicis vagis, nudis, ex petiolis longis, unifloris penduli. Calyx absque calcaribus. Flos læte cæruleus, ungues palorum cyanei.

Sapor

r) Lycopsis quæ & Anchusa, vide Buglossum Dioscorid. Lappago similis Anagallidi, ramosa, pluribus foliis, aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris, asperugo, foliis asperioribus Plin. L. XXVI. n. 65.
s) Tournef. B.
t) A.B.
v) K.
x) C. Sed pingit serratum, nimis manifesto.
y) D.D.G.H.I.
a) Tournef. D.
b) E.
c) B.
d) A.
e) ad A.
f) ad A.
g) In nostra specie, non in omnibus.
h) Jung. *phytogr.* c. 22.
i) Buglossum Mesues est Borrago Sylv. ad Mesue.

Sapor nitrosus *k*), aquosus, oleraceus, subsalsus, cum viscore. Videtur acido *l*) abundare. Quare recte monitum est *m*), refrigerare, humectare, nihil habere cardiaci. Nam & ad pleuritidem *n*) succi plusculæ unciæ propinantur, & in febrium declinationibus. Mitigandi etiam scopo ad calculum præscribitur. Eodem succo ad unciam, cum malvæ succo & Endiviæ, hypochondriacum malum sublatum fuisse dicitur *o*). Post fermentationem succum vinosum dat *p*). Extracti vires debiles sunt *q*).
Color florum non potest extrahi *r*).

ORDO VII.

VASCULIFERÆ. Rai *method. plant.* p. 81.

FLORE MONOPETALO UNIFORMI.

ROTACEÆ Linnæi n. XX. & PRECIÆ n. XXI.

Etiam hæc classis naturali proxima est, potissimum si solas plantas monangias admiseris. Calyx longe plerumque quinquepartitus, & una flos quinquefidus, & stamina quinque, & tuba unica. Aliquot plantas diangias, triangias, pentangias, adfinitas separare vetat. Numerus autem partium solus audiri non potest, cum & in eodem genere, & in eadem specie, & quadrifidi flores sint, & quinquefidi.
Rotaceas a *Preciis* separare vetat vel sola Gentiana, in qua infundibuliformes, campaniformes, & rotati flores miscentur.

I. FRUCTU UNILOCULARI.

Hic ordo est plantarum omnium maxime regularium *a*). Adnotatum est, in re herbaria numerum quinarium dominari *b*): & in his nostris plantis calycis quinque æquales partes sunt, & petali, & quinque stamina: cum tuba unica: & unico loculo fructus.

PRIMULA Linn. n. 197.

PRIMULA VERIS Tournefort. t. 47.

& AURICULA Tournef. t. 46.

Commune generi est habere florem tubulosum, tubulo cylindrico, tum segmenta quinque, emarginata, absque glandulis faucium; tubam globoso capite; stamina in nodulo tubi floralis *c*) abscondita: fructum in multas valvas dehiscentia *d*); ad unum receptaculum multa habentem subrotunda semina *e*). Peculiare est Primulæ, habere calycem longum, tubulosum, quinque *f*) lineis elevatis distinctum, ad tertias divisum; floris segmenta minus *g*) sursum cava; fructum cylindricum, oblongum *h*). Auriculæ calyx perbrevis *i*) est, campanulatus, non pentagonus: segmenta floris magis cava *k*); fructus sphæricus *l*). Possis, non invita natura, duo genera facere *m*), possis & unicum, multum enim his in rebus est arbitrarii.

608. PRIMULA foliis hirsutis, rugosis, dentatis, scapis unifloris.
Icon æn. Gesneri 65.
Sylvarum Primula Lobel. *ic.* p. 568.
Βραχυστιφωνιος Reneaulme p. 116. cum icone.
Alisma sylvarum Columb. Φυτοβασανος p. 19. icon opt.
Primula veris Blakwell. *t.* 52.
Primerose palsy Hill. *VIII*, *t.* 24.
Icon Oederi *t.* 194.

II. Flore

k) Verum nitrum ex Borragine habuit Cl. Marggraf. *Mem. de Berlin* ann. 1747. p. 79.
l) Geofroi p. 203.
m) A Boerhaavio & C. Hofmanno.
n) ad Cyathum Malouin. *Chym. medic.* edit. I. p. 261.
o) Gherli *Osserv.* 42.
p) *Phil. Transf.* n. 68.
q) Cartheuser. *mat. med. II.* p. 475.
r) Idem ibid.
a) Linn. *fundam. botan.* n. 93. sqq.
b) Thom. Brown apud Grew. *anat.* p. 265.
c) Malpighi f. 171. 173.
d) H. in Auricula, F. in Primula.
e) I. K. in Primula.
f) Tournef. D. E. Malpighi f. 139.
g) Tournef. A.
h) I. H.
i) Tournef. C. Etiam auriculæ pentagonum Linnæus tribuit.
k) Tournef. A. B.
l) E.
m) Suadet Heister. *method.* Linn. Cl. C. A. v. Bergen *Catalog. plant. Francfort.* p. 62.

II. Flore viridi, pleno, &c.

In magna parte, sed auſtralis Helvetiæ, ſpontanea. Incipit Lauſannæ, inde per Vaudenſia vineta in Aquilejenſe Gubernium continuatur, & ubique etiam hiemem ornat. Circa *Neocomum*, & *Curiæ*.

Radix aniſum redolet: flores in petiolis unifloris plerumque, quam foliis, paulo longioribus. Folia Primulæ, ſuperne glabra, inferne hirſuta, petiolata, petiolo folioſo, ambitu ovato, rotunde crenato, nervis ſubtus conſpicuis, parallelis. Ex eadem radice numeroſi, multo majores, quam ſequenti pallidæ, flores. Floris limbus, planus; ſegmenta cordata, pallida, in origine ſua macula crocea notata. Calyx dimidii tubi floris longitudine, ad tertiam quinquefidus. Tuba faucibus brevior, clavata, cava. Stamina in dimidio tubo floris.

609. PRIMULA foliis rugoſis dentatis, ſcapis multifloris, floribus exterioribus nutantibus.

Icon GESNER. *æn.* 64.
Primula veris altera CAMERAR.. *Epit.* p. 884.
Primula ſylveſtris III. TABERNÆMONT. p. 320.
Oxlip palsy wort. HILL. *VIII. t.* 24.
Ερυθρωζωνος RENEAULME p. 515.
Primula veris CAMERAR. *Epit.* p. 883.

β. Calyce colorato *Proliferous cowslips* HALE EDEN. *t.* 30.

Hæc vulgatiſſima in ſylvis, ſepibus, locis umbroſis. Semiplenam ex *Gotthardo* monte CHERLER.

Radix fibroſa *n*). Folia prioris, ſed caulis pedalis, aphyllos, multiflorus, florum gerit racemum ad alterum latus nutantium. Stipulæ cuique ſubjectæ, longe lanceolatæ. Flos pallet, ungue flavo: tuba flore maturo dimidio brevior. Valvulæ fructus decem.

610. PRIMULA foliis rugoſis, dentatis, hirſutis, ſcapis multifloris, floribus omnibus nutantibus.

Herba paralyſis DORSTEN. p. 146.
Ανωςημων RENEAULME p. 112.
Αλισμα *pratorum* COLUMN. *phytobaſan.* p. 11.
Paralyſis BLAKWELL. *t.* 226. cum charactere.
Cowslip palsy wort. HILL. *t.* 24.
Flore pleno HALE EDEN. *t.* 30.

In pratis, inprimis apricis.

Habitus prioris, ut etiam diſcrimen LINNÆUS expungat. Habet tamen habitum humiliorem, racemum magis cernuum, florem minorem, ſegmentis brevioribus, ſaturate flavum, abſque maculis, crocea lata linea notatum, odoratum, calycem & totam plantam tenerius hirſutam, idque diſcrimen in culta planta manet *o*). Separant etiam Cl. viri BOEHMERUS *p*), HILLIUS *q*), WILLICHIUS *r*), SCOPOLI *s*). A ſtaminum ad tubum floris habitu diſcrimen ſumi non poteſt *t*), nam in utraque ſpecie ſtamina floris immaturi in ipſis ſunt floris faucibus, in maturo flore medio in tubo reſident.

Hæc ultima in officinas debet recipi, grato odore conſpicua, quam pro cephalico habent, experimento nondum, ut puto, accurate facto. Aqua ſtillatitia gratum medicamentis cephalicis vehiculum præbet. Infuſum leviter anodynum, vertigines virginum maligne menſtruatarum, fere ut Chamæmelum, compeſcit. In Anglia cum vino fermentant, & medicamentum vinum *v*) faciunt, etiam cum ſucco limonum & ſaccharo *x*). Radix acris eſt, & in pulverem redacta ſternutationem ciet, fere ut Helleborus *y*).

Omnibus tribus ſpeciebus, flores, dum ſiccantur, vireſcunt, ſi vel paulum putredinis acceſſerit.

LINNÆUS omnes tres ſpecies conjungit, & vocat *Primulam foliis dentatis, rugoſis I.* p. 204.

n) GREW. t. 5.
o) *British. herbal.* p. 69.
p) *Flor.* p. 18.
q) In magno opere.
r) *Diſſ. inaug.* p. 30.
s) p. 294.
t) In eo Cl. RENEAULME quæſivit.
v) BRADLEY *lad. direct.* p. 70.
x) BRAUNER in prop. lib. p. 7.
y) FLOYER. p. 169.

*611. PRIMULA foliis glabris, ellipticis, rugosis, serratis, floribus umbellatis, tubo longissimo *Emend. VI.* n. 57. †

In monte *Montemor* Valesiæ superioris.

Multo pulchrior vulgari Primula rubra, etsi similis. Rosula foliorum similis, sed ea inferius non sunt farinosa, etsi pallida sunt, pro portione longiora. Caulis altior, dodrantalis; stipulæ multo longiores, calcare quasi aliquo deorsum productæ, novem lineas longæ. Flores in umbella pauciores, quini, aut circa eum numerum. Calyces brevibus pilis nigris adspersi, pene quinquefidi, eminentibus quinque lineis distincti, non farinosi, multo majores. Tubus floris purpureus, longissimus & gracilissimus, sescuncialis, longe de calyce elatus. Flos speciosior, violaceus, non ruber, petalis angustioribus, semibifidis. In origine segmentorum circulus spongiosus, ex quo alba macula in quodque floris segmentum exit. Tuba longe eminens, sine crassiori. Stamina longitudine tubi floralis.

612. PRIMULA umbellifera, foliis serratis, glabris, carnosis.

GESNERI *Icon æn.* 69.
Lunaria arthritica GESNER. m. *fract.* p. 64.
Auricula ursi CAMERAR. *Epit.* p. 706. flore luteo.
Αλισμα COLUMN. *phytobasan.* p. 17.
Primula foliis serratis, glabris LINN. *I.* p. 205.

In omnibus alpibus.

Vulgaris varietas est luteo flore, tamen etiam albam passim reperi, & GESNERUS circa *Wesen.* In montanis Juræ etiam legitur. *Au Rocher des Voutières près d'Ondervilliers.*

Uti priores foliorum ad terram rosulam habet, in orbem dispositorum; sed ea carnosa sunt, ovata, glabra, aut leviter circumserrata, aut integro etiam margine, tumente tamen. Petioli longi, foliosi. Scapus aphyllos, umbellatus. Stipulæ inæquales, latæ, lanceolatæ, etiam obtusæ. Umbella erecta: calyx brevis, campaniformis, quinquedentatus, farinosus. Tubus floris minus cylindricus, infundibuli similior, sensim dilatatus, duplo calyce longior; segmentis floris sursum cavis, late cordatis, suaviter odoratis. Tuba floralis tubi longitudine. Fructus sphæricus, sexvalvis. Hæc mater est omnium tot coloribus, ex rubro & flavo variis, ludentium Auricularum hortensium.

613. PRIMULA foliis ciliatis dentatis, scapo paucifloro. †

Auricula ursi rubro flore II. CLUS. *pannon.* p. 345. 346.
Sanicula alpina rubra TABERNÆM. p. 376.
GESNERI *ic.* 77. bene.

In alpibus passim legi, in monte *Scheidek*, *Gotthard*, aliis montibus vallis *Grindelwald*; tum in monte *Fouly*, *Jeman*, *S. Bernhard &c.* In planitiem cum rupibus descendit, & abundat circa fissuram rupium, per quam torrens *le Trient* in vallem prope *Martigny* erumpit. Majorem in monte *Fouly* vidi. J. GESNERUS in monte *Gamor.* ARETIUS in *Nesso* monte. I. B. inter *Chiavennam & Burmium.*

Rosula longissima, multiceps. Folia carnosa, sed hirsuta, odorata, in varietate minori petiolata, rhomboidea, duobus lateribus anterioribus dentata. Scapus pollicaris, uniflorus, biflorus. Stipulæ ovatæ & lanceolatæ. Flos toti cauli æqualis, aut folio, purpureus, segmentis cordatis longioribus, incisis, centro pallente. Calyx non farinosus, hirsutus, campaniformis, obtusus, dimidii tubi longitudine.

Major varietas, quam CLUSIUS depictam dedit, habet scapos semipedales, flores ad usque septem in eodem scapo: folia multo majora, petiolata, rhomboidea, vel ovata, pene calva, semper tamen in parte anteriori magnis dentibus incisa, orisque ciliatis.

Non est varietas Primulæ 612.

614. PRIMULA foliis cuneiformibus, nitidis, scapis unifloris JACQUIN. obs. p. 25. t. 14. LINN. spec.

Auricula ursi VI. CLUS. *pannon.* p. 350.
Sanicula alpina minima LOBEL. *ic.* p. 871.

CHERLERUS ad iconem LOBELII adscripsit, legisse se supra M. *S. Gotthard.*

Radix magna, multiceps, folia perexigua, vix ungui æqualia, basi angustiori, inde latescentia, fine rectilineo, lato, serrato. Caulis vix digitalis, duabus stipulis acutis, angustis; flore unico, etiam duobus, carneo, petalis petiolatis, angulose cordatis, inodoris, ad tubum floralem pubescentibus.

Nunquam

Nunquam reperi. Differt a priori foliis nitidis, non hirfutis, ambitu non in circuli arcum flexo, multo minoribus: flore intus lanuginofo, calycis fegmentis obtufis.

615. PRIMULA foliis ciliatis, ellipticis, carnofis, integerrimis.
GESNERI *ic. æn.* 67.
Auricula urfi IV. CLUS. *pannon.* p. 359.
Auricula urfi carnei coloris, foliis minime ferratis I. B. III. p. 868. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 31. *It. II.* p. 131.
Auricula urfi flore rubello DE BRY: &
Auricula urfi fecunda, foliis carnofis, mucronatis EJUSDEM *t.* 38.
Icon OEDERI *t.* 188.
Primula foliis integerrimis, glabris, oblongis, calycibus tubulofis, obtufis LINN. *I.* p. 205.
Primula integrifolia JACQUIN. *t.* 15. & *vindob.* p. 209.
Paffim in alpibus, non tamen ubique. SCHEUCHZERUS in monte *Joch*, *Surenenek* & *Septimo*. HUBERUS in monte *Lunæ*. In *Hohenkaften*, *Krajalp* & *Furkmatt* Abbatiscellanorum J. GESNER. In *Mürtfchen* & *Galanda* Cl. RAMSPEK. In *Speluga* faxofis & paludofis ficcis Cl. LA CHENAL, & Cl. DICK. In *Gotthardo* monte. In alpibus occidentalibus nondum lecta eft.
Radix dura, folis fquamis tecta. Rofula foliorum ex ovatis lanceolatorum, breviorum, aut longiorum, margine integerrimo, ciliato. Cauliculi unciales, biunciales, uniflori, biflori. Calyx campaniformis, coloratus, fubhirfutus, fegmentis obtufis. Floris fcapus toti cauli æqualis, uncialis, petalis profunde incifis, femibifidis.

ARETIA *Enum. Stirp. Helvet.* p. 485.

LINN. n. 195.

Adfinis Primulis, tubo floris cylindrico, fegmentis floralibus planiffimis, integris, aut emarginatis, ovario fphærico; differt potiffimum glandulis quinque, aut decem, in principio fegmentorum floris pofitis. Ab Androface ipfa hac cylindrica floris figura differt, & glandulis, & calyce diverfiffimo, parvo, non repando.

*616. ARETIA foliis rugofis, acutis, retroverfis, fcapis breviffimis, unifloris.
Sedum alpinum F. Gregorii Rhegienfis COLUMN. *Ecphraf.* II. p. 63. *t.* 65.
Vitaliana SESLER. *Epift.* apud DONATUM p. 76.
Primula foliis linearibus, integerrimis, floribus feffilibus LINN. *I.* p. 206.
Pulchra planta provenit in altiffimis alpibus inter *Valefiam* & *Italiam* pofitis, ut in *Sempronio* monte, fuper vallem *S. Nicolai* & *Praborgne*, & in *vallée d'Angrogne*.
Radix multos & diftantes etiam foliorum cefpites orditur *a*). Folia linearia, acuta, duriufcula, fubtiliter villofa, per oras ciliata, retroverfa. Caulis uniflorus, breviffimus, unciali minor. Calyx campaniformis, villofus, femiquinquefidus, & ultra, fegmentis longis virentibus, lanceolatis. Flos longe de calyce eminet, intenfe flavus, tubo longo, dimidia fui parte nudo, in quo ftamina feffilia nodum fub divifione efficiunt. Segmenta quinque longe ovata *b*). In faucibus floris quinque magnæ glandulæ. Staminum breves petioli. Fructus rotundus exiguus. Semina quinque, reniformia *c*).
Ad Aretiam pertinere etiam Cl. ALLIONE *d*).

*617. ARETIA foliis fubhirfutis, ovatis, cauliculos tegentibus, floribus breviffime petiolatis t. 11.
Androface alpina minima HALLER. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1731. p. 380. *It. Helv. I. n.* 33.
Diapenfia floribus fubfeffilibus LINN. *I.* p. 203.
Clofe moorwort. HILL. T. VIII. *t.* 21.
In alpibus occidentalibus non rara, in *Gemmio um die Daube*: in montibus *fur Champ*, *Chapuife*, *Enzeindaz*, *Orgevaux*, *Ifenau*, *Javernaz*, *la Varaz*, *Prapioz*, *Serin* &c. Supra *Portvaley*, fupra *Bagnes*, in monte *Salanfe*, *Herbagere*, *Dent de midi*, J. GESNER ex monte *Pündtnerberg*.
Radix perennis, lignea, innumeros caules producit, qui in denfiffimos cefpites congefti rupes tegunt, fere ut feda. Cauliculi mufcofi fedi facie, toti tecti foliis, imis emarcidis,

a) COLUMN. SESLER.
b) SESLER.
c) SESLER. Duo COLUMNA.
d) *Specim.* p. 25.

emarcidis, superioribus recentibus, brevissimis, ovatis, conniventibus, ad caulem imbricatim se contegentibus; totis cæterum hirsutie albidis. Singulum ramum flos unicus terminat, in scapo vix semilineam alto, ut sessilis videatur. Calyx magnus totum florem tegit, semiquinquefidus, segmentis robustis, lanceolatis. Tubus floris latus, circa fructum contractus; segmenta planissima, rotunda, lactea; glandulæ quinque bifidæ, flavæ, in fauce floris, cum circulo ex flavo viridi. Fructus subrotundus, angulis percursus, in quinque valvas dehiscit. Tria semina semiconica, ad medium receptaculum congesta. Tuba recta, filiformis, staminibus brevior.

*618. ARETIA foliis ovatis, repandis, scapis unifloris t. 11. *Emend. IV.* n. 149.

Sedum alpinum hirsutum, lacteo flore C. B. ex fide Horti sicci.

Aretia villosa scapis unifloris. LINN. *I.* p. 203.

Triplex varietas est hujus plantulæ.

Prima in montibus vallis *Ormond dessus*, *Prapioz*, *Audon*, etiam *Taveyannaz*, *Richard, la Varaz*, *Kienthal.* Durior tota est, & folia pene glabra habet. Radices ligneæ in ramos & cespites innumerabiles abeunt. Cauliculi vetustis foliis tecti, superne finiuntur rosula foliorum ciliatorum, ellipticorum, multo longiorum, etiam lineatorum, divergentium. Ex media rosula scapus bilinearis. Calyx hirsutus, non angulosus, ad duas tertias divisus, segmentis rectis, angustis. Flos major. Tubus floris brevis, cylindricus: segmenta emarginata, serrata, alba. Ex tubo floris duæ glandulæ longiusculæ in segmentum quodque ita eunt, ut quæque in duo segmenta se dividat. Stamina quinque in dimidio tubo floris. Tuba sine crasso, rotundo. Fructus rotundus, compressus, quinquevalvis.

β. Differt paulum plantula, quæ in monte *S. Bernhard*, *Simplon*, glacialibus supra *Bagnes & les Martinets* lecta est. Tenerior est, foliis magis villosis, nec ita expansis, brevioribus. Flores similes, ex rosulis foliosis proveniunt, sæpe ex latere, tamen etiam ex summo cespite, in petiolis bilinearibus. Calyx similis albus, quinque lineis elevatis, in valida lanceolata segmenta exeuntibus. Flos roseus. Segmenta subrotunda, ovata, glandulis quinque in divisione floris sedentibus, & stella quinque angulorum in divisione segmentorum per ea ipsa exeunte. Stamina quinque in fine tubi floralis. Inter istas dantur plantulæ unciali petiolo, qualis est planta C. BAUHINO in nostra tabula picta.

γ. Denique ex monte *Trone* Rhætorum, & in alpibus vallis *S. Nicolai* foliis pene similibus lecta est, sed totis tectis denso, albo, villo, qui etiam in calyce est: flore purpureo, in petiolis aliquanto longioribus, cauliculis purpureis. Fructus quadrivalvis.

*619. ARETIA foliis crassis, rugosis, gramineis, scapis multifloris t. 17.

J. GESNERUS in alpibus Abbatiscellanis invenit; nos in *Fouly*, *S. Bernhard*, *Salanfe.* In summo *Canigou* Cl. GAGNEBIN, & in summo monte *Ballon.*

Creditur esse *Androsacen foliis subulatis, glabris, umbella involucrum æquante* LINN. *I.* p. 204. & *Primulam vitalianam* HILL. *t.* 25.

Multo prioribus durior & major, satis similis *Vitalianæ*, umbellifera, caule diversa, & floris parvitate & colore.

Radix lignosa, perennis, multiceps, ut in Vitaliana. Ex singulo radicis capite cespes foliorum gramineorum, ciliatorum, sed rugosorum, subhirsutorum, quorum multa retrorsum vertuntur. Scapus trientalis, hirsutus, umbellam fert compactam, trium ad septem florum. Stipulæ ovato lanceolatæ, majusculæ. Calyx validus, pentagonus, semiquinquefidus, segmentis robustis, lanceolatis. Flos ex brevi & lato tubo, sub faucibus contracto, segmentis ovatis, roseis: in faucibus habet quinque luteas glandulas. Stamina in tubo floris ex brevibus pedunculis. Fructus rotundus, quinquevalvis, tuba simplici. Habeo unicum exemplar scapis unifloris.

620. ARETIA foliis ovatis, villosis, scapis umbellatis.

Icon GESNERI *æn.* 76.

Sedum alpinum alterum lacteo flore CLUS. *pannon.* p. 489. 490.

Androsace villosa HILL. T. VIII. *t.* 22.

Androsace alpina, perennis, angustifolia, villosa & multiflora I. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 30. *It. IV.* p. 320.

Sedum

Sedum ορεανθολευκον RICHER.
Androſace foliis piloſis perianthiis hirſutis LINN. p. 203.

β. Flore carneo, non infrequens plantæ imprimis vetulæ, varietas RAI. *Syll. exter.* p. 304.

Vulgatior longe, in omnibus alpibus, etiam in *Juræ* jugis, *Dolaz*, *Falconario*.

Radix exigua, longa: roſa foliorum longius ellipticorum, obtuſorum & lanceolatorum, mollium, albo tomento pubeſcentium. Scapus floralis ſubhirſutus, uncialis, & biuncialis. Stipulæ ſubhirſutæ, longiuſculæ, ovato lanceolatæ. Flores ad ſeptem, majuſculi. Calyx campaniformis, ſemiquinquefidus. Flos albus, petalis emarginatis, centro floris modo luteo, modo rubro. Glandulæ quinque, in faucium oſtio, & ſtella quinque plicarum in mediis ſegmentis.

*621. ARETIA foliis ellipticis, lanceolatis, glabris, ſcapis umbellatis *Emend. I.* n. 151. †
Aretia glabra obtuſo folio umbellifera ALLIONE *ſpec.* p. 22. *t.* 4.
Ορεκτογκαυλον & ορειμακρολημιοτροφος RICHER.
Androſace lactea HILL. T. VIII. *t.* 23.

In monte *Jeman*, *Col de Ferry*, *S. Bernhard*: ſupra *les Martinets*; ſupra *le Val de Bagnes*, in *Speluga*.

Vicina priori, quæ & ipſa pene calveſcit, tamen diverſa. Habitus idem, ſed altior; folia potius longiora, glabra, aut leviter ciliata: caules glabri, aut leviter ſubhirſuti. Stipulæ lanceolatæ, glabræ, multo minores, bacilli umbellæ longiores, etiam in noſtris biunciales viſi, floribus numeroſioribus; calyce glabro, lineis eminentibus diviſo. Floris minoris ſegmenta potius latiora, ovata e), non emarginata, alba, etiam roſea. Glandulæ f) quinæ, ſimiles, luteæ, in floris faucibus. Fructus ſimilis, quinquevalvis.

Non eſt *Alſine verna Androſaces capitulis* C. B. *Prodr.* p. 118. OEDER. *t.* 7.
Androſace montana, flore minore BUXBAUM. *Comment. petrop. II.* p. 369. *t.* 23. *f.* 2.
Androſace ſibirica ROSEN. *obſſ.* 284.
Androſace elongata JACQUIN. *t.* 19. calyces, non flores.
Androſace foliis lanceolatis dentatis, glabris, perianthiis angulatis corolla brevioribus LINN. *I.* p. 203. ROSEN. *obſ.* p. 83.

Non eadem eſt cum noſtra: Bacilli enim umbellæ longiores ſunt, & nonnunquam proliferas umbellas educunt, & folia lata, ſtriata, & calyx univerſalis latus, multifolius.

622. ARETIA foliis gramineis, ſcapis paucifloris. † Conf. *It. Helv. II.* n. 39.
Sedum alpinum tertium, lacteo flore CLUS. *pannon.* p. 490.
Sedum alpinum alterum COLUMN. *Ecphraſ. II.* p. 64. 65. folio nimis anguſto.
Phyllo Dalechampii aliquatenus ſimilis I. B. III. p. 762.
Alſine alpina minima, glabra C. B. *Prodr.* p. 118. ex fide Horti ſicci.

In Jura monte frequens, in *Creux du Vent*, *Waſſerfall*, *Thuiri* &c.

Habitus ceſpitum eſt fere Aretiæ 619. ut alia erigantur, folia etiam ſatis ſimilia, graminea, acuta, oris complicatis, aliqua retroverſa. Caules altiores, quatuor unciarum, glabri & firmi, uniflori, biflori, etiam multiflori: ſub iſtis ſtipulæ duæ plicatæ, lanceolatæ. Calyx campaniformis, ſed lineis eminentibus percurſus, ſegmentis firmis, lanceolatis, ſemiquinquefidus cæterum, & tubo floris fere æqualis. Flos in hoc genere longe maximus. Segmenta floris plana, lactei coloris, fere cordata, cum decem in oſtio floris glandulis. Tuba brevis. Fructus quinquevalvis. Odor gratus Primulæ.

Adparet has ſex Aretias genus naturale conſtituere, cujus omnes ſpecies ſe ex proximo ſubſequuntur. In plura vero genera eas dividere omnino non licet.

623. ARETIA foliis glabris, ellipticis, rugoſis, ſubtus farinoſis, floribus umbellatis.
Primula veris rubro flore CLUS. *pannon.* p. 340. DE BRY *flor.* *t.* 27. VALLOT. *t.* 87.
Icon OEDERI *t.* 125.
Primula foliis crenatis, glabris, florum limbo plano LINN. *I.* p. 205.

β. Varietas flore albo CLUS. *Pannon.* p. 341.

Vulgo in pratis humidis ſubalpinis, etiam Bernæ, inter utrumque balneum, & inter *Seelhofen* & *Arolam* fluv. Ita circa *Roche* verſus *le Furet*. Smilibus locis circa *Tigurum*,

e) OEDER. ALLIONE.

f) Decem OEDER. Quinque etiam ROSEN. p. 80.

Tigurum, *Scaphusiam*, &c. Inde in alpes adscendit, nam in monte *Enzeinda* & *Fouly* provenit. Flore *albo* in alpibus supra *les Plans* & Valesiacis.

Ad terram foliorum, ut in prioribus, rosula: sed ea firmiora, longiora, graciliora, angustius ovata, levius serrata, petiolo folioso, denique glabra & subtus farinosa. Flores umbellati, non cernui, stipulis sub divisione lanceolatis, in umbella duodeni, etiam pene innumeri. Calyx tubi floris longitudine, qua nota ab Auriculis dissentit, ad unam tertiam quinquefidus. Segmenta floris planissima, cordata, sed angusta, purpuro cærulea. In divisione floris, inter segmenta quinque, flavæ glandulæ, in transversum latiores, quibus exterius circulus albus succedit, & a quibus ad Aretiam revocatur. Fructus, ut in Auriculis, cylindricus, sexvalvis: tubæ apex globosus, paulo tubo floris brevior.

Hæc planta Primulæ petalon habet, calycem & fructum & farinam Auriculæ; & glandulas Aretiæ.

Ad Primulam 613. comparata habet petala breviora, magis cordiformia, calycem farinosum, glandulas veras.

ANDROSACE g).

ANDROSACES species TOURNEFORT. t. 46.

& LINN. spec. n. 196.

Calyx peramplus, quinque segmentis profunde divisis, dentatis h). Tubus floris inferne latior, superne contractus i). Flos sursum cavus, segmentis subrotundis k). Glandulæ nullæ. Fructus subrotundus l), intra calycem petiolatus m), tuba simplici. Semina plurima n).

*624. ANDROSACE stipulis quinis amplissimis.
Androsace altera CAMERAR. *Epit.* p. 639. CLUS. p. CXXXIV.
Androsace perianthiis fructuum maximis LINN. *I.* p. 203.
Crownd navelwort HILL. T. VIII. *t.* 22.

In segetibus circa *Aven* Valesiæ.

Ex radice exili & annua rosula foliorum, in orbem sparsorum, petiolatorum, ovato rhomboideorum, dentibus per oras rectis, exstantibus. Caulis semipedalis & dodrantalis, umbellifer: sub umbella maximæ stipulæ ovatæ, patulæ, dentatæ. Umbella quinque ad octo florum. Calyces amplissimi, multoties flore majores. Albus iste, qualem descripsi.

ANAGALLIS a) TOURNEFORTII t. 59.

LINN. n. 206.

Calyx profundissime quinquefidus b). Floris tubus brevissimus, pene nullus c); segmenta rotunde lanceolata d). Fructus rotundus e), tectus operculo hemisphærico f), nisi malis per medium in duo hemisphæria dehiscere g). In placentæ rugosæ h) alveolis semina minuta i), hemisphærica, cava.

625. ANAGALLIS caule procumbente, foliis ovato lanceolatis, calycis segmentis lanceolatis.
Anagallis mas CAMERAR. *Epit.* p. 394.
Anagallis terrestris mas BLAKWELL. *t.* 43.
Icon OEDERI *t.* 88.
Scarlet pimprenell. HILL. T. VIII. *t.* 40.

β. Flore

g) Androsace herba amara, tenues spargans juncos, sine foliis, folliculos in capitulis habens, in quibus semen continetur DIOSCOR. L. III. c. 133. alia planta.
h) TOURNEF. D.
i) A.A.
k) A.A.
l) F.
m) ad D. n) F.
a) Duo sunt genera, quæ tantum flore distant: quæ cæruleo flore est femina dicitur, mas quæ phœniceo. Frutices sunt parvi, in terra jacentes, foliis in quadrangulo cauliculo pusillis, subrotundis, ad helxines folia accedentibus, femine rotundo DIOSCOR L. II. c. 174. Anagallis mas flore phœniceo PLIN. L. XXV. n. 92. palma non altior, frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra jacentibus IDEM. Anagallis veris primitiæ LONGUS III. p. 105. L. IV. p. 142.
b) TOURNEFORT. D.
c) B.
d) H.
e) E.
f) GREW. t. 71. TOURNEFORT. E.
g) TOURNEF. G. K. F. GREW. L. IV. n. 5. fin.
h) TOURNEF. K. GREW
i) TOURNEF. I.

β. Flore albo Plot. *Oxfordshire* p. 152.

Ubique in arvis, & hortis.

Cauliculi teneri, ſucculenti, quadrangulares, ramoſi. Folia conjugata, ex ovatis lanceolata, ſucci plena. Flores nutantes ex petiolis conjugatis, aut alternis, longis, aphyllis, unifloris. Flos miniatus, tubo albo. Stamina barbata; tuba ſimplex, apice craſſiori.

Succulenta, oleracea, edulis *k*) plantula, leniter acida *l*) & adſtringens. Volatile omnino nihil. Succi inſpiſſati amari, acres, cum ſpiritu vini extracti potentiores *m*). Cum his ſignis, quæ merum lene *n*) alimentum promittunt; tamen ab omni tempore viribus medicis inclaruit. Ad inſaniam valere, vel nomen Germanicum promittit; deinde experimenta Cl. Michaelis *o*) & Bonneken, qui cum ſanguine aſinino ejus uſum conjunxerunt. Nuper tamen Cl. Gumprecht *p*) monuit, decoctum a maniaco absque fructu ſumtum eſſe. Multo major eſſet efficacia, ſi etiam morſui canis rabidi mederetur. Ita olim C. Hofman *q*), & nuper Cl. Bruch *r*), non ſine experimentis, etiam quando confirmata hydrophobia cum furore conjungebatur. Ita factum eſt, ut Bambergenſium edicto *s*) drachma una, adverſus ſæviſſimum morbum, pro certo medicamento ſuadeatur, & ea herba in ſua aqua trita plerumque malum ſubito tollere dicatur, certiſſime ſi doſis repetita fuerit: non absque conſenſu aliorum teſtium *t*). Sed ego novi, certa fide, Viviſci ab optimo viro Roulet adhibitam, mortem ægrotæ non impediviſſe. Ad caligantes oculos Marcellus *v*) laudabat, & ad capitis dolores *x*). Abſtergere, feſtucas extrahere, ſuccum nares purgare antiqui *y*).

626. ANAGALLIS caule procumbente, foliis ovato lanceolatis, petalis ſerratis, calycis foliolis ſubulatis.

Anagallis femina z) Camerar. *Epit.* p. 395.

Anagallis terreſtris femina Blakwell. *t.* 274.

β. Foliis ternis, quaternis.

Hæc in agro Aventico & Mülhuſiæ provenit, Bernæ nulla.

Paulo altior, folio potius minori *a*), flore majori *b*); fructu magis ovato *c*), & imprimis calycis foliis anguſtioribus: denique ora floris ſerrata *d*).

Conjungit cum phœnicea Linnæus, cui eſt *Anagallis foliis indiviſis, caule procumbente* p. 211.

Separat Cl. Blair, & Boehmerus *e*), neque, ut ſolent varietates a flore ſumtæ, altera in alteram degenerat.

Alſinantherum, Anagallidi vicinum *f*), in Helvetia nondum lectum eſt.

CENTUNCULUS *g*) Dillen. *nov. gener.* p. 111.

Eph. Nat. Cur. Cent. VI. append. p. 65. t. 10. f. 31. Linn. n. 145.

ANAGALLIDASTRUM Micheli.

Fructus anagallidis *h*) hemiſphæricus, transverſim dehiſcens, multis ſeminibus prægnans. Calyx quadrifidus, ſæpe etiam quinquefidus, patens, ſegmentis acute lanceolatis, expanſis, etiam quinis *i*). Flos Cuſcutæ, fundo fructum comprehendit, globoſus, tubo brevi, ſegmentis quatuor lanceolatis *k*). Stamina quatuor *l*). Fructus membranaceus, tuba ſimplex *m*), cylindrica *n*).

627. CENTUN-

k) Amant oves Schreber. *Saml.* p. 315. 316.
l) Geofroi. p. 90.
m) Bruch. Lewis.
n) Lenire Dioscorides.
o) apud Ettmuller.
p) ad Loesecke *arzneymitt.* p. 329.
q) *Medicin. officinal.* p. 125.
r) *de Anagallide Argent.* ann. 1758.
s) Hasenest. *medic. Richt. III.* p. 3.
t) Jenæ, eadem doſi, ſymptomata nulla fuiſſe Schreber. *Saml. VIII.*
v) p. 61.
x) p. 34.
y) Suidas p. 159.
z) Anagallis femina cærulea, prior floret Plin. l. c.

a) Etiam Camerar. *Epit.*
b) Blair.
c) Idem.
d) Etiam in Camerar. *Epit.*
e) *Flor.* p. 16.
f) Blair. *Eſſ.* p. 161.
g) Centunculus generis Clematidis, foliis ad ſimilitudinem capitis penularum Plin. L. XXIV. n. 88. planta ignota.
h) Dillen. Oeder.
i) Iidem.
k) Oeder.
l) Idem.
m) Idem.
n) Idem.

*627. CENTUNCULUS Dillen. Linn. I. p. 169.
Alsine palustris minima, flosculis albis Menzel. *pugil. rar. t.* 4. *f.* 5.
Anagallis palustris Vaillant. p. 12. *t.* 4. *f.* 2. bene.
Anagallidastrum exiguum foliis lanceolatis alternis Micheli *nov. gener.* p. 14. *t.* 18.
Icon optima Oederi. *ic. t.* 177.

Abunde reperi inter lacum Lemanum & *les Grangettes*, ultra *Noville*. Cl. la Chenal o) circa *Domum rubram*.

Ex minutioribus plantis. Caulis uncialis, ex minima radice, procumbens, tamen ramosus. Folia magna, alterna, serpylli, acuminata, sessilia; sic flores in alis foliorum sessiles, solitarii, minimi, albi, pellucidi, postque eos fructus frequentes remanent.

LYSIMACHIA p) Tournefortii t. 59.

Linn. n. 205.

Anagallidi proxima dissentit fructu in decem valvas diviso.

628. LYSIMACHIA caule decumbente, foliis ovato lanceolatis, petiolis alaribus, unifloris.
Anagallis luteo flore Clus. *pannon.* p. 492. 493.
Anagallis lutea nemorum. Ic. Rob. n. 20.
Oval loosestrife Hill. T. VIII. *t.* 35.
Lysimachia foliis ovatis, acutis, floribus solitariis, caule procumbente Linn. *I.* p. 211.
Icon Oederi *t.* 74.
Anagallis alpina ramosa, lutea Muralt. p. 703.

Circa Bernam in sylvis vulgaris, ut *Bremgarten*, sylvula sub *Wabern*, &c. Etiam in alpes adscendit.

Caulis prostratus, & per intervalla radicatus, teres q), ruber. Folia petiolata, ex ovatis lanceolata. Petioli florales longi, aphylli, uniflori, alterni & conjugati. Calyx ad basin usque divisus, segmentis acutis, angustis. Floris flavi segmenta subtiliter serrata, ex rotundis lanceolata; staminum circulus barbatus, brevissimus; fructus ovatus.

629. LYSIMACHIA caule prostrato, foliis subrotundis, petiolis alaribus, unifloris.
Nummularia Camerar. *Epit.* p. 755.
Hirundinaria seu Nummularia major Tabernæm. p. 874.
& *minor* Ejusdem.
Moneywort loosestrife Hill. VIII. *t.* 35.
Lysimachia foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente Linn. *I.* p. 211.

In humidis vulgo provenit.

Caulis quadrangulus, accurate terram sequitur, & radiculas subinde demittit. Folia conjugata, pene orbiculata, brevibus pedunculis. Petioli florales conjugati, longi, aphylli, uniflori. Calycis foliola cordata, basi ampliori reduplicata, qua nota insigniter a reliquis speciebus differt. Stamina in circulum pilosum coalescunt.

Vires habere videtur Anagallidis, ut leniter adstringat, cum vi subacida. Ob vim suam mitem Boerhaavii laudes experta est in scorbuto calidiori, ad hæmorrhagias uteri, variosque sanguinis fluxus. Cum Bellide conjunctum succum ad phthisin Cl. Buchwald r) commendavit. Claudius Agerius non aliam certiorem vulnerariam stirpem esse adfirmabat, sive extus inponeres, sive intus utereris. Externo usu dicitur in senibus molesta tibiarum ulcera sanare.

630. LYSIMACHIA foliis ovato lanceolatis, spicis paniculatis.
Lysimachia Matthiol. p. 349. Blakwell. *t.* 278.
Lysimachia lutea. Hort. Aichstett. æstiv. ord. 10. *t.* 6. *f.* 3.
Broad loosestrife Hill. *t.* 32.
Lysimachia paniculata racemis terminalibus Linn. *I.* p. 209.

β. Foliis binis, ternis, quaternis.

In

o) *Basler merkwürd.* T. XX.

p) Lysimachia, aliis lytron, caulibus cubitalibus vel altioribus, fruticosis, tenuibus, foliis geniculatim prodeuntibus, tenuibus, salicis figura, gustu adstringentibus, flore rufo, aut aureo; gignitur in aquosis Dioscorid. L. IV. c. 3. Lysimachiam Rex Lysimachus invenit, celebratam Erasistrato, salicis foliis viridibus, flore purpureo, fruticosam, ramulis erectis, odore acri, in aquosis provenientem. Plin. L. XXV. n. 35. Videtur ad Ephemerum Matthioli spectare.

q) Aliam sulcato caule distinguit Cl. Scopoli.

r) p. 184.

In udis, pratis & foſſis frequenter.

Caulis erectus, ramoſus, hirſutus, anguloſus. Folia plerumque ternata, ad ramos binata, ex ovatis lanceolata, ſubtus hirſuta. Rami conjugati. In ſumma planta petioli conjugati, exiguis foliis adſperſi, denique in paniculam triangularem conſentiunt. Calycis ſegmenta ovato lanceolata, peracuta, oris miniatis. Flos ſaturate flavus, ſegmentis ex ovatis acuminatis. Stamina in tubum circa tubam coaleſcunt. Tuba longe de flore eminet.

Adſtringentem & vulnerariam eſſe, ad faucium *s*) inflammationes valere: ad peſtem *t*) denique legas; ſed officinis *v*) ignota eſt.

*631. LYSIMACHIA racemis denſiſſimis, alaribus, folio brevioribus.

Lyſimachia lutea altera Lobelii CLUS. p. LIII.
& *Lyſimachia lutea III. ſeu minor* EJUSDEM ibid.
Tufted looſeſtrife HILL. T. VIII. *t.* 32.
Lyſimachia racemis lateralibus pedunculatis LINN. *l.* p. 209.

In Suevia circa *Memmingen* CL. EHRHARDT. ILL. GESNERUS miſit circa *Hegnau* agri Tigurini lectam, novam civem.

Caulis ramoſus & folioſus, erectus, latus, foliis binatis, longe ex ovatis lanceolatis, plurimis punctis nigris notatis. Ex foliorum alis petioli racemoſi, foliis breviores. Racemi denſi. Stipulæ longæ, anguſtæ. Calyx ad baſin uſque ſectus, ſegmentis peranguſtis: ſic flos exiguus, in gracilia ſegmenta pene ſubulata profundiſſime diviſus, cæterum luteus, & verſus apicem punctis aurantiis notatus, tubo breviſſimo. Stamina longe de tubo floris erumpunt; tum tuba.

Vix poteſt Lyſimachiæ genus in tanta characteris diverſitate manere *x*).

HOTTONIA BOERHAAVE p. 206. LINN. n. 203.

STRATIOTES VAILLANT. *Mem. de l'Acad.* ann. 1719. p. 20.

Calyx profundiſſime in quinque partes lanceolatas diviſus *y*). Flos tubo cylindrico, ſurſum ventricoſo *z*), & ſegmentis planis, oblique reſectis, emarginatis *zz*). Fructus ex pentagonio rotundus, ſeminibus circa receptaculum plurimis. Tuba globulo ornata.

632. HOTTONIA florum verticillis ſpicatis.

Hottonia BOERHAAVII, PONTEDER. *Anthol.* p. 272.
Myriophyllum a) alterum MATTHIOL. p. 1168. *Epit.* p. 897.
Viola aquatilis DODON. *purg.* p. 230.
Stratiotes vulgare, flore albo VAILLANT. l. c.
& *flore purpureo* ibid.
Hottonia pedunculo verticillato, multifloro LINN. *Spec.* p. 208.
Hottonia paluſtris HILL. T. VIII. *t.* 21.

β. *Millefolium aquaticum, dictum Viola aquatica ſecundum* C. B.

Abundat in paludoſis, quæ inter tres lacus ſunt, Neocomenſem, Moratenſem, & Bienenſem: tum in foſſis ſub pago *Bühl*, *Walperswyl &c. Michelfeldæ.*

Caulis fiſtuloſus longe per aquas repit, & per intervalla radicularum faſciculos emittit: inde erigitur, non ramoſus, niſi in paniculatos petiolos. Folia in aqua reflexa, ſupra eam expanſa, quina, pinnata, pinnis planiſſimis, linearibus, ultimis ſimplicibus *b*), mediis bifurcatis, primis ramoſis, pinnulis denique bifurcatis, aut trifurcatis. Stipulæ ſub petiolis floralibus. Illi in verticillos quinati, etiam plures, ſurſum minores, in conicam paniculam ſpicatam continuantur. Flos petiolatus, albus, aut purpuraſcens umbilico ſubluteo.

MENYANTHES *c*) TOURNEFORT. t. 15.

LINN. n. 202.

Calyx brevis, quinquefidus, ſegmentis lanceolatis *d*). Flos tubuloſus *e*), ſurſum lateſcens,

s) *Weiderich* CORD. *botanolog.* p. 75.
t) LOBEL. *adverſ.* p. 344.
v) RUELL. III. c. 78.
x) Conf. etiam Cl. SCEPIN. p. 26. 27.
y) VAILLANT. e.
z) e.
zz) d. a.

a) Myriophyllum millefolium, caule tenero, fœniculi foliis plurimis, in paluſtribus PLIN. L. XXIV. n. 95.
b) VAILLANT. g.
c) Trifolii genus III. Menyanthes, aliis Aſphaltum majori folio PLIN. L. XXI. n. 30.
d) TOURNEF. C.
e) B.

cens, ſemiquinquefidus *f*), ſegmentis patulis, etiam reflexis, per marginem eleganter fimbriatis *g*). Fructus ovatus *h*), bivalvis *i*). Semina numeroſa *k*), ſubrotunda, ad tres carinas collecta. Tuba bicollis, mitræ ſimilis.

633. MENYANTHES foliis ternatis LINN. I. p. 208.
Trifolium paluſtre CORD. *hiſt.* p. 96. BLAKWELL. *t.* 474. *majus* TABERNÆMONT. p. 520.
Acopa Dioſcoridis HIST. OXON. III. p. 604. s. XV. *f.* 2.
Menyanthes trifoliata HILL. VIII. *t.* 41.

Frequens in foſſis paludoſis totius Helvetiæ; circa tres lacus nuper dictos: circa lacus Genevenſis initia, prope *Noville*, *&c.* Etiam prope Bernam, in ſylva *Bremgarten*: circa *Frieniſperg*: in ſubalpinis, ur circa *Weiſſenburg*. In montanis Juræ circa *Nodz* & alibi.

Radix longa, repens, teres, anulata, fibroſa. Caulis vaginis tectus, erectus, pedalis, cubitalis. Ex iis vaginis ſcapi florigeri. Folia longe petiolata, ternata, ovata, leviter ſerrata. Caulis terminatur ſpica florum laxa: flores petiolati. Stipulæ *l*) magnæ, ex ovatis contractæ. Calycis maximi ſegmenta obtuſa. Flos albus, roſeo tinctus. Segmenta floris & calycis ſæpe unitate abundant.

Sapor amariſſimus, & tamen pecus *m*) folia devorat, tum lepores *n*). Vis ſtomachica & reſolvens valet ad febres intermittentes, ad morbos chronicos, ad ſcorbutum *o*), ad hypochondriaca, & arthritica *p*) mala, ad podagram *q*), ad initia hydropis *r*), ad atoniam *s*), ad ulcera antiqua *t*), ad pectoris adfectus *v*) phthiſin minantes. Paralyſin hypochondriacam VIRIDETUS hoc auxilio ſuperavit. Sunt, qui inter lithontriptica numeraverint *x*). Pulvis caulis ad drachmam ſumtus alvum movet *y*) & vomitum. Sicca planta vires fere amittit *z*). In ſale fixo acor eſt & phlogiſton *a*). Coctum & expreſſum facit colorem viridem *b*).

Menoanthen rotundifoliam nondum in Helvetia reperi.

SOLDANELLA TOURNEFORT. t. 16.

LINN. n. 199.

Calyx in quinque lanceolata ſegmenta profundiſſime diviſus *c*). Floris tubus latus, campanulatus *d*), quinquepartitus, ſegmentis laciniatis & tenuiſſime diviſis *e*). Filamenta brevia: antheræ tubam circumdant: tuba ſimplex *f*). Fructus longe cylindricus *g*), in ſumma parte multis dentibus inciſus *h*), lineis intortis inſcriptus. In ejus ima parte placenta *i*), ad quam numeroſa ſemina *k*).

634. SOLDANELLA.
Soldanella minore folio CLUS. *pannon.* p. 355.
& *Soldanella alpina* EJUSDEM p. 354.
Soldanella alpina CAMERAR. *Epit.* p. 254. *minor* MANGET. *Pharmac. II. t.* 24.
Soldanella alpina rotundifolia SCHEUCHZER. *It. I.* p. 50.
Blue ſpirewort HILL. Vol. VIII. *t.* 43.

β. Flore albo SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 341.

Ubique in alpibus, qua nix nuper deliqueſcit. In monte *Dolaz*. Dicunt etiam in montanis naſci, in *Ramliſperg*.

Radix perennis, lignoſa: folia petiolata, reniformia, ſed rotundiora, firmula, levia, integra. Scapi nudi, uniflori, biflori, triflori: flos ſaturate cæruleus; ſic fructus.

Alvum acriter purgare CONSTANT: vereor autem, ne cum marina Soldanella alpinam confuderit: ea enim alvum ducit, & de gente eſt convolvuli.

CYCLA-

f) ad B. & C.
g) A.
h) E.
i) G. H.
k) I.
l) WILLI.
m) SCHREBER. III. *Saml.* p. 57.
n) BERNHARD. *Wieſenbau* p. 180. LINN.
o) Decocto DU CLOS. *anc. mem.* p. 329. tum WILLI. S. PAULI. In cereviſia BARTHOL. *bibl.* p. 69.
p) *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. III.* obſ. 123. Cum ſero lactis in ſe ipſo expertus eſt BOERHAAVIUS.
q) BOERHAAVE.
r) S. PAULI. Etiam formatam MELLI.
s) WILLI *Act. haſn. III.* obſ. 75.
t) BOERHAAVE.
v) SCHULZE *mat. med.* p. 445. cum cereviſia decoctum, addito ſemine lycopodii.
x) *Bresl. Saml.* 1723. m. Febr.
y) WILLI.
z) SCHREBER.
a) GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V.* p. 289.
b) LINDER. *färgekonſt* p. 96.
c) Latiuſcule TOURNEF. C.
d) B.
e) A.
f) ad D.
g) E.F.
h) F.
i) G. *k*) H.

CYCLAMINUS *a*).

CYCLAMEN Tournefort. t. 68.

Linn. n. 201.

Calyx campaniformis, ſemiquinquefidus, ſegmentis ovato lanceolatis *b*): floris tubus brevis *c*), cernuus *d*), contractus; ex eo quinque ſegmenta ovato *e*) lanceolata, etiam elliptica, ſurſum reflexa. Staminum breviſſima filamenta: antheræ germen circumſtant: fructus mollis, ſubrotundus *f*), multivalvis, polyſpermos: ſemina in orbem circa placentam diſpoſita *g*).

635. CYCLAMINUS flore cernuo, ſegmentis ſurſum reflexis.

Cyclaminus Camerar. *Epit.* p. 357.
Cyclaminus odorato purpureo flore Clus. *pannon.* p. 253.
Artanica Cyclamen Blakwell. *t.* 147. cum charactere.
Cyclamen corolla retroflexa Linn. *I.* p. 207.
Hearted ſowbread Hill. Vol. VIII. *t.* 42.

Varietates habet innumerabiles. Ecce Muntingii tabulas 144. 146. 147. Passæi t. 13. 14. Anguillaram p. 173.

In Helvetiæ ſubmontanis & ſubalpinis rupibus. Rupe *au Rocher de la Praiſſe*, & e regione ad ſcopulos ſub *Porta Saxi.* Circa *Weſen*, *Walenſtadt*, *Chur*, & paſſim in Rhætia, ad lacum *Thunenſem.* In monte *Saleva*, *Generoſo.*

Inter ſubmontana loca reperi circa *Baume & Creſſier*, qua deſcenditur a *Linière.* Cl. Divernoi *au Bois de l'Iter* & alibi, & paſſim in Neocaſtrenſi Comitatu. Circa *Nods* Cl. Rossel.

Albo flore C. Gesner.

Radix eſt craſſum, informe, durumque tuber. Ex eo multi petioli prodeunt, aut uniſolii, aut uniflori. Folia craſſa, membranacea, reniformia, aut cordata, oris integris, maculis albis picta, nigrove inſcripta circulo, ſubtus rubra. Flos dilute purpureus, ſuaveolens.

Radicem circa *Aſtracan h*) edulem eſſe lego: ſed ea gens neque fungis venenatis parcit. Ad drachmam ſumta cum flagitio alvum movet, ut a Præceptore inter venena numeretur: ſiccum tamen debilius eſt *i*). Ex radice piſces intoxicari Oppianus *k*). Pro irritante medicamento laudat Aretæus *l*), quo flatus deorſum pellantur. Succum ad aureos duos & quatuor Veteres *m*) propinabant. Manducata radix ad dolorem dentium præſcribitur, etſi eum videtur augere *n*). Trita unguentum dat *o*), quod per integram cutem alvum ducit, etiam nimis vehementer *p*). Ad lienis ſcirrhos laudatur *q*), & ad vermes.

Nullam memorabilem varietatem in Helvetia reperi, ſed habet Tragus

β. *Hermodactylum* p. 758. quæ *exigua Cyclaminus* Ejusdem p. 905.
Cyclaminum radice avellanæ magnitudine Clus. *pannon.* p. 235.
Cyclamen parva radice I. B. III. p. 553.

Tragus in ſylvis haud longe a Curia Rhætorum.

Deinde γ.
Cyclaminus radice oblonga Gesneri *hort.* p. 256.
Κυκλαμινος μακρορριζος Kentmanni Wolf. *pollic.* p. 52.
Cyclaminus odorata macrorrhizos Clus. *hiſt.* p. 264.
Cyclaminus μακρορριζος Camerar. *Epit.* p. 358.

Radix ex longo filamento pendula, ſub terra depacto.

δ. Porro *Cyclamen odoratum æſtivo ſolſtitio florens folio maculato* C. B.

Inter *Fläſch & Lucisſteig* Scheuchzerus, foliis aliquantum anguloſis.

Denique

a) Cyclamini radix rapo ſimilis, cortice nigro, foliis Hederæ minoribus, nigrioribus, tenerioribus, ſine angulis, in quibus maculæ ſupra & infra albicantes; caule exiguo, inani, nudo, floribus purpureis, roſarum effigie Dioscorid. L. II. c. 158. Plin. L. XXV n. 67. Cyclamini flos coloſſinus in coronas admittitur Ejusdem L. XXI. c. 9. Cyclaminus bis in anno floret, vere & autumno L. XXI. c. 38. Cyclamini ſuccus Aretæus *cur. acut. II.* c. 5. Herba Cyclaminus Marcellus. Radix Cyclamini Oppian. L. IV. Radix terræ mali Marcell. c. 12. Cyclamen flore vere Violæ Platear. p. 179. b. Cyclamen parvum vere floret Mesue p. 78. Arthanita Ejusdem p. 77. 160. b.

b) Tournef. H.

c) B.

d) A.

e) C. D. E. F. G.

f) K.

g) L. M.

h) Muller. *Saml. VII.*

i) Gleditsch. *meth.* p.

k) L. IV.

l) l. c.

m) Mesue p. 776.

n) Marcell. c. 12.

o) Duo Mesue p. 169.

p) Sylvius.

q) Gattinaria p. 114.

Denique Lobelius recenfet.

ε. *Cyclamen ex montibus Rhæticis folio Hederæ triplici mucrone diftinctum* Lobel. *adverf.* p. 264. & *ic.* p. 605.
Dented Sowbread Hill. l. c. & *Gashed Sowbread.*
Cyclamen folio angulofo I. B. III. p. 553. quod Ill. Allionius *r*) a fubrotundo diftinguit.

Nemo, præter Lobelium, in Helvetia vidit.

GENTIANA Linn. n. 322.
GENTIANA *a*) Tournefortii t. 40.
& CENTAURIUM MINUS Tournef. t. 48.

Multiforme genus, neque tamen Sweertiam feparare licet, ob fimilia fere ornamenta, quæ funt in Gentianis. Vaftum tamen & multiforme genus egeret diminutione. Mihi fufficit fpecies rite conftatuiffe.

Calyx in tot fegmenta fiffus, quot funt floris partes; numerus enim ab octo ad quatuor mutabilis eft, & fæpiffime quatuor & quinque in eadem ftirpe partes funt, aut quinque & fex; cæterum aut profunde divifus, aut tubulofus, & fæpe fpathaceus. Flos perinde nullam certam fabricam habet; tubo brevi, rotato *b*), aut longiufculo, aut campaniformi *c*), aut infundibuliformi, longo & stricto. Segmenta modo erecta, modo patula. Ornamenta varia in plurimis fpeciebus. Squamæ hirfutæ, tubercula, pili, plicæ demum inter fegmenta mediæ. Stamina alias circa tubam coalefcunt, alias minime. Fructus femper oblongus, conicus *d*), fed latior *e*), aut anguftior *f*), bivalvis *g*), polyfpermos. Tubæ alias duæ feffiles, curvæ, revolutæ *h*); alias etiam unica. Omnibus folia conjugata, & glabra, fimplicia, & communis habitus, faporque, ni fallor, omnibus amarus.

I. FLORE QUINQUEFIDO.
I. FLORE ROTATO.
I. TUBO FLORIS BREVISSIMO.

636. GENTIANA foliis radicalibus petiolatis, ovatis, floribus paniculatis, rotatis, fpicatis. Conf. *Emend. III.* n. 144.
Icon ænea Gesneri in prima parte Operum.
Gentiana XII. Clus. *pannon.* p. 292.
Μελανοςικτη Reneaulme p. 65.
Gentiana paluftris latifolia flore punctato C. B. Scheuchzer. *It. IV.* p. 156.
Gentiana Pennæi cærulea punctata Barrelier *ic.* 91.
Oval Felwort Hill. *VIII. t.* 60.
Sweertia Linn. *gen. n.* 321. *corollis quinquefidis, foliis radicalibus ovalibus* Linn. L p. 328.

In pratis montanis udis Helvetiæ paffim. In monte *Rigi* Scheuchzer. In pratis udis *Harzersboden* inter *Tfchangnau & Habcheren* abunde legi. Cl. Gagnebin *aux Pontins, à l'Echelette, à l'Anvers de Renans, à la Varode.* Gener. de Saussure circa lacum *des Rouffes.*

Radix lignofa, nigia, obliqua, fibras plurimas dejiciens, amariffima. Folia ad terram petiolata, obtufa, quinquenervia: ad caulem feffilia, acutiora. Caulis cubitalis, erectus, ramofus. Flores in fummo caule, ex petiolis erectis, multifloris, in paniculam ramofam continuatis. Calyx ad bafin ufque quinquefidus, fegmentis latiufculis. Flos tubo brevi, fegmentis ellipticis & elliptico lanceolatis, lineatis & punctatis, cæruleis. In principio cujusque fegmenti floralis duo tumores barbati *i*). Stamina diftincta. Fructus fufi forma, in medio ventricofus, utrinque acutus. Tuba fimplex Cl. Gleditschio, nam recentem non præfto habeo.

637. GEN-

r) *Flor. Sard.* p. 92.

a) Gentianam invenit Gentius, Rex Illyriorum; in Illyria præftantiffima provenit, foliis proxime radicem juglandis aut plantaginis, partim e medio caule, & præfertim juxta cacumen, magnitudine lactucæ, caule tenero, unciam craffo, cavo, inani, ex intervallis foliato, tricubitali nonnunquam, radice longa, ariftolochiæ longæ, craffa, amara: femine in calycibus lato, levi, flore fphondylii: in aquofis fubalpinis multa Dioscorid. III. c. 3. Plin. L. XXV. n. 34. Poffet effe noftra magna Gentiana. Add. Rhaze ad Mansor. L. III. c. 30.

b) Tournef. A.A.

c) B C.

d) D.E.H.

e) H.

f) E.

g) I.I.

h) ad D.H.E.

i) Hill. ad C.

637. GENTIANA caule foliofo, foliis ovatis, nervofis, floribus rotatis, verticillatis. Conf. *It. Helv. II.* n. 23.

Gentiana CAMERAR. *epit.* p. 415. DODON. *purg.* p. 69.
Gentiana insignis alpina floribus aureis BESLER. *Gazophylac. t.* 2.
Great yellow Gentian HILL. *VIII. t.* 54.
Gentiana major vulgaris flore pallido BARRELIER. *ic.* 63.
Ἀστερίας RENEAULME p. 63. 64.
Gentiana lutea MILLER. *t.* 439.
Gentiana corollis quinquefidis, rotatis, verticillatis, calycibus fpathaceis LINN. *I.* p. 329.

In pratis montanis & fubalpinis, poft horæ adfcenfum ex planitie ubique, ut fuper *Neuenftatt* verfus *Nodz*, fub *Panex*, in pratis *Jorogne.* Latos tractus occupat, quæ a pecore non tangatur.

Radix omnium maxima, aliquot pedum, cylindrica, rugofa, anulata, cortice nigro, intus flavefcens. Caulis in toto genere maximus, bicubitalis, non ramofus. Folia ima petiolata, fuperiora feffilia, ampliffima, ovata, nervis fubtus notata, in apice convenientibus. Flores in petiolis unifloris, erectis, ex ala foliorum prodeuntibus, denfum circa caulem verticillum faciunt. Calyx tenuis, in quinque fegmenta divifus, plerumque fpathaceus, bivalvis, lacer, altera parte dentata. Flos ex brevi tubo rotatus *k*). Segmenta quinque ad octo *l*), longa, acuta. Ad ortum germinis tot viridia tubercula, quot floris partes. Stamina longa, de flore eminentia, libera antheris maximis. Fructus brevis, in medio ventricofus *m*), longe conicus, fubquadratus, roftratus. Tubæ duæ breviffimæ. Semina magna, foliacea *n*), ex ovatis reniformia, fere fterilia *o*).

Radix ab antiquiffimis temporibus inter celebria medicamenta fuit. Infufum *p*) aquofum amariffimum eft, fic extractum *q*): fic fpirituofa tinctura *r*) & extractum. Pars refinofa ab abundantiori gummofa vix poteft *s*) feparari. Aqua amara eft & ftomachica: fpiritum etiam fortem dat, quo Sanganenfes *t*) plurimum utuntur. In fale ipfo Garayana arte parato, etfi in principio dulcis videtur, tamen denique amaror prævalet *v*). Etiam oleum cum aqua amarum adfcendit *x*).

Veteres pro adftringente medicamento habebant *y*), & recipiebant in antidoton *z*) MITHRIDATIS. Succum ad vermes exhibebant *a*), & ad afthma *b*). Vinum ex Gentiana PLINIUS habet *c*).

Noftris temporibus ob vim ftomacho amicam in medicinam recipitur. A multis etiam medicis ad febres *d*) intermittentes propinatur, non ideo aut corticis æmula futura, aut perpetuo efficax *e*). Infufa cum vino ad menfes movendos confert, & ad cachexiam *f*) utilis eft; denique ad podagram *g*). Nimio ufu dicitur vaccis diarrhœam excitare *h*), etiam vomitum movere *i*). Extractum cum carne digeftum acorem expedivit, & carnem diu fanavit integram, eftque inter magna antifeptica *i**).

Externo ufu in fiftulis turundæ loco eft. Veteres ad menfes ciendos *k*) peffi loco inmittebant.

In arte veterinaria princeps medicamentum eft, ad vermes, ad arcendam putredinem *l*).

In officinas Angliæ radix *m*) venenata & magis olens cum Gentianæ nomine irrepfit, quæ canes occidebat. Thoræ radicem *n*) fuiffe vix credas, quæ tantilla fit.

k) TOURNEF. A.A.
l) RIVIN. ad RAI p. 24.
m) H.
n) H.L.
o) BOD. a STAPEL. in THEOPHRAST. 1045.
p) CARTHEUSER. *mat. med.* p. 481.
q) Inter officinalia habet LEWIS. p. 576.
r) Eam absque viribus effe HEYDE obf. 74.
s) CARTHEUSER.
t) FÆSI *Geograph. III.* p. 315.
v) LA GARAYE p. 132.
x) FLOYER. *pharmacob.* p. 23.
y) CÆLIUS *tard. II.* c. 13.
z) CELSUS L. V. c. 23.
a) CÆLIUS *tard. IV.* c. 8.
b) In NICOLAUM p. 163.
c) L. XIV. c. 16.
d) GESNER. *epift.* p. 63. CHOMEL. BUCHWALD. p. 72. proprio experimento. LENTILIUS data radice, ad unciam femis cum Fraxini cortice.
e) TRALLES *Carlsbad* p. 110.
f) BUCHWALD. p. 132.
g) Laudat WHYTT. *nerv. disord.* p. 383.
h) BOCCONE *offerv.* p. 187.
i) GUMPRECHT. ad LOESECKE *arzneymitt.* p. 181.
*i**) *Eff. fur la putrefact.* p. 324. 325.
k) In NICOLAUM p. 63.
l) BRUAND. *Mémoires fur la maladie des bêtes* p. 64.
m) *Phil. Tranf.* n. 486. *Gentlem. mag.* 1758. *March.*
n) LEWIS p. 575.

II. FLORE CAMPANIFORMI.
STAMINIBUS CONNATIS.
PNEUMONANTHE GLEDITSCH.

638. GENTIANA foliis ovato lanceolatis, nervosis, floribus campaniformibus, fasciculatis, creberrime punctatis.

Gentiana major pallida, punctis distincta CLUS. *pannon.* p. 280.
Gentiana alpina, floribus punctatis, nigricantibus, flavescentibus BESLER. *Gazophyl.* T. I.
Gentiana alpina major, flore aureo & purpureo obsoleto ZANONI p. 120. *t.* 82.
Gentiana major, flore punctato I. R. H. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 334.
Gentiana corollis quinquefidis, campanulatis, punctatis, verticillatis, calycibus quinquedentatis, LINN. *I.* p. 329.
Great dotted Gentian HILL. *VIII. t.* 54.
Gentiana punctata JACQUIN. *obss. II. t.* 39.

Aliquanto rarior priori, & magis alpina, neque montana. In monte *Javernaz*, *sur Champ*, *Taveyannaz*, *les Martinets*, aliisque montibus ad pagum *Bex* pertinentibus. In M. *Fouly & Jeman*, *S. Bernhard Valesiæ.* Ad rupem glacialem, ex qua Rhodanus scaturit. In monte *Gamor* Abbatiscellanorum J. GESNER.

Radix teres, anulata, cubitalis, rariter ramosa, ramis conicis, multiceps. Caulis pedalis, cubitalis, non ramosus. Verticilli tantum duo, ad summum tres, in summa planta, summus maximus, & confertissimus. Flores in petiolis unifloris. Calyx spathaceus, albus. Flos campaniformis, bivalvis, utroque segmento, dentibus notato, segmentis quinque *o*), & frequenter sex, etiam septem & octo, ex rotundo lanceolatis: tubo luteo, segmentis pallidis, maculis exiguis, fuscis, punctatis. Fructus ex natura generis. Stamina longis filamentis, antheris coalescunt, ut fit de genere Pneumonanthes Gleditschii.

639. GENTIANA foliis ovato lanceolatis, nervosis, floribus campaniformibus, fasciculatis, rariter punctatis.

Gentiana I. seu major, purpureo flore CLUS. *pannon.* p. 277. 278.
Gentiana major alia CAMERAR. *epit.* p. 416.
Κοιλανθη RENEAULME p. 65.
Gentiana major purpurea C. B. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 334.
Icon OEDERI *t.* 50.
Gentiana purpurea HILL. *t.* 54.
Gentiana corollis quinquefidis, campaniformibus, verticillatis, calycibus subspathaceis LINN. *I.* p. 329.

β. Flore albo CLUS. p. 279.

γ. Flore roseo legi in monte *Lioson.*

Aliquanto frequentior priori: eam reperi in monte *Perche*, *Liosón*, in valle *les Mosses.* In M. *Javernaz*, *Ovannaz*, *Richard*, *sur Champ*, *Enzeindaz*, ad originem montis *Argentine*: in paludosis *die Möser* supra *Habcheren*: in monte *Waach & Stokhorn*: in pratis vallis *Ursariæ*, circa fontes *Rhodani*, in *Gotthardo.* C. GESNERUS in *Pilato* monte; ARETIUS in *Nesso*; I. B. *Burmii* Rhætorum; J. GESNER. in monte *Bärenboden*, *Rigi & Pilato.* Sed etiam in M. *Speluga & Fouly* nascitur, in pratis alpinis.

Radix, ut in priori, amarissima, quæ in Norwegia, &, ut puto, in Germania, luteæ locum in pharmacopoliis tenet. Caulis non ramosus, erectus, pedalis, cubitalis: verticilli, ut in priori, tantum fere duo, in supremis foliis. Ea similia prioribus, potius aliquanto latiora sunt. Calyx spathaceus, bivalvis *p*), aliquot dentibus notatus. Flos similis, aliquanto durior & firmior, campaniformis, segmentis lanceolatis quinque & & sex *q*), obscure purpureis, in basi sua dilatatis. Puncta, quæ in pallida undique sparguntur, amant hic in lineas quasdam ordinari. Tubus floris luteus: stamina antheris coalescunt, ut fit Pneumonanthe *r*). A priori vix potest separari.

640. GENTIANA floribus campaniformibus, alis paucifloris, foliis ovato lanceolatis.

Icon æn. GESNER. 80. 99.

o) Nunquam quinque SCOPOLI de purpurea. Quinque & sex JACQUIN.
p) *Emend. III.* n. 214. I. n. 142.
q) Etiam septem JACQUIN. obss. p. 213.
r) Etiam Cl. OEDER.

Gentiana Aſclepiadis folio CLUS. *pannon.* p. 280. 281. BARRELIER. *ic.* 70.
Αλπικελεοτροφος RICHER.
Δασυςεφανη RENEAULME p. 67. 68.
Gentiana corollis quinquefidis, campanulatis, oppoſitis, ſeſſilibus, foliis amplexicaulibus LINN. *I.* p. 329.
Twin flowering Gentian HILL. *t.* 55.

β. Flore albo, in paſcuis alpinis *Nideren* & *Büel* Glaronenſium, ſupra *Bilten*.

Flore cæruleo paſſim reperi, abunde in monte *Javernaz* & *Mayen*: in *Habek* & *Nollen* inter *Tſchangnau* & *Habcheren*: in deſcenſu a monte *Scheidek* verſus *Hasli*. Cl. GAGNEBIN in monte *Chaude* ſupra *Villeneuve*, in monte *Altmatt* prope *Einſidlen*, ad *heil. Creuz* vallis *Entlibuch*, ſuper *Hergottswald*, prope *Meiringen*, *Lauterbrunn* & *Grindelwald* Cl. GAGNEBIN. Etiam in monte *Generoſo* Cl. CHATELAIN. In montanis etiam reperi, ut in monte *Arni* ſupra *Sumiswald*, in monte *Vogelberg* Baſileenſium.

Humilior, pedalis caulis, non ramoſus. Radix lignoſa, ramoſa. Folia ſimilia, quinquenervia, ex ovatis lanceolata, ſatis Aſclepiadi adfinia, pene amplexicaulia. Flores in brevibus petiolis bini, binis foliis inſident, in noſtris tamen etiam plures *a*), in verticillos congeſti. Calyx campaniformis, pentagonius, tubo floris brevior, quaſi refectus, ut in campanis, ſegmentis quinque ſubulatis. Flos campaniformis, pentagonius, cæruleus, ſegmentis quinque lanceolatis, ad baſin ſuam utrinque laxiori margine auctis, qui bini binique plicam efficiunt. Tubus floris, & aliquando ſegmenta, maculata. Antheræ circa tubam coaleſcunt, ut ſit ex GLEDITSCHII *b*) placitis Pneumonanthe. Tuba ſimplex unica.

641. GENTIANA alis floriferis, foliis linearibus.
Gentiana anguſtifolia CLUS. *Pannon.* p. 284.
Pneumonanthe CORD. I. p. 162. b. LOBEL. *ic.* p. 309. GLEDITSCH *c*) *Mem. de l'Acad. de Berlin* T. VII. p. 158. & *f.* 6. 7. 8.
Gentiana minima CAMERAR. *Epit.* p. 418. BARRELIER *ic.* 51. *n.* 11. quo etiam figuræ 52. *n. I. II.*
Κυανη RENEAULME p. 68. 69.
Gentiana corollis quinquefidis, campanulatis, oppoſitis, pedunculatis, foliis linearibus. LINN. *I.* p. 330.
Linear Gentian HILL. *t.* 55.
Icon OEDERI *t.* 269.

Non rara in Helvetiæ pratis udis, ut circa Bernam ſub *Seelhofen*, verſus *Belp*. In paludoſis prope *Mathod*, verſus *Urbam* fluv. Circa *Roche* abunde in pratis. In montanis circa *Nodz* & *Linières*. Circa *Weſen*, *Ragaz*, *Sargans* (Cellæ abunde).

Radix flava, teretibus foliis capillata. Caulis cubitalis, erectus, vix ramoſus. Folia alias elliptica & obtuſa, alias linearia, acuta. Flores in alis foliorum pene ſeſſiles, ſolitarii. Calyx tubuloſus, quaſi refectus, ſegmentis ſubulatis. Flos pulcherrime cyaneus, campaniformis, ſegmentis quinque triangularibus, tubo intus punctato. Inter floris ſegmenta plicæ, ut in præcedente, & glandulæ quinque circa germen, ut in Gentiana lutea. Fructus in medio ventricoſus. Stamina in unum conum coaleſcentia. Semina minutiſſima, acuminata.

Amarorem gentis ſuæ habet & vires *d*). Vulnerariam eſſe, valere ad ſubluxationes *e*). Genus Pneumonanthes vix admitti poteſt, ob ſummam adfinitatem cum Gentiana 638.

642. GENTIANA foliis lanceolatis, caule unifloro, flore maximo, campaniformi.
Gentianella verna major CLUS. *Pannon.* p. 284. 285.
Θυλακιτις RENEAULME p. 68. 70.
Gentiana major, flore cæruleo SWEERT. T. II. t. 11. & *minor* ibid.
Gentiana alpina latifolia, magno flore C. B. *Prodr.* p. 97. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 37.
& *Gentiana alpina anguſtifolia, magno flore* C. B. I. R. H.
Icones BARRELIER. *n.* 47. 105. 106. 110.
Gentianella purpurea, Violæ marianæ flore BOCCONE *muſ. di piant.* p. 21. *t.* 6.
Gentiana corolla quinquefida, campanulata, caulem excedente LINN. *I.* p. 330.
Dwarf Gentian HILL. *t.* 55. foliis valde latis.
& *Vaſt flowerd Gentian.* *t.* 56.

In omnibus ſubalpinis & montanis Juræ pratis frequentiſſima.

Radix

a) CLUS. RENEAULME.
b) *Emend. I.* n. 143. GLEDITSCH. f. 5.
c) Probat Cl. BOEHMER. p. 25.
d) S. PAULI.
e) *Comm. Lit. Nor.* ann. 1743. *hebd.* 7.

Radix magna, lignofa, multiceps. Ad terram rofula foliorum firmorum, trinerviorum, ex ovato lanceolatorum, aut ex elliptico. Caulis fere reclinatus, humi fufus, uno pari foliorum, duobusve donatus, uniflorus. Sed is flos maximus eft, totoque caule major, faturate cyaneus, tubo intus punctato. Calycis fegmenta ovato lanceolata. Flos campaniformis, ventricofus, fegmentis lanceolatis, in bafi latioribus, plicis inter quæque duo *f*) fegmenta intermediis albidis. Stamina circa *g*) tubam antheris fuis coalefcunt. Tuba longa, fine bifido. Fructus fufiformis; femina ex ellipticis utrinque acuminata, undique fulcata. Germen quinque tuberculis melliferis comitatum *h*), ut in Gentiana lutea.

III. FLORIBUS INFUNDIBULIFORMIBUS.

643. GENTIANA foliis ovato lanceolatis, nervofis, vaginalibus, floribus verticillatis & umbellatis.

Cruciata DODON. *purg.* p. 71.
Gentiana minor CAMERAR. *Epit.* p. 417.
Τρητοῤῥιζα RENEAULME p. 73.
Gentiana corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis, feffilibus LINN. *I.* p. 334.
Clufterd Gentian HILL. *t.* 58.

Bernæ fatis vulgaris, in prato carnificis fuburbano: in fylvula *Weiffenftein.* In Aquilejenfibus frequens, *en Ormond deffus, &c.* In pratis montanis circa *Ferriére.*

Radix ramofa, intricata, unde nomen. Caulis firmus, erectus, dodrantalis, pedalis, totus tegitur foliis firmis, quinque nervis parallelis infcriptis, ex ovato lanceolatis, petiolatis, petiolis fpathaceis. Flores de foliorum alis, in perbrevibus pediculis verticillos faciunt, & in caule duos, tres, & in fummis ramis caulem terminantes. Calyx tener, membranaceus, brevis, brevibus & acutis denticulis, tot fegmentis incifus, quot funt floris, fere quaternis, tamen & quinis: etiam in fpathæ modum laceratur. Flos tubulo minus lato, tamen ventricofo, triangularibus dentibus quatuor, etiam quinque, patulis, pulcherrime cæruleis: Inter fegmenta floralia pali *i*) fimplices aut bifidi, aut trifidi. Stamina libera. Fructus ovalis fufiformis: tubæ duæ pariter craffefcentes. Semina pene ovata.

Penetrante & diuturno eft amarore. Datur, ut officinarum lutea Gentiana, ad drachmam ante paroxyfmum febris intermittentis. Eadem eft vis *extracti.* Ad ulcera phagedænica laudatur *k*).

644. GENTIANA foliis ovato lanceolatis, caule unifloro.

Gentianella verna minor CLUS. *hipp.* p. 354. *Pannon.* p. 287. *caule foliofo.*
Ηρικαλη RENEAULME p. 68. 75. non bene, petalis ferratis.
Gentianella, quæ Hippion I. B. III. p. 527.
Ic. BARRELIER. 109. *n.* 1. 2. exfcriptæ.
Gentiana corolla quinquefida, infundibuliformi, caulem excedente, foliis radicalibus, confertis majoribus LINN. *I.* p. 331.

Frequens in pratis udis circa Bernam, *Eymatten, Seelhofen, Drakau.* Etiam in alpes adfcendit, *Danfez, Chapuife, la Varaz, Fouly, Simplon.* Albo flore aliquoties reperi.

Radix multiceps, lutea, cauliculos plures fundit: in quolibet folia ovato lanceolata, obfcure nervofa, conjugata & cruciata, ad fex paria, in terra fibi viciniffima: deinde paria tria, duo caulina diftantia, & fupremum calyci viciniffimum, fed etiam unicum vidi. Caulis biuncialis, nunquam ramofus, perpetuo uniflorus. Calyx pentagonus, alis quafi eminentibus percurfus, dimidii floris longitudine, quinis fegmentis brevibus, lanceolatis. Flos tubulo cylindrico, fegmentis ovato lanceolatis, patulis, per oram ferratis, & quafi adrofis: pulcherrime & faturate cyaneis: inter duo quæque fegmenta auricula bicornis, cornubus ferratis, ex albo cærulea. Stamina longe tubo floris adglutinata. Fructus fufi fimilis, longus, adtactus diffilit. Tuba longa, terminata difco plumofo, femicirculari.

Ex florum fucco pulcherrimum colorem paravi *l*).

Non fatis novi, an feparare liceat plantam *m*) humiliorem, unciali paulo altiorem, ad terram

f) GLEDITSCH. f. 3.
g) IDEM f. 4.
h) IDEM.
i) Habet CAMERARIUS.
k) RAYMAN. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1733. *hebd.* 46.
l) SLOANE.
m) *Emend. V.* n. 36.

terram rosulam habentem foliorum breviorum, quam prior, non ita nervosorum, pene subrotundorum, accurate lanceolatorum, & argutorum. Flos minor, similibus ex albo & cæruleo variis ornamentis inter segmenta floralia distinctus. Summarum alpium solarum est, *Fouly*, *S. Bernhard*; etiam in *Taveyannaz*. Diceres hybridem inter Hippion & Bavaricam.

Gentiana pumila Cl. JACQUIN. obss. II. p. 29. t. 49. aliquanto angustiori folio, non differt. Ad eam accedit icon RICHERII *Gentianella* Ἐαρακανθορειος.

645. GENTIANA foliis ovatis, caule unifloro. Conf. *It. helv. II.* n. 64.

Gentianella elegantissima Bavarica CAMERAR. *Hort.* p. 65. *ic.* XV. *n.* 1. & 11. & ex eo BARRELIER *n.* 101. tum 98.

Hanc esse potius *Pneumonanthen* CORDI, cum ad ripas Lici & Vindonis nascatur, WELSCH *n*).

Gentianella corolla quinquefida, infundibuliformi, serrata, foliis obtusis LINN. *I.* p. 331.

β. Flore albo, supra *les Plans.*

In alpinis ubique. *Getthard*, *Gemmi*, *Neunenen*, *Scheidek*, *Enzeinda*, *S. Bernhard*, *Pilato &c.* Descendit etiam in prata alpina.

Huic foliorum etiam rosula fastigiata ad terram, sed perfecte rotundorum. Caulis sæpe prostratus, trientalis & ultra, foliis multorum octo, decem, parium, ovatis, rotundis, absque acumine. In caule pariter flos unicus, grandis: calyx tubulosus, campanulatus, dimidio tubo floris æqualis, non ultra tertias in quinque acuta segmenta divisus, sæpe violaceus. Tubulus floris longus. Segmenta ovata, modice acuminata, paulum serrata, pulcherrimi cælestis coloris. Auriculæ ex alba linea tubi floralis notæ, breviter bicornes. Fructus & ornamentum tubæ plumosum, hemisphæricum ut in 644.

646. GENTIANA caule ramoso, calycibus alatis.

Gentianella cærulea cordata COLUMN. p. 220. 221.

Ex eo BARRELIER. *Ic.* 122. *n.* 2.

Gentiana cærulea, calyce turgido SCHEUCHZER. *It. I.* p. 37.

Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus plicato alatis LINN. *I.* p. 336.

β. Flore albo, supra *les Plans.*

Alpina & montana. In valle *Ursaria*, M. *Splügen*: in monte *Joch & Ochsenstok*. In M. *Intrame.* Inter montana prope montem *Feuerstein*, *à Valanvron*, *à la Chasseralle.* In planitiem descendit prope *Vervay*, ubi ad fossas abunde reperi, eundo versus *le Furet.*

Radix gracilis, flava. Folia radicalia minus insignem rosulam efficiunt, ex ovatis acuminata, cito emarcida; ad caulem septem & ultra paria sunt foliorum lanceolatorum. Caulis erectus, ab imo ad summum ramosus, dodrantalis, plerumque humilior. Quemque ramum flos suus terminat. Calyx laxe florem continet, pene ovatus, alis quinque, etiam sex, per suam longitudinem ita percursus, ut in speciem alarum seminis Laserpitii emineant. Flos paulum super calycem producitur, tubo cylindrico, segmentis quinque & sex ovatis, extus subviridibus, intus pulcherrimi cælestis coloris. Auriculæ inter segmenta mediæ bicornes. Tuba longa coronatur ornamento plumoso discoide, rotundo. Stamina libera. Fructus pene cylindricus, longus; seminibus innumeris, ovatis, acuminatis, rugosis.

647. GENTIANA caule ramoso, foliis ovato lanceolatis, floribus infundibuliformibus.

Gentiana XI. CLUS. *Pannon.* p. 291.

Gentiana minima LOBEL. *adverſ.* p. 131. *ic.* p. 310.

Icones BARRELIER. 103. *n.* 3.

Gentiana alpina pumila Centaurii minoris folio I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 133.

& *Gentianella minor, seu Gentianella alpina, brevi folio* SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 334.

Icon OEDERI *n.* 17.

Gentiana corollis quinquefidis, infundibuliformibus, ramis unifloris alternis.

β. Flore albo SCHEUCHZER. *It. II.*

Vera alpina planta, quam in *Gemmio*, *Joch*, *Enzeinda*, *Gotthardo* legerim. SCHEUCHZER ad lacum *Siliensem*, & *Sylvæ planæ*, & in summo monte *Flimsensium.* Abunde provenit etiam in montibus *Aï* ad *Leysin* pertinentibus; tum in *Arpille*, *Simplon*, *Fouly*, *Taveyannaz*, *Serin*, *Pilato &c.*

n) *Hecatost. II. obs.* 93.

Radix *o*) exigua, caulis alias uniflorus, frequenter tamen ramofus, ut ab imo ad fummum, ex cujusque paris foliorum ala, unus flos exeat, & fupremi fuper inferiores, tamquam gradus fcalæ fe efferant: ii rami fæpe alterni, tamen & conjugati funt *p*). Folia radicalia ovata, obtufe lanceolata, pauca: caulina paulo longiora, ovata, acuminata, parium ad octo. Calyx pentagonius, dimidia floris longitudine, longior, finditur ad unam tertiam in fegmenta quinque, longo & demum peracuto mucrone. Flos, quam prioribus, aliquanto ftrictior, hactenus ad Centaurium minus accedit. Segmenta quinque lanceolata, extus fubviridia, intus fature cærulea, non absque virore. Auriculæ inter fegmenta mediæ, ex albis floris lineis natæ, ut in prioribus. Fructus fimilis furfum conicus: tuba unica, fine hemisphærico, plumofo.

648. GENTIANA caule dichotomo, floribus infundibuliformibus, ftriatis, quinquefidis, vide LINN. I. p. 332.

Centaurium minus q) DODON. *purg.* p. 52. CAMERAR. *Epit.* p. 428. cum charactere. BLAKWELL. *t.* 452.

Πικριον *Erythræa* RENEAULME p. 76. 77.

Eft laudata Peruvianis *Canche lagua* QUER. *flor. Efpann. IV.* p. 120. 121.

β. Flore albo TABERNÆMONT. p. 780. BARRELIER. ic. 424. &c.

γ. *Centaurium minus paluftre ramofiffimum, flore purpureo* VAILLANT. p. 32. t. 6. f. 1. *Hort. flor.* p. 126. & olim *Act. hafn. II.* p. 130. tum ROSEN. obf. 8.

In fterilibus, montofis apricis, in ipfis foffis orbis *an der Kniebreche.* Flore albo *am Worberwege, im Muriholz.* Varietas γ. in paludofis circa *Anet*, & in monte *Zurichberg* J. GESNER. Separat Cel. GERARDUS *r*), mihi videtur cum officinali manere poffe.

Radix exigua. Ad terram foliorum rofula, quæ glauca, ex ovatis lanceolata, trinervia. Caulis quadrangulus, alis ex angulis exeuntibus, pedalis, ramofiffimus, dichotomus, ut flores ultimo umbellam planam efficiant. Stipulæ breves, triangulares. Flores in petiolis longiufculis, erectis. Calyx brevis *s*), ad bafin ufque incifus, quinque fegmentis capillaribus. Floris tubus ftrictus *t*). Segmenta quinque patula, ex ovatis lanceolata *v*), rofei coloris. Filamenta longe ad tubum floris adnata. Tuba unica, ornamento craffo, fpongiofo, bilobato. Ovarium cylindricum *x*), longum, gracile, bivalve *y*). Quæque valva dimidio fepto diftinguitur, axin tamen nullum habet, neque duo loculi plane feparantur. Semina plurima, minutiffima *z*). Flos quafi refectus fructui adhæret.

Amariffima *a*) eft, cum ingrato fapore, ideo *fel terræ* veteribus dicta *b*), cum acore manifefto *c*); ficca tamen faporem amittit, ut a pecore depafci poffit *d*). Multum dat extracti gummofi, multum etiam refinofi, in quibus & in fpirituofo extracto vis plantæ ponitur *e*). Flores parum amari habent *f*), neque radices *g*); neque in aqua deftillata vires funt *h*). In fale fixo acor admiftus fupereft *i*). Vires habet ftomachicas *k*), tonicas, quæ vires languidas naturæ ftimulent. Ad febres intermittentes drachmæ *l*) pondere: ad icterum, ad hydropis metum *m*), ad menfes ciendos *n*): ad arthritidem *o*), ad podagram, per D. Du VOISIN experimentum longo ufu confert. Veteres inter purgantia medicamenta numerabant *p*); monebat tamen MESUE, falem *q*) oportere addi. Decoctum tamen ftrenue purgare lego, fi ad drachmas herbæ duas, octo aquæ uncias addideris *r*), & nuper recentem alvum ducere

o) *Emend. III.* n. 218.
p) JACQUIN. p. 214. 215.
q) Graveolentia Centaurea VIRGIL. *Georg. IV.* p. 270. Centaurion lepton foliis minutis: aliis Libadion; Origani fimile, aut Hyperico, foliis Rutæ longis & planis, caule angulofo fruticante, flore Lychnidis, puniceo in purpuram vergenti, fructu tritici, radice tamen fupervacua amara PLIN. L. XXV. n. 31. DIOSCORID. L. IV. c. 7.
r) *Flor.* p. 311.
s) TOURNEF. t. 48. B.
t) B.C.
v) A.
x) D.
y) E.
z) G.
a) Amariffima κενταυρις THEOPHRAST. *cauf. plant.* L. VI. c. 4.
b) PLIN. l. c. MARCELL. p. 62. 174.
c) GEOFROI p. 276.
d) SCHREBER. III. p. 219.
e) NEUMAN. T. II. P. I. p. 418. NICOLAI *mat. med. II.* p. 216. HOFMAN. *purg. min. cogn.*
f) NEUMAN. p. 415.
g) LEWIS p. 354.
h) NEUMAN. p. 420.
i) GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V.* p. 237.
k) MARCELL. p. 139.
l) SLEVOGT. *Centaur. min.* de ficcata planta.
m) Ad hydropem *Eph. Nat. Cur. Cent. X.* obf. 24.
n) BLAIR. SLEVOGT.
o) MARCELL. p. 174.
p) DIOSCOR.
q) p. 62.
r) PREVOT. *medic. pauper.*

cere Cl. SCHULZE s) confirmavit. Ipſam eſſentiam HOFMANNUS t) inter purgantia cenſet. Externo uſu adhibetur in clyſteribus apoplecticorum, & ad mundanda ulcera; neque ei vulneraria vis magis deerit, quam adfini Gratiolæ.

649. GENTIANA foliis radicalibus ovatis, caulinis triangularibus, perfoliatis, floribus octofidis. Conf. LINN. p. 335.

Centaurium luteum CAMERAR. *epit.* p. 427.

Icones BARRELIER. 515. *n.* 1. 516. *n.* 2. 3.

χλωρα RENEAULME p. 76. 80.

β. Foliis anguſtioribus *Hort. flor.* p. 126.

γ. Foliis ternis AMBROSIN. *nov. plant. hiſt.* c. 7. In majori opere p. 145. BUXBAUM. *Cent. V.* p. 17.

In calidiori Helvetia. Circa Genevam paſſim legi, & verſus *Verſoi*, & verſus *Thuiri*: in ipſo torrente *Baye de Clarens*: & ad rupes verſus *Viviſcum*, prope *le Baſſet*. In pratis humidis *Michelfeldenſium*.

Pulchra planta cubitalis, in ſummitate brachiata & umbellata, non dichotoma. Folia inferiora ovata, caulina baſi lata ſunt, ut connata coaleſcant, cordata, lanceolata, glauca. Flores in erectis petiolis. Calyx tubo floris æqualis, ad baſin uſque in octo capillamenta diviſus Floris v) tubus latus & brevis, in octo ſegmenta plana, ovalia, patula, flava ſectus. Fructus ex ovato tetragonius, bivalvis, polyſpermos, ſucco aureo turget. Tuba ſimplex, fine quadrifido.

Etiam amarior x) eſt, quam rubra, ut easdem vires poſſidere videatur.

A reliquis Gentianis non una nota differt. BLAKSTONIAM vocat Cl. HUDSON.

Minimum illud Centaurium luteum, filiforme, in Helvetia nondum reperi, quod ad pagum *Engeſen* abundat, ultra *Cellam*.

IV. LAXE CAMPANULATÆ. ORIS CILIATIS.

650. GENTIANA faucibus barbatis, calycis foliis quaternis, alterne majoribus.

Difficilis planta. Quare primum plantam in Helvetia vulgatiorem ſolam propono, cui duo folia in calyce reliquis multo latiora ſunt.

ὀψανθη RENEAULME p. 71.

& Ευρυθαλειη EJUSDEM.

An *Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus, fauce barbatis* LINN. *I.* p. 334. ob nomen RENEAULME. Sed numerus ſegmentorum noſtræ potius quaternarius eſt. In Philoſophia Botanica a) pro varietate habet b). Albo flore legi *à Comba* Aquilejæ, GAGNEBIN *près de Pertuis*, Gener. de SAUSSURE circa *Chamouny*.

Nihil vulgatius in ſubmontanis & ſubalpinis pratis: etiam in *Muteto* monte C. B. Etiam in alpes adſcendit, ut *Col de Ferry*, *Chamouny &c.*

Radix gracilis: caulis purpureus, omnium Gentianarum fere ramoſiſſimus, ramis a ſummo ad imum folioſis. Folia radicalia petiolata, ovata, caulina lata baſi caulem amplexa, lanceolata, ſublividi coloris. Flores ex alis foliorum longe petiolati, ob copiam ramorum undique caulem obtegunt. Calyx ad dimidia quadrifidus, duobus foliis peramplis, ex ovato lanceolatis, reliquis minoribus, omnibus purpura tinctis. Flos late campaniformis, profundius in quatuor ſegmenta fiſſus, aut quinque, triangularia, dilute & obſolete purpurea, parum patula. Cuique ſegmento in fauce floris ornamentum adhæret, in lacinias capillares profunde ſectum. Tuba brevibus duobus corniculis recurvis. Fructus cylindricus, longus. Stamina libera. Semina glabra, ſubrotunda.

De SCHEUCHZERI plantis *It. IV.* p. 334. *It. VII.* p. 512. nihil poteſt definiri.

651. GENTIANA faucibus barbatis, calycis ſegmentis quinis, æqualibus.

Icon lignea GESNERI 193.

Gentianella purpurea minima COLUMN. p. 221. 223. BARRELIER. *ic.* 97. *n.* 2.

Gentianellæ ſpecies quibusdam, an Cordi Pneumonanthe aut Gentiana fugax altera CLUSII I.B. III. p. 526.

Icones

s) *Mat. med.* p. 140.
t) l. c. p 33.
v) LISTER apud LOWTHORP. II. p. 698. DERHAM in *epiſt.* ad RAJUM.
x) MESUE *purg.* c. 10. SALADIN p. 359. b.
a) p. 248.
b) *Flor. Suec.* p. 83.

Icones BARRELIER. *n.* 102. 509. 510. *n.* 1. & 510. *n.* 2.
Gentianella Bellidis folio BOCCONE *muf. di piant. t.* 101.
Downy Gentian HILL. *VIII. t.* 57.
& *Bearded Gentian* EJUSDEM *t.* 58.
An *Gentiana corollis quadrifidis*, *fauce barbatis* LINN. *I.* p. 338.

β. Flore albo PLOT. *natur hift. of Oxfordsh.* p. 152.

In fuis montibus Cl. GAGNEBIN : ego circa *Panex*, circa *Canderfteg* & in monte *Feuerftein*. Bafileæ Cl. LA CHENAL.

Pleraque fimillima habet, florem frequentius quinquefidum, ornamenta paria, & calycem campaniformem, in fegmenta quinque æqualia divifum, etfi vera plantæ folia calyci incumbentia fallere poffunt, & pro latis foliis calycis imponere.

Hæc in Germania & Anglia frequentior eft.

Fructum bicapfularem effe P. C. FABRICIUS *c*). Non invenio, etfi duo funt feminum ordines.

Ad pleuritidem *Bahufienfes d*).

*652. GENTIANA floribus folitariis, longiffime petiolatis, faucibus fimbriatis *Emend. VI.* n. 60. ✝

Nova planta lecta eft in monte *Auffés* fuper *Saas* Valefiæ fuperioris.

Radix gracilis, lutea; caules cefpitofi, triunciales, uniflori, raro triflori. Cuique cauli duo, tria, ad terram folia elliptica, lanceolata, duo etiam, aut tria ad caulem foliorum paria feffilia, ex ovatis lanceolata: denique quatuor folia lanceolata, fublivida, fub quoque flore. Petioli florigeri triunciales, caulis longitudine, hinc curvuli, ex qua fola nota plantulam fatis diftinguas. Calyx, ut in præcedente, campaniformis, in quatuor, aut quinque lata, ex ovato lanceolata fegmenta divifus. Flos tubulofus, calyce paulo longior, perparvus, in noftris inapertus, in quatuor & quinque fegmenta erecta divifus: in quorum origine ornamentum ciliatum eft: ftamina libera. Fructus ex ovato conicus, tubis duabus brevibus.

653. GENTIANA flore quadrifido, oris ciliatis.

Icon GESNERI *æn.* 81.
Gentianella cærulea fimbriata, *autumnalis*, *anguftifolia* COLUMN. p. 221. 223. BARRELIER *ic.* 97. & EJUSDEM *ic. n.* 121.
Gentianella autumnalis, *folio Centaurii minoris*, *flore cæruleo*. *Hort. Aichftett. autumn. ord.* 2. *t.* 3. *f.* 2.
Gentiana corollis quadrifidis, *margine ciliatis* LINN. *I.* p. 334.

β. Anguftifolia C. B. AMMAN. n. 2.

In Helvetia frequens. Etiam Bernæ *in der Eymatte nach Pümpliz hin.* Circa *Mathod*, *Roche*, *Neufchatel.* Circa *les Plans.* In monte *Muteto* : circa *Ferriére* Cl. GAGNEBIN.

Radix gracilis. Caulis erectus, pedalis, fimplex aut ramofus. Folia longa, ex elliptici linearia, acuta, erecta. Flores in robuftis petiolis, ex alis foliorum adfcendunt. Calyx laxus, tubi floris longitudine, ad tertias quadrifidus, fegmentis lanceolatis, etiam dentatis. Floris tubus latus, profundius, quam in campanis, in quatuor longa, cærulea, fegmenta fectus, ex tota ora ciliis concoloribus pilofa. Fructus longe in ipfo flore pedunculatus, ex ovato quadrangularis; tuba duobus maximis ftigmatibus terminatur, ad fimilitudinem mitræ. Valvulæ duæ ovatæ. Semina fcobiformia. Stamina libera. Septembri fere menfe floret.

ISOSTEMONES VASCULIFERÆ.

II. FRUCTU BILOCULARI.

CUSCUTA *e*) TOURNEFORTII t. 422.

LINN. n. 170. GUETTARD. *Mem. de l'Acad.* ann. 1744. p. 177.

Calyx profunde quinquefidus, aut quadrifidus, campaniformis, coloratus *f*), in bafi carnofus.

c) *Primit. Butisbac.* p. 34.
d) KALM. *wäftgöth. refa* p. 202.
e) Eft herbula Syriaca Cadytis, quæ arboribus, rupibus aliisque innafcitur THEOPHRAST. *cauf.* L. II. c. 23.
PLIN. L. XVI. c. 44.
f) GUETTARD. t. 9. F. H. TOURNEFORT. D.

nosus. Flos monopetalos, campaniformis, quadrifidus *g*), & quinquefidus *h*), segmentis semipatulis. Totidem ornamenta fimbriata, ut in Gentianis nonnullis, in segmentorum floris intervallis *i*) posita. Stamina quatuor & quinque, pro numero segmentorum floris *k*). Fructus subrotundus *l*), bilocularis, quatuor sulcis inscriptus *m*), tetraspermos *n*): tubæ duæ, recurvæ *o*). In seminibus planta convoluta latet *p*).

654. CUSCUTA floribus sessilibus LINN. I. p. 180.

α. Varietas major, plerumque quadrifido *q*) flore, in urtica vulgo nascens *r*), pestis Trifolii sativi, linique.

Cuscuta CAMERAR. *Epit.* p. 984.
Cassitha TABERNÆM. p. 901.

β. Minor, in Thymo nascens, *Epithymum* veterum, in Sideritide, Origano, Serpyllo, Erica, aliisque plantis minoribus provenit, in calidis rupibus vulgaris, filamentis tenuioribus, rubris *s*), flore sæpius quinquefido *t*).

Epithymum v) CAMERAR. *Epit.* p. 983. COLUMN. *Ecphras. II.* c. 23.
Cuscuta minor I. R. H. VAILLANT. p. 23.

Tota planta fit caule succulento, se circa plantas obvias convolvente. Edit papillas suctorias *x*), quæ in poros corticis plantarum se infigunt, cuscutamque nutriunt, cum destructione plantæ ipsius, quæ Cuscutam alit. Folia describit & pingit Cl. GUETTARD, nobis minus conspicua, nisi aliquas sub ramis squamas velis. Sed fasciculos densos florum sessilium habet, qui ad divisionem caulis & originem rami adsident, albi, subrubelli, succulenti.

Etiam seritur *y*).

Succo prægnat subacido *z*): qualis etiam in sale fixo natura superest *a*). Quare vires videtur habere Sedi, resolvere adeo vi nitrosa saponacea, absque morsu: posse in morbis convenire hypochondriacis *b*), aliisve, in quibus absque impetu resolvere oportet. Veteres succum inter medicamenta alvum ducentia numeraverunt, cujus quinque drachmis Arabes *c*), quatuor DIOSCORIDES *d*), duabus ARETÆUS *e*), & ORIBASIUS *f* atram bilem expurgabant; sex drachmis RUFUS *g*). Habebant & syrupum *h*). Decoctum alvum ducere MESUE *i*), sed formula composita est, dosis magna *k*). Decocto etiam & infuso FALLOPIUS *l*) utebatur, & ad febrifuga medicamenta WEDELIUS admiscebat *m*). Vis purgans obsoleta est, succum aliis formulis prætulerim. Aquam facile credo nullius momenti esse *n*): & spiritum empyreumaticum, adfinem spiritui tartari *o*), etiam aliæ plantæ fundunt. Vim plantarum aliquam retinere, ex quibus alitur, omnino non videtur improbabile *p*).

PLANTAGO LINN. n. 142.
PLANTAGO TOURNEFORT. t. 48.
& PSYLLIUM TOURNEFORTII t. 489.
& CORONOPUS TOURNEF. ibid.

Calyx quadrifolius, latis foliis, ut se invicem contegant, tubo floris æqualis. Is cylindricus,

g) GUETTARD. t. 10. H. K. TOURNEF. B. OEDER. t. 199.
h) GUETTARD. t. 9. G. TOURNEF. A. A. A.
i) GUETTARD. t. 10. K. OEDER.
k) GUETTARD. t. 10. H.
l) IDEM t. 10. N.
m) TOURNEF. F. G. H I.
n) GUETTARD. OEDER. TOURNEF. *voyag.* p. 209. Dispermos LINN. TOURNEF. N
o) GUETTARD. t. 10. L. M. TOURNEF. OEDER.
p) TOURNEF. *voyag. au Levant.* T. III. p. 209. GUETTARD.
q) Quatuor esse segmenta FABRICIUS *butisbac.* p. 52. Quatuor in Suecia LOEFLING. *resa* p. 74. 85.
r) Etiam in arboribus WEDEL. p. 76.
s) Rubrum melius MESUE c. 16. Rubens habet AMATUS p. 462
t) In Hispania LOEFLING. l. c. LINN. & ego in nostra planta β lecta circa *Fontanay* super Aquilejam, & *à la Marbriére* prope *Roche.*
v) Epithymum flos ex thymo duriore, satureiæ simili, capitula habet tenuia, levia, & in iis cauliculos quasi capillamenta DIOSCORID. IV. c. 172.
Quidam aliud Epithymum faciunt, sine radice nascens, tenue, pallioli simile, rubens PLIN. L. XXVI. n. 35. Epithymum simile est Cuscutæ, ex Syria SALADIN p. 258. b.
x) GUETTARD. p. 174.
y) BROSSE p. 112. in vinaceis.
z) GEOFROI III. p. 387.
a) Sulfur inesse GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V.* p. 287.
b) FRANK. *von der Flachsseide.*
c) SERAPIO p. 85.
d) l. c.
e) *Cur. diuturn. I.* c. 5.
f) *Synops.* l. c. 17.
g) p. 17.
h) MESUE p. 141.
i) p. 149.
k) IDEM c. 16.
l) c. 42.
m) *Diss.* p. 109.
n) BUCHWALD. p. 94.
o) WEDEL. p. 116.
p) DODON. *Cereal.* BOEHMER. p. 9.

dricus, ventricoſus, ſiccus, in quatuor *a*) ſegmenta pariter ſicca, triangularia, ovato lanceolata, patula, a ſummo fructu diviſus. Stamina quatuor de flore eminent *b*). Tuba longa, ſimplex *c*). Fructus, intra floris tubum, ovato *d*) conicus, per transverſum diſſiliens *e*), bilocularis *f*), polyſpermos *g*).

*655. PLANTAGO ſcapo unifloro LINN. I. p. 167.
Gramen junceum capitulis quatuor longiſſimis filamentis donatis MORIS III. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 3. PLUKNET. *almageſt.* p. 180. *t.* 35. *f.* 2.
Plantago floribus femineis ſeſſilibus, ad exortum ſcapi uniflori maris JUSSIEU *Mem. de l'Acad.* ann. 1742. p. 131. *t.* 7.
Icon OEDERI *t.* 170.
Eo viro monente eſt *Subularia repens, foliis convexo planis* DILLENII *Hiſt. Muſc.* p. 542. t. 81. ubi cornicula utique videntur polypi eſſe.
Ad oras lacuum ſabuloſas, ut *à Poudail* prope *Bonneville*, & *im Horn* ad lacum Tigurinum. SCHEUCHZERUS ex lacu exemtum inter herbas ſiccas habet.
Plantula graminis faciem habet: radiculas parvas, ceſpitem foliorum gramineorum, ex origine, ut ſolent, latorum, carinatorum. Flores ex eo ceſpite numeroſi, ſolent in faſciculos congregari. Maſculus longum, uncialem, habet petiolum, cum ſquamula in medio lanceolata. Calyx totum, præter ſegmenta, florem complexus, ſegmentis longe lanceolatis. Tubus floris cylindricus; dentes quatuor, breves, lanceolati. Stamina longiſſima, ad unciam, de flore eminentia. Flores feminæ bini, etiam terni, ad baſin floris maris, ſeſſiles. Calyx totum floſculum amplectitur, qui perexiguus eſt. Prælonga filiformis tuba. Fructus ad gentis legem.

656. PLANTAGO foliis lanceolatis, quinquenerviis, ſcapo nudo, ſpica ovata LINN. I. p. 164. n. 6.
Multiformis planta, uti fere plantæ in cultis vulgares varietatibus abundant.
α. Vulgaris latifolia.
Plantago longa MATTHIOL. p. 481. CAMERAR. *Epit.* p. 263.
Plantago anguſtifolia quinquenervia BLAKWELL. *t.* 14.
β. Minor, humilior.
Plantago anguſtifolia minor h) TABERNÆMONT. p. 732. C. B. *Bas.* p. 56. &c.
γ. Varietas alpina capitulo nigro, ſcapo longe lanuginoſo *i*).
Plantago anguſtifolia alpina I. B. III. p. 506.
Ορειμυλλοπριονειδης RICHER.
δ. *Plantago trinervia anguſtiſſimo folio* C. B. *Prodr.* p. 98. *Bas.* p. 56.
ε. Hirſuta *flor. Suec.* p. 46. & LYONS *faſc.* n. 20.
ζ. η. Varietates aliæ caulis ſumma parte folioſa, quam nuper Cl. GAGNEBIN miſit: & ſpicis in ſummo caule numeroſis apud C. B. I. B.
Ad vias ubique: varietas vero γ. in alpibus mediocris altitudinis.
Radix nigra, grandis, depacta. Foliorum ex terra roſula humi fuſa: petiolata, petiolo ſenſim dilatato: folio ipſo longe elliptico, lanceolato, in cujus utroque fine quinque nervi conveniunt: ora ſerrata, raris dentibus. Scapus aphyllos, non ramoſus: ſpica brevis, ovata, craſſior, quam ſequentibus. Bractea cuique flori ſubjecta, ſpadicea, lata, obtuſa. Flos ex albo ſpadiceus, in alpina niger.
Vires medicæ, quæ ſequentium, potius celebriores.

657. PLANTAGO foliis linearibus, planis, ſpica cylindrica.
Holoſtium hirſutum nigricans C. B.
Plantago alpina anguſtifolia SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 517.
Coronopus ſerpentina I. B. III. p. 510. lecta in monte *Thuiri*.
& *Coronopus ſerpentina omnium minima* I. B. III. p. 511. lecta *Burmii Rhætorum*.
Synonyma plantarum I. B. LINNÆUS ſeparat, neque de ea re diſputo. LOEFLINGIANA planta, ex Anglia ad me miſſa, non differt.
Plantago foliis linearibus, planis, hirſutis, ſpica oblonga, erecta LINN. *I.* p. 165.

β. *Coronopo*

a) TOURNEFORT. A.A.
b) B.B.
c) C.C.
d) D.
e) D.E.
f) E.F.G.
g) H. Semen PARSONS. *microſcop. theatr.* t. 2. f. 1.

h) Plantago minor foliis anguſtioribus & nigrioribus, levioribus, tenuioribus, linguæ pecorum ſimillimis, caule anguloſo, in terram inclinato, floribus pallidis, ſemine de ſummis caulibus emicante PLIN. L. XXV n. 39. DIOSC. L. II. c. 119.
i) *Emend. I.* n. 139.

β. Coronopo di ſpica multiplice alpino Zanon. *t.* 140. p. 184. ſpicis ramoſis.

In omnibus alpibus, inque montis Juræ ſummis jugis vulgaris, *Nadelgras* dicta alpicolis, qui plurimi ea paſcua faciunt, in quibus abundat.

Radix craſſiſſima, longiſſima, perennis, ramoſa, multiceps. Folia in denſum ceſpitem ad terram congeſta, linearia, nempe latitudine longe eadem. Dantur enim quatuor lineas lata, glabra, dantur etiam linea anguſtiora, ut illa ex monte *Cenero* Inſubriæ; cæterum firmula. Caulis hirſutus, aphyllos, teres. Spica, dum flores vigent, brevis; quando nunc ſemina matureſcunt, longa & cylindrica: bracteæ ovato lanceolatæ, fuſcæ: flores albidi.

A lanceolata ſola fere ſpica differt.

*658. PLANTAGO foliis ſubhirſutis, ſemipinnatis, pinnis raris, lanceolatis.

Herba ſtella ſeu Cornu cervinum Dodon. p. 109.

Sea plantain Petiver. *Brit. herbal. t.* 4. noſtræ propior.

Plantago foliis linearibus dentatis, ſcapo terete Linn. *I.* p. 166.

Icon Oederi *t.* 272.

Coronopus Blakwell. *t.* 460. foliis valde inciſis.

Gen. de Saussure prope *S. Julien* verſus *Fragy*.

Multa prioris ſimilia habet. Folia ad terram ſtrata, ſubhirſuta, ex petiolo lateſcentia, alias ſemipinnata, pinnis paucis, lanceolatis, nonnunquam dentatis, minoribus intermiſtis, alias linearibus, modice & ſparſim dentatis, ut in hac Helvetica cive. Caulis ſimplex, aphyllos, ſubhirſutus, teres, dodrantalis & minor: ſpica cylindrica. Squamæ ovatæ, albæ, nervo viridi in ariſtam educto.

Hanc eſſe plantam, quam Dampier ad morſum canis rabidi commendaverit, non Lychnidem muſcoſam, monet Cl. Steward *Phil. Tranſ.* n. 451.

659. PLANTAGO *k*) foliis ſubhirſutis, ellipticis, ſpica cylindrica, denſa. Conf. Linn. I. p. 163.

Plantago media Camerar. *Epit.* p. 262.

Plantago major hirſuta, media a nonnullis cognominata I. B. III. p. 504.

In pratis, exoſa ruſticis.

Folia ad terram in orbem ſparſa, petiolo brevi, herbaceo, ex ovatis lanceolata, quinque nervis conſpicuis, utrinque hirſuta. Caulis pedalis & ultra. Spica cylindrica, brevior tamen, & craſſior, quam ſequenti. Bracteæ lanceolatæ, ſubhirſutæ.

660. PLANTAGO foliis petiolatis, ovatis, glabris, ſpica cylindrica.

Plantago rubra Brunfels. I. p. 25.

Plantago major l) Camerar. *Epit.* p. 261.

Plantago ſeptinervia Blakwell. *t.* 35.

Plantago foliis ovatis, glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis Linn. p. 163.

β. Latifolia minor Tacernæmont. p. 731.

γ. Roſea, foliis ex ſpica pronatis.

δ. Spica bifida, multifida Senkenberg. *lib. conv.* p. 10.

ε. Foliis dentatis Menzel. *pugill.* p. 10.

Ubique in hortis.

Hæc noſtratium maxima, ampliſſima nonnunquam folia producit. Eorum petioli, quam priori n. 659. longiores, etiam pedales, pallidi: ipſa brevius ovata, glabra, ſeptem nervis ſubhirſutis, magis, quam in priori, divergentibus notata; ora modo integra, modo varie dentata & ſinuata. Spicæ longiſſimæ, graciliſſimæ. Bracteæ lanceolatæ.

Plantagines adſtringunt *m*), ſiccant, inter vulneraria medicamenta ita eminent, ut Cl. viri putent ſolas ſufficere *n*) pro omnibus: tum impoſitas, tum ſuccum. Eumdem ad vomitum ſanguinis *o*), nimia lochia, diarrhœas *p*), lienterias *q*), phthiſin demum *r*), & gonorrhœam *s*) perinde laudant, tantum ut ſatis magna copia ſumatur. Etiam ſemen

k) Themison celebravit Plantaginem Plin. L. XXV. n. 39. Spicata Stelephuros, aliis Plantago particulatim floret Plin. L. XXI. c. 17.

l) Plantago major, foliis ſeptinerviis, latis, oleraceis, caule cubitali, erecto, anguloſo, ſubrubro, a medio ad verticem tenui ſemine circumdato, radicibus tenuibus, hirſutis, candidis, digiti craſſitiem æquantibus Dioscorid. II. c. 119. Heptapleuron Plin. l. c.

m) Analyſin habet Wedelius in diſp.

n) Ludovici p. 332.

o) Boyle.

p) Galen. *method. medend.* L. V.

q) Poter.

r) *Eph. Nat. Cur. Cent. VII.* obſ. 10.

s) S. Pauli.

semen adversus alvi fluxum, dysenteriam *t)* & ad abortus *v)* metum laudatur, ad drachmam dimidiam *x)* & integram *y)* sumtum. Infusum iisdem laudibus celebratur *z)*, & decoctum *a)*, quod etiam ad luem veneream, sed non minori, quam libræ in diem, dosi *b)* commendatur. Ad febrem intermittentem, etiam epidemicam, sed incipientem *c)* valere aliqui. Aquam stillatitiam tamquam vulnerarium medicamentum insigne laudatur *d)*, quam de julo florente meliorem stillare *e)* crediderim, ut tamen tota parvarum virium sit. Amuleta fidem amiserunt *f)*.

II. CAULE RAMOSO, FOLIOSO, MULTIFLORO.

PSYLLIUM *g)* TOURNEFORT. t. 49.

661. PLANTAGO caulibus erectis, herbaceis, foliis linearibus, patulis, capitulis ovatis, hirsutis.

Psyllium herba pulicaris I. TABERNÆMONT. p. 145. & *II.* EJUSDEM.
Psyllium BLAKWELL. *t.* 412.
Psyllium majus erectum I. B. III. p. 513. I. R. H.
Plantago caule ramoso, herbaceo, foliis subdentatis, recurvatis, capitulis aphyllis LINN. *I.* p. 167.

Genevæ ad vias I. B. RAI. CONSTANT. *Essai* p. 292.

Caulis durus, erectus, ramosus, ramis & foliis conjugatis, sæpe ruber. Folia conjugata, ex vagina prodeuntia, patula, linearia, aliquot sæpe denticulis notata: caulis, vaginæ, & ramorum principia hirsutissima; folia subhirsuta. Ramos capitula brevia, subrotunda, terminant in uncialibus petiolis. Bracteæ longe lanceolatæ, aristatæ, primæ longissimæ. Calyces hirsuti, flos subviridis, argute lanceolatus.

*662. PLANTAGO caule lignoso, prostrato, foliis linearibus erectis, capitulis subhirsutis.

Psyllium majus supinum I. B. III. p. 513.
Psyllium sempervivens. Hist. Oxon. III. p. 262. *s. VIII. t.* 17. *f.* 1.
Plantago caule ramoso, fruticoso, foliis filiformibus integerrimis, striatis, capitulis subfoliatis, LINN. *I.* p. 167.

Genevæ Gen. de SAUSSURE.

Radix in caulem lignosum, procumbentem abit. Ex eo eriguntur rami innumerabiles, lignosi, erecti, foliosi, foliis etiam ex vaginis natis, sed strictioribus, angustioribus, quam paulo priori, subhirsutis, integris, planis, linea divisis. Flores in quoque ramo florifero pauci, in longissimis quatuor unciarum pedunculis, subhirsutis. Capitula similia; primæ bracteæ longius mucronatæ, reliquæ minus, & ipsæ & calyces leviter hirsuti.

Antiquis semen pulicis simile *h)*, fuscum, leve, convexum, plurimo in usu erat ad alvum ducendam, infusum, vel cum aqua conquassatum *i)*. Electarium etiam ex Psyllio *k)* parabant, quo alvum ducerent; sed addebant validiora. In Ægypto hac mucilagine ad ardentes febres medici etiam nuper utuntur *l)*, & autumant, aliquando inde alvum turbari *m)*, aut sudorem moveri. Imo refrigerare quidem Psyllii corticem, medullam vero calidam esse & venenatam, antiqua est opinio *n)*, mœroremque inde & asthma, & syncopem mortemque secutam *o)*. Sed innoxiam plantam esse experiendo compertum est *p)*; & recentiores facile viderunt gelu, quod ex semine Psyllii plurimum paratur, mitem potius adstringendi vim possidere, lenire *q)*, emollire, in dysenteriis clysteres facere mitigantes, in ardore urinæ prodesse, in penem injectum. Dudum etiam Psyllium glutinare *r)* etiam Veteres noverant,

t) Cum lacte *Bresl. Saml.* 1719. m. Septemb. CHOMEL.
v) DETHARDING. *Spec.* p. 112.
x) IDEM.
y) *Eph. Nat. Cur.* l. c.
z) *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 9. obs. 63.
a) Adversus dysenteriam THEMISON CÆL. *Chem.* L. IV. c. 6
b) *Comm. Lit. Nor.*
c) LENTIL. *eteodrom.* p. 356.
d) CARDAN. *subtil.* & L. II.
e) LUDOVICI.
f) Radix ad pestem MONAVIUS apud WILHELMI, *de Colchic.*
g) Psyllium est foliis coronopi non dissimilibus, hirsutis, longioribus, herbula sarmentosa, ramis dodrantalibus, coma a medio caule exoriente, duobus tribusve convolutis in summitate capitulis, in his semine duro, nigro, pulicum simili DIOSCORID. L. IV. c. 65.
h) PARSONS. t. 1. f. 1. 2.
i) MESUE c. 20.
k) IDEM p. 116.
l) ALPIN. *hist. natural. Ægypt.* p. 124.
m) IDEM p. 183. Duas vires diversas habere SALADIN p. 258. b.
n) MESUE c. 20.
o) RHAZE ad MANSOR. L. VIII. c. 24.
p) DESSENIUS l. c.
q) FALLOP. *purg. simpl.* c. 45. Non calidum esse DESSENIUS p. 448.
r) CELSUS L. V. c. 2.

verant, & lenire s), inque cholera t) & phthisi v) præscribebant. In morbis ergo oculorum, in externis inflammationibus x) adhibetur, & ad gargarismos. Pectus lenire, ad febres & intestinorum vulnera valere Rhaze y).

In tinctoria arte ad nigrum colorem requiritur z).

III. FRUCTU TRILOCULARI.

CONVOLVULUS Tournefortii t. 17. Linn. n. 215.

Calyx quinquefolius a), foliis ovato lanceolatis, inique magnis. Flos tubo continuo ampliori, vere conicus b): cæterum in quinque angulos plicatilis, quorum vestigia in flore supersunt, & segmenta etiam obscuriora quinque. Fructum ambit in nostris glandula circularis, colorata: is pyriformis est, trilocularis c); tuba simplici, stigmatibus duobus latiusculis, seminibus cuneiformibus d). Convolvuli fere lactescunt, certe nostri.

663. CONVOLVULUS e) foliis sagittatis, hamis emarginatis, angulosis, petiolis unifloris, stipulis cordatis maximis.
Volubilis major Tabernæm. p. 875.
Smilax levis major Dodon. *purg.* p. 210.
Convolvulus major albus Blakwell. *t.* 38.
Convolvulus foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris Linn. *l.* p. 218.
Ramping Bindweed Hill. *VII. t.* 3.

Ad sepes ubique fruticibus circumvolutus.

Sepedalis est. Folia alterne sagittata, cordata, retrorsum projectis hamis emarginatis, angulosis, paulum dentatis. Stipulæ duæ cordatæ, maximæ, flori proximæ. E regione folii flos longe petiolatus, in petiolo unifloro. Calyx quinquefolius campaniformis. Flos peramplus, lactei coloris, obscurissime divisus. Filamenta pilosa; inter stamina nectaria seu foramina quinque sunt f), sive potius filamentorum intervalla sursum aperta. Tubæ duo stigmata lata, foliacea. Glandula circa germen pentagonia.

Caulis & foliorum petioli albo & acri lacte manant, quod possit alvi g) ducendæ causa in hydrope & ictero dari. Succus inspissatus vires habet Scammonei, quod ipsum de eadem gente sit; sed ad viginti grana sumi debet, & ad triginta. Canem decoctum non purgavit h). Cataplasma cum oleo ad tumorem in genu dissipandum imposuit Ant. Deidier i). Edulem esse Osbekius k) hariolatur, cum adfinis species in China inter cibos recipiatur. Radix certe non acris a suibus expetitur l).

664. CONVOLVULUS foliis sagittatis, latescentibus, petiolis unifloris, stipulis remotis, subulatis.
Smilax levis minor Dodon. *purg.* p. 213.
Helxine foliis sagittatis, cissampelos Matthiol. p. 1011. Camerar. *Epit.* p. 753.
Convolvulus foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis unifloris Linn. *l.* p. 218. & eo suadente
Convolvulus minimus, angusto, auriculato folio Boccone *muſ. di piant. t.* 33.
Creeping Bindweed Hill. *VII. t.* 3.

In agris & hortis nimis frequens, frumenta circumvolutus deprimit.

Multo humilior in agris procumbit, plantam autem nactus, qua fulciatur, circa eam scandit. Folia alterna, hamis alias perbrevibus, alias longis, cæterum cis finem latescentia, & demum lanceolata. E regione folii flos petiolatus, stipulis in medio petiolo peranguftis. Calycis folia ovata, obtusa. Flos albus, extus stella carnei coloris pictus. Fructus rotundus. Glandula circularis crocea. Ungues staminum barbati: filamenta glabra.

Etiam iste Convolvulus lacte suo alvum movet. Aqua destillata ad hydropem m) adhibita fuit. Pro vulnerario medicamento habet Cl. Rosier n).

s) Atque humectare in Nicolaum p. 1. sumere vero jubet, quod in fundo subsidet.
t) Mesue ll. c. 13.
v) In Nicolaum p. 176. b.
x) Fallop.
y) ibid. L. III. c. 29.
z) *Art de teindre en Soye* p. 63.
a) Tournef. D.E.
b) A.
c) H.
d) L.
e) Convolvulus inter fruteta nascens, flore Lilii quasi rudimento Plin. L. XI. n. XI.
f) Blair. p. 290.
g) Inter purgantia Mesue.
h) Floyer. *pharmacob.* p. 116.
i) Rosier p. 9. II. p. 372.
k) *Resa* p. 196.
l) J. Bauhin.
m) Hornung. *cist. med.* p. 315. 316.
n) *Demonstr, Element. de botan. II.* p. 10.

POLEMONIUM o) TOURNEFORT. t. 61.
LINN. n. 217.

Calyx campaniformis, ad duas tertias p) quinquefidus. Flos tubo brevi, ſegmentis quinque patulis, ſubrotundis q). Staminum initium latum, barbatum, reliqua pars anguſta, de flore erumpens. Fructus ex ovato conicus r), trilocularis s), polyſpermos. Tuba apice trifido. Semina anguloſa irregularia t).

665. POLEMONIUM foliis pinnatis, floribus erectis, elliptico lanceolatis. Conf. LINN. I. p. 230.
Valeriana græca DODON. p. 352.
Polemonium vulgare cæruleum I. R. H. SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 460.
Icon OEDERI *t.* 255.
Polemonium cæruleum HILL. *t.* 60.
β. Flore albo *Hort. Aichſtett. æſt. ord.* 9. t. 11. f. 2.
In inſula Rheni ſupra *Märk* Cl. MIEG. In Rhætiæ ſylvis I. B. In Albulæ deſcenſu verſus *Bergün* SCHEUCHZER & HUBER. In deſcenſu *Speluga* IDEM SCHEUCHZER. Ad rivum, qui a *Noirvaux* deſcendit ad *S. Croix* DIVERNOI. *Sur le grand chemin de la Brevine, à Chatagne* GAGNEBIN. In ſylva *Bremgarten* legi cis *die Neuebrük* prope Bernam.
Caulis erectus, cubitalis & ultra, ramoſus. Folia pinnata, paribus duodecim, extremo impare. Pinnæ ex ellipticis lanceolatæ, integræ. Flores in ſummis ramis, in petiolis ramoſis ſpicas efficiunt, cærulei, ſpecioſi, in ortu pallidi, alba radiorum quindecim ſtella picti, cum totidem lineis purpureis ramoſis. In ortu ſegmentorum floris corona pilorum fauces claudit, & ex ea ſtamina exeunt.

IV. QUINQUELOCULARI.

AZALEA LINN. n. 212.
CHAMÆRHODODENDRI ſpec. TOURNEFORT.

Calyx campaniformis, profundiſſime quinquefidus, deorſum gibbus. Flos breviter campanulatus, ſemiquinquefidus, repandus. Stamina libera. Tuba ſimplex: fructus ſubrotundus, quinquelocularis, quinquevalvis, polyſpermos.

666. AZALEA caule procumbente, foliis ovatis, margine introverſo *Enum. rar.*
Ανωνυμος foliis thymi CLUS. *pannon.* p. 57. 58. 521.
Chamærhododendros ſupina, ferruginea, thymi folio, alpina BOCCONE *muſ. di piant.* p. 64. *t.* 13.
Icon OEDERI *t.* 9.
Azalea ramis diffuſe procumbentibus LINN. *I.* p. 215.
In alpibus inprimis Gubernii Aquilejenſis omnibus abunde, in *Enzeinda*, *Meuveran*, *la Varaz*, *Richard*, *Chaud commun*, *Iſenau*, *Fouly*. In *Val de Lie*, *Gemmio*, *Gotthardo*, *Grimſula*, *Speluga*, *Albula*, *Adula*.
Caules procumbentes, ramoſi, ſemipedales, & paulo ultra. Folia dura, convexa, oris contractis, ſubtus cava, nervo eminente, ovato lanceolata. Flores vicini, ex ſumma planta, in petiolis unifloris, terni, quaterni. Calyx purpureus, flore paulo brevior: flos læte roſeus, aut kermeſinus dilutus. Tuba capitata. Fructus ovatus. Ad ortum petioli ſtipulæ duæ ovato lanceolatæ.

V. FRUCTU MOLLI.

AQUIFOLIUM v) TOURNEFORT. t. 371.
ILEX LINN. n. 272.

Nulla cauſa fuit mutandi nominis x). Bacca rotunda y), ex quatuor z) tuberculis compoſita, tetracocca. Calyx ſemiquadrifidus, ſegmentis quatuor brevibus, triangulis a). Flos

o) Polemonium Rutæ ſimile, nigro ſemine, radice craſſa, exilibus ramis majoribus tamen foliis & longioribus, calaminthæ aut ſanguinali proximis; utrinque pinnatis, a quibus ſummis corymbi pendent, nigro ſemine, radice cubitali albicante DIOSCORID. L. V. c. 8. PLINIUS L. XXV. n. 28.
p) TOURNEF. C.C.
q) A.
r) E.
s) G.
t) H.
v) Cratægon Theophraſti Itali Aquifolium vocant PLIN. L. XXVII. n. 40.
x) Retinet Du HAMEL *arb.* T.I.
y) TOURNEF. E.
z) F.
a) C.D.

Flos rotatus *b*), quatuor rotundis ſegmentis ſurſum cavis *c*), quatuor etiam ſtamina. Semina oſſea. In medio flore fructus bicollis ſubnaſcitur. Flores ſexu diſtingui, alias in diverſis plantis, alias in iisdem, & alium florem marem eſſe, cum germine abortivo, alium feminam, cum ſtaminibus abortivis *d*), denique androgynum, paſſim lego. Addit Cl. GERARD, florem androgynum eſſe pentapetalon. Id neque apud LINNÆUM reperio, neque in floribus, quos coram habeo, qui omnes eamdem habent fabricam, & in quibus bicollem cum ſtaminibus fructum video ſuccreſcere, eumque polline ſeminali conſperſum.

667. AQUIFOLIUM *e*). MATTHIOL. p. 161. CAMERAR. *Epit.* p. 84. BLAKWELL. *t.* 205. MILLER. *t.* 46.
LE HOUX *Spectacle de la Nature II.* p. 90.
Hulſe CRAMER. *t.* 31.

β. Varietas absque ſpinis, præter mucronem, MUNTING. *ic.* 39.

Omitto alias varietates inauratis, & argentatis foliis, & baccis luteis, & folii ſuperficie echinata *f*).

Specioſus frutex vulgo naſcitur in ſepibus & in ſylvis. Prope Bernam trans *Pantiger-Hubel* verſus *Thorberg*. Absque ſpinis in colle *Soquenil* prope *Roche*.

Frutex humilis, ramoſus, frondoſus, forficis patiens, ſepibus utilis, etiam in arborem excreſcit *g*). Folia dura, laurina, viridiſſima, margine alias integro plano, alias alterne undulato & plicato. Flores albi, ex alis foliorum, in petiolis brevibus, ramoſis, quam folia brevioribus.

Cortex exterior rejicitur, interior tunditur, ut in paſtam fiat, tunc in olla ſepelitur, fermentationi exponitur, eximitur, in aqua lavatur, eximuntur fila lignea, manet optimum viſcum *h*).

Materiem dat duriſſimam *i*): & facilius, quam alia ligna, lapideam naturam induit *k*). Cæterum cortex amarus & mucilagineus eſt *l*): folia in colica utilia. Baccæ alvum movent *m*). Succo plantæ in cereviſia recepto icterum ſanatum fuiſſe lego.

VII. CORONATÆ.

Succulento fructu arbuſculas inter *dumoſas* LINNÆUS habet. Nobis character claſſicus eſt idem cum vaſculiferis, tantum quod flores fructibus innaſcantur.

OPULUS TOURNEFORT. t. 376.

Flores duorum habet ſexuum. Sed in eadem planta, & in eadem umbella, flores exteriores ſteriles *a*) ſunt, difformes, extremo ſegmento maximo, cum ſtaminum obſcuris veſtigiis. Interiores *b*) minores, regulares, minus plani, tubo longiori, craſſis quinque antheris *c*) in perbrevibus pediculis; tuba tribus punctis notata, fructu rotundo, ſucculento, plano *d*); ſemine feto hinc hilo inciſo, inde roſtrato *e*). Calyx minimus, quinquedentatus. LINNÆUS ad Viburnum reduxit, cui utique Opulus vicinus eſt n. 370. Sic HILLIUS *f*).

668. OPULUS.
Sambucus aquatica CAMERAR. *Epit.* p. 977. cum charactere.
Viburnum foliis ovatis, petiolis glandulosis LINN. p. 384.
Schwalkenbaum CRAMER. *forſtweſen* p. 39.

β. Varietas ſterilis, in qua fere flores omnes difformes ſunt, & plani, cum rudimentis tubarum & ſtaminum; umbella in globum contracta.

Sambucus

b) A.B.
c) ibid.
d) MARTYN. *jun. flor. Cantabrig.* p. 22. *Phil. Tranſ.* Vol. 48. P. 2. GERARD. p. 461.
e) Aculeata folia Aquifolio PLIN. L. XVI. c. 24. Aquifolii baccæ ſine ſucco EJUSDEM L. XV. c. 24. Agrifoliæ utilitates L. XXIV. n. 70.
f) Habet varietates 33. Du HAMEL.
g) TRAGO teſte. Sexaginta pedum arbor BRADLEY. *new improv.* p. 71.
h) *Demonſtr. botan. II.* p. 567. Conf. EVELYN. *ſylv* p. 165.
i) Du HAMEL. CATO apud PLINIUM L. XVI. p. 843.
k) LISTER. *ars medic. II.* p. 137.
l) FLOYER. *pharmacob.* p. 91.
m) IDEM.
a) CAMERAR. *Epiſt. de ſex plant.* p. 26. TOURNEF. A.A.
b) TOURNEF. B.
c) IDEM.
d) H.H.I.
e) ibid.
f) *Brit. herbal.* p. 352.

Sambucus arbor rosea. Hort. Aichstett. vern. ord. frut. t. 10. *f.* 1.
Gelder Rose HALE *Eden t.* 37.

Prior ad sepes, fossas & rivos abunde, altera hortensis.

Frutex sepedalis, ligno albo, fragili, inutili. Folia conjugata, trilobata, lobis lateralibus obiter bipartitis: dentibus per oras magnis & raris. Ex alis foliorum scapus floriger, aphyllos, ramosus. Umbella lata, plana, ex sex sæpe petiolis sexfidis. Flores albi, segmentis fere revolutis: baccæ rubræ. Post multos flores baccæ paucæ.

Nullo nobis in usu est. Russi baccas edunt *g*), quæ ingrato sint sapore. Syrupus nauseosus, cani alvum non movit *h*).

VIBURNUM TOURNEFORT. t. 377.
VIBURNI spec. LINN. n. 370.

Calyx minimus, quinquedentatus *i*). Flos campaniformis *k*), quinquefidus: fructus planus *l*), ovalis, mollis, fetus unico semine *m*), satis simili ejus, quod in Opulo nascitur *n*).

669. VIBURNUM foliis ovatis, serratis, subtus tomentosis.
Viburnum CAMERAR. *Epit.* p. 122. *&c.*
Viburnum foliis cordatis, serratis, venosis, subtus tomentosis LINN. *I.* p. 384.

Nihil vulgatius ad sepes.

Frutex sepedalis, foliosus & frondosus. Folia conjugata, ovata, acuminata, per oram denticulata, lanuginosa, subtus incana. Flores umbellati ramos terminant in brevibus & hirsutis pedicillis. Flos albus, segmentis subluteis, non ingrate odoratus. Tuba papillaris, crassula. Bacca nigra.

Lenta Viburna pro vinculis inserviunt.

Baccas & folia bobus *o*) ægris utilia esse, ramum loco setacei adhiberi lego. Cortex internus *p*) pro vesicatorio adhiberi potest. Polonis est pro fistula tabacaria *q*). Fructus adstringere dicuntur, cum vi refrigerante, & ad gargarisma inservire *r*). Sed officinis hæ plantæ ignotæ sunt.

SAMBUCUS *a*) TOURNEFORT. t. 386. LINN. n. 372.
de solo flore quinquefido, qui frequentior est.

Persimilis Viburno, præter fructum. Calyx denticulis quinque (etiam quatuor) incisus. Floris tubus brevissimus *b*). Segmenta rotunda *c*) quinque & & quatuor. Fructus rotundus *d*), dispermos, trispermos, succulentus. Duo corpuscula *e*) brevissima de calyce eminent, cum flore quadrifido, & tria, cum quinquefido.

670. SAMBUCUS arborea, floribus umbellatis.
Sambucus CAMERAR. *Epit.* p. 975. BLAKWELL. *t.* 151.
Sambucus cymis quinquepartitis, caule arboreo LINN. *I.* p. 385.
Hollunder CRAMER. *t.* 32.

II. Baccis viridibus C. B. *Bas.* p. 109. *Basl. Merkwürd.* T. V. p. 568.

III. Baccis albis LOBEL. ic. II. p. 162. ELLIS *vom Zimmerholz* p. 173. PLOT. *Staffordshire* p. 206.

IV. Foliis laciniatis LOBEL. ib. p. 164.

Nigro fructu ubique in sepibus: fructu viridi Basileæ extra portam *Eschemerthor*, & ad viam versus *Gundeldingen*.

Frutex

g) KALM. *resa* p. 134.
h) FLOYER. *pharmacob.* p. 179.
i) TOURNEF. ad C.
k) A. A.
l) D.
m) C.
n) Conf. de Charactere FABRIC. *Hort. Helmst.* p. 214.
o) MANGET. *reflex.* p. 148.
p) PARE' *Oper.* p. 538.
q) RZASCZYNSKI p. 205.
r) DU HAMEL II. p. 351.
a) Sambucus prima in arborem adsurgit, surculos spargens arundinaceos, teretes, cavos, candicantes, proceros; folia juglandis, terna quaternave, ex intervallis circa ramos exeunt, gravis odoris, minutim in ambitu secta, & in ramorum cacuminibus cauliculisque circinatæ umbellæ, quæ florem candidum pariunt, mox acinos terebintho similes, in nigredine subpurpureos, racemosos, succo madentes, vinososque DIOSCORID. L. IV. c. 168. Sambucus fungosus, acinos habet nigros, parvos, lento humore PLIN. L. XVI. c. 37.
b) A. B.
c) A.
d) F.
e) E.

Frutex ramoſus & frondoſus, ad decem, etiam 15. & viginti pedes adſcendit, arboreo caudice, ligno fragili, ramis intus cavis. Folia totalia conjugata, pinnata, extremo impare, paribus duobus, tribus, pinnis ovato lanceolatis, acute ſerratis. Pediculi florigeri aphylli, ramoſi, & ſubdiviſi umbellas ſuſtinent. Flos albus, odoratus, tubæ fuſcæ; baccæ rotundæ; ſemina tria, (vel duo) in conum compacta, mucronata, inde convexa, hinc excavata.

Arbor multarum virium, quas ſapor, odor, & vis tinctoria promittit. Flores *f*) ſicci aroma habent cum ſiccitate conjunctum: eorum infuſum *g*), ad theæ modum ſumtum, ſudorem movet & ſuſtinet; in exanthematicis febribus, in ſputo ſanguineo proficuum. Cum lacte cocti flores, lac dicuntur augere, & amiſſum ſuſcitare. Recentes alvum ducunt, cum ſero lactis cocti. In ſale fixo acida & ſulfurea vis latet *h*). In deliquium contabeſcentes oleum dant, ad dolores commendatum. Aqua ſambuci aroma *i*) florum habet, & coloris debet eſſe viridis. Spiritum etiam ad morbos *k*) acutos laudant. Impoſiti flores, ut folia, ad eryſipelas, ad tumores varios, & ad inflammationes proſunt.

Baccæ dulces blande alvum ducunt; inque Germania boreali in cibum recipiuntur.

Electarium laudes Boerhaavii meruit vi ſaponacea, reſolvente, in chronicis morbis, & pectoralibus utile, ut longo uſu tamen vires demum exſerat. In morbis acutis non bono *l*) ſucceſſu datum eſt. Ad eryſipelas Heisterus laudabat *m*). In angina proficuum *n*) eſt. Succus, ſed ſegnius, calculum ſolvit *o*).

Ex iisdem baccis albis cum ſaccharo, zingibere, & caryophyllis fermentatis *p*), etiam cum ſolo ſaccharo *q*), in regionibus vites non alentibus vinum parant, ſimile Frontiniaci, ejusque vini medicatas vires laudant *r*). Etiam alias ſaporem moſchatellinum vino *s*) Sambuci baccæ conciliant.

Baccæ maturæ linum fuſco tingunt. Filum *t*), cum alumine maceratum, coquitur in decocto baccarum Sambuci, addito pauxillo viridis æris, & continuo rotatur.

Semini vis, ut in Ebulo, ineſt purgatrix.

Folia trita ad eryſipelas *v*), ad pleuritidem in cataplasmate *x*) valent, & adeo vehementer laxant, ut inpoſita oedema faciant *y*). Succus recens emmenagogus eſt, renesque purgat *z*). Cum condito in hydrope Alexander laudat *a*). Ex decocto Sambuci cum lacte Tithymali clyſteres in Iſchiade dantur *b*), malo ſæpe effectu. Cortex interior ſuccum habet alvum ducentem, ſi ad ſemuncem, aut ad integram unciam ſumtus fuerit, bilemque pellentem *c*); num vero *d*) absque noxa Ventriculi eo officio fungatur, non dixerim. Certe Ebuli, adfinis plantæ, ſemen κακοϛομαχον expertus ſum. Turionum vis vehementior eſt, & emetica, & in conſerva non absque periculo ſupereſt *e*). Lignum vetuſtæ Sambuci durius fit, & tornatoribus non dedignabile *f*).

671. SAMBUCUS herbacea floribus umbellatis.

Ebulus g) Camerar. *Epit.* p. 979. Blakwell. *t.* 488. *&c.*

Sambucus cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo Linn. *l.* p. 385.

β. Ebulus folio in acutos longos *h*), lobos diviſo, fructu ovato majori.

Locis humidis & umbroſis, & in ſylvis foſſisque frequens: Bernæ intra mœnia, ad novum ambulacrum *vom Plaze zum Zeughauß.* In Valeſia pharmacopolæ negant reperiri.

 Radix

f) Wedel. *de Sambuco* p. 19.
g) De decocto Fritsch. *ſeltſame händel* p. 515.
h) Gmelin. *Comment. Petrop. V.* p. 389.
i) Mesue p. 187. Platearius in Nicolaum p. 174. b.
k) Wedel. p. 24.
l) Rodder apud Alberti *med. leg.* obſ. 3. p. 762.
m) *Chirurg.* p. 29.
n) Bisset *Conſtitut. of Great Brit.* p. 322.
o) Lobel. exp. 31.
p) Bradley *countr. lad. direct. II.* p. 7. Trowell p. 212.
q) Short. *tea &c.* p. 141.
r) Idem.
s) Boccone *muſ. di piant.* p. 53.
t) Linder *Färgekonſt* p. 63. 65. 73.
v) *Prix de Chirurg II.* p. 272. 278.
x) Cranz, *mat. med. II.* p. 73.
y) *Prix de Chirurg. II.* p. 57.
z) Short. p. 149.

a) L IX. p. 516.
b) Cotunn. *Iſchiad. nerv.* p. 66.
c) Marcell. p. 153. Exemplum eſt in *Comm. Lit. Nor.* ann. 1744. *hebd.* 37.
d) Idem ibid.
e) *Eph. Nat. Cur. Det. II. ann.* 7. obſ. 170.
f) Du Hamel *Exploit. II.* p. 540. *Arbr. II.* p. 255.
g) Ebulum nemo ignorat Plin. L. XXV n. 71. Chamæacte multo humilior, magis herbacea, caule quadrangulo, geniculato, foliis amygdalæ, ex intervallo longioribus, geniculatim expanſis, pinnatisque, graveolentibus, in ambitu ſerratis, muſcario ſambuci, tum flore & acino; radice longa, digitum craſſa Dioscorid. L. IV. c. 168. Sambuci genus alterum Helium (ελειον) vel Chamæacte, multo brevius Plin. L. XXIV. n. 35.
h) Targioni *Itin.* T. IV. p. 181. *Hort. flor. append.* p. 170.

Radix reptatrix, multiceps. Caulis herbaceus, fragilis, ramofus, cubitalis & bicubitalis. Folia Sambuci, fed longiora, plurium parium, trium & quatuor, extremo impare: pinnæ etiam laciniatæ reperiuntur, & intercurrunt minores. Stipulæ magnæ, dentatæ. Flos fimilis, fed fpeciofior, fegmentis lanceolatis, extus fubrubellus, umbellatus; bacca macilentior, tuberculum pro tuba breviffime trifidum, quadrifidum.

Vis, quam Sambuci, major & ingratior. Roob perinde ex baccis paratur, noftratibus familiare, quo in omni chronico morbo utuntur, ut obftructa refolvant. Non purgat alvum, etfi baccæ recentes dicuntur purgare, tum fucci baccarum extractum *i*).

Eædem colore violaceo *k*) tingunt, & addito aceto, incoctum filum cæruleum *l*) fit. Coria etiam his baccis cæruleo *m*) tinguntur.

Semen potenter aquas ducit, tufum *n*), & ad drachmam exhibitum, etiam inclementius *o*). Mihi certe naufeofum vifum & pene emeticum, cum ad urinam ciendam eo uterer. Ex iisdem arillis in pulverem redactis, coctis, collecta fpuma, in fimi calore innatans, in oleum fit, quod cochlearis dofi mire alvum ducit, & etiam inunctum dolores mitigat. Radicis fuccus urinas ducit, alvumque, & in hydrope utiliter adhibetur, neque ftomachum lædere dicitur; ut tamen alii de hoc ipfo vitio conquerantur. Decoctum radicis, ad duas drachmas, etiam alvum ducit. Cortex radicis recens in aqua communi coctus, alvum furfum movet, deorfumque, & in hydrope prodeft. Folia in cataplasma tufa, ad oedemata hydropicorum valent: & tumorem fcroti inflammatorium *p*), cum vino cocta diffiparunt. Ad contufa *q*) idem de ebulo cataplasma *r*) vehementer laudatur. Aquam florum ftillatitiam alvum lego movere *s*).

672. SAMBUCUS arborea, floribus fpicatis.

Sambucus montana CAMERAR. *Epit.* p. 976. cum charactere.
Sambucus cervina TABERNÆM. p. 1029.
Sambucus racemis compofitis, ovatis, caule arboreo LINN. *I.* p. 386.
Wilder Holunder CRAMER. *t.* 32. B.

In fylvis non rara: Bernæ *im Bremgarten*, *zwifchen der Langgaffe* & viam ducentem in villam *Haßli*. *Am Belpberg: um Burgdorf*. In *Albio & Saleva* montibus. Circa *Ferriere* paffim &c.

Arbufcula humilor, quam vera Sambucus, fed durior: vix fepedalis. Folia pinnata, terna, quina, feptena, longiora, anguftiora, firmiora. In fummis ramis fcapus aphyllos, racemofam fpicam pro umbella gerit. Bacca rubra, trifperma: tria tubarum veftigia in tuberculo; flos ochroleucus.

CAPRIFOLIUM.

CAPRIFOLIUM TOURNEFORT. t. 378.
& CHAMÆCERASUS TOURNEFORT. t. 379.
& XYLOSTEUM TOURNEF. t. 379.
& PERICLYMENUM *a*) TOURNEF. t. 378.
LONICERA LINN. n. 233.

Bonum nomen novare inutile videtur. Etfi flore ad alterum latus fiffo, & fegmentis revolutis, a congeneribus differt, plurimis tamen notis cum Coronatis cohæret, etiam flore, quem in aliis fpeciebus tubo præfert indivifo *b*).

Character

i) CONSTANT. *pharmac. helvetic.* p. 165.
k) LINN. *Oelandsk. refa* p. 35.
l) LINDER. *Färgekonft* p. 62.
m) IDEM p. 65.
n) CHESNEAU p. 239. 407.
o) DODONÆI experimento.
p) BROKLESBY obff. p. 277.
q) S. PAULI.
r) VERMALE obff. p. 83.
s) BORRICH. *Hermet. Ægypt. fapient.* p. 340. ex LIBAVIO.
a) Periclymenum fruticat, ex intervallis habet duo folia fubalba, mollia, hederacea. Inter folia furculi exeunt, in quibus baccæ, hederæ fimiles, flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quafi in folium procumbens. Semen durum, quod difficulter evellatur. In fepibus fe convolvit, DIOSCORID. L. IV. c. 13. PLINIUS L. XXVII. n. 94. Non videtur noftrum.
b) Periclymenum TOURNEF. & Xylofteum EJUSDEM.

Character peculiaris. Baccæ gemellæ *c*), quarum altera etiam abortit *d*), ſæpe connatæ, calyce *e*) quinquedentato, & flore tubuloſo *f*), ſed fiſſo, ut ſegmentum ſuperius revolutum quadrifidum *g*) ſit, inferius ſimplex, ellipticum *h*). Stamina flore longiora, tria ex parte floris ſuperiori, duo ex inferiori. Tuba ſimplex, apice rotundo. Semina ſex, ad duodecim.

673. CAPRIFOLIUM capitulis ovatis imbricatis, terminalibus, foliis omnibus diſtinctis, LINN. I. p. 247.
Periclymenum FUCHS. p. 646. BLAKWELL. *t.* 25.
Caprifolium Germanicum Hort. Aichſtett. vern. ord. 9. *t.* 4. *f.* 3. RIVIN. *monopet. irregul. t.* 122.
Multæ ſunt varietates, foliis ſinuatis, variis, floribus ſpecioſis, ſerotinum MILLER t. 79. & plures aliæ in Londinenſi arborum & fruticum catalogo T. VI.
In ſepibus & ſylvis Valeſiæ circa *Gonthey*, *Fouly*. *En Chamblande* & in ſylva *Sauvebelin* prope Lauſannam. Bernæ rarior in ſylva *Bremgarten*; & in ipſis urbis vallis. Circa Genevam, Morgiam. In montanis circa *Zweylütſchinen*. Baſileæ *in der Hardt*, *um Gundeldingen*, circa *Neuwyler*, *Alſchwyler &c.*
Frutex ſcanſilis, ſepedalis. Folia glauca, glabra, longe ovata, obtuſe acuminata, omnia diſtincta: ſuperni rami terminantur denſo capitulo florum verticillatorum, verticillis ſexfloris. Tuba longa, globulo terminata. Flos magnus, ſpecioſus, flavus, extus ruber, grati odoris: prælongo tubo & gracili. In tubo floris imo ſuccus melleus. Fructus reliquiis calycis, quaſi diademate coronatus, ruber, diſpermos.
Frutex topiarius elegans, forficis patiens. In medicina vix notus eſt, etſi lego aquam ophthalmicam eſſe; unguentum ad vulnera glutinanda ex Caprifolio parari *i*): idem diu & abunde ſumtum ſanguinem depurare *k*): flores urinam ciere, baccas dulces purgante vi valere *l*).

674. CAPRIFOLIUM foliis ovatis, bacca ſingulari, ovata, biflora. *Emend. I.* n. 136.
Periclymenum rectum fructu cæruleo CLUS *pannon.* p. 85. non bene. I. B. II. p. 108. & *Periclymenum rectum III.* CLUS. *hiſt.* p. 58. melius.
Διϛανθομονοκαρπον RICHER.
Lonicera pedunculis bifloris, baccis coadunato globoſis, ſtylis indiviſis LINN. *I.* p. 249.
Rariter in alpinis & ſubmontanis. Abundat in monte *Richard*, in monte *la Pierre* Valeſiæ, & circa *Praborgne*. *A' la Chaux du milieu* verſus *la Brevine* GAGNEBIN. *Dans les marais de Monible du petit Val.*
Frutex difformis, cortice flavo, tripedalis. Folia juniori ciliata, adultæ plantæ pallentia, firmula, ovata, obtuſa, integerrima. Stipulæ ad petiolum duæ, lineares, ſubhirſutæ, graciliſſimæ. Petiolus floriger perbrevis: ſub fructu duæ bracteæ lanceolatæ. Germen unicum, obſcuro calyce coronatum. Iidem germini flores bini inſident, parvi, ſubhirſuti, breves, albi, ochroleuci, altero latere tubi floralis depreſſo, quaſi calcar moliente. Floris ſegmenta multo minus difformia, quam reliquis, duo ſuperiora, rectiora, breviora, inferiora tria longiora, ovato lanceolata, magis diſtantia, ſtaminum imum brevius. Tuba apice difformi, craſſo, nodoſo. Fructus unicus, craſſus, globoſus, ovatus, duobus circulis coronatus, cæruleus: pulpa purpurea tinctoria. Semina ovata, plana, ad duodecim.

675. CAPRIFOLIUM foliis ovato lanceolatis, bacca ſingulari, bicolli, biflora.
Chamæceraſus montana GESNERI poſt CORD. p. 213. b.
Periclymenum rectum III. CLUS. *hiſp.* p. 94. TABERNÆM. p. 900.
Periclymenum rectum IV. CLUS. *hiſt.* p. 59.
Xyloſteum folio ceraſi RIVIN. *irreg. monop. t.* 121.
Lonicera baccis bifloris, floribus bilabiatis MILLER *t.* 167.
Lonicera pedunculis bifloris, baccis cordatis, didymis LINN. *I.* p. 248.
Icon SCHMIEDEL. *n.* 43.
Hæc ſpecies frequentior eſt. In montanis, circa *Wallenburg m*), & in monte *Waſſerfall*. Ego in monte *la Dent de Vaulion*; in monte *Montendre*, in adſcenſu montis *Falconarii*,

c) Duæ baccæ obverſæ Chamæceraſi & Xyloſtei TOURNEF.
d) Simplex bacca Caprifolii TOURNEFORT.. L. & Periclymeni Conf. LINN.
e) TOURNEFORT. t. 378. L.C.D. t. 379. E.C.C.
f) IDEM t. 378. G. B. t. 379. ſupra E. & C.
g) IDEM t. 378. H. t. 379. C.
h) IDEM t. 378. I. t. 379. D.
i) VIGIER. *armam.* p. 88.
k) LINN. *obſtacul. medic.* p. 6.
l) FLOYER. *pharmacob.* p. 264.
m) *Basl. Merkwürd.* p. 1616.

Falconarii, in monte *Hengst* vallis Emmenthal. In alpinis paſſim, monte *ſur Champ*, *Luan*, *Ovannaz*, *Chapuiſe*. In ſylva *la Chenau* ſuper Aquilejam, in adſcenſu *Gemmii*, a pago *Canderſteg*, in *Saleva* mont. & *Thuiri* I. B. Glaronæ, in *Albio* monte, & circa *Thermas fabarias* C. GESNER.

Frutex tripedalis. Folia in toto genere maxima, ovato lanceolata, ſubhirſuta, non ſerrata. Petioli uniflori, longiores, ex foliorum alis. Cuique baccæ duo flores inſident. Duæ longæ, lineares, ſtipulæ ſubſunt. Flos ſublacteus, extus ſubruber, hirſutus. Stamina duo ſuperiora potius minora. Calyx de germine obſcure quinquefidus, duobus ſuperioribus ſegmentis vix diſtinctis, parum diſcedentibus; tribus inferioribus majoribus, magis diſcedentibus, modice acuminatis. Segmenta quatuor ſuperiora, unum inferius. Tubus floris deprimitur in calcar memorabile. Bacca rubra, ovata, ex vertice quaſi bicollis, ſulco diviſa, coronata duobus circulis ſiccis, duorum florum reliquis. In quavis ſemiſſe fructus, ſulco diviſi, nuclei. Si omnes matureſcerent duodecim *n*) fierent, fere tres autem perficiuntur. Tuba ſtaminum longitudine, cernua, fine craſſo.

A quinque ad octo grana datæ baccæ vomitum movent *o*).

676. CAPRIFOLIUM foliis ovato lanceolatis, baccis gemellis, calyce quinquefido *Emend. I.* n. 135.

Chamæceraſus alpina fructu, nigro ſemine C. B.
Periclymenum rectum II. CLUS. *hiſpan.* p. 92. 93. foliis ſerratis.
Icon 18. *Faſciculi hiſtoriæ naturalis* GESNERI.
Lonicera pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis ellipticis, integerrimis LINN. *I.* p. 247.

Paſſim in ſubalpinis & montoſis reperi. In monte *Dolaz*, in via *l'Echelette* inter lacum Juranum & *Valorbe*. GAGNEBIN circa ferrarias Officinas vallis Erguel, & *aux Convers*, & *aux Combes de Valanvron*. In ſubalpinis etiam legi *en Collatel*, ſub M. *Javernaz*.

Frutex ramoſus, frondoſus, tripedalis, inelegans. Folia ex ovatis lanceolata, juniora hirſuta, per ætatem calveſcunt, & una nervi eminent, albi, conſpicui. Ora foliorum non ſerrata quidem, ſed plicata & undulata. Ad ramorum ortum ſtipulæ ovato lanceolatæ, una major & duæ breviores, ovatæ. Petioli floriger ex alis foliorum, unciales, biflori: ſub foliis duæ ſquamæ ſiccæ exiguæ, & tria ad quinque foliola, in transverſum lata, baſi connata *p*). Baccæ gemellæ diſtinctæ, baſibus oppoſitis vicinis connatæ. Flos ſuperne quadrifidus, inferne ſimplex, tubulo ſuo breve calcar minatur; calyce manifeſte quinquefido, ſegmentis latiuſculis, purpureis. In quoque fructu ſuus flos ſingularis, campaniformis, brevis, bilabiatus, ſegmentis ſuperioribus ſubrotundis, imo longiori, majori, paulo acutiori: cæterum purpuraſcunt. Stamina quinque inæqualia, de flore eminent. Tuba ſemicircularis, fine ſpongioſo. Bacca ovata, nigra, cum ſua ſodali per ætatem conglutinata, ut matura duobus connaſcentibus fiat hemiſphæriis. Semina quinque, ſex, circumſcriptione ovali, utcunque lenticulata.

677. CAPRIFOLIUM foliis ovatis acuminatis, ſubhirſutis, baccis gemellis.

Xyloſteon DODON. *purg.* p. 265. RIVIN. *monopet. irregul. t.* 120.
Allobrogum Periclymenum, ſeu Periclymenum rectum LOBEL. p. 633.
Chamæceraſus dumetorum, fructu gemino rubro C. B. DU HAMEL *ic.* 59.
Caprifolium erectum minus, Xyloſtei Dodonæi ſpecies BARRELIER. *ic. III.*
Icon 47. SCHMIEDELII ibid.
Lonicera pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis ovatis integerrimis LINN. *I.* p. 248.
Walburgis-May CRAMER. *t.* 40.

Nihil vulgatius in ſepibus & dumetis.

Frutex ſepedalis, rectus. Cortex ramorum ſature rubens, ut coram video, ſubhirſutus. Folia ovata, acuminata, ſublanuginoſa, mollia, oris integris. Ex foliorum alis petioli uniflori. Stipulæ ſub flore duæ, lineares, deinde binæ, breves latæque. Flores bini, ſuæ baccæ ſuus, albidus, lanuginoſus, ſiccus, ſegmentis quatuor ſupernis, uno inferiori, initio calcaris in imo tubo floris. Baccæ binæ, baſibus obverſæ, vicinæ, per maturitatem rubræ, connatæ, calyce inæqualiter quinquefido. Semina tria in una bacca, ſex in univerſum, compreſſa, roſtrata, rubra.

Non novi ullo in uſu eſſe.

RAPUN-

n) *Emend. III.* n. 210.

o) PREVOT. *medec. pauper.* p. 511.
p) SCHMIEDELIUS K.

RAPUNCULUS Tournefort. T. 38.

PHYTEUMA q) Linn. n. 220.

& JASIONE Linn. n. 1005.

Rapunculus a Campanula non poteſt longe removeri, cum qua flore fructui innato, fructu triloculari, ipſo lacte conveniat. Neque poteſt a Rapunculo Tournefortii Jaſione ſeparari, etſi illi quidem ipſa petala in cornu conveniunt, in Jaſione antheræ, & in Rapunculo petala immatura in cylindrum circa tubam coeunt, non ita in Jaſione; etſi antheræ magis connatæ ſunt in Jaſione, in Rapunculo magis ungues ſtaminum coaleſcunt: etſi denique in Jaſione, circa florale capitulum, numeroſa folia in calycis communis ſpeciem colliguntur, in Rapunculo aliquanto minus evidenter, nam & iſti plerique folia ovato lanceolata ſub ſpica florali habent.

Erit ergo Rapunculus fructu biloculari, vel triloculari r), polyſpermo s), coronato calyce quinque folio t), & petalis quinque v), in origine ſua coaleſcentibus: plerumque, dum flos immaturus eſt, in cylindrici incurvi tubuli ſpeciem x) circa tubam conjunctis, ut tamen maturiora diſcedant, reflectantur y), & patula atque diſtincta videantur petala: In plerisque z) fructus trilocularis, polyſpermos, & tuba apice trifido: in nonnullis & bilocularis fructus, & bifida a) tuba. Fructus plerumque, ut in Campanulis, tribus foraminibus aperitur b).

I. PETALIS LIBERIS.

678. RAPUNCULUS foliis linearibus ſubaſperis, ſpica planiuſcula, petalis liberis.

Scabioſa Dodon. p. 122. foliis ſerratis.

Rapuntium alterum leptophyllon capitatum ColumNn. *Ecphraſ.* p. 226. 227. folio integro.

Jaſione Linn. *II.* p. 317. *montana* Hill. T. III. *t.* 111. foliis ſerratis.

Ad vias ſiccas abunde. Prope Bernam, qua adſcendentes a *Ponte novo* planitiem adtingunt, verſus *Ortſchwaben.* Inter ſtipulas paſſim.

Radix exigua: caules erecti, ramoſi, pedales, cum foliis ſubaſperi. Folia plurima, lingulata, elliptica, obtuſa, vel acuta, undulata, etiam ſerrata: nervo eminente. Ramos longe nudos capitula floralia planiuſcula terminant. Sub capitulo aliquot ſeries foliorum, levium, ovato lanceolatorum, exſectorum dente uno, pluribusve. Flores compoſiti, tamen petiolati. Fructus ovatus; calyx brevis quinquefidus, capillaris. Flos exiguus, pulchre cæruleus, petalis planis, linearibus, acutis, ad ungues cohærentibus. Fructus bilocularis c). Semina fuſca, nitentia. Lacteſcit.

II. RAPUNCULI CORNICULATI.

679. RAPUNCULUS foliis linearibus, bracteis ovato lanceolatis.

Rapunculus ſylveſtris, *umbellatus* Camerar. ad Thalium *ic. VIII. n.* 3.

Rapunculus umbellatus folio gramineo C. B. Scheuchzer. *It. I.* p. 47. *It. IV.* p. 340. & omiſſo nomine *Umbellati It. II.* p. 140.

Phyteuma capitulo ſubrotundo, *foliis linearibus*, *integerrimis* Linn. *I.* p. 241.

β. Flore albo Scheuchzeri in ſummo *Speluga.*

In alpibus paulo editioribus non rarus; in adſcenſu a *Ponte Diaboli*, in *Furca* monte, *Grimſula*, *Joch*, in *Javernaz*, *Martinets*, *Prapioz*, *Jeman*, *Fouly*, *Col de Ferry*, *Pennino*, *Speluga*, *&c.*

Radix magna, lignoſa, multiceps. Folia ex radice numeroſa, gracilia, cis apicem paulum dilatata, graminea, etiam ſerrata, principiis foliorum, qua ex radice prodeunt, ſericeis, nitentibus. Caulis trientalis, & paulo ultra, uniflorus & pene nudus, paucis, amplexicaulibus, longe caudatis foliis adſperſus. Sub capitulo folia ovato lanceolata, magna, leviter ſubhirſuta, & ſimilia inter flores. Capitulum hemiſphæricum, ex floribus multis congeſtis, incurvis, compoſitum. Tuba trifida.

q) Apud Dioscoridem L. IV. c. 125. non poteſt adgnoſci.
r) Tournef. E.
s) F.
t) B.
v) ad A. A. C.
x) Column.
y) Tournef. ibid. Column. ibid.
z) pro charactere Linnæus.
a) ibid. C.
b) Column. p. 225. & in figur.
c) Vaillant. Fabric. p. 35.

*680. RAPUNCULUS foliis ovatis, obtuse dentatis, bracteis maximis, obtusis.
Rapunculus alpinus parvus, comosus I. B. II. p. 811.
Phyteuma capitulo subfolioso, foliis omnibus lanceolatis LINN. *I.* p. 241.
Raram plantam, si vere distincta est; legit ILL. vir J. GESNER in monte *Pündtnerberg*, per quem ex Rhætia Glaronam tendunt.
Habitus similis; sed folia petiolata, ovata, etiam serrata. Scapus uniflorus, trientalis, unico folio lingulato. Sub capitulo folia maxima, subhirsuta, cordata, obtusa, quibus a priori 679. distinguitur. Capitulum rarum, florum corniculatorum, cæruleorum, quos numeravi: non superabant vicenos, satis cæterum magni, cornu quinquedentato. Tuba breviter bicornis.

681. RAPUNCULUS foliis imis longe cordatis, caulinis sessilibus, acutis, bracteis ovato lanceolatis.
Rapuntium αλπικοκερατιοιδὲς RICHER.
Rapuntium montanum rarius corniculatum COLUMN. p. 223. 224.
Rapunculus major cæruleus Italicus BARRELIER. *ic.* 526. & *minor* EJUSDEM.
Rapunculus corniculatus RIVIN. *monopet. irregul.* T. 109.
Phyteuma capitulo subrotundo, foliis serratis, radicalibus cordatis LINN. *I.* p. 242.
Varietatem multis spicis ad caulem hærentibus legit Gen. de SAUSSURE.
In subalpinis & montanis.
Radix conica. Caulis erectus, non ramosus, sed foliosus, pedalis, unica spica terminatus. Folia radicalia longe petiolata, cordata, sed longiora, obtusa, glabra, nervosa, subrotunde serrata: ad caulem amplexicaulia, acutiora. Spicæ florali substernuntur folia ovato lanceolata; etiam longe caudata, hirsuta, & similia minora spicam distingunt, floribus subjecta. Spica hemisphærica, deinde ovalis; flores sature cyanei, cum tuba trifida. Calyx brevis segmentis incurvis. Quinque petala paulum obliqua, ungue lato, longa ligula, matura expanduntur. Ungues staminum lati, in tubum connati: filamenta angusta. Fructus trilocularis, sulcatus, perforatus. Semina nitida, ex ovatis acuminata.

682. RAPUNCULUS foliis imis longe petiolatis, caulinis linearibus, integris, bracteis linearibus duabus imis longissimis *Emend. III.* n. 211. †
Rapunculus alpinus petræus, cæruleus, foliis flori substratis longis, angustioribus SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 460.
& *Rapunculus alpinus, corniculatus, foliis ab imo caule ad summum angustioribus* EJUSDEM ibid. p. 461. etsi distinguit.
Rapunculus alpinus cæruleus, angusto, raro, subinde dentato folio MICHELI *Hort. Pisan.* & *Florent.* p. 80. & FERDINANDI BASSII *Comment. Bonon.* T. IV. p. 289. *t.* 1. *f.* 2.
In rupibus, ad *viam malam* SCHEUCHZERUS, & Cl. LA CHENAL & CHATELAIN: porro in monte *Speluga*, in monte *Cenero* inter *Bellitionem* & *Luganum*, & in rupibus circa eam civitatem & *Chiavennam*.
Totus caulis glaber, tenuis & filiformis, pedalis, foliosus. Folia teneriora, radicalia cordata, petiolata, obiter ferrata: proxima ex ellipsi longe lanceolata, rariter dentata: denique caulina linearia, non dentata, sæpe superne majora. Sub spica duo folia non quidem adversa, patula, longa, alterum duplo longius. His foliis fere, uti in Allio bicorni, insidet capitulum florale, latum, breve, semicirculare, partim spicæ simile, partim umbellæ. Bracteæ inter flores lineares. Calycis segmenta capillaria. Flos corniculatus, incurvus, cæruleus. Tuba trifida.

683. RAPUNCULUS foliis radicalibus cordiformibus, acute incisis, tubis longissimis, hirsutis, emarginatis †.
Rapunculus spicatus, flore purpuro violaceo SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 518.
In pratis subalpinis passim: legi in valle *Grindelia*, *Ursaria*, *Haselia* circa *den Boden*: circa *thermas Leucenses*. HUBERUS circa *thermas Piperinas*, & inter *Lenz* & *Brienz* Rhætiæ. In iisdem montibus super *Falz* J. GESNER. In monte *Fouly*: circa *Anderam*, circa fontes *Rhodani*.
Caulis cubitalis & bipedalis, non ramosus. Folia radicalia longe petiolata, cordata, acute incisa, quasi urticæ: caulina inferiora cordiformia, suprema graciliora, longe lanceolata. Spica crassa, ovalis, quam prioribus longior. Bracteæ longæ, ex linearibus lanceolatæ, quarum sæpe duæ præmagnæ spicæ subjiciantur. Flos saturate violaceus, corniculis incurvis. Tuba purpurea, hirsuta, longissima, breviter bifida, & fructus bilocularis. Tubarum eminentium longitudo peculiarem spicæ habitum facit.

684. RAPUN-

684. RAPUNCULUS foliis radicalibus cordatis, tubis bicornibus, revolutis.

α. Vulgatior flore ochroleuco.

Rapunculum alopecuron flore candido DODON. p. 165. 166.

Rapunculus corniculatus, spica longiore RIVIN. *monopet. irregul. t.* 109.

Phyteuma spica oblonga, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis LINN. *I.* p. 242.

Long headed Rampion HILL. *VIII. t.* 15.

β. Flore cæruleo, in valle *de Frenieres* abunde, a nobis & in valle *Ormond*, & circa Lausannam & Genevam lectus.

Rapuntium alopecuron, flore cæruleo DODON. p. 166.

Rapunculus spicatus cæruleus C. B. *Prodr.* p. 32.

Radix longa, cylindrica, edulis. Folia radicalia longe petiolata, cordata, margine obtuse serrato: caulina perangusta, longe ex ellipticis lanceolata, sessilia. Bracteæ floribus substratæ lineares, angustæ. Spica longa, cylindrica, per maturitatem multo longior. Fructus bilocularis, rugosus, perforatus. Semina, ut in Campanulis, dilute spadicea, nitida. Flos corniculatus: tuba longa, cærulea, bicornis, corniculis revolutis, etiam tricornis, ut eo minus a fructu separes.

Ludit flore quadrifido, spica gemina, & foliis macula fusca notatis.

CAMPANULA a) TOURNEFORT. t. 37.

LINN. n. 219.

Fructus plerumque pyramidalis b), trilocularis c), per maturitatem, supra petiolum, tribus foraminibus d) aperitur, & semina profundit, revolutis particulis e) parietum triangularibus. Semina ovata, nitida f), ad tria receptacula g) congesta. Summus flos ex disco, quo coronatur, educit calycem quinquefidum h), & florem latum, ad Campanulæ i) modum, in fine divergentem, non perinde tamen profunde in omnibus speciebus quinquefidum k). Staminum ungues lati l): tuba trifida m). Partes divulsæ lactescunt, lacte subacri, ut tamen aliquæ edules sint.

I. FLORIBUS CONGLOMERATIS.

685. CAMPANULA caule simplici, aspero, foliis amplexicaulibus, floribus capitatis.

Trachelium ορεογκοπυκνοΦυλλον RICHER.

Rapunculus sylvestris cæruleus, umbellatus THAL. *ic. VIII. n.* 2. BARRELIER *ic.* 523. *n.* 111.

Trachelium minus multis I. B. II. p. 800.

Campanula caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali LINN. *I.* p. 235. *It. Oeland.* p. 196.

Tufty bellflower HILL. *VIII. t.* 6.

II. Flore albo TABERNÆMONT. p. 561. BLAIR. *Dec.* p. 25. PLOT. *hist. of Oxfordsh.* p. 152.

III. Flore albo pleno WEINMANN.

β. Floribus per caulem sparsis C. B.

II. Albis I. R. H.

γ. *Trachelium oblongo folio alpinum* BOCCONE *mus. di piant.* p. 70. *t.* 58. quod lucidum facit. Hoc in montanis Juræ, supra Biennam.

Vulgo ad vias, & in collibus aridis.

Caulis simplex, etiam ramosus, erectus, subasper, pedalis. Folia radicalia longe petiolata, lingulata, ex linearibus lente lanceolata, sicca, margine minute serrato: ad caulem lata basi sessilia, semiamplexicaulia; sub floribus in supremo caule cymbiformia, subhirsuta, subrotunda, lanceolata. Fasciculi florum duo, tres, in summis alis, & major ultimus caulem terminans. Flores sessiles. Calycis segmenta lanceolata. Flos cyaneus, non integre semiquinquefidus, subhirsutus, segmentis triangularibus, linea divisis. Ex charactere gentis fructus perforatus. Semina ovata, compressa, ex altero latere marginata.

Varietas γ. in alpibus rarior, floribus magis speciosis, majoribus.

Ad pabulum inutilem esse SCHREBER. III. *Saml.* p. 20.

686. CAM-

a) Medium folia habet iridis &c. DIOSCORID. L. IV. c. 18. Non videtur huc facere.
b) TOURNEF. K.
c) L. H. O.
d) O. O.
e) ibid.
f) M. N.
g) L.
h) Variæ figuræ C. D.
i) A. B.
k) ibid.
l) LINNÆUS vocat nectaria.
m) Latis stigmatibus L.

686. CAMPANULA caule simplici aspero, foliis lingulatis asperis, floribus capitatis.

Rapunculus sylvestris cæruleus, umbellatus, major THAL. *ic. VIII. n.* 1.
Campanula foliis Echii C. B. *Prodr.* p. 36. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 332.
Campanula hispida floribus sessilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato linearibus, undulatis, LINN. *I.* p. 235. *It. Oeland.* p. 115.
Campanula cervicaria HILL. *VIII. t.* 7.

In Helvetia rarior est. SCHEUCHZERUS ex quarto itinere retulit, locum non exprimit, neque ego unquam reperi, nisi in Germania, ubi in sylvis abundat.

Caulis multo altior, tripedalis, non ramosus, asper. Folia ad terram petiolata, ovato lanceolata, serrata, subtus albo tomento obducta, fere Balsamitæ, ad caulem asperrima, lingulata, linearia. In summo caule, in una, aut duabus alis, certe paucis, florum fasciculi, insidentes foliis amplexicaulibus, mucronatis, venosis; eorum supremus multo major. Flores parvi & minores, quam paulo priori. Calyx ad duas tertias quinquefidus. Flos tubo angulofo, hirsuto, ore quinquefido, segmentis lanceolatis, linea divisis. Ungues staminum lati.

*687. CAMPANULA caule simplici, aspero, foliis linearibus, floribus laxis, longissime spicatis.

Trachelium altissimum, foliis asperis, floribus parvis I. B. II. p. 801. bene.
Campanula hirsuto folio angusto, tenuiter serrato, floribus parvis, spicatis PLUKNET. p. 76. *t.* 153. *f.* 3.
Campanula alpina, altissima, hirsuta, parvo flore I. R. H. SEGUIER. *Supplem.* p. 102.
Campanula hispida, spica laxa, floribus alternis, foliis linearibus LINN. *I.* p. 234.

Ego passim ex Valesia superiori retuli, circa *Tavernetta*, & ex inferiori, circa arcem *Octodurensem*, *Lida*, *S. Pierre & Fouly*. In Helvetia transalpina a *Chiavenna* ad *Ripa*. Ad lacum magnum & lacum Comensem, ad vineas.

Plurima habet præcedentis similia, ut dubitaverim, num separari possit: puto tamen differre.

Caulis asper, præaltus: folia ima petiolata, elliptica, serrata consentiunt, tum caulina lingulata, subaspera, etiam superiora, quæ inter verticillos sunt florales. Flores non in aliquot & paucos verticillos; sed ab imis ad summa in omnibus alis pauci, unus, aut duo in quaque ala, folio cymbiformi excepti. Calyces & bracteæ totæ hirsutie albæ: supremus caulis angusto mucrone terminatur, non lata florum umbella.

688. CAMPANULA foliis lingulatis, asperis, floribus hirsutis, densissime spicatis.

Trachelium αλπικοπυραμιδοειδὲς RICHER. cum duabus iconibus.
Trachelium Thyrsoides CLUS. *pannon.* p. 688.
Cervicaria major tenuifolia THAL. p. 32. *ic. IV.*
Alopecurus alpinus quibusdam, Echium montanum DALECHAMP. I. B. II. p. 809.
Campanula Thyrsoides JACQUIN. *obs. bot. t.* 21. & *vindob. n.* 211. HILL. *t.* 7.
Campanula hispida, racemo ovato oblongo, terminali, caule simplicissimo, foliis lanceolato linearibus LINN. *I.* p. 235.

In alpinis pratis lapidosis ubique: in montanis rarior, reperi tamen in monte *Botrodz*, qua ad summum montem *Dolaz* adscenditur.

Multo similior priorum, quam continuo videatur. Radix magna, lignosa; ad terram rosula sediformis foliorum asperorum, latorum, ovato lanceolatorum. Inde caulis dodrantalis, pedalis, non ramosus, totus foliis tectus floribusque: illa longe lingulata, quam prioribus longiora, toti cauli æqualia. Flores in spicam unicam terminatricem, sed longiorem, congesti, ovato cylindricam, densam, ima parte foliosam, superne nudam, florum hirsutorum, alborum, longorum, gracilium: tubæ cyaneæ.

II. PETIOLIS PAUCIFLORIS & UNIFLORIS, EX ALIS FOLIORUM PRODEUNTIBUS.

*689. CAMPANULA caule erecto, ramosissimo, foliis ovato lanceolatis, subtus tomentosis, petiolis multifloris, erectis. *Emend. IV.* n. 36.

Campanula seu Cervicaria Bononiensis flore parvo I. B. II. p. 806.
Campanula foliis lanceolatis, serratis, alternis, floris thyrso spicato, & ad basin ramoso SEGUIER *I.* p. 176.
Campanula foliis ovato lanceolatis, subtus scabris, sessilibus, caule paniculato LINN. *I.* p. 234.
Campanula Bononiensis HILL. *VIII. t.* 4.

Unico

Unico loco, ſed certo reperta, inter *Branſon* & *Fouly*.

Radix magna, lignoſa, napiformis. Caulis tripedalis & ultra, erectus, ramis plurimis adſcendentibus, conjugatis, habitu Verbaſci nigri. Folia ſeſſilia, amplexicaulia, pene cordiformia, lanceolata, ſubtus albo tomento villoſa, non aſpera, modice per oram ſerrata; ſimilia ſub floribus. Iſti ad ramos pene nudos, ſummumque caulem, imi in petiolis erectis, brevibus, trifloris; ſuperiores in alis ſeſſiles, ſolitarii & bini, denique in ſpicam in ſuperiori parte rami conſentientes, numeroſiſſimi, perexigui cæterum, colore violaceo. Calyx hirſutus, lanceolatis ſegmentis. Floris tubus anguloſus, non integre ſemiquinquefidus: ſegmenta lanceolata, linea diviſa. Ungues de more lati, filamenta hirſuta; ſic tuba. Fructus ſulcatus.

690. CAMPANULA foliis cordato lanceolatis, acute ſerratis, hirſutis, petiolis ex alis paucifloris, calycibus hiſpidis.

Rapum ſylveſtre alterum, *Cervicaria major* DODON. *coron.* p. 31. 32.
Cervicaria major TABERNÆMONT. p. 412.
& *major II.* ibid. p. 413.
Campanula caule angulato, *foliis petiolatis*, *calycibus ciliatis*, *pedunculis trifidis* LINN. *I.* p. 235.

II. Flore pleno *Bresl. Saml.* ann. 1722. m. Jul.

β. Flore albo C. B. &c.

III. Eo pleno.

γ. Monſtroſo, floribus & calycibus imperfectis, foliis in capitulum congeſtis ROSEN. obſ. p. 7.

Nihil vulgatius ad ſylvarum margines & in ſepibus. Flore albo in ſubalpinis, ut in valle *Urienſi*, *Haſelia*, Valeſia ſuperiori.

Caulis hirtus, bipedalis & ultra, nutans. Folia hirta, petiolata, oblonge cordata, hilo tamen exiguo, acuta, Urticæ ſimilia; etiam ſemibilobata, ſemitrilobata. Flores nutantes ex petiolis, de alis foliorum prodeuntibus, ſæpe trifloris, etiam bifloris, quinquefloris. Calycis ſegmenta latiſſima, albis pilis hiſpida. Flos violaceus, tubo valde patulo, intus piloſo: ſegmenta triangularia, linea diviſa, hirſuta. Reliqua ex charactere gentis.

Non amari a pecore Cl. SCHREBER.

*691. CAMPANULA foliis ovato lanceolatis ſerratis, petiolis unifloris, calycibus glabris.

Campanula maxima foliis latiſſimis C. B. GAGNEBIN. *Act. Helvet. IV.* p. 40.
Trachelium Anglicum candidum majus I. B. II. p. 807.
Campanula pulchra, a Toſſano Carolo miſſa I. B. II. p. 807.
Trachelium majus Belgarum LOBEL. *ic. II.* p. 278.
Campanula foliis ovato lanceolatis, *caule ſimpliciſſimo tereti*, *floribus ſolitariis*, *pedunculatis*, *fructibus cernuis* LINN. *I.* p. 233. 234.
Campanula latifolia HILL. *VIII. t.* 4.

A' la Combe de Valanvron, & *au Cul des Près*, alibique in ſylvis obſcuris Cl. GAGNEBIN. Ad lacum *Rivarium* Cl. RAMSPEK.

Caulis non ramoſus *n*), tripedalis & ultra, anguloſus, glaber. Folia ovato lanceolata, acute ſerrata, breviter petiolata, hirſuta. Flores ex alis foliorum tum majorum, tum minorum, longe lanceolatorum, in petiolis folio brevioribus, unifloris, bifloris. Calyx glaber, ſegmentis latis triangularibus. Flos maximus, cæruleus, ſegmentis triangulis, linea diviſis. Fructus pondere ſuo petiolum cogit nutare. Staminum ungues coaleſcentes bene exprimit OEDERUS t. 85.

692. CAMPANULA foliis cordato lanceolatis, hirſutis, petiolis unifloris.

Rapum ſylveſtre quartum DODON. *pempt.* p. 165.
Cervicaria major ſylveſtris Hort. Aichſtett. ord. I. t. 6. f. 1.
Campanula repens, *flore minore cæruleo* I. B. II. p. 816.
Campanula foliis cordato lanceolatis, *caule ramoſo*, *floribus ſecundis ſparſis* LINN. *I.* p. 234.

Etiam aliæ Veterum plantæ huc pertinent.

C. B. in ſepibus inter *Arlesheim* & *Mönchenſtein*. RAJUS in ſegetibus circa Genevam. Ego circa *Roche* abunde, & imprimis *Agauni*, ad Oppidi introitum. GAGNEBIN circa *S. Imier*.

Hhhh 2 Multa

n) WILLICH. obſ. 47.

Multa habet similia Urticifoliæ 690. folia ima longe petiolata, cordato lanceolata, serrata; superna amplexicaulia: caulem nutantem simplicem o), aut superne tantum ramosum. Sed omnia molliora sunt. Caulis purpureus, levis, leviter subhirsutus, flores ex alis foliorum solitarii, longe petiolati, pro portione folii majores; In suprema parte caulis ab exigua folia quasi spicatus, floribus ad alterum latus conversis, in unum latus nutantibus. Fauces minus pilosæ. Radix reptans, mireque serpens.

Varietatem reperit Gen. de SAUSSURE spicis foliosis.

Esculentam esse DODONÆUS. CLUS.

693. CAMPANULA caule levi, simplici, foliis glabris, ovato lanceolatis, serratis, petiolis paucifloris. *It. II.* n. 30.

Campanula Drabæ minoris foliis C. B. *Prodr.* p. 36.
Campanula alpina, glabra, flore dilutissime cæruleo I. B. II. p. 806.
& *Rapunculi genus folio serrato rotundiore* C. B. II. p. 798. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 47.
Campanula Κυανθοκαλος RICHER.
Rapunculus Teucrii folio BARRELIER *ic.* 567.
Rapunculus alpinus Teucrii folio, rhomboidalis BOCCONE *muf. di piant.* p. 75. *t.* 61.
Campanula hortensis, Rapunculi radice SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 510. cum in alpibus supra *Surenen* legerit.
Campanula foliis rhomboidibus, serratis, spica secunda LINN. *I.* p. 233.
Campanula rhomboidalis HILL. *VIII. t.* 3.
Oneside bellflower HILL. *VIII. t.* 4.

Flore albo circa *Geschinen.* In alpinis & submontanis pratis & sylvis perfrequens.

Radix reptans. Caulis rectus, vel nutans, levis, cubitalis, non ramosus. Folia rara, tenera, glabra, aut circumserrata, ex ovatis rhomboidea. Petioli ex foliorum alis pauciflori, aut uniflori, oblongi, aliquot unciarum, in spicam raram dispositi, ad unum latus conversi, cyanei, breviores, quam prioribus, & magis ventricosi. Calyx capillaris, qua nota facile distinguitur.

694. CAMPANULA caule simplici, foliis lingulatis, asperis, petiolis unifloris, floribus hirsutis.

Campanula foliis Anchusæ, floribus oblongis C. B. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 32. *It. II.* p. 132. *It. IV.* p. 331.
Αλπικογλωσσοφυλλος RICHER.
Campanula foliis Echii, floribus villosis C. B. *Prodr.* p. 37. 38.
Campanula alpina asperior, foliis Echii, flore magno, villoso PLUKNET. p. 76. *t.* 153. *f.* 6. & in eadem tabula *f.* 4. & 5.
Campanula capsulis quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo unifolio, foliis lanceolatis, corollis barbatis LINN. *I.* p. 236. Describit JACQUIN. *n.* 12.
Hoary bearded bellflower HILL. *t.* 11.
Campanula barbata JACQUIN. *obſſ.* T. II. p. 14. *t.* 37.

II. Flore albo SCHEUCHZER in valle *Medels* circa *Tavetsch*; ego in valle Ursaria, in M. *Darbon* & alibi.

Flore cæruleo in omnibus alpinis abundat, etiam humilioribus.

Radix alba, magna, lignosa. Folia ad terram multa, mediocriter scabra, lingulata, circumserrata: caulina pleraque exigua, lingulata, ovata, aspera. Caulis cubitalis, asper, non ramosus. Flores in parte superiori caulis ex longis pedunculis unifloris, etiam bifloris, aliquando longissime nutantes, in idem plerumque latus conversi. Calyx albis pilis hispidus, segmentis in basi appendiculatis. Flos magnus, dilute cæruleus, faucibus villosis. Fructus quinquangularis, quinque obscuris foveis inscriptus, & bis tot jugis, cæterum trilocularis, placentis bifidis.

β. Varietas uniflora.

Habet C. B. *Prodr* p. 31. ALLIONE tab. 6. p. 36.

Ex alpibus J. GESNER. GAGNEBIN & ego in *Lioson*, in *Col de Ferry*, *Prapioz.*

Caulis vix quatuor unciarum, non ramosus. Flos unicus, grandis, calyce perinde appendiculato. Folia ad radicem latiora, ad caulem perexigua.

*695. CAMPANULA foliis ellipticis hirsutis, petiolis alaribus unifloris, floribus glabris. †

Trachelium alpinum CLUS. p. CLXXI.
Campanula caule simplici, pedunculis unifloris, axillaribus, diphyllis JACQUIN. *obf.* 12.

A Cl.

o) WILLICH. obf. 47.

A Cl. viro accepi, & passim inter meas haberi, ex M. *Scheidek* aliisque alpinis.

Valde præcedenti similis, foliis radicalibus ellipticis, obtusis, subhirsutis, caulinis ligulatis. Caulis vix dodrantalis, tamen multiflorus, alio habitu, ramoso & conferto, levis cæterum, qua nota a priori differt, ex singulis alis petiolum proferens, duobus angustis foliis adspersum, uniflorum. Flos nutans, brevior, quam Anchusifoliæ, amplus & undique glaber, dilute cæruleus. Calyx basi cyaneus, quinque calcaribus obscurioribus, cæterum perinde pilosus, segmentis triangularibus.

*696. CAMPANULA uniflora, foliis radicalibus ovatis, integerrimis ALLIONE *Specim.* p. 35 t. 5. f. 1. *Emend. I.* n. 161.

Campanula caule simplici, folioso, unifloro, foliis radicalibus rotundis, caulinis ellipticis, sessilibus.

Campanula caule unifloro LINN. *Flor. Lapon.* p. 81. *t.* 9. *f.* 5. 6. *Corolla calycem æquante Spec. I.* p. 231. GORTER. *Ingr.* p. 33.

Campanula Cenisia HILL. *t.* 13. & *uniflora* Ej.

Polygala ορεοχθαμαλος RICHER.

Annon *ic.* GESNERI *æn.* 96?

Passim in alpium editioribus saxosis. Circa rupes glaciales *les Martinets*, *à la Varaz*, *Serin*, *Fouly*.

Folia rosulam ad terram faciunt, fere ut Gentiana hippion β. foliorum glabrorum, subrotundorum. Ejusdem rosulas eadem, & multiceps, radix multas generat. Caulis debilis, non ramosus, trientalis, foliosus, foliis lingulatis, subhirsutis, sessilibus. Calyx hirsutus, albis pilis notatus, ipse absque appendicibus, segmentis latis, triangularibus, plerumque cyaneis. Flos cæruleus.

III. FLORIBUS LONGE PETIOLATIS, IN RARISSIMAS SPICAS DIGESTIS.

697. CAMPANULA foliis radicalibus ovatis, caulinis linearibus, petiolis longissimis paucifloris.

Campanula media DODON. *cereal.* p. 37.

Rapunculus campanulatus nerii folius III. THAL. & omnes reliqui.

Rapunculus nemorosus II. TABERNÆM. p. 411.

An *Rapunculus*, *seu Erinus magno flore* COLUMN. *Ecphr. II.* p. 23. 24. videtur.

Campanula foliis radicalibus, obovatis, caulinis lanceolato linearibus, subserratis, sessilibus, remotis LINN. *I.* p. 232.

Flore albo *Hort. Aichstett.* &c. p. 116. *im Falstein.*

Linear bellflower HILL. *VIII. t.* 2.

Circa *Basileam*, *Aquilejam*, *Echarpigny*, & in agro Aventico ubique; tum circa *Genevam* & *Neocomum*, *Gorgier*, inter *Sonceboz* & *Biennam*, ad oras nemorum.

Radix Napi similis, edulis. Caulis rectissimus, cubitalis & altior, non ramosus, angulosus, cum tota planta glaber. Folia radicalia petiolata, ovata, serrata, caulina sessilia, non decurrentia, angusta, longissima, obiter serrata. Flores in spicam raram, ex petiolis longissimis, etiam semipedalibus, unifloris, aut bifloris, stipulatis. Magnus iste, brevis, late campaniformis, saturate cæruleus, segmentis brevibus, modice acuminatis. Calycis segmenta lanceolata, glabra. Antennæ tubæ prælongæ. Dentem viridem ad basin cujusque laciniæ calycis LINNÆUS addit *p*).

*698. CAMPANULA caule brachiato, foliis lanceolato linearibus, glabris, petiolis paucifloris nudis *Emend. I.* n. 157.

Campanula esculentæ facie, ramis & floribus patulis DILLEN. *Hort. Elth.* p. 58. *t.* 58.

Campanula foliis striatis, radicalibus, lanceolato ovalibus, panicula patula LINN. *I.* p. 232.

Diffuse bellflower HILL. *VIII. t.* 1.

In descensu montis *Gotthard* versus *Pontem Diaboli* legi.

Folia radicalia petiolata, ovata, caulina prima sessilia, ovato lanceolata, sed pleraque longe lanceolata, fere ut in Melampyro latifolio. Ora paulum serrata. Caulis asper, angulosus, cubitalis, ad magnos angulos ramosus, ramos edit paucifloros, foliis paucis & exiguis. Calyx segmentis triangulis, latiusculis, lanceolatis ab esculenta differt: flores cyanei, majores quam esculentæ.

699. CAM-

p) *Flor. Suec. II.* p. 66.

699. CAMPANULA foliis ellipticis, ferratis, fubhirfutis, caule afpero, floribus paniculatis.
Rapum fylveftre FUCHS. p. 214.
Campanula σπαρομειζορειος RICHER.
Erinus Nicandri COLUMN. *Ecphr.* p. 225.
Campanula foliis undulatis, radicalibus lanceolato ovalibus, panicula coarctata LINN. *I.* p. 232.
β. Flore albo COLUMN. &c.

Nobis ad vias, fepes, fylvarum oras vulgo provenit, neque raro albo flore.

Radix alba, Napiformis, non magna, noftratibus primo vere magna copia inter olera in cibo eft. Caulis cubitalis, etiam multo altior, afper, angulofus, brachiatus, fuperne pene absque foliis. Folia radicalia mollia, hirfuta, ora contracta & undulata, longe cæterum ex linearibus lanceolata, fed obtufe: ad caulem ferrata, pene glabra, acutiora. Flores in longis petiolis, unifloris, bifloris, trifloris, raras, aphyllas feries potius, quam fpicas efficiunt. Calycis fegmenta perangufta, paulo flore breviora. Ifte pene ad dimidias incifus, dilute purpureus, laciniis acutis.

Radix dicitur lac augere, quod non diffentit, cum farinofa fit, blandique faporis.

700. CAMPANULA caule fimplici, foliis fubhirfutis, linearibus, petiolis unifloris *It. Helvet. II.* n. LXII.
Campanula alpina linifolia, cærulea C. B. *Prodr.* p. 34. MAGNOL. *Botanic. Monspel.* p. 291. cum icone.
Campanula linifolia rara, cærulea I. B. II. p. 797.
Campanula alpina, minima, foliis Linariæ. ad caulem ftipatis BOCCONE *t.* 103.
Campanula montana minor anguftifolia BARRELIER. *ic.* 457.

In valle Urfaria: in montibus Aquilejenfibus.

Radix lignofa, multicaulis. Folia radicalia fubrotunda, fubafpera, ferrata: caules hirfuti, fic folia caulina, quorum prima ferrata funt, pleraque Linum figura referunt. Flores in petiolis uncialibus, unifloris, hirfutis, calyce villofo, lanceolato, campanula ampla, brevi, cyanea. Etiam calvefcit.

A fequente non maxime differt, ut LINNÆUS etiam conjunxerit, & dudum ANT. MAGNOL.

701. CAMPANULA foliis ferratis, radicalibus cordatis, caulinis lanceolatis.
Campanula minor alpina rotundioribus imis foliis DODON. p. 167.
Rapunculus fylveftris minor TABERNÆM. p. 409.
& *Rapunculus fylveftris flore ex purpureo candido* EJUSDEM p. 410.
Campanula minor rotundifolia vulgaris C. B.
Icon OEDERI *t.* 189.
Various hellflower HILL. *VIII. t.* 1.

Vulgo in muris & ad vias.

Folia radicalia petiolata, breviter cordata, aut reniformia, tenera, circumferrata. Caules ex una radice multi, pedales, fed etiam alti, tripedales & ultra. Folia caulina linearia, absque dentibus. Flores in petiolis longis, unifloris, bifloris, trifloris, laxa quafi umbella aphylla, ramofum caulem terminant. Calycis fegmenta perangufta, longe capillaria. Campanula brevis, cyanea. Tota planta cum foliis & flore nitida.

Dare pigmentum cæruleum LINN. *plant. tinctor.* p. 14.

702. CAMPANULA foliis radicalibus cordatis, ferratis, caulinis linearibus.
Campanula alpina rotundifolia minor C. B. *Prodr.* p. 34.
Campanula rotundifolia minima C. B. *Prodr.* SEGUIER. *Supplem.* p. 105. qui a minori diftinguit.
Campanula alpina linifolia cærulea, flore unico pentagono grandi, in fummo cauliculo SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 454. *f.* 4.
Campanula parva rotundifolia, flore cæruleo pentagono grandi EJUSDEM *It. II.* p. 131.

In alpibus frequens: flore albo paffim SCHEUCHZER: flore cæruleo in planitiem defcendit, ut in Infulas Arolæ fupra Bernam.

Pleraque habet prioris, differt tamen foliis firmioribus, nitidioribus, caulinis latioribus, ferratis, primis rhomboideis, reliquis ellipticis, acutis, radicalibus, etiam anguftius dentatis.

LINNÆUS tres plantas ultimas conjungit cum nomine *Campanulæ foliis radicalibus, reniformibus, caulinis linearibus I.* p. 232. Ex notis vero, quas diximus, noftra facile diftinguitur, & fuas ferras alpina tenet, etiam quando in planitiem defcendit.

IV. FLORIBUS PERBREVIBUS, FRUCTU LONGIORI.

703. CAMPANULA caule procumbente, fructibus prismaticis, floribus rotatis, longissime petiolatis, solitariis.

Cramer. *ic. lign.* 76.

Campanula arvensis minima Dodon. *coron.* p. 38. *pempt.* p. 168.

Campanula caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis, subcrenatis, calycibus solitariis, corolla longioribus, capsulis prismaticis Linn. *I.* p. 238.

Venus bellflower Hill. *VIII. t.* 8.

Passim in segetibus.

Ægre Campanulæ nomen tuetur. Caulis tener, quadrangularis, diffusus, ab imis ad maximos angulos ramosus. Folia sessilia, ovata, sine latiori, obtuso, ora undulata, obiter serrata. Flores ex alis foliorum erecti, in petiolis unifloris, prælongis. Fructus, quam aliis campanulis longior, angustior, prismaticus, triquetrus. Calycis segmenta lanceolata, floris longitudine *a*). Flos omnino rotatus, patulus, purpureus, adeo profunde quinquefidus, ut segmenta vix cohæreant, segmentis ovatis. Ungues staminum non conjuncti in circulum tubæ circumdatum, filamentis brevissimis. Vere aliud a Campanula genus. Semine convenit ovato, nitido *b*).

704. CAMPANULA caule erecto, fructibus prismaticis, floribus rotatis, sessilibus, congestis.

Onobrychis altera Belgarum, & Dodonæi Lobel. p. 418.

Pentagonion, Viola pentagonia Tabernæmont. p. 316.

II. Varietas minor. *Campanula arvensis minima erecta Hist. Oxon. II.* p. 456.

Campanula caule basi subramoso, striato, foliis oblongis, crenatis, calycibus aggregatis, corolla longioribus, capsulis prismaticis Linn. *I.* p. 239.

Bright eyed bellflower Hill. *VIII. t.* 8.

In sepibus, & inter segetes, locis macilentis, nobis vulgatior.

Caulis utique erectus, aut simplex, aut ramos ad basin emittens, floribus sessilibus, ternis, quaternis, similibus, sed non raro abortantibus, ut semina quidem maturescant: flos tamen nullus adpareat, ut in portula. Calyx latus, pene ovato lanceolatus *c*).

PIMPINELLA Tournefort.
SANGUISORBA Linn. n. 146.
& POTERIUM Linn. n. 1069.

Sexu distant, & staminibus, sed reliquis notis nimis consentiunt. Nomina Tournefortii, etiam in officinis recepta, sollicitari non probo.

Calyx bifolius, trifolius, siccus, longitudine fructui æquali. Flos fructui impositus; profundissime divisus, in quatuor segmenta patula fissus. Fructus ex ovato quadratus, quatuor percursus alis eminentibus, inter eas asper, coronatus circulo, ex quo flos & stamina. Intus in duobus loculis *d*) totidem semina acuminata continet, hinc gibba, inde plana. Hæc in omnibus: sed in priori specie stamina quatuor; tuba unica, simplex, ornamento plumoso. In altera flores omnino trium sunt sexuum, mares, feminei, androgyni; stamina plurima *e*), ad quinquaginta; tubæ duæ; ornamento plumoso *f*).

705. PIMPINELLA tetrastemon, spica brevi.

Sanguisorba major Fuchs. p. 785.

Pimpinella seu Sanguisorba major Matthiol. p. 1033.

Pimpinella sylvestris seu Sanguisorba major Dodon. p. 105.

Pimpinella spica brevi rubra Moris *Umbell.* p. 57. qui suæ sedi restituit.

Icon Oederi *t.* 97.

Sanguisorba spicis ovatis Linn. *I.* p. 169.

Varietates habet Micheli *Hort. Florent.* p. 73.

Iiii 2 In

a) Etiam Seguier. *Supplem.* p. 107.
b) Hooke *microscop.* obs. 28.
c) Conf. ad hoc discrimen Willich. obs. p. 50. Seguier *Supplem.* p. 107.
d) Tournef. D. E.
e) Idem A.
f) Idem B. Malpighi ic. 190.

In pratis udis *g)* abunde.

Caulis, quam sequenti, altior, tripedalis, erectus, non valde ramosus. Folia petiolata, pinnata, parium ad sex, in universum cordata, sed acute serrata, firma & sicca. Florales spicæ ramos terminantes, breves, densissimæ. Calyx bifidus: petala juniora alba, linea spadicea distincta: adulta tota sanguinei coloris obscuri. Tuba unica, crassa, petala ovata, brevissime conjuncta.

706. PIMPINELLA polystemon.

Sanguisorba minor TABERNÆM. p. 110.
Pimpinella, seu Sanguisorba minor MATTHIOL. p. 1034.
Pimpinella BLAKWELL. *t.* 413.
Sideritis secunda Dioscoridis COLUMN. *Ecphras. I.* p. 124. sqq.
Pimpinella spica brevi, minor & hirsuta MORISON l. c.

Hæc in pratis siccis & aggeribus.

Caulis humilior, pedalis & cubitalis. Folia prioris, pinnarum sedecim, nervo hirsuto, aliquando profundius divisa. Flores juniores virides, adulti purpurei, in eadem spica alii hermaphroditici; alii majores masculi cum fructus tantum initiis; alii feminini minores, fructu præditi, absque staminibus. Stamina ad quinquaginta; tubæ duæ.

Vires sunt leviter vulnerariæ, adstringentes *h)*. Datur ad dysenteriam, hæmorrhagias, mictionem cruentam. In vernis infusis vinosis regnat, grato sapore. Ad morsum canis rabidi, extus post cucurbitam admotam adhibitum, vulnerique impositum, decocto per novem dies, ad uncias septem sumto, prodesse *Hermanno* HEYDEN *i)* crederem, nisi a PALMARIO haberet.

Princeps usus est ad fœni abundantiam præstandam, eo enim fine maxima copia in Anglia seritur *k)*. Majorem speciem armentis non gratam esse lego; puto, quod durior sit *l)*.

An hæc Pimpinella, cujus sal fixus sulfure inquinatur *m)*.

SAMOLUS TOURNEFORT. t. 60.

LINN. n. 222.

Calyx campaniformis *n)*, pene ad tertiam partem quinquefidus, segmentis lanceolatis. Flos ex brevi tubo *o)* in quinque ovata, plana, segmenta paulum emarginata *p)* fissus. In intervallis segmentorum exeunt quinque laciniæ acutæ *q)*, minimæ, stamine in imo tubo, antheris ad tubam conflexis. Tuba brevis, filiformis. Fructus in imo calyce, mobili hemisphærio *r)* coronatus, unilocularis, quinquevalvis *s)*. Placenta tuberculosa, subrotunda: circa eam numerosa semina *t)*.

707. SAMOLUS.

Ic. GESNERI *lign.* 116.
Anagallis aquatica tertia LOBEL. *ic.* p.
Anagallis aquatica altera LOBEL. LUGDUN. p. 1090.
Samolus LINN. *I.* p. 243.
Ic. OEDERI *t.* 198.
Longleaved Brookweed HILL. *VIII. t.* 18.

In fossis circa *Vervay* Gubernii Aquilejensis *Emend. III.* n. 213.

Radix fibrosa: caulis erectus foliosus, etiam ramosus, pedalis, cubitalis. Flores albi in spicam raram, quales est in Cruciferis. Folia petiolata, ovata, obtusa, glaberrima Beccabungæ. Calyx valde similis Aretiæ 621. uti totus character ad Aretias accedit.

Glaux, ut marina planta, nondum in Helvetia reperta est.

ISOSTE-

g) Cur siccioribus LINNÆUS.
h) LOBEL. *advers.* p. 320.
i) *Discours* p. 70.
k) *Mus. rustic. I.* p. 231.
l) SCHREBER. III. *Saml.* p. 74. 75.
m) GMELIN. *Comm. Petrop. V.* p. 287.
n) TOURNEF. D.
o) B.
p) A.A. OEDER.
q) Habet etiam OEDER.
r) OEDER. anulum pingit.
s) TOURNEF. E.F.
t) G.

ISOSTEMONUM ORDO VIII.

STELLATÆ Boerhaavii p. 147.

Linnæi n. xlvii. Oederi p. 289.

Semina duo conjuncta, quibus unicus flos insidet, monopetalos, plerumque quadrifidus; tamen etiam trifidus, quinquefidus, sexfidus, segmentis triangularibus, tubo variæ longitudinis. Stamina eodem numero, quo segmenta floris. Tuba unica *a)*, profunde bifida. Intercedunt flores masculi. Omnibus etiam caulis est quadrangularis: folia radiorum specie ei circumnata, quaterna & plura.

Vires omnibus siccæ & adstringentes: plerisque etiam radices rubro colore tingunt *b)*.

RUBIA *c)* Tournefortii t. 38.

Linn. n. 127.

Flos campanulatus *d)* Segmenta plerumque quina *e)* etiam sena, raro quaterna. Fructus major; unica *f)*, aut duabus *g)* baccis fit; semine *h)* pulpa *i)* tecto.

708. RUBIA foliis ellipticis, asperis, quinis, senisque.

Rubia sylvestris aspera Morison. III. p. 326. *Ravennas* Zanoni p. 145. 192.

Rubia foliis subsenis Linn. *I.* p. 158.

Wild Madder Petiver. *herb. britan. t.* 30.

Icon Arduini *t.* 9.

Num eadem cum sativa sit tanto molliori, & annua, nunc non definivero. Minor tota est, etiam radice Arduini p. 53.

Sponte nascitur in Valesia circa *Leucam*, versus pontem Rhodani, circa *Sedunum*, *Gonthey; à la Porte du Sex.* In pago *Yvorne* prope pontem, paulo superius in lapidosis. Circa *Spiez.*

Radix magna, rubra, succulenta, enormiter reptans & multiceps. Caulis ramosissimus, etiam bicubitalis, angulosus, angulis serratis. Folia quina *k)*, etiam sena, superne quaterna, elliptica, nitentia, margine & nervo serrato, aspero. Flores flavi, in ramis ramosis divaricatis, ex alis foliorum. Bacca nigra, ex duabus coalita.

Radix nostræ Rubiæ siccata pulcherrime tota & undique rubet, neque puncto nigro vitiatur, quod in media fere medulla Rubiæ Zeelandicæ est, & colorem corrumpit. Quare nostra omnium ad opera tinctoria pulcherrima est, ut Smyrnensi illi *Lizari* dictæ non cedat.

Vis in ea acida, adstringens, sed penetrabilis. Infusum aquosum nauseosum, subacidum *l)*: extractum debili odore balsamico *m)*, sapore salso, paulum adstringente. Tinctura, quæ spiritu vini paratur, rubra *n)* est; & extractum austerum *o)*. In medio radix particulas resinosas habet *p)*. Habetur, cum tota classe, pro planta vulneraria: quæ etiam menses cieat *q)* & lotium *r)*. Ad splenis vitia olim laudabatur *s)*, & in icterico decocto Sydenhami locum suum tenet. Videtur enim vi penetrabili excellere, quæ urinam rubro colore tingat *t)*, etiam manu retenta *v)*, & lac vaccarum *x)*, quæ ejus foliis pastæ sunt, quas amant *y)*.

Deinde per experimenta casu facta *z)*, ossa animalium rubro colore imbuit, quæ quidem pericula nuper a multis, etiam a me iterata sunt, & descripta *a)*.

Quare

a) Ita Linnæus.

b) Guettard. *hist. de l'Acad.* ann. 1747. p. 57. Etiam species Gallii est quadrifolii, qua præcipue ruber color in Indostania nititur Le Poivre *Lettres édifiantes & curieuses Rec. XXVII.* p. 416.

c) Erythrodanum Rubia, cujus radice tinguntur lanæ & pelles Dioscorid. L. III. c. 143. Plin. L. XXIV. p. 16. L. XIX. p. 161. Spinoso caule geniculato, aparines non dissimili, robustiori, quinis per intervalla circa articulos stellatim decussatis foliis, semine rotundo, viridi, inde rubro, denique nigro; radice longa, rubra Plin. L. XX. p. 161. Dioscorid. ib. Erythrodanum folio Hederæ rotundiori, caule gramineo Theophrast. L. IX. c. 14. Spontanea altera, alia seritur Diosc.

d) Tournef. C.

e) A. D.

f) E.

g) F.

h) H. I.

i) Malpighi f. 282.

k) Plin; Sauvages.

l) Steinmeyer. *disp.*

m) Cartheuser. *mat. med. post.* p. 405.

n) ibid.

o) Stenmeyer. amarum.

p) Wurfbain. *de Rubia.*

q) Plin. L. XXIV. l. c. Theophrast. l. c. Rhaze ad Mansor. III. c. 44.

r) Plin. ibid. Rhaze.

s) Marcellus p. 165.

t) Bod. a Stapel. p. 1114. *Oecon. Nachr. IV.* p. 873.

v) Cardan. *subtil.* p. 517. *exerc.* 18.

x) Stief. *de vita plant.* Young. *de lacte* p. 56. *Mus. rust. I.* p. 151. Non perinde lac canum Young p. 53. Butyrum inde flavum *Mus. rust.* l. c.

y) *Mus. rust.* l. c.

z) Belchier *Philos. Transact.* Conf. si placet, *Elem. Physiol.* L. XXIX. p. 327.

a) *Form. off.* P. I.

Quare creditum eſt, ad oſſium mala valere, ad quæ ejus vis adeo integra perveniat, ſolius inter omnes plantas *b*), quas tentavi. Ad rachitidem ergo laudatur, quando oſſa emolliuntur, ſive tincturam adhiberi placeat *c*), ſive decoctum, etiam experimentis adductis, in quibus eminentiæ morboſæ oſſium a rubiæ uſu evanuerunt, quæ tangi poterant *d*).

Et tamen dubitant alii. Columbæ certe pilas Rubiæ ſæpe vomitu rejiciunt *e*), & ex eo victu emaciantur, & omnia etiam animalia ex ejus uſu contabeſcunt & intereunt, niſi victu mutato valetudo reddatur *f*). Quare hæc videntur iteratis egere periculis.

Colorem præſtat conſtantem; vulgaris quidem ſativa obſcuriorem; ſpontanea, & Indica etiam potiſſimum, vividiorem. Filum enim & goſſypium a Turcis ipſa hac ſpontanea *g*) Rubia pulchro colore imbuuntur. Neque ad ea opera neceſſe eſt artificioſe ſiccare *h*), cum etiam virides radices pulchre tingant, quod quidem noſtrorum artificum experimentis nunc plane confirmatum eſt. Cum alcali color *i*) elevatur, cum acore fit obſcurior.

Inter omnes plantas, quas ager fert, nulla ſuum dominum magis ditat *k*). Quare ejus cultus, in Sileſia hactenus conſervatus *l*), in Inſulis Seelandiæ frequentiſſimus, nunc maximis encomiis celebratur *m*), & univerſæ Europæ commendatur, in Anglia *n*) potiſſimum, & in Gallia *o*); ſed neque noſtratibus negligitur, imprimis a Cl. TSCHIFFELIO nuper ſusceptus *p*), optimo quidem cum ſucceſſu. Plurimo equidem fimo indiget, & ſcarabæorum majalium vermibus obnoxia eſt. Maximum tamen etiam cum his incommodis fœnus reddit.

Sativa plura folia habet, & molliora, vitamque biennem. Eam delineat MILLER l. c. DU HAMEL in proprio libello, BLAKWELL. t. 326. & olim DODONÆUS.

GALIUM LINN. n. 125.
& VALANTIA LINN. n. 1151.
GALLIUM TOURNEFORT t. 39.
& CRUCIATA TOURNEFORT. t. 39.
& APARINE TOURNEF. t. 39.

Nullos limites reperio, neque inter Cruciatam & Gallium; nam etiam in Umbelliferis plantis vulgo flores *q*) mares inter feminas admiſcentur; neque inter Aparinen & Galium, cum aſperitatis in ſemine multi gradus ſint, & ſenſim eadem excalveſcant. Ergo character eſt in fructu ſicco, & flore brevius campanulato *r*).

I. FLORE LUTEO.

709. GALIUM foliis quaternis hirſutis, petiolis octifloris.
Cruciata DODON. *purg.* p. 107. BLAKWELL. *t.* 76.
Broad leaved Croſswort HILL. *VII. t.* 24.
Valantia floribus maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis LINN. *II.* p. 1491.

Nihil vulgatius ad vias.

Caulis ad terram reptans, inde erigitur, idemque cum tota planta hirſutus eſt, ſed tener. Folia trinervia, ex ovatis obtuſe lanceolata, quaterna. Petioli florigeri ramoſi, octiflori, ex alis foliorum plurimi *s*), foliis breviores. Flores ſæpe mares, androgynis *t*) ſe inmiſcent, tum androgyni, ſed quinquefidi. Capſula rugoſa. Semen rotundum. Tuba unica, duobus globulis terminata.

Rubro colore tingit *v*).

Pro vulneraria habetur, quæ ad hernias etiam utilis ſit, ob vim adſtringentem.

710. GA-

b) DU HAMEL *mem. de l'Acad.* 1739. p. 17.
c) RÖSNER. *nonnull. circa lact. efficac.* p. 27.
d) IDEM p. 28.
e) STEINMEYER. *de Rubia* p. 18.
f) LOESECKE obſ. p. 45. 46.
g) Lesgi Rubiam vendunt HANAWAY *Itin. I.* p. 276.
h) DU HAMEL *Agricult. II.* p. 408. *Mem. de la Société de Rouen* ann. 1763.
i) WURFBAIN.
k) MILLER. in *propr. lib.*
l) De Rubia Germanica conf. *œcon. fama* T. VIII. de Sileſiaca *Bresl. Saml.* 1718. p. 932.
m) Jam SCALIGER. *exerc.* 172.
n) SWITZER. *July* p. 153. & BRADLEY *anc. husbandry* p. 226.
o) *Memoir. de Rouen.* DU HAMEL in proprio libello.
p) Cultus deſcribitur in *œcon. Nachr.* IV. p. 870. STEINMEYER.
q) Ex nimia copia florum BOEHMER. *flor.* p. 4.
r) TOURNEF. A.A. Nullum LINN. ſed in nonnullis tubus notabilis eſt.
s) Abortivos vocat FABRICIUS p. 37.
t) Quadrifidi LINN.
v) STEINMEYER. p. 20. 21.

710. GALIUM *x*) foliis linearibus peranguſtis, octonis, racemis multifloris ſpicatis.
Gallium DODON. *purg.* p. 103. *pempt.* p. 355. BLAKWELL. *t.* 435.
Gallium foliis octonis, linearibus, ſulcatis, ramis floriferis brevibus LINN. *l.* p. 155.
Golden bedflower. HILL. *VII. t.* 21.
Gallium CAMERAR. *epit.* p. 868.
Gallium luteum MILLER. *t.* 129.
β. Varietas monſtroſa ROSEN. p. 4. 5.
γ. Simillima planta, ſed hirſuto ſemine, foliis ſenis, ex Ruſſia habetur *Enum. Hort. Gotting.* p. 188.
In arvis ſiccis & ad vias abunde.
Caulis erectus, quadrangulus, ramoſus, pedalis & altior. Folia fere octona, fragilia, ſicca, valde anguſta, acuta, ſæpe reflexa. Rami florigeri ex foliorum alis, ſpicati, erecti, multiflori, in ſumma planta in ſpicam continuantur. Flores exiles, rotati, lutei, etiam quinquefidi. Semen breviter reniforme, rugoſum.
Suus quaſi odor floris, neque ingratus eſt.
Admiſtum lac ſeparat *y*), caſeumque dejicit, ut etiam ad optimos *z*) caſeos Iberni Gallio potiſſimum utantur. Ad ignem ſubito ſtillat *a*) liquorem acidum, etiam absque additamento: ſiccat, adſtringit, vulnera ſanat, & impetigines *b*), & ad Epilepſiam in Gallia & Catalaunia *c*) vulgo adhibetur. Coma florifera ad morbos hyſtericos *d*) commendatur.
Pecori gratum eſt *e*).
Radix rubro ut Rubia colore tingit, etiam oſſa, & herba cum laneo filo & alumine macerata luteum dat colorem. Eo tingunt Iſlandi, luteo pariter colore.

II. FLORE ALBO AUT RUBELLO.

I. SEMINE LEVI.

711. GALIUM foliis octonis, ellipticis, caule anguloſo
Spreading bedſtraw. HILL. *VII. t.* 21.
Mollugo vulgaris herbariorum, Galium album quorumdam LOBEL. *ic.* p. 802.
Gallium album latifolium BLAKWELL. *t.* 168. quod ad iconem.
Gallium foliis octonis, ovato linearibus, ſubſerratis, patentiſſimis, mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus LINN. p. 155.
Ad ſepes & in pratis, quæ nonnunquam ſolum occupat; non ingratum pecori.
Caulis fragilis, tripedalis, quadrangularis, alis elevatis, ſub foliosis verticillis tumidus. Folia octona, elliptica, ortu anguſtiori; inde latiora, ſubito in mucronem contracta, ſuperne acutiora, glabra. Ex alis foliorum rami florigeri ramoſiſſimi, in ſumma planta ſpicatam efficiunt paniculam: Albi cæterum ſunt & parvi, tuba profunde diviſa.
Rubro colore tingit *f*), etiam magis, quam Rubia; ſed radices habet exiguas *g*).
Odoratum eſt.
In alpibus varietas hujus ſpeciei ſæpe humillima naſcitur, vix quatuor, aut ſex unciarum. Ex paniculis tamen, & majoribus floribus affinitatem adgnoſcas.

712. GALIUM caule terete, foliis octonis, ellipticis.
Mollugo DODON. *purg.* p. 161. CLUS. *pannon.* p. 685. quod ad iconem.
Rubia ſylvatica levis I. B. III. p. 716.
Gallium foliis octonis levibus, ſubtus ſcabris, floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule levi LINN. *l.* p. 155.
β. Anguſtiori folio *Mendriſii.*
Vulgo in nemoribus Helvetiæ. Bernæ *am Belpberg*, in ſylva verſus *Pontem novum.*
Caulis, ut tota planta, ſubglaucus, firmior, teres, brachiatus, ramoſiſſimus; ſub foliis etiam magis tumidus, quam paulo prior, levis tamen, oris & nervo utrinque ſubaſperis. Folia octona, lata, elliptica, mucrone arguto, ad ramos ſuperiores paulum

x) Galion ramulum foliumque habet aparinæ ſimillimum, caulem rectum, florem in cacumine luteum tenuem, denſum, copioſum, odoratum.
y) THRELKELD. Negat cogere FLOYER.
z) DIOSCORIDES.
a) FLOYER. *pharmacob.* p. 130. BORRICH. *Act. Hafn. l.* p. 69.
b) GESNER. *epiſt.* p. 70.
c) CHOMEL.
d) LINN. *Cenſ. med. offic.* p. 20.
e) SCHREBER. III. *Saml.* p. 33.
f) STEINMEYER.
g) LINDER. *Färgekonſt* p. 35.

lum binata: nervus & margo aliquando fubhirfuti. Rami ramofi, diffufi, demum paniculas floriferas gerunt, ut femper duo folia divifioni fubfint. Flores albi, campaniformes, non perinde exigui, odorati. Semen rugofum rotundius, quam reniforme.

Pro Afperula odorata in officinis venditur *h*), non bene. Radix pulcherrimum rubrum colorem dat *i*).

713. GALIUM caule fubafpero, foliis fenis, elliptico lanceolatis, ariftatis.

Gallium aquaticum flore albo BARRELIER. *ic.* 82.

In oris ftagnorum, & pratis udis. Etiam in alpes adfcendit, *Audon*, & *Ormont deffus*. Bafileæ paffim, circa *Augft*, *Bottmingen*, *Friedlingen*, *Michelfelden*.

Caulis erectus & procumbens, pedalis, cubitalis, angulofus, ramofus, minus certis diaphragmatibus. Folia ariftata, fena, feptena, lanceolata, latiora, quam in Gallio minori. Petioli florigeri longi, capillares, ramofi, pauciflori, difpofiti. Flos albus, rofeo tinctus colore, tubo breviffimo, major quam 718. Dubium fupereft num vere differat.

*714. GALIUM caule recto, foliis octonis, fubtus canaliculatis, petiolis multifloris, umbellatis. *Addend. ad Enum. Helvet.*

Rubia montana anguftifolia C. B. *Prodr.* p. 145.

Galium montanum altiffimum, foliis anguftis, albicantibus RUPP. p. 5.

Galium foliis fubquaternis linearibus levibus, caule debili, fcabro, feminibus glabris LINN. *I.* p. 155. fed nomen a noftra longe recedit.

Paffim nunc in Helvetia lecta, dudum ab optimo B. STÆHELINO ad fummas rupes caftelli *Iftein*; deinde a nobis, & a Gen. de SAUSSURE circa Genevam, *au Creux de Genthoud, près de la maifon* LULLIN.

Ex radice caulis erigitur, tripedalis, teres, multo quam prioribus firmior, hinc erectus, fub foliis intumefcens, parum ramofus. Folia octona, furfum rigentia, angufta, fubtus cava & glauca, arifta brevi, fuperne acutiora, & fub floribus ovato lanceolata, arguta. Petioli floriferi ramofi, multiflori, terminantur in fpeciem convexæ umbellæ. Flos ex grandioribus hujus generis, albus, campaniformis, femiquadrifidus. Petiolus fub feminibus intumefcit.

715. GALIUM caule angulofo, foliis fenis, fubafperis, ariftatis. †

Gallium album minus VAILLANT.

Gallium album minimum σπανιοσπερμον BARRELIER. *ic.* 57.

Mollugo montana minor Gallio albo fimilis Hift. Oxon. III. p. 331. RAI.

β. Flore fubrubello a me circa *Geftinen* lecta.

Rubeola faxatilis alpina, tenui folio, floribus incarnatis SCHEUCHZER. *It. II.* p. 140.

γ. *Rubeola faxatilis alpina* BOCCONE *t.* 101.

& *Rubeola alpina faxatilis tenuifolia* EJUSDEM p. 145. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 140.

Gallium faxatile minimum fupinum & pumilum JUSSIEU *Memoir. de l'Acad.* ann. 1714. p. 378. ut videtur.

δ. *Gallium album fupinum, multicaule, anguftifolium, polyfpermum* RUPP. *in pofth. & in noftra edit.* p. 4.

Nihil frequentius ad vias, in arvis, in lapidofis; adfcendit in alpes, & tunc habitu humiliori repit.

Caules proftrati, diffufi, inferne hirti, in fumma planta leviores, quadranguli, alis eminentibus, fragiles, vix fulcati. Folia a fenis ad novem, angufta, linearia, ut paulum latefcant, & in ariftam terminentur longiorem, quam in aliis adfinibus: inferiora fubafpera, margine ciliato, fuperiora glabra, aliquando omnia hirfuta. Petioli ex alis foliorum parum foliofi, ramofi, teneri, bifidi & trfidi, efficiunt umbellas laxas, tum alares, tum caulem terminantes paniculas. Flores albi tubo breviffimo. Semina minuta, rotunda, fiffa, tamquam hilo incifa. Tuba profundiffime refecta.

716. GALIUM foliis octonis, obtufis, fupremis lanceolatis, floribus in fumma planta fafciculatis.

Galium faxatile glauco folio BOCCONE *muf. di piant. t.* 116.

Galium foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, fummo caule floriferis, caule levi, LINN. p. 156.

Circa

h) KOBONZAJ *pharmac.*

i) ARDUINI *mem. I.* p. 55.

Circa Genevam Cl. LE CLERC.

Valde simile prioris, caule recto, foliis verticillatis, octonis, glaucis, crassioribus, brevius aristatis, supernis paucioribus, latis, ovato lanceolatis. Summus caulis & rami ramosi, fasciculos gerunt erectos, florum quadruplo majorum, quam in 715.

717. GALIUM folio decumbente ramosissimo, foliis quinis, subrotundis, lanceolatis, aristatis, petiolis ramosis.

Gallium album supinum multicaule DILLEN. ex fide exempli, ab ipso Cl. viro missi.

An Aspergula ὀρεομικροφερής RICHER.

In sylva Hercynia abundat, sed etiam circa Basileam, in agris, Cl. MIEG reperit. In M. *Mürtschen.*

Multicaule & ramosum, breve tamen, vix pedale, caule quadrangulari, foliis peculiaris figuræ, rotunda & argute lanceola terminatis; petiolis floriferis ex alis se efferentibus, unifloris, bifloris, fasciculos efficientibus quadrifloros, sexfloros, umbellatos. Semen supra plantæ parvitatem grande.

*718. GALIUM foliis senis, ellipticis, petiolis brevissimis, unifloris.

Gallium saxatile supinum molliore folio JUSSIEU *Mem. de l'Acad.* ann. 1714. *t.* 15. p. 382.

An sit *Gallium saxatile* LINNÆI *n.* 9 ? non dici potest; videtur potius hercynicum 717. intelligere, cum vocibus utatur *obovatis obtusis.* Non est *Gallium saxatile* HILLII *t.* 20.

In alpinis saxis ubique.

Differt a priori statura, etiam minori, vix sex unciarum: foliis potius senis, longioribus, cis originem latescentibus, absque spinulis, petiolis florigeris unifloris, brevissimis, vix de foliis eminentibus, etiam quando semen maturuit. Habitus valde foliosus; caulis angulosus; semina prægrandia, rugosa. Radix magna, enormiter multicaulis.

719. GALIUM caule radicato, diffuso, foliis ovatis, obtusis, quaternis.

Gallium palustre album C. B. *Bas.* p. 95.

Gallium foliis quaternis, obovatis, inæqualibus, caulibus diffusis LINN. *I.* p. 153.

Gallium palustre HILL. *VII. t.* 18.

In aquosis circa *Mathod*, *Paterniacum &c.*

Caulis angulosus, aliquot pedum, asper, ramosus, & fragilis. Folia quaterna & quina, elliptica, ovata, obtusissima, nervo subaspero, margine rariter dentato, sæpe duo duobus majora. Petioli florigeri ramosi & divaricati, breves, ab octo ad duodecim flores albos habent. Petiolorum folia bina *k*), sic passim in ramis.

Hujus Gallii insignes dantur varietates. Habeo vix pedalem, foliis tamen quaternis, & floridam. Habeo magnam, foliis senis angustioribus; semper autem obtusa sunt, & plerumque inæqualia.

*720. GALIUM foliis quaternis, lanceolato ovatis, æqualibus, subtus scabris, caule erecto, fructibus glabris LINN. I. *Emend. II.* n. 206.

Valantia articulata HILL. *VII. t.* 25. Nostram magis refert, quam *Gallium rubioides* t. 18. cui habitus multo major, flores in summa planta spicati.

Pulchra planta provenit *Chiavennæ*, *Mendrisii*, *Lugani*, in sepibus.

Caulis nostræ multo humilior, quam HILLII icon est, dodrantalis, erectus, angulosus, simplex. Folia quaterna, etiam quina & sena, ovata, nervosa, subtus subaspera. Petioli florigeri ex alis foliorum, his breviores, pauciflori, vix supra octo flores gerentes. Fructus levis, flores albi, de more lanceolatis segmentis quaternis.

*721. GALIUM caule erecto, ramosissimo, foliis linearibus, perangustis, petiolis ramosis, confertis.

Gallium nigro purpureum montanum, tenuifolium COLUMN. *Ecphras. I.* p. 298.

Gallium foliis verticillatis, lineari setaceis, pedunculis capillaribus, folio longioribus LINN. *I.* p. 156.

In arenosis ad lacum *Luganensem* prope *Capo di Lago*, in rupibus prope *Ripa*, & inter *Ripa & Chiavenna*, iidem Cl. viri repererunt.

Caulis erectus, ramosus & foliosus, ut vix possis folia numerare. Linearia ea, glabra, plerumque octona, subtus carinata. Rami adscendentes, & ex alis innumeri petioli florigeri, super folia erecti, pauciflori. Flores & caules atro purpurei, & radix rubro colore tingens.

II. SEMI-

k) Conf. inter varietates *Hort. Florent.* p. 132.

II. SEMINIBUS HIRSUTIS.

APARINE TOURNEFORTII.

722. GALIUM foliis quaternis, lanceolatis, trinerviis, glabris, caule erecto, feminibus hiſpidis LINN. I. p. 156.

Rubia pratenſis levis, acuto folio C. B. *prodr.* p. 145. I. B. III. p. 710.

Gallium ὑσσωποφυλλοειδής RICHER.

Cruciata alpina, latifolia, levis I. R. H.

Rubia levis, linifolia, floribus albis montis Virginis SCHEUCHZERI *It. II.* p. 140. cum in Helvetia repererit, non autem ſynonyma.

Threeribd Clevers HILL. *t.* 23.

J. BAUHINUS Genevæ & in Rhætia legit: ſic in *Rhæticis* alpibus RAJUS & SCHEUCHZERUS. C. B. circa thermas *Leucenſes*. In pratis circa *Vervai* prope *Roche* abunde. In pratis *Bemont* prope *la Brevine*, *à la Chaux*, &c.

Radix longa, atropurpurea. Caulis levis, rectus, anguloſus, intumeſcens. Folia dura, elliptico lanceolata, nervo medio magno, duobus minoribus. Ex ſumma planta rami erecti, aphylli, præter ſtipulas conjugatas breves, ovato lanceolatas, toti ramoſi, paniculam ſpicatam efficientes. Flos albus, tubo brevi, Semina hirſuta, non aſpera. Tubæ duæ.

Radix tinctoria vi Rubiam æquat *l*), & pulchrum kermeſinum colorem dat *m*), ſi abunde colligi poſſet. Eo ſcopo tamen a ruſticis legitur.

A pecore deſideratur *n*).

Colliguntur radices verno tempore, teruntur cum farina *maltacea*, & miſtæ in cereviſia tenui, cum filo laneo maceratæ, denique coquuntur *o*), ita rubro tingunt: Addit GUNNERUS, lanam prius betulæ foliis flavo tingi p. 49.

723. GALIUM caule ſerrato, foliis ſenis, linearibus, lanceolatis, ſerratis, petiolis unifloris.

Aparine p) DODON. *purg.* p. 98. 99. *pempt.* p. 553. BLAKWELL. *t.* 39.

Varietates habet *Hort. Flor.*

Galium foliis octonis, lanceolatis, carinatis, ſcabris, retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fructu hiſpido LINN. *I.* p. 157.

II. Flore purpureo in Rhætia lecta, & ſi iſtam vult vir Cl. GAGNEBIN *au haut de la Combe Grède.*

Magna copia in ſegetibus & pratis: illas ſæpe late occupat.

Caulis, folia & & ſemina nigris villis hiſpida, quibus veſtibus adhærent. Caulis ramoſiſſimus, ad quatuor & ultra pedes altus, fragilis, angulis eminentibus, ſerratis. Folia fere ſena *q*), ſeptena, octona, nervo conſpicuo, ſerrato, per oras ſerrata, ariſtata. Rami floriferi ex foliorum alis, petiolis unifloris, per maturitatem reflexis. Fructus globoſus, duris pilis *r*), aſper. Flos perexiguus *s*), ochroleucus. Tubæ duæ *t*).

Tota planta aquoſa eſt, ut in deſtillatione in ſuccum *v*) quaſi abeat. Acidam aquam præbet. Externo uſu ad ſcrophulas laudatur *x*). Anſeres dicuntur ventriculum *y*) hac planta ſibi abſtergere, ut appetitum augeant.

Radices rubro tingunt *z*), etiam paſtæ *a*).

*724. GALIUM foliis ſerratis, ſenatis, petiolis divaricatis, ſeminibus rugoſis *Emend.VI.*n.54.

Aparine vulgaris ſemine minori VAILLANT. *t.* 4. *f.* 3. etſi ſemen hirſutum pingit.

Galium foliis ſenis lanceolatis, carinatis, ſcabris, retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris LINN. *I.* p. 154.

Nos in agris circa *les Saugettes* prope *Noville* legimus, & circa *Chexbres*. Baſileæ. GAGNEBIN *au Locle* & circa *Ferrieres*.

Similis foliis vulgari Aparinæ, debilis, & ramoſa planta, petiolis divaricatis & bifidis. Semen rugoſum, non aculeatum, & per maturitatem pene leve. Flores omnes androgyni.

*725. GA-

l) K. *swensk wetensk Acad.* 1746. p. 281. *Satacunda bärad.* p. 58.

m) CHYDENIUS *gamle Carleby* p. 42.

n) K. *swensk wetensk Acad. handl.* 1745. p. 244.

o) SCHREBER. *Saml. III.* p. 34.

p) Philanthropos, Omphalocarpos, Aparine, ramis multis, parvis, aſperis, quadrangulis, hirſuta, foliis quinque, aut ſex, circa ramos in orbiculum per intervalla: flos albus, ſemen rotundum, durum, concavum, aſperitate veſtium tenaci. In frumentis provenit PLIN. L. XXVII. n. 15. DIOSCOR. L. III. c. 88. Philanthropos hirſuta, veſtibus adhærens, PLIN. L. XXIV. n. 116. Aparine aſperitate ſua veſtibus adhæret. Flos in ſe ipſo coquitur & ſemen fert THEOPHRAST. L. VII. c. 14.

q) Etiam DODON. & BLAKWELL.

r) TOURNEFORT. B. C.

s) IDEM t. 39. A.A.A.

t) FABRIC. *butisbac.* p. 55.

v) GEOFROI III. p. 102. HILL. *mat. med.* p. 388.

x) GASPARI obſ. p. XVIII.

y) BLAIR.

z) *Mem. de l'Acad.* ann. 1746. p. 104.

a) STEINMEYER. p. 20.

*725. GALIUM foliis senatis, serratis, petiolis trifloris, incurvis *Emend. IV.* n. 55.
Aparine semine levi VAILLANT. p. 14. *t.* 4. *f.* 3.
Aparine semine leviori RAI *hist.* p. 464. *Synops. III.* p. 225. ex fide plantæ, quam misit Cl. HUDSON.
Valantia floribus masculis trifidis, pedicillatis, hemaphroditis, pedunculo insidentibus, LINN. *II.* p. 1491.
Haud longe *Roche* in segetibus, circa *Chambon* & *Esserts.* Circa *Moncharand*, *Chexbres.*
Caulis pedalis & cubitalis, parum ramosus, rectior & firmior, asper; tum folia valde dentata, & adhærescentia. Rami florigeri triflori, ex ordine, quem nomen LINNÆI præfert; masculi trifidi & quadrifidi, omnes petiolati; androgynus petiolo curvo. Tubæ duæ. Semina multo minora, tantum rugosa, ex qua nota ad priorem Galliorum ordinem retinetur. Characterem flosculi fertilis quadrifidi inter duos masculos trifidos sedentis, dixeram in *Enum. plant. hort. Gotting. b).* Nam *Aparine semine Coriandri saccharati*, hujus videtur varietas, semine paulo magis exasperato.
Pro varietate Cl. DALIBARD p. 49. 305.

*726. GALIUM panicula ramosissima, foliis asperis, senatis, seminibus hirsutis *Emend. III.* n. 57.
Aparine minor palustris Parisiensis flore albo I. R. H. VAILLANT. p. 114.
Galium foliis verticillatis, linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hispidis LINN. *I.* p. 157.
An forte *Aparine minima annua &c. Hort. Flor.* p. 113?
Circa *S. Roc*, ad pedem montis *Grisei*, in rupibus, in udis etiam Rupe, minus ramosa.
Valde ramosa & paniculata, caule tetragono, scabro, foliis senis, septenis, retroversis, linearibus, acutis, in ora hirtis & dentatis, ad ramos vix conspicuis. Petioli florigeri ramosi & divaricati, capillares. Flores perexigui albi: sic fructus, qui albis pilis hispidus.

727. GALIUM foliis quaternis, petiolis longissimis, brachiatis, seminibus hirsutis.
Rubia quadrifolia, semine duplici, hispido I. B. III. p. 718. bene.
Rubia quadrifolia, rotundifolia, levis C. B. *Prodr.* p. 145.
Cruciata minor, glabra, Molluginis folio BARRELIER. *ic.* 324.
& *Cruciata major, villosa, flore Molluginis albo* EJUSDEM *ic.* 323.
Rubia semine duplici, hispido, latis & hirsutis foliis BOCCONE *plant. Sicul.* p. 13. *t.* 6. *f.* 1.
Galium foliis quaternis, ovatis, aculeato ciliatis, seminibus hispidis LINN. *I.* p. 156.
In Helvetiæ sylvis abiegnis vulgare. Prope Bernam in sylvula, qua descenditur ad villam *Bodenaker*; in sylvis montis *Gurten*: circa balnea *Gurnigel* & *Weissenburg*: & haud longe a *Ferrieres* GAGNEBIN. Circa *Lauterbrunn*, *Interlaken*, in agris Lucernensis sylvis &c.
Caulis debilis, dodrantalis, pedalis. Folia quaterna, ovata, acuminata, etiam per oras hirsuta, tamen & glabra. Rami florigeri ex alis foliorum prælongi, divaricati, bifidi, trifidi, petiolis capillaribus, trifloris, aut paucifloris. Flos albus, planus, rotatus. Tubæ duæ, capitatæ. Semina albis pilis hispida.

ASPERULA LINN. n. 121.

RUBEOLA TOURNEFORT. t. 50.

A Gallio differt flore longe tubuloso *d)*, infundibuliformi.

728. ASPERULA caule erecto, foliis octonis, petiolis ramosis, erectis, seminibus hirsutis.
Asperula odorata HILL. *t.* 27. BLAKWELL. *t.* 60. *flore albo* DODON. *pempt.* p. 355.
Hepatica stellata TABERNÆMONT. p. 816.
Asperula seu Rubeola montana odorata MILLER. *t.* 55.
Asperula foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis LINN. *I.* p. 150.
II. *Angustifolia humilior* I. R. H. &c.
In sylvis non rara.
Caulis vix ramosus, erectus, pedalis. Folia verticillata, octona, superiora majora, nervo orisque subhirsutis, elliptica, ima obtusa, superiora acuminata. Ex supremo verticillo tres fere rami, nudi, brachiati, singulus fere quadriflorus: accedunt alias similes rami ex inferioribus verticillis. Flores albi, odorati. Semina rotunda, in capsula hispida.

b) p. 188.

d) TOURNEF. B.

Odorata planta, abundat acido principio. Laudatur ad aperiendum, ad roborandum; ad icterum curandum; ad menses ciendos; ad vulnera cum inflammatione, parcius tamen a medicis adhibetur. Unguentum inter sarcotica *e*) eximium est. In sale fixo major, quam in ullo alio, vis est alcalina *f*).

*729. ASPERULA caule flaccido, foliis linearibus quaternis, umbellulis petiolatis.
Gallium album TABERNÆM. *I.* p. 151.
Gallium album tripetalon MORISON. *Prælud.* p. 267.
Stragling woodruff HILL. *t.* 27.
Rubeola quadrifolia, caule ramoso, flaccido, floribus trifidis ad RUPP. p. 8.
Rubia Cynanchica LINN. *It. Oeland.* p. 168.
Asperula foliis linearibus quaternis, summis oppositis LINN. K. *wetensk. Acad. handl.* 1742.
Asperula foliis linearibus, inferioribus senis, intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis LINN. *I.* p. 150.

In sylvis, circa *Montcharand* versus *la Douviére* legi: in Germania multis locis.

Caulis quadrangulus, ramosus, brachiatus, debilis, ut se male sustineat, lineatus, sub foliis tumens, tripedalis. Folia quaterna, etiam quina, suprema conjugata, ima etiam sena, linearia, longa, sine lanceolato, subtus cava, sæpe reflexa: sub floribus ovato lanceolata, fere serpylli. Petioli ex alis foliorum exiguas umbellulas efficiunt. Flos albus, trifidus. Semina levia. Tota planta viridis & glabra.

Lanam rubro colore tingit, cocta cum acidissimo aceto *g*).

730. ASPERULA caule firmo, ramoso, foliis linearibus quaternis, summis conjugatis.
Icon GESNERI *lign.* 157.
Gallium album minus TABERNÆMONT. p. 151.
Gallium τετραφυλλον montanum. cruciatum COLUMN. *I.* p. 297.
Asperula foliis quaternis, linearibus, superioribus oppositis, stipulatis, caule erecto, floribus quadrifidis LINN. *I.* p. 151.

Abunde ad oras viarum, etiam Bernæ, adque sepes.

Dura planta caules habet numerosissimos, pedales, ramosos. Folia ima binata, subrotunda, lanceolata, deinde quaterna, ad originem vero ramorum florigerorum bina, longa, firma, lineata. Flores in ramis erectis, pene nudis, ex foliorum alis, longis, ramosis, umbellas efficiunt raras, fastigiatas: carnei cæterum, venis picti purpureis.

Circa arcem *Martinach* nascitur flore trifido, cætera simillima, ut separare nequeas.

*731. ASPERULA foliis quaternis, lanceolato linearibus, caule erecto, floribus sæpius trifidis LINN. I. p. 151.
Rubia cynanchica saxatilis C. BAUHINI *prodr.* p. 146.

Misit Cel. vir D. *Achilles* MIEG plantam circa Basileam lectam, quam vix possis non habere pro pyrenaica LINNÆI, cum perfecte *Sherardiæ* habitum exprimat.

Caulis nempe maxime ramosus, ramis trientalibus, in umbellam dispositis. Folia argute ex ovatis lanceolata, quaterna & binata, & ejusmodi caules, rotundis foliis tecti, etiam flores proferunt: supersunt tamen vestigia caulium, in quibus folia sunt linearia. Flores in brevibus pedunculis rariores: addit LINNÆUS sæpius trifidos esse, nam in nostris non adgnosco. Varietas videtur varietatis Octodurensis, in qua folia inferiora subrotunda dominantur. Pyrenaicæ icon apud HILLIUM exhibita nostram non refert t. 27.

Vulgaris ossa animalium maculis rubris tinxit *h*).

732. ASPERULA foliis ovato lanceolatis quaternis, petiolis unifloris, erectis, foliis circumvallatis.
Rubia levis Taurinensium LOBEL. *ic.* p. 800.
Rubia quadrifolia vel Italica, hirsuta I. B. III. p. 717.
Cruciata alpina latifolia, levis SCHEUCHZER. *It. II.* p. 132. *It. IV.* p. 333.
Asperula Taurina HILL. *t.* 26.
Asperula foliis quaternis, ovato lanceolatis, floribus fasciculatis, terminalibus LINN. *I.* p. 150.

In subalpinis. Legi abunde circa *Interlaken* in sylva *der grosse Rugen.* Inter *Stein & Schweiz*, & versus *Art* in sepibus. Circa *Kertzen* Cl. RAMSPEK. SCHEUCHZER in adscensu

e) FALLOP. *vulner.* p. 306.
f) GMELIN. *Comment. Acad. Petrop.* T. V. p. 286.
g) LINN. *Act. Stokholm.* l. c. & *It. Gottland.* p. 238. primo vere.
h) STEINMEYER. p. 22.

adſcenſu montis *Blattenberg*. In monte *Furkmatt* Glaronenſium J. GESNER. BURSERUS circa Lucernam. A *Butikon* ad *Chur* ubique.

Radices lignoſæ, rubræ, ramoſæ, intricatæ, procul dubio tinctoriæ *i*). Caules quadrati, erecti, pedales, ramoſi. Folia ovato lanceolata, ſubhirſuta, nervis plantagineis, conſtanter quaterna. Summi foliorum verticilli nidum faciunt, plenum foliorum ciliatorum, inter quos flores in petiolis longis, unifloris, eriguntur. Albi ſunt, ſtaminibus de flore eminentibus, violaceis. Etiam hic in centro floſculum androgynum eſſe, quem maſculi circumſtent, Cl. SCEPIN *k*).

733. ASPERULA foliis octonis, obtuſis, floribus inter ciliata folia ſeſſilibus, congeſtis.
Aſperula arvenſis HILL. *t.* 26.
Aſperula μικρανθοκυανεος RICHER.
Aſperula cærulea DODON. *pempt.* p. 355.
Rubeola cærulea erectior elatiorve I. B. III. p. 719.
Aſperula foliis ſenis, floribus ſeſſilibus, aggregatis, terminalibus LINN. *I.* p. 150.

Paſſim reperi in agris circa *Mathod*, *Montcharand*: in Valeſia inferiori: circa *Chur* &c. Baſileæ legi in agris, per quos adſcenditur ad montem *Mutetum*. Circa Genevam, *Grandſon*, *Ondervilliers*, &c.

Caulis erectus, pedalis, ramoſus, ſub foliis tumidus. Folia ſex & octo, obtuſa, erecta. Summi verticilli pleni foliis ciliatis, inter quæ flores ſeſſiles, cærulei. Radix longa, rubra, tinctoria, pulchrum dat colorem *l*).

SHERARDIA DILLEN. *nov. gen.* p. 96. t. 3.

LINN. n. 120.

ASPERULÆ ſpec. TOURNEFORT.

Calyx feminum conſpicuus, trium in quovis ſemine foliorum, lanceolatorum, ex involucro *m*) ſeminis natorum. Non ignota fabrica J. BAUHINO & RAJO *n*).

734. SHERARDIA foliis ſenis, lanceolatis, floribus ſeſſilibus, umbellatis.
Rubeola arvenſis repens, cærulea C. B. *Prodr.* p. 145.
Aſperula flore carneo, acuto folio BARRELIER. *ic.* 541.
Sherardia arvenſis HILL. *t.* 28.
Sherardia foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus LINN. *I.* p. 149.

In omnibus agris abunde.

Caules ramoſi, humiles, trientales, ceſpitoſi. Folia elliptico lanceolata, argute mucronata, nervo inſigni, fere ſena, aſpera. Flores inter folia, in ſumma planta congeſta, nidumque facientia, ſeſſiles & ipſi, congeſti, purpurei, non cærulei, longo tubulo.

IX. UMBELLIFERÆ.

BOERHAAVE p. 47 *a*). MALPIGHI f. 192. ROYEN. p. 91.

LINN. n. 45. OEDER. p. 287.

Claſſis naturalis. Species faciles, genera difficilia: ſemina tarde perficiuntur, involucra incerta *b*) ſunt, & nimis a natura fructificationis remota, neque digna, quæ generum characterem conſtituant, cum meræ ſint ſtipulæ. Florum nimia eſt ſimplicitas, non datura generum numerum, qui ſufficiat. Quare cum finis mihi potius ſit, ſpecies plantarum Helveticarum recte definire, quam genera elaborare, & cum in iſtis plurimum ſit arbitrii, in ſeminibus, tamquam in parte nobiliſſima, adquieſcere malui.

Umbelliferarum autem communis character eſt, proferre duo ſemina, filo diſtincta, nuda, quæ conjuncta, & diſco balſamico tumente coronata, ex eo diſco unum florem gerunt, pentapetalum, & ſtamina quinque, & duas tubas: matura diſcedunt eadem,

i) Omnino *Mem. des Savans étrang.* T. IV. p. 5.
k) p. 24.
l) *Mem. des Savans étrang. IV.* p. 4. Etiam STEINMEYER.
m) FABRIC. *butisbac.* p. 36.
n) BLAIR. p. 200.

a) Gymnoſpermata ſemine duplici COLUMN. ad HERNANDEZ p. 818.
b) Vide Cl. CRANZ. in Claſſ. umbellif. fuſe exemplo Caucalidis, &c.

eadem, & filum nudum relinquunt. Calycem proprium alia habent, pleraque eo destituuntur. Habitus autem plerisque Umbelliferis communis est, ex ramo plantæ unico loco multos producere petiolos, quorum aliquando quisque suum gerit florem; plerumque vero singulus pedunculus in multos iterum ramos discedit, ut adeo petioli floriferi & umbellatim nascantur, & in umbellam dividantur. Sub primis nonnunquam petiolis aliqua folia sunt, alias sub secundis, nonnunquam sub utrisque, neque raro sub neutris. Præterea caules fere cavi sunt, folia integra, alterna: pinnæ constanter conjugatæ, inque seminibus vis aromatica, carminativa residet; dum radices sæpe acres, & resiniferæ sunt.

ORDO I.
PLACENTA CARNOSA SEMINA RECIPIENTE.

Adfinitas hic adest cum Scabiosis.

ERYNGIUM c) Tournefort. t. 173.
Linn. n. 324.

Huic semina peculiarem, præter communem, calycem habent, & folia, qualia plantæ toti communia sunt, sub capitulo florigero congeruntur. Sed etiam squamæ flosculos distinguunt. Eorum petala æqualia, integra, reflexa, lanceolata. Capitulum modo depressum, modo cylindricum.

735. ERYNGIUM foliis semipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis lobatis, spinosis.
Eryngium Camerar. *Epit.* p. 447.
Eryngium campestre Dodon. p. 730. Hill. *t. V. t.* 48.
Eryngium foliis amplexicaulibus, pinnato laciniatis Linn. *I.* p. 337.

Passim ad lacum Lemanum in arenosis, sub Lausanna, cis *Vevay*, *&c.* Circa Basileam ad vias versus *S. Louis*, *Mulhusii &c.*

Radix prælonga, setis coronata. Folia ad terram plurima, prædura, nervis cartilagineis, semipinnata, nervo lato foliaceo, pinnis semipinnatis, pinnulis late cum nervo confluentibus, trilobis, margine acute & crasse spinoso. Caules humiles, brachiati, pene aphylli, plures umbellas gerunt. His longiora, quam umbella, folia, longa & dentata, subjiciuntur. Placenta & umbella depressa. Squamæ floribus interjectæ duræ, pungentes. Flores albi: petala subulata, replicata *d*). Calyx peculiaris aristatus *e*). Circa tubas circulus villosus. Fructus ovatus *f*), dispermus *g*). Semina ovata, sulco divisa. Squamæ inter flores ovato lanceolatæ.

Radix dulcis, grato sapore, signa dat acoris *h*); diureticas *i*) inter & aperientes censetur; junior præstantior *k*), lignosa inutilis futura. Creditur radix condita etiam ad venerem ciendam valere, ad ventriculum confirmandum *l*), tum ad calculum *m*), ad resolvenda coagula hypochondriaca, ad scorbutum, ad quartanam febrem *n*), ad menses pellendos *o*). Olim Mesue radicem Eryngii diasatyrio addidit *p*). In Seelandia radix pauperum cibus *q*) est; nisi Auctor de marino loquitur. Id enim & maximam radicem *r*) alit, & vires potius præstantiores *r**) habet, & quæ de Eryngio dicuntur, huic soli ab aliis tribuuntur *s*).

736. ERYNGIUM foliis radicalibus petiolatis, cordatis, involucro pinnato, ciliato.
Eryngium alpinum cæruleum Genevense Lobel. *ic. II.* p. 23.
Eryngium alpinum latis foliis, magno capite, oblongo, cæruleo I. B. III. P. I. p. 88.
Eryngium alpinum, cæruleum, capitulo dipsaci C. B. I. R. H. Manget. *pharmac. I.* p. 866.
Eryngium foliis radicalibus cordatis, oblongis, caulinis pinnatifidis, capitulis subcylindricis, Linn. *I.* p. 337.

In

c) Eryngo vel Eryngion ad toxica clara Plin. L. XXII. c. 7.
Eryngium maximum Carduo sylvestri simile, flore galbineo, radicibus longe penetrantibus Veget. l. c. 17.
Iringi Serapio *simpl.* c. 96. qui distinguit a *Secacul.*
Eryngium montanum in Nicolaum p. 163.
d) Tournefort. B.
e) E.F.G.
f) H I.
g) K.K.
h) Geofroi p. 441.
i) Nostrum imprimis in Nicolaum p. 163.
k) Ludwig. *de bonit. radic. progr. II.*
l) Mesue p. 122.
m) Aetius.
n) Crato *Epist.* L. V. p. 471.
o) S. Pauli.
p) p. 94. b.
q) Levin. Lemn. *herb. sacr.* p. 106.
r) Magis roborare in Nicolaum l. c.
r*) Dessen. p. 61.
s) Lewis. *mat. med.*

In monte *Niesen* Aretius inventor: in jugo montis *Thuiri* I. B. in *Joch & Pilato* alii. Sed abundat in Gubernio Aquilejensi, in monte *la Varaz*, *Richard*, *Nombrieux*, *Chaude*, *Naye*. Etiam in Valesiæ monte *Tannieres* &c.

Radix longa, teres, nigra, lignosa, setis coronata. Folia ima Cacaliæ, longe petiolata, pene cordata, longiora, circumserrata, firma. Ad caulem cordata & trilobata, & magis laciniata sunt; ultima longa & angusta, semipinnata, pinnis subtiliter & capillariter multifidis. Caulis cubitalis, erectus, unico capite. Longum id, cylindricum, obtusum, gracilibus spinulis distinctum, foliorum longorum, ciliatorum, densissima corona cinctum. Hæc omnia, & caput, & folia, pulcherrime cærulea sunt, & glaberrima, atque nitidissima. Flores albi.

II. ABSQUE PLACENTA COMMUNI.

I. SEMINIBUS ACULEATIS.

SANICULA Linn. n. 326.

Tournefort. *tab.* 173.

Umbellata quidem est, sed umbellis peculiaribus paucis, tribus, in globum compactis: involucrum universale fere quinque folium, trilobatum, aut certe dentatum; particulare fit quinque foliis lanceolatis. Semina hirta & aspera *t*), calyce proprio *v*) coronata. Petala æqualia, integra, replicata *x*), ut pars prima præter apicem cordata videatur, universum petalum tridentatum *y*). Cranzius ob semina cum Dauco & Cacaulide conjunxit.

737. SANICULA foliis radicalibus trilobatis, lateralibus lobis bipartitis, umbellis globosis.
Sanicula Rivin. *pentapet. irreg. t.* 30. Blakwell. *t.* 63. Oeder. *t.* 283.
Diapensia Camerar. *Epit.* p. 763.
Sideritis tertia Dioscoridis Columm. *phytobas.* p. 71. 72.
Sanicula foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus Linn. *I.* p. 339.
Sanicula Europæa Hill. *VI. t.* 6.

In sylvis vulgaris.

Radix nigra, lignosa, teres. Folia nitida, duriuscula, radicalia longe petiolata, profunde trilobata, lobis lateralibus bipartitis, omnibus iterato tridentatis, circumserratis. Caules nudi, erecti, cubitales. Umbellæ diffitæ, in longis bacillis, sæpe quinis, quorum aliqui duas tresve umbellas gerunt. In quavis umbella flores mares circiter viginti, androgynus unus & alter, sessiles omnes. Tubæ longæ.

Dudum ob vim adstringentem & vulnerariam nota est; tum ob externum usum, tum ob internum, quando sanguinem effusum dissolvere oportet *z*). Sal fixus sulfure mistus est *a*).

CAUCALIS *b*) Tournefort. t. 172.
CAUCALIDIS Linn. spec. n. 331.
& TORDYLII Linn. spec. n. 330.

Involucra varia *c*). Semina aculeata, aculeis modo in proprias lineas dispositis *d*), modo per universum semen sparsis. Flores plerumque duorum sexuum, alii mares, alii androgyni.

Nempe in quavis umbella flores exteriores androgyni majores, petalis plerumque inæqualibus, cordiformibus *e*), calyce peculiari *f*) seminis difformi, tubis persistentibus: alii interiores mares æquales, calyce non difformi, petalis pene æqualibus, absque semine & tubis. Cum Tordylio conjungitur a nuperis, cui semen non aculeatum sit.

t) Tournef. D.F.H.
v) ad D.
x) C.
y) Oeder.
z) *Journ. medec.* 1765. Aout.
a) Gmelin. *Comm. Acad. Petrop.* T. V. p. 290. 291.
b) Caucalis, aliis sylvester Daucus cauliculo dodrantali, aut majori, subhirsuto, foliis Apio similibus, foeniculi modo per extrema multifidis, hispidisque. Candida in cacumine umbella, suaviter olet Dioscorid. II. c. 133. add. Plin. L. XXII. n. 40.
c) Etiam Cranz. *fasc.* 3.
d) Tournef. E.F.G.H.
e) ut A.
f) D.

*338. CAUCALIS foliis asperis, pinnatis, pinnis serratis, involucris ovato lanceolatis.
Caucalis arvensis, echinata, latifolia C. B. GARIDEL. p. 90. *ic.* 22.
Echinophora major platyphyllos purpurea COLUMN. *Ecphras.* p. 97. 98.
Lappula Canaria latifolia; *seu Caucalis* I. B. III. p. 80.
Tordylium umbellis confertis, nudiusculis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis, serratis LINN. *I.* p. 345.

In Helvetia rarior. In Valesia circa *Gonthey*.

Radix longa, conica. Caulis cubitalis, in nostris tamen constanter humilior, angulosus, brachiatus, subasper. Folia ex albescentibus vaginis pinnata, pinnis parium quatuor, cum nervo confluentibus, ellipticis, acute serratis, pene semipinnatis, siccis & hirsutis. Umbella parum ramosa, binis, ternis, aut quatuor bacillis. Involucrum utrumque coloratum, album, in medio viride, ovato lanceolatum: universale bifolium, etiam quadrifolium, peculiare quinquefolium. Umbellæ peculiares pauciflorae; flores androgyni magni, difformes, albi, extus rubent; petalis cordatis, inæqualibus, extremo maximo, intimis minimis. Quatuor in umbella, aut quinque semina *g*), aculeis purpureis hirta, septem lineis serratis & hispidis percursa, calyce suo coronata. Flores mares totidem, parvi, minus difformes.

Si flosculi omnes fertiles characterem Tordylii constituunt, nostra erit ab eo genere separanda. Sed adnotatum est, etiam Tordylium siccis locis meros flores mares gignere, in humidis androgynos *h*).

739. CAUCALIS foliis triplicato pinnatis, involucris ligulatis, universali unifolio.
Icon GESNERI *æn.* 128.
Echinophora tertia λεπτοφυλλον *purpurea* COLUMN. p. 96. 97.
Echinophora RIVIN. *t.* 24. bene.
Caucalis involucro universali nullo, umbella trifida, involucellis polyphyllis GERARD. p.236. *n.*3.
Caucalis umbellis trifidis, umbellatis, trispermis, involucris triphyllis LINN. *I.* p. 347.

Passim in segetibus, circa Basileam, *Mathod*, *Montcharan*, *Gonthey*; inter *Douanne* & *Deß*, &c.

Caulis erectus, ramosus, brachiatus. Folia in petiolis hirsutis, firma, concinna, triplicato pinnata, tota fere nervi latitudine, lobulis ultimis obtusiuscule trifidis & bifidis. Umbellæ parvæ, raræ, albæ, bacilli robustissimi tres, quatuor, ad quinque. Involucrum universale unifolium, bifolium, etiam nullum, sed meri pili; particulare trifolium, inæquale, ad quinque usque foliola habet. Flores albi, alii mares, hi frequentiores, alii androgyni: exteriores difformes, extremis petalis majoribus, minus tamen, quam in sequente, interiores pene æquales. Semina alis spinosis percursa, quorum tria tantum, vel quatuor maturescunt; aculei uncinati; calyx cum seminibus persistit, cujus tria majora sunt folia. Planta tota lactescit.

Hæ notæ nobis constantes fuerunt, neque ullum exemplum, nostras aut austriacum, umbella est bifida. Et tamen vel ex C. B. adparet, plantam nostram Basileæ nascentem esse Cl. viri *C. echinatam parvo flore & fructu.*

740. CAUCALIS umbellis planis, petalis extremis, & involucris, maximis.
Echinophora πυκνοκαρπος *an Dioscoridis Gingidium* COLUMN. *Ecphras.* p. 91. 94.
Echinophora flore magno RIVIN. *t.* 25.
Caucalis involucris pentaphyllis, foliolo unico duplo majore LINN. *I.* p. 346.

Circa *Mathod*, *Yvonans*, *Goumoëns*, *Yvorne*; Basileam, Genevam, Tigurum; in Valesia.

Habitus brachiatus, diffusus, parum erectus. Folia subhirsuta, quadruplicato pinnata, lobulis nervo latioribus, lanceolatis, acutis, extremo trifido. Umbellæ latæ, planæ, albæ. Involucri utriusque folia lata, ovato lanceolata; universale bifolium, trifolium, quadrifolium, quinquefolium, inæquale. Peculiare quinquefolium, tria magna folia habet, duo parva. Bacilli tres, ad sex. Flores exteriores valde irregulares, & petalum extremum reliquis enormiter majus; interiores minus, ut parum difformes sint. Aculei debiliores *i*).

741. CAUCALIS foliis duplicato pinnatis, nervo multoties latioribus.
Caucalis semine aspero, flosculis rubentibus C. B. *prodr.* p. 80.
Caucalis RIVIN. *t.* 31.
Tordylium umbellis confertis, foliolis ovato lanceolatis, pinnatifidis LINN. *I.* p. 346.

Nihil

g) MORISON. *ic.* 1414. & *n.* 1. *h*) *Act. Helvet. II.* p. 15. *i*) MORISON. 16. 16. *v.* 5.

Nihil frequentius ad sepes & in sylvis cæduis.

Caulis asper, erectus, durus, brachiatus, etiam ad quinque pedes adsurgit. Folia concinna, duplicato pinnata, multo, quam proxime prioribus, & quam proprii nervi, latiora, pinnis semipinnatis, incisionibus parallelis, lobis omnibus quasi lanceolatis, aristatis, simplicibus aut bidentatis. Umbellæ planæ, pleræque rubentes. Involucrum universale unifolium, bifolium, trifolium, variæ longitudinis: peculiaris folia latiuscula, lanceolata, quinque, ad octo. Extremorum florum petala exteriora majora, medii inique cordata; interiorum vix difformia, & pauci mares intermisti, sæpe unicus. Semina ovata *k)*, tribus alis spinosis percursa: parva eadem, & breves aculei. Petioli hirti. Lego me etiam flores feminas reperisse, absque staminibus.

*742. CAUCALIS foliis duplicato pinnatis, pinnulis longe confluentibus. †
Caucalis arvensis humilior, ramosior MORISON. *III.* p. 338.
Caucalis procumbens RIVIN. *t.* 33,
& *Caucalis humilis* EJUSDEM *t.* 32.

Inter stipulas reperi circa *Mathod.* Cl. LA CHENAL circa Basileam.

Habitus minus erectus, alias procumbens, alias tamen diffusus, multo, quam priori, humilior. Folia multo tenuius divisa, pinnis remotis, laciniis ultimis longe confluentibus. Umbellæ parvæ; bacilli quinque. Involucrum universale unifolium, vel nullum, peculiare tribus fit foliolis, ad quinque. Semina tota undique nigris villis asperis hirta. Flores constanter albi, mares pauci, petioli hirti.

743. CAUCALIS vaginis lanuginosis, foliis triplicato pinnatis, seminibus rostratis.
Myrrhis sylvestris nova æquicolorum COLUMN. *Ecphras. I.* p. 110. 112.
Caucalis folio Chærophylli RIVIN. *t.* 34.
Scandix seminibus ovatis, hispidis, corollis uniformibus, caule levi LINN.

Circa Genevam I. B. Basileæ LA CHENAL. In pago *S. Blaise* ad muros Cl. GAGNEBIN: Sic ego in pago *Treicovagnes.* Prope *Neuweg* in ruderosis.

Concinna planta, dodrantalis, pedalis, cubitalis, debilis & tenera, caule brevi, ramoso, parum erecto, vaginis magnis, ciliatis; foliis subhirsutis, triplicato pinnatis, pinnulis pinnatis, nervo latiusculo, lobulis ultimis nervo latioribus, lanceolatis, simplicibus, aut breviter dentatis. Umbellæ raræ & exiguæ. Involucrum universale nullum, peculiare quatuor aut quinque foliolis lanceolatis, latiusculis. Flores totidem, omnes fertiles. Petala paulum difformia, alba, inflexa ut cordata videantur, extremo petalo maximo, mediis mediocribus, intimis minimis. Semina rostrata *l)*, hirsutie aspera, superne glabra; tubis persistentibus, rectis, ad se invicem appressis.

LIBANOTIS *m)* RIVIN.

A Caucalide villo seminis molli; a Dauco involucro non laciniato differt. Cum Selino conjungere nullo modo videtur consultum, neque cum Athamanta.

744. LIBANOTIS foliis triplicato pinnatis, pinnulis primis decussatis, umbellis globosis. Conf. *It. Helv. II.* n. 92.
Icon GESNERI *æn.* 127.
Apium petræum seu montanum, album I. B. III. p. 105.
Daucus montanus Pimpinellæ saxifragiæ minoris folio, Dubriensis PLUKNET. p. 129. *t.* 173. *f.* 1.

Hæc pro varietate minori.
Pro majori *Libanotis* RIVIN. *t.* 36.
& *Athamanta foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, radicalibus circa costam decussatis* GMELIN. *flor. Sibir.* p. 196. *t.* 40.
Athamanta foliis bipinnatis, planis, umbellis hemisphæricis, seminibus hirsutis LINN. *I.* p. 351. Conf. *Flor. Suec. II.* p. 87.

Duæ nobis varietates sunt; humilis, vix pedalis, a me lecta in *Creux du Vent*, in monte *Scheibenflüh.* Major plurimis locis, in scopulis sub pago *Rinkenberg*, sub arce *Falkenstein*, versus *Mummeliswyl.* In mont. *Crenzach*, *Wasserfall.* Ad supercilia lacus *Thunensis*, & Badæ.

Radix

k) MORISON. 18. 18.
l) MORISON. 39. 39.

m) Libanotis thuris odore, radice oleris atri PLIN. L. XIX. c. ult. Contra CÆLIUS „ Libanotis est, quam nos Rosmarinum vocamus *tard. affect. III.* c. 9.

Radix conica, magna, ſetis coronata, acris, aromatica. Caulis alias vix pedalis, alias ad quatuor pedes adſcendit, brachiatus, & ramoſus. Folia in majori varietate ampliſſima, pedalia, cubitalia, triplicato pinnata, lobis ultimis nervo latioribus, acute tridentatis, bidentatis & lanceolatis. Pinnulæ primæ, proxime nervum folii principem poſitæ, ſurſum & deorſum divergunt, & quaſi crucem efficiunt. Umbellæ maximæ, globoſæ, quadraginta bacillorum. Involucrum utrumque ſeptem ad novem fit foliis, latiuſculis, lanceolatis. Petala alba, etiam extus ſubrubentia, inflexo cordata, in medio elevata, in exterioribus floribus paulum inæqualia. Siccum ſemen calveſcit, ut non aliud ſit *Apium pyrenaicum thapſiæ folio* I. R. H.

Radix aromatica, acris, alpicolis in uſu eſt, nobis ignota.

745. LIBANOTIS foliis hirſutis, triplicato pinnatis, lobulis profundiſſime bipartitis *It. Helvet. II.* n. 40.

Daucus Creticus n) CAMERAR. *Epit.* p. 536.

Daucus alpinus, multifido longoque folio, ſeu montanus, umbella candida C. B. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 34.

Athamanta foliolis linearibus planis, hirſutis, petalis bipartitis, ſeminibus oblongis, hirſutis, LINN. *I.* p. 352.

Deſcribit Cl. JACQUIN. *Vindob. n.* 21.

Nihil frequentius in gramineis ſubalpinis & montanis, etiam in *Waſſerfall*, *Salevaz*, *Suchet*, *Creux du Vent*, *Dent de Vaulion*, *&c.* In *Generoſo* monte ANGUILLARA *o)*.

Radix longiſſima, conica, multiceps. Folia circumſcriptione longa, hirſuta, triplicato pinnata, pinnis non capillaribus quidem, ſed peranguſtis, planis, ultimis pinnulis nervi latitudine, profundiſſime bipartitis & tripartitis. Caules firmi, dodrantales, pedales. Involucra maximis foliolis fiunt, ora albicante, in univerſali umbella quinis, in particularibus a quatuor ad ſeptem. Petala cordiformia, paulum inæqualia, in extremis floribus magis. Semina longe elliptica *p)*, pene cylindrica; tubæ perſiſtentes, repandæ.

Odor & ſapor acris, aromaticus: ſemen oleoſum, reſinoſum *q)*; verus Daucus eſt, quem oportet in officinas recipi *r)*, multo, quam vulgari Dauco, potentiorem: ſed nondum ſatis medicis innotuit. Ad calculum frangendum veteres laudabant. Vires in tincturas ſpirituoſas tranſeunt, aquoſæ inutiles ſunt *s)*. Oleum eſſentiale maximi fit *t)*, ob egregium odorem.

DAUCUS *a)* LINN. n. 333.

TOURNEFORT. t. 161.

Involucri peculiaris natura hic merito characterem ingreditur. Magna ſunt, ut umbellam æquent, polyphylla, foliis cavis, pinnatis in univerſali involucro, in particulari lineari lanceolatis, albis oris. Per maturitatem tota umbella hemiſphærii cavi figuram induit, cujus quaſi paries eſt involucrum. Flores exteriores valde difformes *b)*, petalo extremo cordiformi maximo *c)*, duobus *d)* proximis inique cordatis *e)*; interiores pene regulares, tamen difformes: tantum ut amet purpureus aliquis & grandior flos difformis & ſterilis centrum umbellæ tenere. Semen aſperius *f)* hirſutum, alis ſerratis percurſum.

746. DAUCUS involucris, cavis communibus pinnatis, peculiaribus lineari lanceolatis.

Paſtinaca ſylveſtris CAMERAR. *Epit.* p. 508.

Paſtinaca ſylveſtris tenuifolia MORISON. *umbellif.* p. 31. *t.* 2.

Daucus ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis LINN. *I.* p. 348.

Staphylinus RIVIN. *t.* 27.

II. Um-

n) Daucus in Creta Fœniculi ſimilis, foliis minoribus, tenuioribus, hirſutis, caule pedali, dodrantali vel pedali, recto, umbella coriandri, flore albo, ſemine acri, candido, hirſuto, ſuaviſſimi odoris, radice digitali, dodrantem longa DIOSCORID. L. III. c. 69. deinde PLIN. L. XXV. n. 14. qui loco ſeminis radici ſuaviſſimum ſaporem & odorem tribuit. Reliqui Dauci in collibus, radice Coriandri, caule cubitali IDEM.

o) p. 214.

p) MORISON. 40. 40.

q) CARTHEUSER. *mat. med. part. poſt.* p. 324.

r) Creticum adhiberi debere in NICOLAUM p. 163. b. Optimum in Creta naſci PLINIUS.

s) CARTHEUSER. l. c. *t)* DEIEAN *odeurs* p. 135.

a) Daucus in Achaja laudatiſſimus, radice nigra THEOPHRAST. L. IX. c. 22. Tertium genus Dauci Paſtinacæ erraticæ ſimile PLIN. L. XXV. n. 64. Paſtinaca, quam Staphylen vocat CÆLIUS *tard. III.* Videtur adeo veteribus Daucus alia planta fuiſſe, noſterque audiviſſe Paſtinaca.

b) An aliam inde ſpeciem facit LINNÆUS, qui habet *Daucum ſeminibus hiſpidis, floſculo centrali ſterili carnoſo, receptaculo communi hemiſphærico* p. 348. n. 2. Sed nobis is floſculus pervulgaris eſt.

c) Hos externos majores in umbelliferis flores jam JUNGIUS habet *phytol.*

d) TOURNEF. A.B.

e) IDEM. *f)* E.F.G.

II. Umbella tota atrorubente Breyne *prodr. rar. II.* p. 59.

Ubique ad vias, in pratis etiam paludosis.

Radix, quam sativo Dauco durior, & gracilior, odore tamen eodem. Caulis erectus, in palustribus etiam sepedalis. Folia hirsuta, subaspera, magna, numerosis pinnis, pinnatis, pinnulis profunde & acute semipinnatis. Flosculus in centro sanguineus, ei, qui proximi circumstant, purpuream tincturam admittunt. Bacilli, in principio præduri; tum involucrum universale.

Semen aroma habet, & inter carminativa & diuretica *g*) censetur. In cerevisia *h*) infusum, ut una ferveant, magnopere ad calculum pellendum laudatur, non sine experimentorum consensu, tum in theiformi infuso. Gratum cæterum & limonum saporem *i*) cerevisiæ præstat.

An differt a sativo *k*), per omnia simillimo, radice majori, magis carnosa, nullo flore centrali sterili. Ejus radix ex blandissimis & maxime salubribus cibis, potissimum quæ aurantia est & dulcior. Phthisicis *l*) id alimentum Bennetus commendat, ad elephantiasin Aretæus *m*). Ex radice dulcis syrupus *n*) parari potest, & spiritus ardens *o*), & demum saccharum *p*). Venereum esse Veteres, & ad dysenteriam valere *q*). Nuper Cel. Sulzerus pistam radicem ad cancrosas mammas adplicari, magno cum fructu, expertus est *r*). Ad alendum pecus utiliter in Anglia seritur *s*).

II. SEMINIBUS CONVEXIS ROSTRATIS.

CHÆREFOLIUM *a*).

CHÆROPHYLLUM Tournefort. t. 166.

SCANDICIS spec. Linn. n. 358.

Nobis simplicius videtur a semine hæc duo genera sibi valde vicina distinguere. Chærophyllo ergo semina rostrata, non sulcata *b*).

*747. CHÆROPHYLLUM foliis glabris, triplicato pinnatis, lobulis obtusis.

Chærefolium Dodon. p. 700. Blakwell. *t.* 236.

Cerefolium Rivin. *t.* 42.

Scandix seminibus nitidis, ovato subulatis, umbellis sessilibus, lateralibus Linn. *I.* p. 368.

Exoticam puto esse, sponte tamen nascitur in Valesia v. c à *Gonthey*.

Radix alba, conica, brevis, fibrosa. Caulis & totius plantæ tenera, glabra, natura; fistulosus ille, pedalis, bipedalis, sub origine ramorum pilosus, qua sede perpetuo duos ramos & folium unicum producit. Folia nitida, glabra, latiuscula, triplicato pinnata, laciniis profunde semipinnatis, lobulis lanceolatis, breviter bidentatis, tridentatis. Umbellæ rariores, in summis ramis sitæ, longe petiolatæ: involucrum universale nullum, peculiare uno, duobus rubris foliolis fit. Flores albi, exteriores difformes *c*); petalis emarginatis *d*), extremo maximo, intimis duobus minimis. Interiorum florum vix ulla est *e*) difformitas. Mares intermiscentur. Semina longa, rostrata, non striata *f*), coronata tubis rectis.

Odore & sapore acri, *diuretico*; aquosa *g*) planta, parte odorata & oleosa *h*) parca, in qua tamen vires plantæ latent, quæ cum aqua melius obtinentur, quam cum vini *i*) spiritu: oleum aliud natat, aliud subsidet *k*). Partes gummosæ inutiles sunt. Quare aqua *l*) medicata est, quæ ad ignem stillat; deinde succus etiam, & infusa cum Chærefolio aqua. Semen Chærefolii inutile *m*) est, herba & folia utilia. In cibos, ut

notum

g) Aretæus *cur. acut. II.* c. 6. Staphyline Plin. L.XX. c. 5. Rupp. *morb. vesic.* p. 6.

h) Charleton. *lithias.* p. 176. Braken. ad Hartley. p. 33 Boyle *util. philos. experient. Exerc. IV.* De semine Detharding. *Eph. Nat. Cur. Cent. I. append.* Etiam Hebridum Incolæ eo scopo Dauco utuntur, Martin. *West. Isl.* p. 40.

i) Boyle *ort. mechan. form.* p. 122.

k) Differre Brukman. *Cent. Epist. II.* p. 1110. Conjungit Linnæus I. p. 348.

l) *Theatr. tabid.* p. 147.

m) *Cur. diut. II.* c. ult.

n) *Mem. de l'Acad. de Berlin* ann. 1747. p. 89.

o) Teichmeyer. *Inst. chem.* p. 78.

p) Zink. *Saml. IV.* p. 706.

q) Plin. L. XX. c. 5. Athenæus β. p. 184.

r) Conf. *Journ. de medec.* ann. 1766. m. Janv.

s) Billing. in proprio libello.

a) Cerefolium acerrimum ignis vim habet Plinius L.XIX c. 8. Plin. Valer. L. IV. c. 37. Saluberrimum tamen effectum laudat Plin. l. c.

b) Tournef.

c) Tournef. A.

d) ibid. B. C.

e) Nullum pingit Blakwell.

f) F. Morison. n. 40.

g) Feistl. *de vegetab. sicc.*

h) Neuman. T. II. P. I. p. 529.

i) Idem.

k) Idem. Loesecke *arzneym.* p. 252.

l) Neuman. p. 527.

m) Idem p. 528.

notum eſt, recipitur: in medicando habetur pro medicamento diuretico *n*) blando, non irritante. Eo ſucco in cancrorum jus recepto, in viſcerum obſtructione ſolvenda, non inutiliter uſus ſum; ad glandulas meſenterii infartas alii *o*), tum in aſthmate, & lentis febribus *p*). Ad hydropem *q*) ſucci duas uncias adhibent, ſed is quidem morbus his remediis vix cedit *r*), uti neque phthiſis *s*). Hominem qui poſt lapſum ſanguinem mingeret, ſex ſucci unciis Garidellus ſanavit *t*). Herpetes manuum ſucco Chærefolii per menſem ſumto N. Andry tollebat. Hæmorrhoides externas a fotu, cum infuſione Chærephylli, mire levari *v*) lego. Ad urinam deſidem *x*) ciendam cataplaſma ex foliis frequenter imponitur.

748. CEREFOLIUM foliis acute dentatis, triplicato pinnatis, glabris, nervis hirſutis.
Cicutaria vulgaris I. B. III. p. 181.
Cerefolium ſylveſtre Rivin. *t.* 43.
Chærephyllum caule ſtriato, *geniculis tumidiuſculis* Linn. *I.* p. 369.

Nihil frequentius primo vere in pratis.

Caulis craſſus, hirſutus, magna fiſtula pertuſus, ſub ramis intumeſcens. Folia ampla, nam cubitalia vidi, triplicato pinnata, pinnulis ultimis latiuſculis, ſemipinnatis, acutis dentibus inciſis, extremis confluentibus. Glabra eſſe ſolent, ſemper tamen hirſutis nervis: aliquando tota hirta. Umbellæ planæ, non denſæ. Involucrum univerſale unifolium, aut nullum; peculiare fit quinque, ad ſeptem, latiuſculis foliis, ovato lanceolatis, ſubhirſutis, quorum exterius longe majus eſt, per ætatem reflexis. Petala leniter emarginata, alba, integra; in floribus exterioribus valde inæqualia, ut extimum maximum fit, emarginatum, intima minima: in umbellæ interioribus vix ulla eſt diverſitas. Semina nitentia *y*), livida, tubis coronata *z*). Tubæ breves.

Subfætida planta eſt, dicitur deliria feciſſe, non tamen funeſta *a*). In *Kamtſchatka* in cibos *b*) recipitur, ſi hæc ipſa ſpecies eſt; apud Batavos cataplaſma ad gangrænas ingreditur *c*). Viridi colore, etiam flavo, lanas inficit *d*).

749. CEREFOLIUM foliis hirſutis, petalis cordatis, ſeminibus obſcure ſtriatis Rupp. t. V.
Myrrhis perennis alba minor, *foliis hirſutis*, *ſemine ſtriato aureo* Morison. *Hiſt. Oxon. III.* p. 301. *Umbellif.* p. 44. 45. 46. 66.
Myrrhis altera parva Lobel. *ic.* p. 734.
Chærophyllum caule æquali, *foliolis inciſis*, *ſeminibus coloratis*, *ſtriatis* Linn. *I.* p. 370.

II. Varietates foliis hirſutioribus & hirſutiſſimis Morison.

In Helvetia non rara, non ſolum in Juræ montis pratis & in ſubalpinis, ut in pratis circa *Jorogne*, ſed in planitie circa *Mathod*, *Roche*, *Bernam*. Circa *Pümpliz* in pratis & ad ſepes vulgatiſſima.

Radix lignoſa, ramoſa, depacta. Caulis anguloſus, ſtriatus, ima parte ſubhirſutus, longe maculatus, & purpura punctatus, firmus, trium pedum, ramoſus, non tamen ſparſus. Folia pallida, hirſuta, triangula, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis primis bilobis, reliquis ſimplicibus, acute ſemipinnatis, extremis ſemper longe confluentibus. In planitie nervi hirſuti ſunt, in montanis folia tota. Umbellæ non magnæ, bacillis filiformibus; ſub umbella univerſali foliolum unicum aut nullum; ſub peculiaribus foliola ovato lanceolata quinque, ſex, ſeptem, hirſutula, oris albis, per ætatem reflexa. Flores albi, exteriores difformes, petalis cordatis & inflexis, extremo maximo, extus ſubrubris; interiores flores regulares & multi admiſti mares. Semina flava, tubas conſervant, non vere ſulcata, ſed tribus jugis eminentibus percurſa, & marginibus craſſioribus, mediis valleculis paulo depreſſioribus *e*).

Odor in hac planta peculiaris ſubaromaticus.

n) Geofroi p. 291.
o) Ehrhard. *œcon. pflanzhiſt.* T. V. p. 218. 219.
p) Succo Lange *remed. domeſt.* p. 255.
q) Welsch. *mictomimem.* p. 40.
r) Lange p. 254.
s) Idem ibid.
t) *Orthop.* l. c.
v) *Ecole du potager I.* p. 345.
x) *Orthopedie* p. 225.
y) Ad lentem vitream ſubhirſuta Cranz.
z) Morison. 41. 41.
a) I. B.
b) *Natur. hiſt.* p. 90.
c) Buchwald. p. 84.
d) K. *swensk. wetensk. handl.* 1747. p. 79.
e) Morison. 35. 35. nimis parva. Conf. deſcriptionem Cl. Gagnebin. *Act. Helvet.* T. III. p. 117.

MYRRHIS *f)* TOURNEFORTII t. 166.

LINNÆUS partim SCANDICI addixit n. 357. partim CHÆROPHYLLO.

A Chærophyllo differt feminibus evidenter fulcatis.

750. MYRRHIS foliis hirfutis, laciniis obtufis, caule geniculato.
Cerefolium fylveftre, *Onofelinum* TABERNÆM. p. 94.
Myrrhis RIVIN. *t.* 98.
Chærophyllum temulum HILL. *VI. t.* 52.
Wild Chervil PETIVER. *t.* 26. bene.
Chærophyllum caule fcabro, geniculis tumidis LINN. *I.* p. 370.
In fepibus Helvetiæ non rarum, & in Germania; *Biennæ*, *Delemontii.* Inter *Neuchâtel* & *S. Blaife.*
Caulis fubhirfutus, fub geniculis tumens. Folia hirfuta, duplicato pinnata, laciniis denique obtufe terminatis, breviter lanceolatis, uno alterove dente parum profunde incifis. Umbella fæpe ad alterum latus nutans. Calyx univerfalis incertus, aliquot fit exiguis ligulis; particularis monophyllos, fex, ad octo, fegmentis ovato lanceolatis, ariftatis, minoribus. Petala in exterioribus floribus inæqualia, cordiformia; extimum latiffimum: in interioribus vix eft diverfitas; & mares admifcentur. Semina evidenter ftriata, & fulcata, minora *g*).
A n. 749. differt femine minori ftriato, & involucro communi, & foliis rotundioribus.

751. MYRRHIS radice prælonga, foliis triplicato pinnatis, acutis, feminibus cylindricis.
Cicutaria latifolia, *hirfuta* I. B. III. p. 182.
& *Myrrhis Broccenbergenfis*, *foliis myrrhidis Italicæ*, *flore albo*, *radice craffa*, *nigra* I. B. III. p. 78.
Myrrhis paluftris RIVIN. *t.* 50.
Chærophyllum caule æquali, *foliolis incifis*, *acutis*, *feminibus fubulatis* LINN. *I.* p. 371.
Varietas β. foliis fubhirfutis, minor.
Sefeli montanum, *Cicutæ folio fubhirfutum* C. B. *Prodr.* p. 85. *Basl. merkwürd.* p. 1886.
Prior glabra major, ad rivos Helvetiæ vulgo nafcitur, circa *Bernam* & *Burgdorf*: adfcendit etiam in Alpium & Juræ valles.
Altera montana, in *Wafferfall*, *Luan*, *Taveyannaz*; etiam in altioribus rupibus, *Prapioz*, *Neunenen.*
Radix longiffima, aliquot cubitorum, per intervalla fibrillas emittit. Caulis in vulgari fpecie fiftulofus, tripedalis, brachiatus; in alpina pedalis, cubitalis. Hirfutæ caulis valde hirtus; glabræ parum: petioli illi perhirfuti. Folia vulgari lata, duplicato pinnata, pinnis perpaucis; pinnulis primis femipinnatis, cæterum latis, acute circumferratis. In alpinis folia hirfuta funt, ad nervos etiam potiffimum. Umbellæ, pro portione plantæ, exiguæ: involucrum univerfale unifolium: peculiare ex quinque latis foliolis inæqualibus, per ætatem reflexis, ora alba: in hirfuta magis octona. Petala alba, etiam rubra, cordata, inæqualia, paulo interiora minus difformia. Admifcentur flores mafculi. Semina longa, cylindrica, tota fulcata, longas tubas retinent.

752. MYRRHIS radice bulbofa, caule inferius hirto, fuperne levi, foliis triplicato pinnatis, acute incifis.
Cicutaria odorata, *bulbofa* I. B. III. p. 183.
Myrrhis fætens RIVIN. *t.* 49.
Myrrhis caule inferius hirfutiffimo, *fuperne glabro* WILLICH. *diff.* p. 7.
Chærophyllum caule levi, *geniculis tumidis* LINN. *I.* p. 370.
Chærophyllum radice turbinata, *carnofa* EJUSDEM. *Cliff* GMELIN. *flor.* T. I. p. 211.
Circa Bernam paffim ad fepes, tum Mülhufii & Bafileæ.
Radix verna tuber eft, primo vere carnofum & edule *h*); inde lignefcit & longa fit. Caulis ad terram hirtus, fuperne glaber, fiftulofus, fub ramis & foliis intumefcens. Folia tenuiffime divifa, fubhirfuta, acute incifa, triplicato pinnata, pinnis & pinnulis

f) Myrrhis fimillima Cicutæ, caule, folio, minor tamen; radix oblonga, mollis, odorata, non infuavi cibo, DIOSC IV. c. 111. PLIN. L. XXIV. n. 97.

g) MORISON. 37 37.

h) In Auftria, & Pomerania circa Colbergam ELSHOLZ. *tischbuch.* p. 25. Hæc ergo videtur *Myrrhis femine ftriato Gryphiswaldiæ edulis* HEDWIG *de Chærophyllo.*

nulis numerosis; ultimis laciniis trilobatis, lanceolatis. Sub umbella universali unicum foliolum; sub particulari tria mucronata. Petala alba, ex flexu quasi cordata, inæqualia. Semina striata, sulcis pigmento fusco obductis. Folia fætent.

Hæ quatuor plantæ varie confusæ, non sine labore discerni potuerunt.

*753. MYRRHIS foliis triplicato pinnatis, mollibus, seminibus sulcatis, maximis.
Myrrhis DODON. p. 701.
Odorata RIVIN. *t.* 56.
Scandix seminibus sulcatis, angulatis LINN. *I.* p. 370.

Passim in Helvetiæ alpinis, ut in monte *Nombrieux*, *Richard*; in Valesia versus *Valorsine*. Etiam prope *Yvorne* supra *la Maison blanche*, ad semitam, quæ ducit ad *Corbeirier*. Cl. GAGNEBIN *au bec de l'oiseau i)*, *à la Joux du Plane*, *sur l'Anvers de Renans*, & in pomariis circa *Ferrieres*, & prope *la Brevine*.

Odoratæ plantæ & anisatæ, radix longa, alba, mollis, dulcis, aromatica. Folia valde composita, subhirsuta, peculiariter mollia, albida, triplicato pinnata, numerosis pinnis & pinnulis, laciniis ultimis circumscriptione ovatis, multis dentibus acutis & parallelis incisis. Umbellæ universalis involucrum unifolium: speciale fit quinque albis magnisque foliolis. Flores albi: extimi androgyni, extremo petalo maximo *k)*, omnibus cordatis. Flores interni regulares, mares, etiam incisis petalis. Etiam alii flores androgyni regulares intercedunt. Semina maxima, nigra, tribus costis valde eminentibus distincta, & tribus magnis sulcis *l)*.

Folia in cibum recipiuntur, cæterum parum in medicina nota. Oleum inde post fermentationem cum sale obtinetur *m)*.

754. MYRRHIS seminis cornu longissimo.
Scandix n) DODON. *purg.* p. 502. *pempt.* p. 701. RIVIN. *t.* 37.
Pecten Veneris I. B. III. p. 71.
Scandix seminibus levibus, rostro longissimo LINN. *I.* p. 368.

In agris Helvetiæ passim; in Valesia, Gubernio Aquilejensi *aux gauges* prope *Roche*. Basileæ versus *S. Margret*: versus *Muri Argoviæ &c.*

Caulis pedalis: folia longa, subhirsuta, tenuissime divisa, pinnis pinnatis, pinnulis profundissime bipartitis & tripartitis, lanceolatis, angustis. Umbellæ valde simplices, bacillis fere binis, peculiares etiam pauciforæ. Involucrum universale nullum: peculiare quinque, ad septem, lata foliola habet. Flores albi; exteriores valde difformes *o)*, extimo petalo maximo: intimorum petala pene æqualia, inprimis marium. Fructus basis cylindrica *p)*, striata, sed prælongo cornu *q)* simplici.

Creticam a nostrate non differre GERARD *r)*.

Consultius fuerit, omnibus pensitatis, Myrrhidem cum Chærophyllo conjungere: confluunt enim per Chærefolium semine aureo 749.

III. SEMINE CONVEXO NON ROSTRATO.

Hæ plantæ majorem plebem Umbelliferarum efficiunt: pleræque semine striato sunt, aliquæ profunde sulcato.

OENANTHE *a)* TOURNEFORT. t. 166.

LINN. I. n. 352.

Flores in ambitu mares, difformes *b)*, uno petalo majori, apice introflexo *c)*: interiores androgyni, paulum inæquales. Semina bina pentagonia *d)*, coronata calyce

i) GAGNEBIN *Act. Helvet. III.* p. 123.
k) TOURNEFORT. A:
l) IDEM t. 166. E. F. MORISON. t. *Sem.* n. 34. 34.
m) HELWIG *de Chærophyllo.*
n) Σκανδιξ diuretica RUFUS *vesic.* p. 6. Scandix olus sylvestre SUIDAS III. p. 325. subacre amarum DIOSC L. II. c. 132.
o) TOURNEF. t. 173. A.
p) E. MORISON. 42.
q) TOURNEF. ibid. MORISON. 42.
r) p. 251.

a) Οινανθη perpetuo floret THEOPHRAST. L. I. *caus.* c. 15. Nascitur in petris, foliis Pastinacæ, flore candido, caule crasso, semine atriplicis, radice magna, in multa rotunda capitula extuberante; provenit in pratis DIOSCOR. L. III. c. 118. PLIN. L. XXI. n. 95. Sicca melius olet THEOPHRAST. *caus.* L. VI. c. 22. Non videtur nostra. Inter adstringentia CÆLIUS *tard. II.* c. 13.
b) TOURNEF. A.
c) B.C.
d) E.

lyce peculiari quinquefido *e*). Tubæ longæ, perſiſtentes *f*). Umbellæ maturæ pene ſphæricæ. Involucrum univerſale nullum, vel paucifolium: peculiare multifolium.

755. OENANTHE foliis radicalibus rotunde lobatis, planis, caulinis fiſtuloſis.
Oenanthe IIII. CAMERAR. *epit.* p. 611. fig. exterior.
Juncus odoratus DODON. *cereal.* p. 242.
Oenanthe RIVIN. *t.* 65.
Water dropwort PETIVER. & *Smal dropwort* EJUSDEM *t.* 25.
Oenanthe aquatica, triflora, caulibus fiſtuloſis Hiſt. Oxon. III. p. 269. *s.* 9. *t.* 7. *f.* 8.
Oenanthe ſtolonifera foliis caulinis pinnatis, filiformibus, fiſtuloſis LINN. *I.* p. 365. Conf. *skonska reſa* p. 243.

In foſſis aquoſis non rara, Bernæ, *Paterniaci*, &c.

In noſtris radices longe per aquas & lutum diffuſæ, ſubinde fibrarum faſciculos appenſos habent, in hortis bulbillos. Supra aquam caulis erectus, debilis, tamen brachiatus, & foliis pene nudus, fiſtuloſus. Folia ima penitus diverſa, latiuſcula, duplicato pinnata, pinnis trium quatuorve parium, lobulis quadrilobatis, trilobatis, obtuſis. Folia caulina nervo fiſtuloſo, pinnata, pinnulis ſenſim anguſtioribus, tamen aliquid de latitudine retinentibus. Umbella univerſalis plerumque paucas tantum, fere tres, peculiares umbellas edit. Involucrum univerſale unifolium, vel nullum: peculiare foliorum trium, ad decem, latiuſculorum, alborum, unum latus umbellæ tenentium. Flores exteriores longe petiolati, mares, valde difformes: calycis tribus exterioribus ſegmentis longiſſimis, fructibus nullis aut minimis, abortivis. Flores interiores androgyni, calyce uniformi, petalis minus irregularibus, tubis longis perſiſtentibus. Petala utrisque alba, extus ſubrubella, apice introrſum tracto, ut cordiformia videantur. Per maturitatem florum androgynorum ſemina aculeatas ſphæras referunt. Semina ſunt fructus pentagoni, biloculares, diſpermi, lineati, pyramidales, baſi ſurſum verſa, cornuta.

Sapor ſemini leviter aromaticus.

Radice intra triduum canem enectum fuiſſe BIRCH *g*).

Hujus varietas eſt
Oenanthe IIII. CAMERAR. *epit.* p. 611. *int.*

In pratis, circa Baſileam, Genevam.

Foliis etiam latis, obtuſis; ſed radicibus ex communi tubere diviſis, lateſcentibus, bulboſis *h*).

*756. OENANTHE foliis radicalibus duplicato pinnatis, linearibus; recurvis *Emend. I.* n. 33. IV. n. 42.
Oenanthe aquatica, tenuifolia major, bulbis radicum longiſſimis MICHELI *Hort. Flor.* p. 68. BLAKSTONE p. 61.
An *Oenanthe anguſtifolia* MORISON. *Umbellif. t.* 6?
Oenanthe Staphylini folio aliquatenus accedens I. B. III. P. II. p. 191. RAI ex fide plantæ a Cl. HUDSONO miſſæ.
Narrow dropwort. PETIVER. *t.* 25.
Oenanthe aquatica Pimpinellæ ſaxifragæ diviſura noſtras PLUKNET. *Almag.* p. 268. p. 49. *f.* 4. non bene.
Pro varietate *Oenanthes Apii folio* GERARD. p. 247.
Non eſt *Oenanthe V.* LINN. neque habet foliola cuneiformia.

Circa *les Eſſerts* abunde in pratis, prope *Roche. Aux marais de Choulez & de Suinet* Gen. de SAUSSURE.

Radix ex brevi collo multifida, fibris teretibus, craſſeſcentibus, numeroſis. Caulis durus, ſtriatus, ſolidus, ramis neque inflatis, neque junceis. Folia diverſiſſima, etiam radicalia, fere peucedani, nervo firmo, ſtriato, pinnata; radicalia pinnis pinnatis, pinnulis longe trifidis & bifidis, acutis, incurvis: caulinorum pinnis longiſſime trifidis, anguſtis. Character ſatis prioris ſimilis. Umbellæ peculiares plures; flores laterales pariter ſteriles, in longis petiolis, a reliquis fertilibus floribus remoti, in diſco vero ſemina habent, ſtylo & calyce coronata. Petala inæqualia cordiformia. Involucrum univerſale unum, ad quinque, folia habet; peculiare polyphyllum eſt.

Hæ plantæ innoxiæ ſunt *i*).

Oenanthe crocata in Helvetia non provenit.

e) ad D.
f) F.K.
g) *Hiſt. of the Roy Societ. V.* p. 342.
h) In hortos translatam bulbos accipere CAMERARIUS l.c. Sed etiam ſponte in pratis ſiccis bulbi ſubnaſcuntur, FABRICIUS *butisb.* p. 51.
i) LINN. *skonska reſa* p. 349.

PHELLANDRYUM *k)* TOURNEFORT. t. 161.

LINN. n. 353.

Umbella universalis nuda; particularis habet aliquot folia gracilia, ad septem. Petala cordiformia *l)*: extremum majus: tuba brevis: calyx *m)* difformis, duobus foliis insigniter majoribus, tribus minoribus. In floribus interioribus discrimen minus, sed aliquod. Semen ex ovato conicum, obiter striatum, striis quasi pictum.

757. PHELLANDRYUM foliis refractis.

Phellandrium DODON. *cereal.* p. 243. 244. *pempt.* p. 591. RIVIN. *t.* 64.
Cicutaria palustris LOBEL. *ic.* p. 735. TABERNÆMONT. p. 783.
Phellandrium foliorum ramificationibus divaricatis LINN. *Spec.*

Passim in aquosis, *im See bey Moos-Seedorf. Au Locle près le moulin du Cul de Roches.*

Caulis crassissimus, pollicaris, per intervalla fibrarum emittit fasciculos. Folia amplissima, triplicato pinnata, pinnis & pinnulis ad angulos cum progrediente nervo obtusos ramosis, pinnulis semipinnatis, ultimis lobulis paulo nervo latioribus, lanceolatis, obtusis. Calyx proprius exiguus. Tubæ longæ, persistentes.

Varietatem & *Michelfeldæ* reperi, & *Gottingæ*, non satis a me repetitam, ut pro vera planta tradere velim, foliis quadruplicato pinnatis, totis capillaribus, incredibili numero & subtilitate pinnularum. Caulis pariter præcrassus, & flores conveniunt. Est *Millefolium aquaticum umbellatum*, *Coriandri folio* C. B.

Phellandryum veneni suspectum redditum fuit, ut convulsiones lethiferæ ab ejus usu *n)* natæ sint. Venenum certe pro equis esse LINNÆUS fatetur *o)*, eique plantæ morbum epidemicum equorum adtribuit. Et certum est, aquaticarum plantarum radices sæpissime acres esse & maleficas *p)*. Vim tamen noxiam causamque morbi equini ipse LINNÆUS nuper in curculionem rejecit *q)*, qui in Phellandryi caule habitet, & Phellandryum equis innoxium pabulum præstare fassus est *r)*. Semen aliquid aromatici habet, cum acrimonia constantiori. Dat extractum resinosum *s)*, & aliquid virium in spiritum vini tradit *t)*, si alcali accesserit: oleum demum essentiale fundit *v)*, & gummosum extractum balsamicum *x)*. Ad ulcera difficilia, ad scirrhos olim laudatum est *y)*.

Cataplasma ad gangrænam cum vino & panis mica RUYSCHIUS *z)* habet. Eodem semine intus sumto, cum Consolida majori, cancrum mammarum superatum esse testis exstat *a)*. Ad morbos pectoris merito *b)* laudatum est: Hæmoptysis & conjunctus phthiseos metus una seminis uncia superatus est *c)*; HEISTERUS drachmæ dosin fecit. Spiritus sudorem movet, & febres dicitur tollere *d)*.

LIGUSTICUM *e)* LINN. n. 346.
CICUTARIA TOURNEF. t. 171.

Utrumque involucrum fit latis & multis foliolis. Semen calyce proprio coronatum, profunde quinque lineis sulcatum *f)*. Petala *g)* æqualia, integra, apice inflexo.

758. LIGUSTICUM foliis duplicato pinnatis, pinnulis acute dentatis, longe lanceolatis, *Emend. V.* n. 34.

Seseli Peloponnesense MATTHIOL. p. 753. CAMERAR. *epit.* p. 514.
Cicutaria latifolia fœtida MORISON. *Umbellifer. t.* 6.
Ligusticum foliis multiplicato pinnatis, *foliolis pinnatim incisis* LINN. *I.* p. 360.
Ligusticum foliis triplicato pinnatis, *pinnis pinnatifidis* GMELIN. *Flor. I. t.* 45.

I. B. in

k) Phellandrion in palustribus, Apii folio PLIN. L. XXVII n. 101. Esse THEOPHRASTI Petroselinum, crasso caule, radicibus pullulantibus, in stellæ modum, SCALIGER. in *hist. plant.* p. 181.
l) TOURNEF. A.B.
m) C. D. E. F. G.
n) SAUVAGES *nosol. II.* p. 2.
o) *Wästgöta resa* p. 47.
p) THOMSON *virt. of plants known by the Soil* p. 298.
q) *Nox insector.* p. 27.
r) *Skonska resa* p. 183.
s) ERNSTING. *de Phellandrio* p. 29.
t) p. 23.
v) p. 22.
x) IDEM.
y) BOERHAAVE *hist. plant.* p. 94. HEISTER. *Eph. Nat. Cur. Vol. V.* obs. 139. ERNSTING.
z) obs. 75.
a) Cl. LANGE *Medic. Brunsw.* p. 230.
b) ERNSTING. p. 39.
c) LANGE.
d) ERNSTING. p. 36.
e) Ligusticum nascens in Liguriæ montibus PLIN. L. XIX p. 180. Inter obsonia, pro diuretico ARETÆUS *cur. diut. I.* c. 13.
f) X. x. MORISON. Quinque juga, CRANZII.
g) TOURNEF. A.B.

I. B. in montibus Rhæticis circa *Puselav*. C. Gesner in montibus Rhæticis. Naſcitur in rupibus circa *Formazz* trans alpes Griſeas. In valle *Tellina* ultra *Morbegno*, eundo verſus montem *Trona*.

Omnium noſtrarum Umbelliferarum ſplendidiſſima, radice ampliſſima, lignoſa, ſpongioſa, alba, odorata; caule plus, quam pollicem, craſſo, quadrupedali, ſulcato, cavo; foliis pariter pedalibus, & ultra, firmis, duplicato pinnatis, pinnulis profunde ſemipinnatis, dentibus acutis & diviſis, parallelis. Umbella omnium ampliſſima, innumeris fere bacillis, hirſutis. Involucrum utrumque reflexum, foliorum octo, aduſque 14. Petala integra, ovata, æqualia, curvula, acuminata *h*). Semina ovata, tribus adeo eminentibus jugis percurſa, ut alæ dici mereantur, albo, ſemiſpongioſo, tomento marginatis, ſulcis etiam ſpongioſa molli materie hirſutis: convexis placentis coronata, tubisque curvis & perſiſtentibus, tum foliis calycinis quinque acutis. Stamina violacea.

Odor peculiaris, non ideo fætidus *i*).

Liguſticum auſtriacum huic proximum eſt.

PODAGRARIA Rivin.

AEGOPODIUM Linn. n. 368.

Neutrum involucrum habet. Semina craſſa, ſemiovalia, ſulcata. Petala profunde cordata, jugo medio elevato, in exterioribus floribus inæqualia, non ita in interioribus. Tubæ longæ.

759. PODAGRARIA Rivin. t. 46.
Herba Gerardi Dodon. p. 320.
Common Goutweed Hill. *t.* 62.
Aegopodium foliis caulinis, ſummis ternatis Linn. *I.* p. 379.

Ad ſepes, in hortis, moleſta reptatrix.

Caulis brachiatus, anguloſus, tripedalis. Folia lata, ima pinnata, pinnis quinque *k*), ſuperne tres utrinque pinnæ, trifoliæ; pinnulæ pinnatæ, pinnis ſuperne tribus, ſæpe ſemitrilobis *l*), & fere ſemper a nervo *m*) inæqualiter diviſis, ex qua nota facile adgnoſcitur. Vaginæ grandes. Umbellæ ex longis bacillis albæ, extus ſubrubentes.

Aliquid habet aromatici *n*): Edulis eſt *o*), & a pecore amatur *p*). Ad Liguſticum Cranzius.

FOENICULUM Tournefort. t. 164.

Linn. n. 364.

Semen ovatum *q*), ſulcatum: involucrum nullum: petala integra, æqualia *r*): tubæ longæ.

760. FOENICULUM *s*).
Fœniculum Camerar. *epit.* p. 534. Blakwell. *t.* 288. Rivin. *t.* 60.
Fœniculum vulgare minus, acriori & nigriori ſemine I. B. III. p. 5.

Non habeo pro vera cive, etſi vulgo in vineis & ad viarum margines proveniat; circa *Mathod*, *Ripaz*. Dulce Italicum nuperi non ſeparant, cum in noſtrum degeneret *t*).

Radix alba, acris. Caulis & folia leviſſima, teres ille, brachiatus, levis, bicubitalis, grati ſaporis & odoris, cum tota plantæ parte, quæ ſupra terram eſt. Folia circumſcriptione ampliſſima, repetito diviſa, & ſubdiviſa, teretia, capillaria. Umbellæ peramplæ, cavæ. Flos luteus. Semen ſuavis odoris & ſaporis.

Tota planta medicata eſt. Caules nunc maxime erumpentes in Italia amant, & *Finocchi v*) vocant, etſi mali ſucci eſſe Celsus ait *x*), ſeverus cenſor: totam etiam plantam edunt, quæ in Sicilia dulcior provenit *xx*). Radix pro præcipuo aperiente medicamento

h) Vix tetraphyllum Linn.
i) Morison. y. y.
k) Tournef. t. 167.
l) ibid.
m) ibid.
n) Schreber. III. *Saml.* p. 10.
o) Gmelin. & ego ſæpe in cibum recepi.
p) K. *swensk. wetensk. Acad. handl.* 1763. n. 3.
q) Tournef. D.E.F. Parsons. p. 72. Morison. D. d.
r) Tournef. A.
s) Fœniculum ſylveſtre, alii Hippomarathium, foliis craſſioribus, acriori guſtu, procerius, bicubitale, radice candida, in ſaxoſis Plin. L. XX. c. 23.
t) Intra tertium quartumve annum Reichart *gartenſchaz* IV. p. 39. Gui de la Brosse p. 132.
v) Switzer. *agric.* p. 139.
x) L. II. c. 21.
xx) Labat. *Voyag. d'Ital.* *I.* p. 168.

medicamento habetur, quod urinam *y*), menſes, lochia, exanthemata expellat. Ejus ſucco, ad uncias quatuor dato, ZACUTUS febres intermittentes ſanabat, moto ſudore, aut ſcreatu. Folia cum lacte impoſita inflammationes *yy*) mammarum leniunt, & gonorrhœas, dolores cum lacte cocta & injecta ſedant; interno uſu lactis copiam faciunt. In ſemine gratum eſt aroma, quod in infuſum vinoſum, & in extractum ſpirituoſum tranſit; potiſſimum etiam in oleum æthereum, quod fragrantiſſimum, & dulce, in frigore *z*) cogitur, & datur ad diſpellendos flatus. Aqua etiam ex hoc ſemine odorata, & alia vinoſa paratur. Ut hæmorrhagiam narium diuturnam repreſſerit, non facile dictu fuerit *zz*).

MEUM *a*) TOURNEFORT. T. 165.

ATHAMANTHÆ ſpec. LINN.

Involucrum univerſale vix conſpicuum, factum uno longo foliolo, in apice etiam inciſo *b*), aut nullo. Particulare involucrum evidentius, alteram tantum umbellæ partem tenet, etiam inciſum. Petala florum exteriorum inæqualia ſunt *c*), interiorum minime: integra ſunt, cæterum apice inflexo, ut cordata videantur. Semina majora quam prioribus, ſemiovalia, profunde ſulcata, pene *d*) alata, tribus alis eminentibus. Ad Liguſticum Cl. CRANZ.

*761. MEUM DODON. *purg.* p. 478. t. 62. RIVIN.
Athamanta foliolis capillaribus, ſeminibus glabris, ſtriatis LINN. *I.* p. 353.

Paſtor C. GESNERO retulerat, in monte *Pilati* naſci, loco vix acceſſo. In Toggicis montibus MURALTUS. Reperi unico loco *à la grand vi* circa paſtorias caſas. Naſcitur etiam *à la grande Sagne*, *près de la Tourne*, *proche Ferriere*, prope *la ronde fontaine: à Roulier*, *près de la Brévine*, & in monte *Ballon*, & circa *Deß*: tum in nonnullis convallibus circa *Delſperg*. Abunde olim legeram circa *Andreasberg*.

Radix craſſa, perennis, multiceps, ſetis coronata. Folia non ita ampliter ſparſa, ut Fœniculo, circumſcriptione minus ampla, primis pinnis majoribus, & circa nervum decuſſatis, omnibus peranguſtis, nervi latitudine. Quadruplicato fere pinnata ſunt. Pinnulæ tertiæ ex uno imprimis latere lacinias capillares, oblongas, ſimplices, aut bifurcatas emittunt. Breves ſunt, & in faſciculos circa nervum colliguntur *e*). Caulis pedalis, flos ex albo ſubviridis.

Sapor & odor ſeminum acris, fere Meliloti odoratæ. Laudatur a vi diuretica *f*). Drachma una radicis, cum vini ſpiritu, ad dolores hyſtericos ſumitur, etiam ſola radix *g*). Non improbabile eſt, vires habere emmenagogas *h*), & in frigidis morbis convenire. In Anglia infuſum ad febres intermittentes vulgo adhibetur *i*). Decoctum Mei, Gentianæ purpureæ, & amaræ Polygalæ, pro galactophoro *k*) & prophylactico medicamento Vaccis in Moravia propinatur, & phthiſicis vaccis in Carinthia inferiori *l*). Etiam noſtri Veterinarii frequentius hac radice utuntur, quam medici, neque optime, dedignantur.

SESELI *m*) BOERHAAVE.

LINN. n. 360.

Plurima Tragoſelini, a quo differt involucro peculiari multifido *n*), ſemine ovali, manifeſto ſulcato.

762. SESELI foliis linearibus, triplicato pinnatis, caule vaginoſo *Emend. I.* n. 114.

y) Fœniculum promovet urinam l. c. RHAZE ad MANSOR. III. p. 48.
yy) Etiam inflammata lenire CELSUS II. c. 26.
z) CARTHEUSER *mat. med. part. poſt.* p. 300. 301.
zz) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 6. obſ. 85.
a) Meum in Italia nonniſi apud Medicos naſcitur. Athamanticum vocant, Anethi (Aniſi PLINIUS) folio, & caule cubitali, radicibus multis, ſed craſſis, nigris, longe in obliquum rectumque ſparſis, odoratis, calefacientibus PLIN. L. XX. c. 23. Quare de noſtro non repugnat, verum eſſe Meum Veterum. Dubitat quidem MATTHIOLUS *epiſt.* p. 25. 76. Quam radicem pro Meo vendunt, eam FALLOPIUS ait, eſſe Daucum primum Dioſcoridis L. I.
b) Uno, aut duobus HEISTER. *meth. Linn.*
c) TOURNEFORT. A.
d) MORISON. F. f. & 79. 80.
e) TOURNEF. H.G.
f) ARETÆUS *Cur. acut. II.* c. 7.
g) LANGE *med. domeſtic. Brunsvic.* p. 77. 78.
h) C. HOFMAN. p. 435.
i) BLAIR. *Pharmac. Dec. VII.* p. 318.
k) SAGAR. p. 58. *aphth. pecorum.*
l) KRAMER. p. 20.
m) Seſeli Maſſilienſe, lato ſemine & fructu. Eo veſcuntur pariturae cervæ PLIN. L. XX. c. 5. L. XIII. c. 32. etiam a partu ibid.
n) Uno alterove LINN.

Daucus petræus, glauco folio, ſimilis Fœniculo tortuoſo I. B. III. P. II. p. 58. qui circa montem *Beligardum* eodem loco a Cl. BERDOTO lectus ſit, quo I. B. ſuum legerat.
μακροῤῥεοσέλινον πολυκαυλον RICHER.
Seſeli montanum JACQUINI p. 379. Etiam *annuum* proximum eſt, ſed noſtrum ex ſetis perenne videtur.
Seſeli bienne CRANZ. *faſc. III.* p. 88.
Pimpinella tenuifolia RIVIN. *t.* 82. Legi enim *in der Welmeſe*, ubi RUPPIUS legerat.
An *Seſeli petiolis ramiferis, membranaceis, oblongis, integris, foliolis ſingularibus binatisque, canaliculatis, petiolo longioribus* LINN. p. 372?

Synonyma difficilis: planta ipſa circa Aquilejam abundat, in herbidis prope *Verchier*, qua ab arce Aquilejenſi adſcenditur: in Inſula etiam *Mondeni*, cum limites cum Valeſiæ Legatis componerem, copioſe reperi. *Agauni*, verſus *ſedem Eremitæ*.

Stirps nitida, radice conica, depacta, ſetarum penicillo coronata. Caulis rectus, plerumque parum ramoſus, quaſi nudus; ſed ramoſum tamen reperi, ſtriatus, firmus, cubitalis. Folia ſicca, firma, glauca, triplicato pinnata. Pinnarum paria quinque, pinnularum duo, tria: laciniarum duo cum impare. Ultimi lobuli latitudine petioli, conſtanter ſimplices, bifidi; ultimi trifidi, lineares, argute mucronati, linea eminente diviſi. Vaginæ conſpicuæ, duræ, vireſcentes, ora alba, tria folia producunt: ex eorum alis rami. Involucrum univerſale nullum: peculiare numeroſa habet folia latiuſcula, lanceolata, exteriora majora, interiora minora, ad decem uſque, juniorem umbellam ſuperantia. Umbellæ denſæ, Semina ovata, jugis quinque percurſa. Flores exigui; extremi difformes, petalo extremo paulum majori; interiores vix irregulares. Petala integra, ſed reflexa, ut cordata videantur, linea eminente diviſa. Seneſcenti folia viridiora ſunt & latiora.

Proxima Hippomarathro planta, & ejus cum nomine ab ILL. SCHMIEDELIO miſſa, differt involucro non coaleſcente.

763. SESELI foliis duplicato pinnatis, pinnulis ſemipinnatis, lobulis lanceolatis.
Muttelina CAMERAR. *epit.* p. 8.
Daucus montanus CLUS. *pannon.* p. 700. absque icone.
Phellandrium caule ſubnudo, foliis bipinnatis LINN. p. 366.
Deſcribit Cl. JACQUIN. *Vindob. n.* 24.

In omnibus alpibus abundat, & ex ejus frequentia fere paſcuorum bonitas æſtimatur. Etiam in montanis, in *Mittlerberg* Bienneuſium.

Radix craſſa, ramoſa, multiceps, capitibus ſetis coronatis. Caules pene nudi, pedales, etiam humiliores. Folia duriuſcula, læte viridia, longa magis, quam lata, duplicato pinnata, pinnulis ſemipinnatis, laciniis ultimis planis, peracutis, ſimplicibus, bilobatis & trilobatis. Umbellæ univerſales nudæ; peculiares ſubjecta habent folia pluſcula, longe lanceolata *o*). Semen quaſi circulo coronatum, ſemiovale, magnum, jugis ita eminentibus percurſum, ut fere alatum ſit. Petala fere purpurea, inflexo cordata, inæqualia; extremum majus *p*). Semen alis majoribus membranaceis, craſſis.

Liguſtico accenſet CRANZIUS.

Plurimum aroma ſpirat.

CORIANDRUM *q*) TOURNEFORT. *tab.* 168.

LINN. n. 356.

Fructus globoſus *r*) eſſentiam characteris conſtituit. Flores præterea calyces ſuos proprios habent *s*): petala in exterioribus inæqualia: æqualia *t*) in umbellæ interioribus *v*): involucrum univerſale nullum, aut unifolium *x*): particulare triphyllum.

*764. CORIANDRUM fructibus globoſis LINN. I. p. 367.
Coriandrum CAMERAR. *epit.* p. 523. BLAKWELL. *t.* 176. *majus* RIVIN. *t.* 70.

Circa *Tramlingen* Deſſiæ regionis GAGNEBIN legit.

Pppp 2 Folia

o) Septem JACQUIN.
p) Æqualia CRANZ.
q) Κορίανδρον difficulter provenit, niſi aqua maceretur, cruſta enim tegitur dura THEOPHRAST *cauſ.* L. III. c. 3. Κόριον inter venena NICAND. *alexipharm.* p. 151
r) TOURNEF. E. I. I.
s) D.
t) A.
v) C.
x) HEISTER. *de method. Linn.*

Folia radicalia ampliora, duplicato pinnata, pinnulis latis, undique incisis & circumserratis, etiam semibilobis: superiora tenuissime divisa, etiam duplicato pinnata, sed pinnulis in lineares, graciles, duas tresve, lacinias profunde divisis. Caulis pedalis & ultra, cum tota planta glaber: sub umbella universali unicum foliolum, aut nullum: sub umbella particulari tria exigua, filiformia. Flores in ambitu umbellæ androgyni. Petala exteriora magna, cum eminentia, quæ cum sui similibus stellulam in flore facit. Unum maximum cordatum est: duo mediocria cordata, sed inæqualibus partibus, duo minima cordata: exteriora etiam duo: calycis segmenta multo majora. Interiores flores regulares, sæpe mares, petalis cordatis. Capsula sphærica semina duo similia *y*) continet.

Planta virens odioso rancore se ipsam repudiat: sola semina siccata gratum aroma adquirunt, & in usus culinarios recipiuntur, ab Ægyptiis *z*) etiam frigida in usum trahuntur. Succum in hæmoptoe ad semicyathum ARETÆUS *zz*) imperat, ut videatur narcotici quid habere, quale in Cicuta, satis adfini, reperitur.

AETHUSA LINN. n. 355.

CYNAPIUM RIVIN.

CICUTÆ spec. TOURNEFORT.

Involucrum universale nullum; peculiare trifolium, reflexum, in una parte umbellæ positum, dum reliqua nuda est. Flores in umbella extremi difformes, petalis in duas inæquales partes divisis: interiores vix inæquales. Semine, quod pene globosum est, a Coriandro differt, quod quatuor sulcis percurritur, jugisque tribus crassis, præter oras *a*) dividitur, neque calycem peculiarem habet.

765. AETHUSA LINN. p. 367.
Cicutaria fatua LOBEL. *ic. II.* p. 280.
Cicutaria Apii folio I. B. III. p. 179.
Cynapium RIVIN. *t.* 75.
Cicuta terrestris minor. Comm. Lit. Nor. 1740. *hebd.* 49.

Ubique in hortis & ad muros.

Caulis sulcatus, brachiatus, cum tota planta glaber. Folia nitent, triplicato pinnata, ultimis laciniis acute bifidis, trifidisve, profunde divisis. Flos albus.

Tota planta trita odore virulento Allii est, & sæpe potuit pauperculis hominibus nocuisse, cum & in hortis proveniat, & haud mediocriter Petroselinum referat. Quam adeo cicutam medici cum Petroselino *b*) comparaverunt, eam pro nostra *c*) habeo. Multa exempla *d*) reperio anxietatis *e*), singultus *f*), etiam trimestrium deliriorum *g*), soporis *h*), stuporis, inpotentiæ *i*), vomitus *k*), faucium constrictarum, spasmorum ventriculi *l*), convulsionum *m*), mortisque *n*), quæ omnia mala Aethusæ tribuuntur: ut tamen fatear, in tam vario nominis Cicutæ sensu, potuisse *terrestrem* forte aliquando se admiscuisse. Nostram innocenter ab integra familia comestam lego *o*), minori forte copia; hæc enim venena non occidunt, nisi uberius sumantur. Mihi certe accidit, ut cum uberius de Petroselino cum aqua cocto cœnassem, ea nox mihi per nauseas & diarrhœam valde incommoda fuerit; salus, ut ubique, est in vomitu *p*).

CICUTA

y) REICHART. *Gartenschaz IV.* p. 101.
z) P ALPIN. L. I. p. 156.
zz) *Acut. curat.* L. II.
a) MORISON. y. y. & n. 89. 90.
b) Mors a Cicuta pro Petroselino apposita MARTIUS in *præf.* ad J. GREVINI *de venenis.* Varia symptomata, a Cicuta aquatica sumta, acciderunt AMPL. SINNERO Consuli SULZER. *morb. Helvet. endem.* nostram vero fuisse persuadeor, cum aquatica Bernæ nulla nascatur. Huc etiam EHRHARDI exemplum refero.
c) Etiam TREW. l. c. *hebd.* 49.
d) DALECHAMPIUS in PLIN. BLAIR. *Pharmacob. Dec. V.* p. 212. *Miscellan.* p. 80. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1731 n. 23. ann. 1740. n. 48. BOERHAAVE in *Prælect.*
e) TIMÆUS L. VII. *cas.* 4.
f) IDEM ibid.
g) HELWIG. MARTIUS *Eph. Nat. Cur. Vol. I.* obs. 52.
h) SCHREBER. *Saml. II.* p. 273.
i) ibid. obs. 200.
k) *Hist. de la Société de Montpel.* p. 170. 171.
l) ibid. obs. 121.
m) BUCHNER. *miscellan.* ann. 1729. p. 724.
n) ibid. & MARTIUS & *Hist. de la Sociét. de Montpel.*
o) *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 4. obs. 50.
p) SCHREBER.

CICUTA Rivin.
CICUTÆ *a)* spec. Tournefort.
CONIUM *b)* Linn. n. 336.

Calyx universæ *c)* umbellæ fit tribus, quatuor, quinque foliis latiusculis, reflexis: peculiaris uno trifido, aut tribus foliolis latis, ovato lanceolatis, unum latus umbellæ tenentibus. Petala emarginata, apice inflexo, in extremis floribus difformia, regularia in intimis. Semen pene globosum, quinque sulcis inscriptum, jugisque eleganter crenatis.

766. CICUTA Dodon. *purg.* p. 375. *pempt.* p. 461. Rivin. t. 74. Tabernæmont. p. 782. Blakwell. 451. Störk, qui semen bene expressit *d)*.
Cicuta domestica Morison. *umbellifer.* p. 18. *c.* 6.
Cicuta vulgaris major Quer. *Flor. IV. t.* 40.
Conicum seminibus striatis Linn. *I.* p. 349.
Conium maculatum Hill. *t.* 21.

β. An varietas? *Cicuta mitis*, *non fœtida*, *Madritensis* Quer. t. 41. Sed semina depingit granulata, & eam dat notam, qua suam a vulgari semine levi separet. Videtur ergo nostram velle p. 281. Habet etiam Ehrmannus Cicutam non maculatam semine boni odoris.

Ad maceries, in cœmeteriis, ad vias in pagis nobis abundat; copiosissima in cœmeterio pagi *Olon.*

Caulis crassus, maculis purpureis varius, fistulosus, nodosus, brachiatus, foliosus, tripedalis & ultra. Folia nigra, nitida, firmula, triplicato pinnata, pinnulis ultimis subobtuse dentatis. Umbellæ plurimæ, flores albi. Petala eminente jugo divisa: tubæ brevissimæ.

Sapor radicis Cicutæ recentis non acris est *e)*, & dulcis potius cum aliqua gratia *f)*, odor tamen totius plantæ gravis & ingratus. In nonnullis radicibus lac repertum est, Esulæ acrimonia, quod in extractum resinosum abiret *g)*: nam in aliis, & in nostris equidem autumno erutis, hoc lac nullum fuit *h)*. Succus tamen vires plantæ habet *i)*. In annosis stirpibus radicem duos digitos crassam fuisse, plenam succo acutissimo & graveolenti, sapore pene, qui Ari, & rubro colore chartam cæruleam tinxisse *k)* lego, non absque suspicione, ex hac ipsa radicis crassitie subnascente, de aquatica sermonem esse. Ipsum extractum ex succo exhalante paratum, odore est penetrante, ingrato, & sapore, quo castoreum *l)*, sed fere acriori. Porro alcalini quid in aqua destillata est *m)*, & Cicuta igne torta *n)* multum dat salis volatilis. In extracto nitrosi quid subest *o)*. Est in ea spiritus *p)* volatilis virosus *q)*, qui exhalat, dum extractum paratur, & vertiginem & vomitum facit. Quare Cicutam oblatam & cuniculi Brasiliani norunt respuere *r)*, & vaccæ *s)*.

Intus sumta facit anxietates *t)*, cardialgias *v)*, vomitus *x)*, appetitum prostratum *y)*, singultus, vertigines *z)*, stupores *a)*, aphonias, deliria *b)* & dementiam, etiam diuturnam *c)*, convulsiones *d)*, cæcitatem *e)*, sopores *f)*.

Incisa

a) Cicuta caule levi est, geniculato ut fœniculi, nigricante, sæpe duobus cubitis altiori, in cacumine ramoso, foliis ferulæ angustioribus Diosc. L. IV. c. 74. (Coriandri tenerioribus Plin.) gravi odore. Umbellæ in summo, flores albicantes. Semen Anisi crassius, (Dioscor. candidius) radix inutilis, concava Plin. L. XXV. n. 95. Ex hac nota possis veterum Cicutam ad aquaticam referre.

b) Κωνειον Suidas II. p. 364.

c) Conf. characterem Cl. Schinzii ad libellum Storkii.

d) Omnino ergo vulgaris est, qua Störkius utitur *Phil. Trans.* L. II. P. I. p. 89.

e) Hirschel. *vom sublimat.* p. 34.

f) Ehrhart.

g) Hirschel. p. 15. Lac habet Stork. *cicut.* p. 9.

h) *Phil. Trans.* L. II. P. I. p. 89. Ehrhart.

i) Ehrhart. *de cicut.*

k) Lange *Dub. de cicut. nox.*

l) Idem p. 8.

m) Ehrhart.

n) Idem. Fere similia Quarin. *de cicut.*

o) ibid.

p) Locher. obss. p. 81.

q) Hirschel. p. 35.

r) Wepfer. *cicut.* p. 334.

s) Hasselquist. *pan. Suec.* p. 8.

t) *Eph. Nat. Cur. Vol. X.* obs. 87.

v) ibid.

x) Harder. obs. 25.

y) Lange p. 11. &c.

z) Floyer. *pharmac.* p. 113.

a) Marquet. obs. 25. *Prix de Chirurg. II.* p. 208.

b) Smetius. Wolf. obs. 34. Hagedorn. in tota familia p. 79. 80. Fritsch. *seltame händel II.* n. 8. Matthiolus p. 14. 15. 16. multiplici experimento, Boccone *mus. di fisica* p. 148. Buchner. *miscellan.* ann. 1727. p. 58.

c) Totius vitæ Amman. ad Cæl. *acut.* L. I.

d) Watson. *Phil. Trans.* n. 473. Marquet. *Eph. II.* n. 3. obs. 115. Martine *Western. Islands* p. 193.

e) Martine ibid.

f) Amatus *Cur.* 98. *Cent. V.* Harder. obs. 24. 25. Watson. Floyer. Fontanus. *Consil. resp.* p. 162.

Incisa animalia ostenderunt intestina inflammata *g*) & ventriculum *h*).

Homines occidit, hos quidem facilius quam bestias, qui teneri sint, in exemplis innumeris; POMPONATII præceptorem *i*); Batavos milites *k*); pueros Dresdenses *l*); alios *m*); & plures passim mortales *n*). Qui Cicutam infeliciter in cibum sumserunt, fere pro Pastinaca *o*), aut Dauco habuerunt. Aliquando etiam subito, & intra *p*) quartam horæ partem enecuit. Effectus, ut experimenta ostendunt, sunt fere qui Opii *q*), etiam fortiores *r*).

Sed etiam animalia, homine plerumque vivaciora, tamen superat. Porcos rabidos facit, occiditque *s*); anseres *t*) necat.

Quare perantiqua fuit in Græcia consuetudo, Cicutæ sive succo, sive condito *x*) aliquo cum Cicuta pharmaco, eos cives enecare, quos, ne viverent, videbatur esse e re publica. Chii utebantur Cicuta trita, & detracto tegmine pistam subinde in mortario tundebant, & pertenui cribro transmissam, in aqua spissam bibebant; ita celeriter, & absque dolore interibant. THRASYAS Mantineensis *y*) remedium a se inventum fuisse gloriabatur, quod absque dolore vitam abrumperet, ex Cicuta & Papaveris succo mistum: id drachmæ pondere sumtum omnem medicinam *z*) ajebat spernere. Athenis Cicuta publicum erat supplicium. Eadem PHOCION *a*) interemptus est & prior SOCRATES. Nostra enim Cicuta in Græcia *b*) provenit, etsi DIOSCORIDES *c*) potius de aquatica scribere videatur. Caulem edulem fuisse PLINIUS *d*) auctor est, semen nocuisse.

Male ergo semen Cicutæ pro Harmalæ semine in officinas irrepsit, etiam MATTHÆI SYLVATICI & AUCTORIS LUMINARII culpa. Inde, cum in pilulas ingrederetur, æger morti proximus *e*): male etiam pro Hyperici semine *f*) receptum est.

Externo quidem usu, sine leniendi *g*), & dolorum sopiendorum, non sine fructu Cicuta admota fuit, ad calidas podagras *h*), ad mammas cancrosas, ad scrophulas, tumores duros, chronicos, musculos ex labore nimio læsos, genitales partes a nimia venere dolentes *i*), ad Priapismum jam veteres adhibuerunt *k*).

Sed etiam nuper externo usu ad scirrhos recentes valere comperta est *l*): & ad dentium dolores *m*): ad tumorem hypogastrii *n*) & inguinis a puerperio superstitem *o*), & eademque glandulas mammæ coactas dissipavit *p*): solus etiam vapor tumorem axillæ *q*) dispulit.

Incrementa mammarum & testium cohibere ANAXILAUS *r*) & DIOSCORIDES, & vulgo veteres Cicuta veneream cupidinem reprimi putarunt.

Porro neque interni usus tantum esse periculum paulatim adparuit. Olim SEXTUS EMPIRICUS exemplum feminæ narravit, quæ drachmam unam succi Cicutæ absque noxa caperet *s*). Deinde radices & folia a pueris absque malo eventu comesta fuisse FALLOPIUS testis *t*) est. Suibus non nocere AELIANUS, etsi homini sanguinem conglaciet *v*), & agnos Cicuta vesci *x*). In morbo equorum *farcin* utiliter adhiberi *y*), aves semen amare, & quemdam HENLY uncias tres & quatuor Cicutæ absque malo devorasse JACOBUS PETIVER *z*).

Inde ad experimenta ventum est. Succo intruso cuniculus Brasilianus celeriter periit *a*); & canis

g) HARDER. *apiar.* obs. 25. WEPFER. *cicut.* p. 334.
h) HARDER ibid. & obs. 24.
i) Apud SCALIGERUM. *Subtil. Exerc.* 152.
k) WATSON. *Phil. Trans.* n. 493.
l) HEINS *pharm. rat.* p. 370. Add. *Saml. zur Geschichte von Ober-Sachs. III.* p. 221.
m) AMAT. l. c.
n) FRITSCH. l. c. WOLF. l. c. BRASSAVOLA l. c. CARDANUS.
o) *Comm. Lit. Nor.* ann. 1740. *hebd.* 49. WOLF.
p) WEPFER. *cicut.* p. 71. 312.
q) WATSON. *Phil. Trans.* n. 473.
r) HIRSCHEL. p. 28.
s) L'ISLE *husbandry II.* p. 333. BRASSAVOLA.
t) BRASSAVOLA p. 335.
x) Cum integra libra Veteres indiguerint, quæ drachmis duodecim venierit PETIT. *miscellan. I.* c. 17.
y) THEOPHRAST. L. IX. c. 17.
z) IDEM ibid.
a) PLUTARCHUS in vit.
b) ANGUILLARA p. 273.
c) TREW. *Commerc. Lit. Nor.* ann. 1740. *hebd.* 49.
d) L. XXV. n. 95.
e) RONDELET. *pond.* p. 82. AMATUS p. 311. MARANTA p. 57.
f) BRASSAVOLA *Exam. simplic.* p. 222.
g) Mollire semen CELS. L. V. c. 5.
h) IDEM L. V. c. 18.
i) HENR. ab HEERS. p. 85.
k) ARETÆUS *cur. acut. II.* c. XI.
l) HIRSCHEL. p. 28.
m) HERKEPÆUS *hauhosokn.* p. 63.
n) STÖRK. *contin.* p. 238.
o) IDEM p. 240.
p) DIONIS *accouchement* p. 361. in urina cocta. Cataplasma cum decocto Solani vulgaris, *Journ. de medec.* 1766. Jul.
q) STÖRK. ibid. p. 241.
r) PLIN. L. XXV. n. 95.
s) *Hypothes.* L. I.
t) *De ulcer.* p. 45.
v) ÆLIAN. *anim.* L. IV. c. 22.
x) LOBEL. *advers.* p. 395.
y) *Pharmacobas.*
z) *Lowthorp abridgm. II.* p. 640. 641.
a) WEPFER. p. 334. *Eph. II.* n. 3. obs. 115.

& canis durum demum animal, cum ſucci ſeſcuncem adſumſiſſet *b*), & cum tres ſucci unciæ, in venas injectæ fuiſſent *c*). Canes HARDERIANI *d*) ſucci uncias tres toleraverunt; ſex vel octo uncias vulpis *e*). In experimento Cl. COURTEN *f*) ſucci Cicutæ duæ unciæ cani non nocuerunt, neque unciæ *g*) tres. Cani *h*) fermentans Cicuta intruſa, & contuſa radix nihil nocuit. Lupa ab unciis ſex temulenta & vomituriens, cum vomeret facile ſervata eſt *i*). Mulus uncias duas tresve tulit, ut alvus inde turbaretur, ſudorve moveretur, durum equidem animal & veratri patiens *k*).

Deinde etſi ſymptomata aliqua ore ſumata, aut intruſa excitavit, facile cedunt ea vel ſolo lacti *l*); & in univerſum vomitu excitato omnia componuntur in homine *m*), ſue, in cane, lupa *n*), aut certe radicibus per alvum eductis *o*), & ob eamdem cauſam lenia ſuppoſitoria proſunt *p*).

Narcotica equidem vis Cicutæ fecit, ut poſt ejus uſum ad vomitum ciendum grana tartari emetici viginti dare oportuerit *q*). Quæ ab infuſæ cum aqua Cicutæ uſu incommoda ſequuntur, ſtupor, viſus obſcuratus, theriaca ſola ſuperata ſunt *r*).

Primus ab hominum memoria PAULUS RENEAULME *s*) grana 40. & demum drachmas duas radicis ſiccatæ adverſus ſcirrhos viſcerum dare auſus eſt, neque ſequacem invenit: donec nuper ſatis vir ILL. ANTONIUS STÖRK *t*), per experimenta in proprio corpore facta animoſior, ſuccum ſpiſſatum radicis dare aggreſſus eſt, feliceſque ſucceſſus in quatuor libris deſcripſis. Intelligitur, partem magnam venenati vaporis diſſipari *v*), & mitius medicamentum fieri *x*), cujus 120 *y*) & 240 *z*), & 360 *a*) grana in diem ſumere liceat; poſtquam lento uſu natura ei adſuevit *b*). Dedit quidem etiam theiforme infuſum, ſed melius reperit extractum, quod parva copia & ex planta tenera, inque umbroſis nata *c*) pararetur *d*). Eo medicamento, ſed diuturno uſu, plurimos & graviſſimos morbos Vir Cl. ſuperavit.

Varia omnino generis mala fuerunt, quæ Vir ILL. ſuo remedio vicit: dolores primo, quod a narcotico medicamento exſpectares. Dolores ergo rheumaticos *e*) arthritidem *f*), podagram *g*), a lue venerea ſuperſtites *h*), dolorem capitis pertinacem *i*), eo remedio levari comperit.

Sic alios nimios naturæ motus, ut vomitum chronicum *k*), vomitum cruentum *l*). Eo & malum hyſtericum ſanatum *m*) referas, & epilepſiam *n*).

Porro ulcera maligna *o*) pedis *p*), manus *q*), parotidum *r*), oris & veli palati *s*): ulcera colli ſinuoſa *t*); ulcera venerea *v*); ulcus thoracis & abdominis *x*); & ulcus fiſtuloſum ad oſſa decurrens *y*); fiſtulam faciei *z*); cariem metatarſi *a*); ſpinam ventoſam *b*); ulcus ſpinæ dorſi ſordidum *c*); ulcus fiſtuloſum femoris *d*); omniumque viſcerum graviſſimum empyema *e*); & phthiſin *f*); ulcera arthritica *g*); & ulcus ſaniosum

b) HARDER. *apiar.* obſ. 24. 25. IDEM. *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 3. obſ. 115.
c) ibid.
d) ibid.
e) IDEM apud WEPFER. l. c. p. 335. Vomuit equidem.
f) *Phil. Tranſ.* n. 335.
g) FLOYERI cani omnino non nocuit p. 23.
h) ROSSI *plant. venen.* p. 23.
i) WEPFER. p. 157. 158.
k) *Demonſtrat. de botaniq. II.* p. 235.
l) *Eph. Nat. Cur. Vol. X.* obſ. 87.
m) MARQUET. obſ. 25. WEPFER. *cicut.* p. 322. TREW. *Comm. Lit.* ann. 1740. hebd. 50. MARTIN. *Weſt. Islands* p. 193.
n) WEPFER. p. 159.
o) MARTINE ibid.
p) WEPFER. p. 325.
q) MARQUET.
r) *Prix de Chirurgie* T. II. p. 208.
s) *Curat.* obſ. 3. & 4.
t) *De Cicuta* L. I. & II. & *ſupplemento*, & *continuatione experimentorum.*
v) Succus recens fortior extracto conf. p. 231.
x) Pueris extractum dandum *Journ. de medec.* ann. 1760. m. Sept.
y) RAZOUX *Journ. de medec.* ann. 1765. m. Mars.
z) *De Colchico* p. 15.
a) II. p. 217.
b) *De Cicut.* p. 11. &c.
c) *Contin. exper.* p. 231.
d) *Contin. exper.* p. 235. add. SCHINZ. præf. p. LIX.
e) *Continuat. experiment.* p. 50. *cicut.* p. 6. II. p. 231.
f) Fomento *de cicut.* p. 6. pilulis ibid. II. p. 75. 231.
g) *L. II.* p. 160. cum nodis & calce p. 158.
h) II. p. 213.
i) *Contin. Experiment.* p. 167.
k) Add. *Contin. exp.* p. 250. *de cicut. II.* p. 152. 198. *Supplem.* p. 14. 25.
l) *Contin. exp.* p. 239.
m) *Contin. exp.* p. 266.
n) ibid. p. 91.
o) Conf. exp. p. 271. 272. II. p. 220.
p) *Cicut. II.* p. 31. 87. *contin. experim.* p. 268.
q) *Contin. exper.* p. 42.
r) *Contin. exper.* p. 170.
s) *Contin.* p. 19.
t) *Cicut.* p. 50.
v) *Cicut. II.* p. 171.
x) II. p. 33.
y) *Contin. experim.* p. 269. interno & externo uſu.
z) *Supplem.* p. 12. 18.
a) p. 277. pedis. p. 33. add. p. 15. addito unguento Ægyptio aut Myrrha.
b) p. 30. *contin. experim. de cicut. II.* p. 81. *Supplem.* p. 22. 30.
c) *Contin. exper.* p. 243. add. *de cicut. II.* p. 26.
d) *Contin.* p. 215.
e) *Contin. exp.* p. 185. 186. 187.
f) *Contin. exp.* p. 32. 241. add. p. 217. *cicut. II.* p. 277.
g) *ann. II.* p. 118. infuſo.

niosum thoracis *h*); viarumque urinæ *i*); & alia cancrosa ulcera *k*); bubonemque venereum *l*); reliquias caruncularum *m*); fluoremque album *n*); stranguriam *o*); & gonorrhœam *p*); scrophularem phthisin *q*); vitia cutanea varia; lichenes *r*); serpiginem *s*); pustulas acres *t*); scabiem *v*); lepræ similem morbum *x*); tineam *y*).

Ad tumores resolvendos *z*) & scirrhos; etiam præcipua vis est Cicutæ, vaporis *a*), extracti, & fotus *b*).

Ita glandulæ scirrhosæ *c*); parotis indurata *d*); ventriculi scirrhus *e*); & abdominis *f*); & alius ad costas spurias *g*), & in axillis *h*), & hypochondriis *i*), & scirrhi cum ulcere conjuncti *k*); testiculorum *l*); deinde mammarum *m*) Cicutæ cesserunt. Sic strumas *n*); scrophulas *o*); tumores lymphaticos *p*) devictas legas.

Sed etiam cum pungentes in mamma dolores jam adessent *q*); & cum duritie ulcus fætido ichore manans conjungeretur *r*); cumque venis varicosis *s*); mammæque ulcera varia *t*); tuberculum mammæ cancrum minitans *v*) scirrhique cancrum minantes *x*) præstassent, Cicuta saluti fuit. Denique vere cancrosa *y*) mamma, amputationi destinata, fomento cum cerussa conjuncto, usuque Cicutæ interno *z*), restituta est; & ulcus cancrosum mammæ *a*).

Simile exemplum *Aletophili Viennenses* suo testimonio confirmaverunt *b*), & Baaderus *c*), aliique *d*).

Sed etiam exulceratum testis cancrum decocta cum Cicutæ aqua, ejusque extracto superatum *e*); & iisdem remediis cancrum manus curatum, durabili cum levamine *f*); & cancrum faciei fætidum *g*), & labii *h*); & linguæ cancrum *i*); & cancrosas colli glandulas *k*); & dirissimum denique malorum cancrosa *l*) uteri ulcera hoc ipso remedio a Viro Ill. sanata legas; ut etiam aliquando cancer facile tollatur *m*).

Ad scirrhos superatos referas cachexiæ *n*); tympanitidis *o*); anasarcæ *p*); hydropis *q*); rachitidis *r*); surditatis *s*) sanationem.

Id minus exspectatum, etiam oculorum *t*) vitia, uveæ tunicæ maculam *v*), pupillam dilatatam *x*), convulsionem oculi *y*), pene cæcitatem *z*), & amaurosin *a*), & cataractam *b*); vitia porro humorum, ut scorbutum *c*) Cicutæ cessisse. Denique morbos, in quibus vires naturæ oporteret augere; variolas subsidentes *d*); retrocedentem materiam arthriticam *e*).

Ill. Viri

h) *Continuat. exper.* p. 271.
i) II. p. 258.
k) *contin. exper.* p. 116.
l) II. p. 144.
m) *Supplem.* p. 44. 46.
n) *contin. exper.* p. 196. *cicut. II.* p. 98. 107. 116. Vapor p. 243. *de Colchic.* p. 87.
o) *Supplem.* p. 12.
p) *contin. exp.* p. 213. 214. II. p. 252.
q) II. p. 182.
r) *contin. exper.* p. 176. 178. 189. decocto & fotu.
s) *contin. exper.* p. 175. *Supplem.* p. 13.
t) *Supplem.* p. 24.
v) *contin. exper.* p. 62. decocto.
x) *cicut. II.* p. 91.
y) II. p. 173.
z) *contin. exper.* p. 36. 238. 240. 241.
a) *contin. exper.* p. 237.
b) *contin. exper.* p. 260. *de cicut.* p. 18. 63. II. p. 4. 231. 235. *Supplem.* p. 21.
c) *contin. exper.* p. 23. 28. 210.
d) *de cicut.* p. 14.
e) *contin. exper.* p. 192. 208. *cicut. II.* p. 178.
f) *contin. exper.* p. 212.
g) *contin. exper.* p. 37. add. II. p. 207.
h) *contin. exper.* p. 23. 172.
i) Post febres, *contin. exper.* p. 38. *cicut.* p. 91. II. p. 121. 130. *Supplem.* p. 24.
k) *contin. exper.* p. 29.
l) p. 44. add. p. 108.
m) *contin. exper.* p. 23. *de cicut.* p. 6. 29. 31. 36. 81. II. p. 25. 255.
n) *contin. exper.* p. 181. 183. 198. cum suffocatione, sic *cicut.* p. 94. add. *cicut.* p. 6. II. p. 133. 261. *Supplem.* p. 17.
o) II. p. 233.
p) II. p. 239. 247.
q) *Contin. exper.* p. 13, *de cicut.* p. 44. 46. II. p. 11. 36. 165. 246. 263. 273. tum *Supplem.* p. 13.
r) *contin. exper.* p. 53. *cicut. II.* p. 116. 140.
s) *contin. exper.* p. 18. *Supplem.* p. 16. add. *de cicut.* p. 79
t) *contin. exper.* p. 217.
v) *contin. exper.* fumo & extracto p. 202.
x) *contin. exper.* p. 205.
y) In cancris felix *cicut.* p. 7.
z) *contin. exper.* p. 242.
a) p. 60.
b) ad Haen p. 59.
c) apud Störk. II. p. 192.
d) ibid. p. 197. add. p. 204. 206. 235. 242. 245. 259. *Supplem.* p. 31.
e) *contin. exper.* p. 175.
f) ibid. p. 178.
g) ibid. p. 15. add. II. p. 249. 256.
h) *cicut. II.* p. 214. 221.
i) *de cicut. II.* p. 61.
k) *contin. exper.* p. 58.
l) *cicut. II.* p. 190. 259. *Supplem.* p. 26.
m) *contin. exper.* p. 89.
n) *contin. exper.* p. 44. *Supplem.* p. 28.
o) *contin. exper.* p. 192. 194.
p) *contin. exper.* p. 217. *cicut. II.* p. 169.
q) *contin. exper.* p. 195.
r) *contin. exper.* p. 31. *de cicut. II.* p. 150. 152. *Supplem.* p. 25.
s) *contin. exper.* p. 267. II. p. 231.
t) *contin. exper. de Colchic.* p. 76.
v) *contin. exper.* p. 272.
x) *contin. exper.* p. 27.
y) ibid.
z) *contin. exper.* p. 183.
a) *contin. exper.* p. 169. ad grana 40. extracti II. p. 248.
b) *cicut.* p. 93. II. p. 155. 216. 248.
c) II. p. 208.
d) *contin. exper.* p. 220.
e) *cicut. II.* p. 164.

Ill. Viri felicitatem imitaturi per universam Europam Cl. Medici exstiterunt, qui ejus experimenta imitarentur, *extracto* potissimum Cicutæ usi.

Felix fuit eventus, potissimum in glandularum morbis, scirrhis *f*), etiam hepatis *g*), scrophulis *h*), glandulis cancrosis *i*), ad reliquias tumorum exstirpatorum *k*); ad inflammationes oculi *l*), ad scrophulas *m*), etiam in cancro incipiente *n*); in suspecto tumore labii superioris *o*); denique in cancris exulceratis mammæ *p*), etiam pectoris *q*); in cancro narium, cum tuberculis pulmonis suppurantibus, pariter *r*) efficax fuit, aut certe fuit levamini *s*).

Ita alia ulcera eo remedio sanata legas, etiam quæ post morbum venereum reliqua facta erant *t*); & strumam exulceratam *v*), aliaque maligna ulcera *x*); sic in vetusto cum carie ulcere *y*); in uteri ulcere *z*); in maligno ulcere partium genitalium masculorum *a*); in phthisi ulcerosa *b*); & fistula ani *c*) Cicutæ virtutem confirmatam videas. In gonorrhœa, stranguria, fluore albo prodesse etiam Cl. Vir expertus est, qui contra Cicutam scripsit *d*); in hydropis initiis *e*) alius. Paralysin *f*) partium sub umbilico positarum, cum convulsionibus, idem remedium superavit: & superstitem post apoplexiam paralysin *g*). Cataracta ab ejus usu soluta *h*).

Ad scirrhos refero sublatum vomitum *i*), cum alvo deside, & induratione ventriculi *k*), & auxilium a Cicuta in colica pictonum *l*) præstitum.

Ita in morbis cutaneis profuit, inque pessima scabie & tinea *m*).

Nihil tamen undique beatum. Exstiterunt, neque pauci Cl. Viri, qui vires Cicutæ inutiles, aliqui etiam qui noxias experti sunt.

Huc refero Antonium de Haen *n*), Joh. Andree *o*), Cl. Langium *p*), alios *q*). In glandularum ergo tumore *r*); in scirrhis *s*); in mammæ scirrho *t*); in cancro *v*); etiam occulto *x*); & scrophulis *y*); in scorbuto *z*); in malis venereis *a*); in tinea *b*); & ulceribus cutaneis; in spina ventosa *c*); in cæcitate ex puerperio *d*) inutiliter extractum Cicutæ datum fuisse testati sunt.

Ex Silesia 69. historias *e*) plerasque inutiliter adhibitæ Cicutæ, se habuisse Haenius, & si qui boni successus aliquando potuerint in tabulas referri, eos naturæ acceptos refert, quæ etiam sola cancrum sanaverit: sæpe etiam alios morbos pro scirrhis esse *f*) habitos monet. Neminem denique absque malo Cicuta usum esse *g*), quæ appetitum prosternat *h*), ut R. Whyttius vertiginem, tremorem oculorum, totius corporis debilitatem ex hujus veneni usu perceperit *i*); quod etiam externo usu delirium *k*) faciat,

f) Ludwig. *Comment. med. XI.* P. III. p. 240. Heuerman. *Untersuch.* p. 240. 241. additis remediis lixiviosis. *Phil. Transf. Vol. III. Zurch. Abb. II.* p. 434. 451. Ehrhart. Quarin. Locher. *obs. pract.* In scirrho post febrem Ehrhart.

g) *Journ. de medec.* ann. 1766. m. Mars.

h) *Journ. de medec.* ann. 1761. m. Fevr. Decembr. 1764. m. Juin. ann. 1765. m. Mars. Ludwig. Ehrhart. Pallas. Quarin. *Chir.* p. 78. *Zurch. Abbandl. II.* p. 422.

i) Ludwig. *Journ. de medec. XVII.* p. 346. 347. ann. 1761. m. Janv.

k) In lingua *journ. de medec.* ann. 1763. m. Maj.

l) *Zürch. Abhandl. II*, p. 429.

m) Pallas. add. *Zürch. Abb.* p. 494. Ehrhart.

n) *Journ. de med.* ann. 1761. m. Juin.

o) *Journ. de med.* ann. 1761. m. Avril.

p) *Journ. de med.* ann. 1762. m. Janv. Ehrhart. Locher. Delapsus cancer, sed mors ex hæmorrhagia Pallucci *polyp. nar.* p. 81. sq. & fere similis eventus *journ. de medec.* ann. 1762. m. Dec.

q) *Journ. de medec.* ib. Maj.

r) *Journ. de medec.* ann. 1764. m. Juin.

s) Le Cat apud Richard. dato extracto ad 48. grana.

t) Lange *dub. vexat.* p. 12. post remedia generalia Locher.

v) *Zürch. Abb. II.* p. 429.

x) ibid. p. 494.

y) Ehrhart.

z) ibid. & Locher.

a) ibid.

b) Quarin.

c) Idem.

d) Lange p. 32.

e) Ehrhart.

f) *Journ. de medec.* ann. 1763. m. Fevr.

g) Ehrhart.

h) *Journ. de medec.* ann. 1766. m. Avril.

i) Ehrhart.

k) ibid.

l) ibid.

m) Quarin.

n) Passim in *rat. medend.* & in *Epist. de Cicut.* & in *med. muf. III.* n. 5.

o) *Obss on the virtues of hemlok* ann. 1761.

p) l. c.

q) Gataker. *intraduct.* Andry.

r) Lange p. 70.

s) Andry in thesibus *E. cancer induratus Cicutam eludit.* Lange p. 26. Tralles *de insit. variol.* p. 234. 235. Raulin. *fleurs blanch. II.* p. 595. in tumoribus duris abdominis Andree.

t) Orteschi *diar. I.* p. 21.

v) Lange p. 29. 30. Rossi *plant. venen.* Andree. Quer. *flor. Espann. IV.* p. 293. Raulin. l. c. ut ichorem tamen emendaverit.

x) Henkel. *Anhang von äusserl. Arzneymitt.* p. 107.

y) Henkel. ibid.

z) Lange p. 22.

a) Idem p. 15.

b) Idem p. 20.

c) Idem p. 14.

d) Idem p. 24. 25.

e) *Epist. de Cicut.*

f) Etiam Andree.

g) Andree Infantibus nocere Lange p. 20.

h) Lange p. 9. 25. Andree.

i) *Nervous disord.* p. 22.

k) Andry.

faciat, & vertiginem *l*), tremorem *m*), paralysin *n*); mensesque supprimat *o*): esse enim in Cicuta vim narcoticam *p*).

Hæc tamen manifesto nimia sunt.

Facile intelligo, non omnes ægros sanari, qui Cicutam sumserunt, fatetur passim STÖRKIUS *q*).

Potuit extractum ex Chærophyllo *r*) sylvestri, ex Myrrhide tuberosa *s*), ex Cicuta aquatica paratum fuisse, quod pro vero Cicutæ extracto venivit.

Potuit autumnali tempore succus Cicutæ spissatus esse, quando plantæ vires suas in semine *t*) effuderunt. In aëre calido minus juvare ILL. AUCTOR *v*) fatetur; Parisinam Cicutem deterioris notæ esse alii *x*).

Nunquam certe nocuit *y*), & ipse cum adversus latentem mammæ cancrum generosæ matronæ Cicutam copiose præscriberem, cancrum quidem non vidi superatum fuisse, nihil tamen inde mali natum.

Denique, quod testimonium omnium est potissimum, ipse ANTONIUS DE HAEN, nihil adversarii daturus, tamen in tumore colli, abdominis, & testium, inque vomica pulmonali utiliter adhibitam fuisse fatetur *z*).

Neque enim hic repeto, quæ ALETHOPHILI in candore HAENII desideraverint; neque urgeo, quam parum possit iratis auctoribus tribui.

BUPLEURUM *a*) TOURNEFORT. t. 163.

LINN. n. 328.

Folia in omnibus speciebus integra & indivisa. Involucrum universale alias nullum, alias aliquot foliorum. Involucrum peculiare amplissimum, foliolis latissimis, umbellam comprehendentibus. Flores æqualia habent & integra petala. Semen profunde sulcatum, pene alatum.

767. BUPLEURUM caule brachiato, ramosissimo, foliis ovato lanceolatis, amplexicaulibus.
Perfoliata CAMERAR. *Epit.* p. 888. RIVIN. *t.* 45. BLAKWELL. *t.* 95. MORISON. *t.* 8. & Semen 7. 7.
Perfoliata II. TABERNÆMONT. p. 759.
Bupleurum involucris universalibus nullis, foliis perfoliatis LINN. *I.* p. 340.
II. Crispa seu muscosa CAMERAR. *hort. ic. XXXVII.*
III. *Perfoliata humilis alpina* BOCCONE *t. 63.*

In Helvetia passim. Basileæ in agris; Genevæ; circa *Bevieux & Bex*; in Valesia; etiam *Rupe* in meis agris *aux Esserts*.

Caulis valde brachiatus & diffusus, ramosissimus. Folia glauca & glaberrima, cauli circumnata, hinc brevia, inde in acumen educta, ovato lanceolata: Involucrum universale nullum *b*): peculiare profundissime trifidum & quinquefidum, segmentis inæqualibus, aliis semibifidis, aliis simplicibus, aristatis. Petala *c*) flava, revoluta: tubæ breves.

Vulneraria est, emplastra ad hernias ingreditur, & adstringentia cataplasmata. Parcus tamen ejus usus est.

768. BUPLEURUM foliis imis petiolatis, ovatis, superioribus amplexicaulibus, ovato lanceolatis.
Perfoliata montana CAMERAR. *hort.* p. 120. *ic. XXXVIII.*
Perfoliata alpina magna, longifolia I. B. III. p. 198.
Bupleurum longifolium HILL. *t.* 17.
Bupleurum involucellis pentaphyllis, ovatis, universali subpentaphyllo, foliis amplexicaulibus, LINN. *I.* p. 341.

In Jura monte SHERARD, ego in monte *Creux du Vent.* In monte *Legerberg* Cl. SCHINZ & ibid. prope Badam *am Legerberg* GAGNEBIN. Circa Genevam *Rev. de Coppet*; montana adeo planta, in alpibus nondum lecta; Gottingæ frequens.

Caulis

l) IDEM ANDREE.
m) ANDREE.
n) ibid.
o) ibid.
p) ibid.
q) *Continuat. experiment.* p 79. 206.
r) CRANZ. *mat. med. III.* p. 45.
s) IDEM *fasc. III.* p. 69.
t) In ANDREE experimentis.
v) *Contin. exper.* p. 233.
x) *Journ. de med.* ann. 1764. m. Juin.
y) STÖRK. *contin. exper.* p. 236.
z) *Epist. de Cicut.*
a) Bupleuron caule cubitali, foliis multis, longis, capite Anethi PLIN. L. XXII. c. 35.
b) HEISTER. *meth. Linn.* p. 43.
c) Semen MORISON. 7. 7. 94. 94.

TAB. XVIII.
pag. 343[illegible].



Bupleurum Alpinum angusto, nervoso folio calyce unifolio leviter inciso.

C. J. Rollinus Med. C. Delin

Sculp C. F. Fritsch C filius. Acad Gött Sculpt.

Caulis cubitalis, non ramosus. Folia longa; inferiora ex gracili petiolo, in ovatam figuram dilatata, modice acuminata; superiora ovata, amplexicaulia. Involucrum universale habet folia tria, quatuor, quinque, obtusa, inæqualia; peculiare quinque, ad octo, brevia, ovato lanceolata, æqualia, aut inæqualia.

769. BUPLEURUM foliis ovato lanceolatis, amplexicaulibus, aristatis.
Perfoliata alpina, latifolia minor C. B. *prodr.* p. 129.
In alpibus Helvetiorum.
Caule gracili, terete, glabro, cavo, cubito altiori, distributo in ramos umbellatos, foliis venosis, Vaccariæ similibus, sescuncem latis, basi caulem amplexa.
Ita C. B. Nunc inter meas reperio plantam, cujus locus natalis excidit, alpinam tamen, radice perenni, caule semipedali, foliis omnibus ovato lanceolatis, amplexicaulibus, involucro universali trifolio, obtuso; peculiari quinquefolio, pariter obtuso, & ovatis brevibus foliis.
A proximo sequente differt, quod neque folia graminea habet, neque involucra aristata.

770. BUPLEURUM foliis radicalibus gramineis, caulinis ovato lanceolatis, amplexicaulibus, calycibus umbellarum quinquefoliis.
Variabilis planta, & difficulter in ordinem reditura.
α. Magna, cubitalis, provenit in Juræ M. vallibus, *au Roc des Corbeaux*; semper adgnoscenda involucris aristatis; universali trifolio, ovato lanceolato; peculiaribus quinquefoliis.
Bupleurum angulosum HILL. *t.* 16.
Bupleurum involucellis pentaphyllis, orbiculatis, universali triphyllo, ovato, foliis amplexicaulibus, cordato lanceolatis LINN. *I.* p. 341.
β. Humilis, alpina, vix dodrantalis, unico folio.
Bupleurum involucellis pentaphyllis, lanceolatis, longioribus; universali triphyllo, foliis caulinis lanceolatis LINN. *I.* p. 342.
Perfoliata minor foliis gramineis I. B. III. p. 199.
Bupleurum angustifolium pyrenaicum, seu Perfoliata alpina angustifolia, minima C. B. *prodr.* p. 130.
Bupleurum montanum, gramineo folio I. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 31.
Ranunculus gramineus, perfoliatus PARKINS. p. 335. *ic.* 338.
Pianta alpina di Corsica BOCCONE *mus. di piant.* p. 107. *Perfoliata, &c. Osserv.* p. 287.
Perfoliata αλπικομακρανθομηλινος RICHER.
Montanam varietatem α. dixi, quam etiam in monte *Chasseral* habet Cl. DIVERNOI, & Cl. GESNERUS misit. Alpinam multis locis legi in monte *Rohtenhorn*, in monte *Liosson*; etiam in *Prapioz*, *Naye*; in monte *de la Pierre* sub monte *S. Bernhardi*, in monte *Ober-Staffelberg*. In monte *Generoso*. In alpibus *Surenensibus* SCHEUCHZER, in *Abbatiscellanis* J. GESNER. In *Rhætia* & in monte *Fräla vallis Tellinæ* Cl. DICK. In montibus vallis *Ternanza* sub monte *Sylvio*.
Major varietas a radice lignosa, perenni, longa, sed gracili, multicipite, cubitali & bipedali caule adscendit, erecto, ramoso: Folia ima longe petiolata, angusta, graminea *d*). Folia caulina superiora perfoliata, ovato lanceolata. Involucrum universale fit tribus ovato lanceolatis foliis, magnis, etiam duobus. Peculiare est quinquefolium, foliis ovato lanceolatis, aristatis.
Varietas *humilis* similia habet, sed caulem semipedalem, parum ramosum. Folia caulina similia, & sub umbella generali unum frequenter, tamen etiam duo & tria, & quatuor folia lanceolata, obtusa & acuta: peculiaris umbellæ involucrum æquale, quinquefolium, aristatum, petiolis florigeris, longius. Nonnunquam purpura se involucro & foliis admiscet *e*).

*771. BUPLEURUM foliis gramineis, involucro peculiari octies emarginato. *Enum.* T. 18. *Emend I.* n. 120.
An *Perfoliata alpina, angustifolia media* C. B. *prodr.* p. 29.
Agrostana HILL. *V. t.* 119.
Bupleurum involucellis coadunatis, universali triphyllo LINN. *I.* p. 340.
In alpibus non rarum. Reperi *in der Schöllinen*, supra *pontem Diaboli*, & in monte *Gotthard*; tum copiosissime in monte *Fouilloux*, in monte *Darbon*, *Salanfe*, *Dent de midi*. HUBERUS circa *Airolo*.

d) LINNÆUS. *e*) Etiam SCHEUCHZER. GMELIN. p. 209.

Radix lignosa, perennis, maxima, & longissima, multiceps. Caulis pedalis, cubitalis: ad radicem folia longissima, pedalia, lentissime latescentia, lente decrescentia, fine modo obtuso, modo lanceolato: ad caulem vix ulla, nisi unum sub ramo sessile, semiamplexicaule. Involucrum universale fit uno, duobus, tribusve foliis ovato lanceolatis obtusis. Peculiare unifolium est, modice emarginatum, segmentis octo & novem *f*) latis, obiter aristatis. In matura planta nonnunquam hoc involucrum ad basin usque finditur *g*).

772. BUPLEURUM caule brachiato, involucris utrisque pentaphyllis, aristatis, petiolos excedentibus.

Perfoliatum angustifolium montanum COLUMN. p. 247. & p. 84.
Bupleurum minimum, angustifolium I. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 32.
Bupleurum involucellis pentaphyllis, acutis, universali triphyllo, flosculo centrali altiori, ramis divaricatis LINN. *I.* p. 342.

Non certa civis.

Si vere eam SCHEUCHZERUS legit, cauliculo est palmari, foliis omnibus gramineis, aut certe petiolatis, lanceolatis, angustis. Umbellæ generalis calyx quadrifolius & quinquefolius, adeo amplus, ut peculiares umbellas abscondat, cæterum ovato lanceolatus, argute aristatus. Calyx peculiaris omnino similis, uterque durus & sursum rigens. Flores in peculiari umbella etiam quinque.

In collibus *Campoclarensibus* cum proveniat, vix poterit in alpibus *Valesiacis* provenisse.

?773. BUPLEURUM.

Sedum petræum, Bupleuri folio PONA *Bald. Ital.* p. 246.
Bupleurum involucellis coadunatis, involucro universali pentaphyllo LINN. *I.* p. 340. GERARD. p. 232.

MURALTUS in alpibus. J. GESNERUS in *Abbatiscellanorum* alpibus. SCHEUCHZERUS etiam iconem paraverat.

Radix lignea, crassa & tuberosa, numerosissimis foliis radicalibus, gramineis comata. Caulis fere nudus: involucrum universale quinquefolium: peculiare stellatum, acute semisexfidum & semiseptemfidum *h*), semiquinquefidum. Umbellarum peculiarium petioli longissimi.

? BUPLEURUM alpinum angustifolium minus I. R. H.

Perfoliata alpina angustifolia minor C. B. *prodr.* p. 129. PLUKNET. p. 287. *t.* 50. *f.* 5.

C. B. in alpibus Valesiorum.

Folia ad radicem graminea, semipalmaria. Caulis pedalis: folia pauca, acuminata, basi latiori caulem ambeunt. Umbella vulgaris perfoliatæ. Quid sit ignoro. In notas retuli, non esse 771.

774. BUPLEURUM caule ramosissimo, umbellis alaribus, paucifloris, involucris pentaphyllis, lanceolatis, petiolis longioribus.

Bupleurum tertium minimum COLUMN. p. 85. 247.
Auricula leporis minima I. B. III. p. 201.
Bupleurum umbellis simplicibus alternis, pentaphyllis, subtrifloris LINN. *I.* p. 343.

RYHINER apud I. B. inter sylvam, quæ *Augustam* ducit & Birsam torrentem. Nuperorum nemo repetiit.

Pedalis planta, caule a summo ad imum ramoso, ramis longis, multifloris. Folia rigida, longa, perangusta, graminea, acuta; etiam in caule similia. Universale involucrum nullum, cum vix possit, dici umbellam veram compositam adesse, & meræ æque exiguæ, & paucifloræ umbellæ peculiares adpareant. Earum involucra quinquefolia sunt, gracilia, aristata, floribus longiora, quos paucos, duos tresve continent.

Huic proximum est *Bupleurum, involucris & involucellis pentaphyllis, foliolis lineari subulatis* GERARD. p. 235. quod tamen umbellas habet, cum sit Bupleurum decumbens HILL. t. 17.

775. BUPLEURUM caule ramosissimo, umbellis petiolatis, involucris pentaphyllis, petiolo brevioribus Conf. *Emend. I.* n. 122.

Bupleurum angustifolium C. B. *Basil.* p. 81. MORISON. 7 a. 7 b.
Bupleurum annuum angustifolium MAGNOL. *Bot. Monspel.* p. 42. SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 509.

Bupleurum

f) LINNÆUS quinque. *g*) Ita vidit Cl. SEGUIER. *Suppl.* p. 221. *h*) PONA.

Bupleurum tenuissimum Hill. *t.* 18.
Bupleurum caule erecto paniculato, foliis linearibus, involucris triphyllis, involucellis pentaphyllis Linn. *I.* p. 343.

Scheuchzer in Valesia prope *Sedunum*. Basileæ C. B. Vix a nuperioribus tamen reperta planta.

Vera species est. A priori 774. differt involucris peculiaribus brevibus: a sequente 776. quod veras umbellas non producat.

Caulis ramosus, brachiatus, ut in 776. bipedalis & bicubitalis. Folia de more graminea. Umbella vix ulla; sed exigui, longe tamen petiolati, fasciculi florum paucorum, duorum, trium ad sex, quos quinque fere folia, sed dimidio quam petioli florigeri breviora, suscipiunt, ita longe petiolata, ut prioris 774. umbellulæ comparatæ sessiles videantur.

776. BUPLEURUM foliis radicalibus petiolatis, elliptico lanceolatis, caulinis falcatis, caule flexuoso.
Herba vulneraria Trag. 451.
Bupleurum latiore folio & angustiore folio Tabernæmont. p. 872.
Bupleurum Rivin. *t.* 24.
Bupleurum involucellis pentaphyllis, acutis, universali subpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoso Linn. *I.* p. 341.

Vulgo Basileæ & in toto pago Aventico, ad sepes & in aridis.

Caulis erectus, ramosus, brachiatus, alterne flexuosus. Folia radicalia longe petiolata, nervo folioso, ipsa late elliptica, lanceolata, sæpe curva, falcata. Caulina angusta, pene linearia, incurva. Flores umbellati, umbellis veris. Calyx universalis unifolius, bifolius, inæqualis: peculiaris fit quinque foliolis, argute quasi aristatis *i*).

Inter vulnerarias censetur; & decoctum radicis pro antifebrili medicamento.

Bupleurum ostendit, ab involucris characterem sumi non posse. Modo utrumque involucri genus habet, modo unicum: eaque integra, divisa, lata, acuta, omni modo diversa.

SIUM *a*) Tournefort. T. 162.

SII spec. Linn. n. 348.

SISON Linn. l. c.

Involucrum universale faciunt folia lata, lanceolata, ad septem, per ætatem reflexa, sæpe incisa, alias vix ulla, alias angusta: particulare fere simile est. Petala æqualia cordata *b*), media eminente linea divisa. Semen dimidii ovi simile, striatum, calyce minimo coronatum *c*). Tubæ breves.

777. SIUM foliis pinnatis, argute dentatis, umbellis erectis.
Sium Dodon. *Cereal.* p. 240. *pempt.* p. 589. Rivin. T. 77.
Sium medium I. B. III. p. 173.
& *Sium maximum latifolium* Ejusdem p. 175. *I.* p. 174.
Ic. Oeder. *t.* 246.
Sium foliis pinnatis, umbellis terminalibus Linn. *I.* p. 361.

In fossis aquosis circa *Roche*, *Mathod*, *Payerne &c.*

Erectum, tripedale. Folia mollia, pinnata, pinnarum circumscriptione elliptica, iisdem acute circumserratis. Involucrum universalis umbellæ deest; non ita peculiare, cui folia sæpe dentata *d*). Umbellæ summum caulem ramosque terminant. Petala cordata *e*). Fructus breviter ovatus, utrinque compressus, in convexo dorso alis satis eminentibus percursus.

Venenatum esse, delirium facere, ut vaccæ, aut vituli, Sio pasti, caput collidendo sibi comminuant *f*).

778. SIUM

i) Semen Morison. 6. 6.

a) Sion & Prionitis inter lithonthriptica Aretæus *cur. acut. II.* c 8. Sion, Apio latius, in aquis nascens, frutice pinguiori, recto, foliis latis, oleri atro similibus, sed minoribus & odoratis Dioscor. II. c. 119. sapore Nasturtii, semine copioso Plin L. XXII. n. 41.

b) Lanceolata Tournefort. A.

c) Idem ad D.

d) Ramspek 2. spec. p. 8.

e) Idem.

f) K. *swenska wetensk Acad. handl.* 1750. n. 3.

778. SIUM foliis radicalibus ovatis, pinnatis, dentatis, caulinis appendiculatis, umbellis alaribus.

Sium aquaticum, procumbens ad alas floridum MORISON. *III.* p. 283. *t.* 5. *f.* 3.
Sium erectum, umbella brevi, seu Pastinaca aquatica RAI. *hist.* p. 444.
Sium minus RIVIN. *t.* 78.
Sium nodiflorum HILL. *t.* 31.
Sium foliis pinnatis, umbellis axillaribus, sessilibus LINN. *I.* p. 361.
OEDER. *t.* 247.

Hoc Bernæ in rivulis & fossis frequentius.

Duo genera foliorum habet: alia ex aquis emergunt, erecta, pinnata, pinnis plerumque simplicibus, tamen etiam auriculatis. Caules ramosi, brachiati, diffusi; folia caulina ad utrumvis latus appendicem habent, etiam ad utrumque, & præterea multo, quam prioris Sii, folia acutius dentata sunt. Umbellæ aliæ summos ramos terminant: aliæ in brevibus petiolis, ex alis foliorum prodeunt. Utrumque involucrum magnum, latifolium, tridentatum. Petala alba, æqualia, exceptis extimis floribus, in quibus exterius petalum majus est. Semen, paulo immaturius, subrotundum, compressum, sulcis levibus sculptum. Apiis CRANZIUS accenset.

*779. SIUM (Sison) foliis pinnatis, umbellis cernuis LINN. I. p. 362.

Selinum Sii foliis GERARD. *Emacul.* p. 1018.
Sium terrestre umbellis rarioribus MORISON. *hist. III.* p. 283. *s.* 9. *t.* 5. *f.* 6.
Drooping Honywort. HILL. *t.* 9.

Cl. GAGNEBIN ex pratis *vallis Erguel* folia misit, utique hactenus diversa a prioribus, quod plurium parium sint *g*), duodecim & ultra. Eadem inferius aut sursum, aut utrinque appendiculata sunt, acute circumserrata, dentibus aristatis. Superiora minima, pinnata tamen, multorum parium. Caulis erectus, glaucus, brachiatus. Umbellæ pauciflorae, tribus, quatuor bacillis, inæqualiter sæpe increscunt, ut duæ minimæ, una majuscula fit, & spicatæ videantur. Involucrum universale fere trifolium, latiusculum: particulare quinquefolium, gracile, inæquale. Petala alba æqualia, integra, apice revoluto. Calyx peculiaris minimus.

Nondum satis certa civis, cum solum folium, neque id optime conservatum viderim.

*780. SIUM foliis radicalibus capillaribus, multifidis, caulinis pinnatis, ultima pinna trilobata.

Sium minimum, umbellatum, folio varians PLUKNET. *t.* 61. *f.* 3.
Sium minimum foliis imis ferulaceis MORISON. *hist. III.* p. 283. *t.* 9. *f.* 5.
Sison reptans umbellis bifidis LINN. *I.* p. 363. Conf. *Skonska resa* p. 397. ROSEN. *obss. II.*
Ic. OEDERI *t.* 69. umbellæ tamen nostro petiolatæ.
Least water parsnep. PETIVER. *t.* 26.

Reperi unicam plantulam in fossis, paulo ultra *Noville*, eundo versus *Rhodanum*, qua troctarum captura est.

Humile utique & exiguum. Radix intra aquam longissima, foliis capillaribus & multifidis capillata. Folia exigua, unico fere, aut duobus pinnarum paribus *h*), medio majori semitrilobato, omnibus acute serratis. Ex vagina folium caulinum superius sessile, trilobatum. Umbellæ minimæ, ex alis foliorum, in longiusculis bacillis *i*). Involucrum universale & peculiare viride, latifolium, reflexum. Umbellæ octiflorae, albæ.

781. SIUM foliis duplicato pinnatis, pinnulis trifidis & simplicibus, acute serratis.

Cicuta aquatica GESNER. *hort.* p. 253. b. WEPFER. in libello *de Cicut. aquat.* T. I. p. 4. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1740. p. 378.
Sium alterum DODON. p. 589.
Sium aquaticum foliis rugosis, trifidis, dentatis MORISON. *Umbellif.* p. 63. *t.* 5.
Cicutaria RIVIN. *t.* 76.
Icon Cl. SCHWENKII in proprio libello *t.* 3. 4.
Icon OEDERI *I.* 208. *Phil. Transf. n.* 480. Denique GUNNERI *flor. Norweg. I. t.* 2.
Cicuta umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis LINN. p. 366.

Abunde circa *Roche*, ultra *Noville*, cum *Sio minimo:* inde per *Valesiam* circa *Tourte Magne*. Basileæ in stagnis versus *Friedlingen*, & inter *Huningen & Otmarsheim*. J. GESNER circa lacum Felinum, Circa *Zurzach*.

Radix

g) HILL. h) Plura PLUKNET. Nobiscum OEDER. i) MORISON. PLUKNET.

Radix maxima, divisa diaphragmatibus, & cavis cellulis plena, edit fibrarum *l*) fasciculos, naturalem quamdam nassam referentes, succoque manat flavo *m*), in quo venenum est. Caulis brachiatus, procerus, aliquot pedum. Folia amplissima, duplicato pinnata, pinnarum paribus ad septem, pinnulis quinquefidis, trifidis, bifidis, simplicibus, semper circumscriptione ellipticis, argute circumserratis, dentibus distantibus. Umbellæ universalis involucrum paucis fit foliis, etiam unico, aut sæpius nullo: peculiare plures habet angustiores ligulas. Petala alba, inflexo cordata *n*), pene æqualia, intima perfecte. Semina ovata, subhirsuta, albis marginibus, alis tribus eminentibus percursa.

Calida *o*), subacris, graveolens *p*), nihil valde venenati promittit, ut eo facilius miseros invitet, malum enim est in parte vaporosa tenui *q*). Mortes quidem equorum & boum inde deducit LINNÆUS *r*), & lues epidemicas. GMELINUS tamen bobus *s*) noxiam esse, non equis, monet; nos de ejus noxiis viribus nihil rescivimus. Pro bobus, aut vaccis, valde noxia habet LEOPOLD *t*). GUNNERUS vero a capris & a suibus depasci auctor est. In Nilo a bubalis non tangitur *v*). Cuniculo succus absque noxa datus est, & ad unciam unam cani: vomuit animal, tremuit, neque ultra mali quid passum est *x*). Sed etiam in WEPFERI experimentis, neque quatuor Cicutæ unciæ canem necarunt *y*), neque duæ succi libræ *z*), etsi utique animal ægrum inde fuit & adtonitum *a*). Et aquila ægrotavit equidem & stupuit, cum uncias duas invita devorasset, cæterum non periit *b*). Neque semen cum lacte propinatum feli nocuit *c*). Aut majori ergo dosi tribui debet, aut animalis debilitati, si apud WEPFERUM animalia aliqua ex esu hujus herbæ perierunt: uti & anseres ipsi *d*) intereunt.

Alius canis WEPFERIANUS, ab uncia una radicis convulsus est, a secunda disperiit *e*), elapso triduo. Lupo etiam unciæ duæ vehementes convulsiones moverunt, quem quidem Vir ILL. incidit, cum perægrum videret *f*). Lupa convulsa a Cicuta, cum ægerrime sibi haberet, ab ipso Summo viro incisa fuit *g*). Denique a Cicuta devorata canis brevissimo tempore in convulsiones incidit, & intra novem horæ minuta periit *h*).

Videtur autem & acrimoniam habere, quæ intestina inflammet *i*), & vim narcoticam, a qua stupor.

Homini *k*), multo, quam canis, teneriori, facilius nocet, & multa funesta exempla passim reperias *l*), in quibus anxietates fecit, nauseas, deliria, mortem ipsam.

In exemplo Cl. SCHWENKE, de quatuor pueris, tres convulsi perierunt, inflammato ventriculo, tunica intima paulum remota, vasis cerebri plenissimis.

Vomitus certum remedium est, sive arte motus *m*), sive a natura excitatus *n*) fuerit, eoque auxilio BOERHAAVIUS puerum sanavit, qui id toxicum sumserat *o*).

Neque hoc tamen venenum medicina dedignata est. Adversus lumbaginem in *Kamtschatka* *p*) datur, & sudanti ægro dorsum Cicuta aquatica defricatur. Cataplasma ad abscessus ex morbo Varen, aut vaga arthritide nato *q*), assatæ radices cum melle intritæ in usu fuerunt. Neque tamen debet loco terrestris Cicutæ in pharmacopœjam recipi *r*).

782. SIUM foliis firmis, serratis, pinnatis, nervo folioso, latescente.
Icon GESNER. *lign.* 161.
Eryngium quartum DODON. p. 732.
Ammi perenne MORISON. *Umbellif.* p. 22. *ic. Semin.* 2. 2.

l) OEDER. l. c. etiam WEPFER. oppositis foliis, petiolis marginatis, obtusis LINN. p. 366. Cum nassa KNOEFFELIUS comparavit *analect.* ad *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. IV. V.* p. 301.
m) NEUMAN. T. II. P. I. p. 151.
n) OEDER. Dulcem esse SCHWENKE p. 37.
o) WEPFER. *de Cicut.* p. 22.
p) Gratum olere *Comm. Lit.*
q) NEUMAN. p. 152.
r) *Wästgöta resa* p. 99. *Flor. Suec. II.* p. 92.
s) p. 203. *Flor. Sibir.*
t) *Landwirthsch.* f. 243.
v) HASSELQUIST. p. 461.
x) SPROEGEL. p. 16.
y) p. 140.
z) p. 141.
a) IDEM.
b) WEPFER. p. 170.
c) p. 139.
d) WEPFER. *cicut. aquat.* p. 165.
e) IDEM p. 134. 135. 136.
f) p. 154. 155.
g) p. 159. 160. 161.
h) NEUMAN. l. c. p. 145.
i) Ventriculum p. 136. 159. intestina p. 145.
k) SCHREBER. III. p. 21.
l) WEPFER. GORIZ. *Bresl. Saml.* 1722. m. Mart. & Maj. *Eph. Nat. Cur. Cent. X.* obs. 58. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1740. hebd. 45.
m) ALBERTI *med. legal.* T. III. c. 112. 113. NEUMAN. p. 156.
n) WEPFER. p. 136.
o) apud HAYMAN. *Comment.* T. IV. p. 170.
p) *Natural. Hist.* p. 92.
q) WIER. obss. L. II p. 963. SMETIUS *miscell.* L. IV.
r) BUCHNER. *mater. med.* p. 339.

Falcaria RIVIN. *t.* 47.
Sickle leaved water Parsnip. HILL. *t.* 32.
Sium foliolis linearibus, decurrentibus, connatis LINN. *I.* p. 362.

Non facile reperi, nisi circa Basileam, ad domum Sclopetariorum & extra portam *D. Johannis*, ad sepes, quæ in Germania vulgaris sit.

Caulis brachiatus, ramosus, cubitalis, etiam altior. Folia dura, glauca, pinnata, fere priori Sio 781. similia, nervo latescente, ultimis pinnis trifidis, omnibus elliptico lanceolatis, acute serratis. Involucrum universale & particulare fit multis gracilissimis foliolis; vidi tamen universale unico factum, etiam nullo. Petala alba, cordata, æqualia. Semen oblongum *s*), utrinque depressum.

BULBOCASTANUM *t*) TOURNEFORT. t. 161.

BUNIUM LINN. n. 335.

Involucrum utrumque multifolium, foliis latiusculis, lanceolatis. Petala æqualia, apice reflexo, cordata *v*). Fructus ovalis, longior, per siccitatem evidentius striatus *x*). Ad Ligusticum CRANZIUS.

*783. BULBOCASTANUM I. B. III. p. 30. OEDER. t. 220. DODON. p. 433.

Multis locis inter segetes: circa *Moncharan & Olon* abunde; in segetibus vallis *S. Imier*.

Radix bulbosa, rotunda, nigra *x**). Caulis erectus, parum ramosus, cubitalis. Folia ima longa, petiolata, triplicato pinnata, laciniis mollibus, planis, angustis, nervi latitudine, cis finem paulo latioribus, demum lanceolatis. Umbellæ amplæ, albæ. Semen aromaticum.

Radicem multum nutrire lego, & ad semen generandum valere. In Hibernia *y*) puerorum cibus est; etiam in montanis Helvetiæ *y**); in Scotia *z*) & Anglia etiam cum jure carnium mensis infertur *z**); nostris negligitur. Pro alimento phthisicorum commendat BENNET.

APIUM *a*) TOURNEFORT. t. 160.

LINN. n. 367.

Umbella generalis folia plantæ foliis similia, laciniata, subjecta habet: peculiare involucrum aut nullum, aut minimum, paucifolium *b*): petala æqualia & integra, inflexa *c*). Semina pauca, profunde sulcata *d*), inter sulcos foraminulenta.

784. APIUM foliis pinnatis, pinnis trilobatis.
Apium BLAKWELL. *t.* 443.
Apium palustre CAMERAR. *Epit.* p. 527.
Apium foliis caulinis cordiformibus, umbellis sessilibus LINN. *I.* p. 379.
Apium graveolens HILL. *t.* 4.

Non satis certa civis, etsi in ruderosis & fossis provenit, ut ad *Balneum suburbanum Bernense* exterius. *A' St. Blaise.*

Radix crassa, carnosa, ramosa, odore penetrabili, succo flavescente. Folia solidiuscula, nitentia, pinnata, acuta, serrata, pinnis latis, semibilobatis; ultima semitrilobata. Caulis crassus, fungosus, brachiatus. Umbellæ pauciflorae; aliæ petiolatæ; aliæ ex alis pene sessiles. Petala alba, exterius subviridia.

Radix & folia acria, cum non ingrato amarore. Radix, in hortis equidem perfecta *e*), in cibum recipitur cum nomine *Celeri*, stomachica, incidens. Partibus volatilibus *f*) destituitur. Infusum aquosum nauseose dulce est, extractum dulce debiliter balsamicum, spirituosum extractum subdulce, subbalsamicum *g*): Juscula tamen bo-

na

s) MORISON. 2. 2.
t) Esse *Holoconitidem vett.* WEDEL. *de Holoconit.*
v) TOURNEFORT. A. B.
x) MORISON. H. h. TOURNEF. D.E.F.
*x**) TOURNEF. G.H.
y) THELKELD.
*y**) Circa *Dachsfelden* GAGNEBIN.
z) SLOANI *Nor. I.* p. XXI.
**a*) MOUFFET. *healths improv.* p. 219.
z) Apium sponte in humidis natum dicitur Petroselinum, non hirsutum PLIN L.XIX. c. 8. Σελινου radix dulcis, non ita folia THEOPHRAST. *caus.* L. VI. c. 16.
b) Unicum folium HEISTER. *meth. Linn.*
c) TOURNEF. A. B.
d) IDEM E.F.G. PARSONS p. 59. 60. GRIENDEL. f. 67.
e) RAI. GEOFROI. SWITZER. *method. of rising brocoli*, p.. 8 Celeri neglecta in palustre Apium degenerat RAI.
f) NEUMAN. T. II. P. I. p. 146.
g) CARTHEUSER *mat. med. II.* p. 429.

na *h*) ſunt: & ex foliis tamen aliquid olei eſſentialis *i*) obtinetur. Semen & expreſſum oleum parcius equidem fundit *k*), & non minimam olei eſſentialis portionem, in quo odor & vis plantæ *l*). Vires ſunt in reſinoſis tincturis; aquea inutilia *m*). Radix pro diuretica habetur: externo uſu lac coactum diſcutit: ſuccus valide calculum ſolvit *n*). Folia ſimiles vires habent, in unguentum intrita *o*). Succus ad ſex uncias ſumtus habetur pro febrifugo *p*). Semen ex calidis minoribus eſt, & inter carminativa habetur *q*). Veteribus urinam ciet & menſes *r*). Oculis nocere, etiam ROBERTUS BOYLE *s*). Epilepſiam facere BUCHWALD *t*); ſed is Vir. Cl. inter plantas ſiccas *Thyſſelinum* pro Apio repoſuerat. Reprimere Apium CELSUS *v*).

Sicca planta miteſcit, neque eam animalia reſpuunt, præter equos *x*).

Noſtrum Celeri Apium Veterum *y*) eſt, & a Græcis etiamnum cum nomine Selino colitur *z*).

TRAGOSELINUM TOURNEFORT. t. 165.

PIMPINELLA LINN. n. 366.

Nullum involucrum. Petala cordata videntur, integra tamen & reflexa, extrema in extremis umbellæ finibus evidenter majora *a*), media mediocria, infima minima. Interiores flores regulares: petala tamen introtracta, quaſi inciſa. Semina convexa, tribus lineis *b*) eminentibus diſtincta, inter eas lineas rugoſa, mucrone anguſtiori. Tubæ longæ. Ad Apium CRANZIUS.

785. TRAGOSELINUM foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, ſerratis, extremis trilobatis.
Pimpinella RIVIN. *t.* 79.
Pimpinella ſaxifraga CAMERAR. *epit.* p. 775. HILL. *t.* 60.
Saxifraga magna DODON. *purg.* p. 494. *pempt.* p. 315.
Tragoſelinum majus, *Pimpinella major* TABERNÆMONT. p. 88.
Pimpinella ſaxifraga major, *umbella candida* C. B. MORISON. *umbellifer.* p. 13. cum bono folio *t.* 5.

β. Varietas alpina, umbella rubente.
GESNER. *lact.* p. 49. b.
Pimpinella flore rubro RIVIN. *t.* 60.

γ. Varietas ſabuloſæ Germaniæ, nobis ignota, radicis ſucco cæruleo.
Daucus Cyanopus CORD. *hiſt.* L. II. c. 122. p. 155.

Varietas α. in pratis & ſylvis, in his ſæpe præalta. Varietas β. in ſubalpinis & ſubmontanis.

Radix alba, acris, conica, longa. Caulis bipedalis & ultra, firmus, ſæpe hirſutus. Folia nitida, acute ſerrata, pinnata, pinnis ovato lanceolatis, acute ſerratis, etiam appendiculatis, extremis trilobatis: ſuperna folia anguſtiora, acute inciſa ſunt. Hirſutie ludunt. Umbellæ rariores.

Folia ſapore acri non ingrato ſunt, & quaſi pomi odore. Radix acerrima, aromatica, apud STAHLIANOS *c*) celebris; cujus tinctura ſtomachica, vulneraria, antifebrilis, catarrhalis, in Germania celebretur. Vis omnino eſt in partibus reſinoſis *d*); & aquoſum extractum nullius eſt momenti *e*); eſſentia vero *f*) & infuſum *g*) vim plantæ conſervant. Habet & aliquantum olei eſſentialis *h*), & oleum expreſſum *i*) ingratum. Aqua ſatis odora ſtillat *k*). Lac coagulare GESNER.

Olim radices ad menſes & lochia *l*) pellenda Noribergæ celebres fuerunt. Inter meliora eſt armentorum pabula *m*); & lac nutricibus augere dicitur, etiam extus admotum *n*). Potentiſſime reſolvere, ad aſthma & hydropem *o*). Vulnerarium eſſe, ut 15000. Hungari poſt pugnam ejus uſu convaluerint *p*).

h) BOEHMER. p. 212.
i) p. 144. 145.
k) p. 146. Ad drachmam in libra CARTHEUSER.
l) p. 146.
m) CARTHEUSER. *mat. med. I. poſt.* p. 323.
n) LOBB. *exp* 72. 73.
o) CHOMEL. *Supplem* p. 68.
p) GEOFROI.
q) In NICOLAUM p. 164. b.
r) PLIN. L XX. n. 44. Inter rodentia CELSUS L. VI. c. 6.
s) *De Utilit. philoſoph. experient. V.* n. 6.
t) p. 28.
v) L. II. c. 33.
x) SCHREBER. III. p. 13.
y) P. ALPIN. *Plant. Ægypt. I.* p. 158.
z) BELLON. p. 126. 465.

a) TOURNEF. A.
b) ad E.F.G.
c) GROTIAN. *Sommerbeluſtig. II.* p. 318. 319.
d) NEUMAN. T. II. P. III. p. 509.
e) IDEM ibid. p. 511.
f) IDEM p. 511.
g) CARTHEUSER. *mat. med.* p. 406.
h) IDEM. NEUMAN. p. 509.
i) ibid. NEUMAN.
k) NEUMAN. p. 510.
l) C. HOFMAN. *med. offic.* p. 533. nuper BUCHWALD. p. 203
m) SCHREBER. III. p. 67.
n) C. AVANTIUS in FIERÆ *Cœnam.*
o) BOERHAAVE.
p) CAMERAR. *memor. II.* n. 37.

Pimpinella cærulea plus olei habet *q*), & spiritum constante & per alembicum transituro colore cæruleo tinctum fundit *r*). Etiam oleum essentiale cæruleum est *s*). Dat aquam carminativam plantæ odore, perinde cæruleam *t*). Spiritum vini thermometris destinatum cæruleo colore tingit *v*), ut tamen cum tempore is color evanescat *x*). Laudatur ad ulcera ex erysipelate male sanato *y*) nata; ad hydropem *z*). Varietas est, & *a*) terra natali mutata eadem planta decolor nascitur.

Ad radices Pimpinellæ albæ insectum *b*) de Kermes genere gallam cæruleam adponit, celebrem olim, cum nondum Coccinella *c*) adveheretur, neque nunc penitus neglectam.

786. TRAGOSELINUM foliis pinnatis, pinnis ovatis.

Pimpinella saxifraga minor CAMERAR. *epit.* p. 775. MORISON. *umbellifer. t.* 5.
Tragoselinum minus, *Pimpinella minor* TABERNÆMONT. p. 88.

In pratis locisque aridis; Bernæ; circa *Roche &c.*

Habitus minor, minus ramosus; pinnæ simplices, ovatæ, solo in ulteriori ambitu serratæ, non lobatæ, excepta ultima, quæ trilobata, obtusa; superiora acuta & angusta.

TRAGION COLUMN. semine hirsuto differt.

787. TRAGOSELINUM foliis duplicato pinnatis, pinnulis profundissime lobatis.

Saxifraga parva DODON. *purg.* p. 445. *pempt.* p. 315.
Pimpinella saxifraga minor crispa MORISON. *umbellifer.* p. 17. *t.* 5. *petræa* TABERNÆM. p. 89.
Pimpinella media RIVIN. *t.* 81.
Pimpinella saxifraga BLAKWELL. *t.* 472.
Cut saxifrage PETIVER. *t.* 26.

In aridioribus collibus, & vallo caulis.

Omnia primi 785; folia etiam inferiora satis similia, magis tamen trilobata; sed ad caulem pinnæ pinnatæ sunt, pinnulæ & ipsæ profunde sectæ, non serratæ, sed award ampliter incisæ, paucis dentibus & pene semipinnatæ.

Vires eædem.

Has tres plantas ILL. LINNÆUS conjungit, cui est *Pimpinella foliis pinnatis*, *foliolis radicalibus subrotundis*, *summis linearibus* p. 378. Cultæ tamen discrimina sua tenent *d*).

788. TRAGOSELINUM caule crasso, sulcato, divaricato, foliis multifidis, capillaribus,

Emend I. n. 133. *It. Helvet. II.* n. 17.
Icon GESNER. *æn.* 129.
Seseli Massiliense, *Fœniculi folio*, *quod Dioscoridis censetur* C. B. *Bas.* p. 49. neque enim alia similis planta in Helvetia provenit.
Oenanthe striata, *rigida* GMELIN. p. 206.
Daucus montanus multifido brevique folio C. B. ex fide horti sicci.
In turba synonymorum dubiorum non audeo plura addere.
Posset esse *Seseli petiolis ramiferis*, *membranaceis*, *oblongis*, *integris*, *foliolis linearibus*, *sulcatis*, *petioli longitudine* GERARD. p. 253.

In Helvetia non rara: in monte *Wasserfall e*), *Dolaz*. Sed descendit in planitiem, circa *Roche & Aquilejam*; & *Biennam* frequens.

Radix percrassa, dodrantalis, pedalis, conica, setis coronata. Quando in montibus altis nascitur, humili est caule, ne dodrantali quidem, foliis radicalibus cincto. Ea ex longis vaginis proveniunt, firma, viridia, angusta, ubique ejusdem latitudinis, ultimis laciniis longis, subulatis, cæterum triplicato pinnata, pinnulis ultimis simplicibus, bifidis, trifidisque. Vaginæ magnæ, incisæ. Umbellæ densissimæ, parvæ, incredibili copia, paucis & exiguis foliis mistæ, nudæ, nisi quod universalis umbella folium nonnunquam incisum sibi subjectum habeat. Petioli sub umbella latescunt. Petala alba, extus rubra, æqualia, integra. Semen cum sodali perfectum ovum efficit, subrotundum, quinque jugis, nempe tribus mediis & tumentibus oris, & quatuor sulcis distinctum. Sapor ei acris & amarus. Tubæ persistentes. Maturior planta caulem habet præcrassum, durum, alterne ad angulos obtusos flexum, profunde sulcatum, rigidum.

CARUM

q) NEUMAN. T. II. P. IV. p. 3.
r) IDEM p. 7.
s) IDEM p. 6.
t) BURGHART. *Destillierkunst* p. 217. 218. NEUMAN. p. 3.
v) *Satyr. Siles. VII. mantis.* n. 1.
x) NEUMAN. p. 8.
y) *Select. Francofurt.* T. IV. Vol. 5.
z) ibid. II. p. 308.
a) LUDWIG. *bonit. radic.* p. 15.
b) SPIGEL. c. 7.
c) CARDAN. *subtil.* L. IX.
d) *Phil. Transf.* Vol. XLIX. P. II. p. 824.
e) *Basl. merkwürd.* p. 1801.

CARUM Rivin.

Linn. n. 365.

CARVI Tournefort. t. 160.

Multa habet cum Tragoselino communia, & cum Seseli, cum quo etiam habitu convenit: differt utraque umbella nuda *f*), petalis evidenter incisis *g*). Semina semiovalia, profunde sulcata *h*).

789. CARUM Camerar. *Epit.* p. 516. Rivin. t. 54. Linn. p. 378.
Carum seu Carvi Morison. *umbellifer.* p. 24. *t.* 8. bene.

In pratis ubique, imprimis subudis: etiam in alpes adscendit.

Radix conica, depacta, magna & longa. Folia etiam longa & parum lata, duplicato pinnata, pinnis primis longioribus, circa nervum decussatis, pinnularum laciniis rectis, tridentatis & bidentatis. Caulis pedalis: flores albi, subinde rubri.

Planta aroma habet, & optimum pabulum *i*) armentis præstat. Semen inter calida *k*) maiora est; dudum habitum pro stomachico medicamento, quod ciborum coctionem adjuvet, & flatus dispellat *l*), quo fine Sennæ additur. Et tamen ipsum multum generat aeris *m*). Infusum *n*), addito melle, pulmonibus muco infartis prodest. Semen vapore calidæ humectatum, bonum oleum pressum fundit *n**).

Hortense perenne, ab isto annuo diversum esse Cl. Reichart, etiam crassa radice *o*).

IV. SEMINE ALATO.

I. ALIS QUINQUE.

ASTRANTIA Tournefortii T. 166.

Linn. n. 327.

Slevogt. *de Astrantia.*

Umbella huic simplex, sed radii tota umbella majores, vigeni, lati, lanceolati *a*), venosi, conniventes; etiam bidentati & tridentati. Flores petiolati, alii androgyni *b*), seminibus ellipticis, convexis, quinque alis crispis *c*) & plicatis percursis, coronatis calyce pentaphyllo *d*); petalis integris, acutis, complicatis *e*). Alii mares *f*) tubis destituti & seminibus, calyce tamen præditi.

790. ASTRANTIA foliis quinquelobis, trifidis *Enum. Helv.* Linn. I. p. 339.
Veratrum nigrum Dioscorid. Dodon. *præf.* p. 194. *pempt.* p. 387.
Astrantia Rivin. *t.* 67. *nigra* Blakwell. *t.* 470. Hill. *V. t.* 18.
Helleborus niger Ranunculi folio globoso major Garidel. *ic.* 46. cum Trollii synonymis.
β. *Astrantia nigra minor* Morison. *umbellifer.* p. 11. *Histor. III.* p. 279. *s.* 9. *t.* 4.
Astrantia alpina Munting. *Phytograph. t.* 111.
Astrantia minor Scheuchzer. *It. IV.* p. 331.

In alpinis & montanis vulgaris; etiam in planitiem descendit, & abundat circa *Ripaz*, super *Glerolle.*

Radix lignosa, scabra, ramosa. Caulis cubitalis, parum ramosus. Folia nitida, petiolata, profundissime quinquefida, lobis denuo trifidis & acute serratis, etiam septifida. Radii subpurpurei, etiam albi.

Radix acris est, odore & sapore fere *Contrayervæ g*), & alvum ducit *h*), mitior Helleboro; sed etiam extractum purgat *i*). Aquam non debilem, & oleum inde Penotus *k*) parabat, qui in Helvetia aliquamdiu vixit, ibique diem obiit.

791. ASTRANTIA foliis septenis, digitatis, serratis (Linn. p. 340.)
Helleborus niger Saniculæ facie, minor C. B. *prodr.* p. 97.
Helleborus minimus, alpinus, Astrantiæ folio Boccone *plant. rar*, T. 5. *f.* 3.

f) Aliquando unifolium Heister. *meth. Linn.* etiam multifolium *Scep* p. 33.
g) Tournef. A. B. aut certe inciso cordatis.
h) Parsons. *theat.* t 1. f. 9.
i) Schreber. III. *Saml.* p. 19.
k) C. de Honestis in Mesuen. p. 133.
l) In Nicolaum p. 163. b.
m) Macbride *Essays* p. 45.
n) Blair. *Pharmac. Dec. V.* p. 195.
*n**) Deiean. *odeurs* p. 380.
o) *Gartenschaz IV.* p. 50. Gadd. *plantag.* T. IV.
a) Tournef. L. Morison. *umbellifer.* t. 4.
b) Tournef. A.
c) E. Morison. R. r. 85.
d) Sic etiam Scepin. p. 31.
e) Tournef. C.
f) D. Habet etiam Slevogt.
g) Constant. *med. Helvet.* p. 164.
h) C. Gesner. *Epist.* p. 786.
i) Constant. *k*) apud Hildanum, *Epist.* 9.

Astrantia alpina minima SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 453.
Astrantia minor HILL. T. V. *t.* 18.

Hæc alpina, Juram montesque fugit, in alpinas tamen valles descendit, *Hasli*, *Chapuise*, *Ursariam*. In omnibus alpibus Aquilejensibus & Valesianis reperi; alii Cl. Viri in Rhæticis & Glaronensibus. In monte *Generoso* Insubriæ.

A priori abunde differt. Humilior est, foliis non confluentibus, sed distinctis, senis, novenis, in unum petiolum convenientibus, longis, angustis, acutius circumserratis, non trilobatis: prima quina sunt, nonnunquam & latiora, semper simplicia, neque confluentia. Umbella multo minor, perpetuo alba; radiis involucri integris, neque tridentatis. Radix nigra, plurimis fibris capillata.

II. ALIS IN QUOQUE SEMINE QUATUOR.

LASERPITIUM TOURNEFORT. t. 172.

LINN. n. 344.

Semen characterem generis habet *l*): petala integra, inflexo cordata *m*). Calyx proprius exiguus *n*). Involucrum in aliis aliter se habet, neque potest characterem ingredi.

792. LASERPITIUM foliis cordatis, inciso serratis LINN. I. p. 356.
Seseli Æthiopicum herba DODON. *purg.* p. 482. *pempt.* p. 312.
Laserpitium RIVIN. *t.* 21.
Semine plano MORISON. 8. 8. 9. 9.

β. Varietas major, magis serrata, alis crispis *o*).
Libanotis Theophrasti major LOBEL. *ic.* p. 704.
Libanotis latifolia, semine crispo, foliis minus rotundis Hist. Oxon. III. p. 320. Huc *Umbellif. tab. sem.* 10. 10.

γ. Varietas maxima foliis semibilobis, alis crispis.
Libanotis alpina latifolia, semine crispo BOCCONE *mus. di piant.* p. 24. *t.* 3.

Plures alias omittimus.

Alpina & montana planta: in monte *Muteto* supra *Dornach*, in monte *Suchet & Neirivaux* maxima copia. In pratis montanis *Jorogne* & alibi supra Aquilejam; *à la Combe de Valanvron* GAGNEBINN.

Radix crassa, teres, coronata setis, resinosa, odorata, multiceps, quando vetula. Caulis brachiatus, pedalis & cubitalis. Vaginæ foliorum peramplæ; sic folia, ex amplissimis totius classis *p*), duplicato pinnata, paribus pinnarum fere quatuor, pinnulis quinis & ternis: omnibus firmis, glaucis, glabris, oblique cordatis, circumserratis, semibilobatis, dentibus aristatis. Umbellæ amplissimæ. Involucri universalis folia lata, longe lanceolata, octona: in peculiari angustiora, pauciora. Seminis alæ modo crispæ, modo planæ. Petala exteriora alba, inflexo cordata, leviter inæqualia; interiora æqualia. Tubæ longæ repandæ.

Radix rusticorum medicinam ingreditur. Inter radices Turbith se hujus Laserpitii radices *q*) vidisse HILLIUS.

*793. LASERPITIUM foliis imis rotunde lobatis, vaginalibus linearibus, trifidis.
Libanotis latifolia, Aquilegiæ folio C. B. *prodr.* p. 83.
Ligusticum Rauwolfii, foliis Aquilegiæ I. B. III. p. 148. PLUKNET. *t.* 223. *f.* 1.
Laserpitium foliolis trilobis, incisis LINN. *I.* p. 357.

In *Generoso* monte Insubriæ Helveticæ *r*).

Multa habet prioris plantæ similia: ut folia caulina ima, quæ tamen frequentius aut profunde, aut certe leviter trilobata sunt. Quæ vero folia ex vaginis nascuntur, ea penitus differunt, acute enim trifida, Laserpitio *Sileri* dicto accedunt, cum in priori specie eadem pariter cordata sint; sic etiam prima folia & radicalia, rotunde lobata, accurate Aquilegiam referunt; a prioris speciei foliis diversa. Umbella etiam universalis pauciores habet in involucro radios, & perbreves, etiam nullos: sic particularis. Semina Sileris cretici, alis aliis magis elevatis, intermediis minoribus. Radix

l) TOURNEF. G.L.H.I.
m) A.B.
n) C
o) N. MORISON. 10. 10.
p) LUDWIG. *bonit. radic.*
q) *mat. med.* p. 556.
r) *Emend. III.* n. 204.



Laserpitium alpinum extremis lobulis breviter multifidis.

C. J. Rollinus. Med. C. delin.

Sculp. C. J. Fritzsch Christ filius Gött.

Radix magna, setis coronata. Involucrum nullum, aut unica & duabus ligulis factum, peculiare 5. 6. 7. ligulis, etiam nulla: petala parva alba s).

794. LASERPITIUM foliis duplicato pinnatis, pinnulis integerrimis, lanceolatis, simplicibus & ternatis.

Siler montanum DODON. *purg.* p. 484. *pempt.* p. 310. MORISON. *umbellif.* p. 8. & Semen 80 a. 80 b.

Ligusticum, *quod Seseli t) officinarum* I. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 42. *It. VI.* p. 459. *It. VII.* p. 514.

Seseli BLAKWELL. *t.* 426.

Laserpitium Siler HILL. *VI. t.* 28.

Laserpitium foliolis ovato lanceolatis, integerrimis LINN. *I.* p. 357.

β. Angustifolium C. B. RAI, &c.

In rupibus apricis Helvetiæ frequens. In adscensu ad *Dolaz*, *Thuiri*, montem *Falconarium*. In supercilio scopuloso lacus *Brienzensis*, supra *Interlachen*: simili loco ad lacum Rivarium SCHEUCHZER. In rupibus *d'Orvin*, *de Moron*, *&* *à Pertuis* GAGNEBIN, tum *à Rochebulon*, in M. *Chasseral*, *au Creux du Vent*, *à la Roche des Corbeaux*. In Aquilejensium rupibus abunde, *en Chalet*, *Fontanai*, *Luan*, *Agauni*, *à la Porte du Sex*, &c. In alpes etiam adscendit.

Radix crassa, ramosa, aromatica, setarum corona lecta. Caulis brachiatus, ab uno pede altus ad sex pedes. Folia circumscriptione latissima, glauca, glabra, firma, triplicato pinnata, pinnulis simplicibus, aut tripartitis, petiolatis, laciniis longe ellipticis, acutis, tamen ut etiam ovatas, & obtusas reperias. Involucrum universale latifolium, reflexum: peculiare multifolium, angustum. Umbellæ ex amplissimis. Flos albus. Petala æqualia, inflexo cordata. Semina odoratissima, longe ovata, coronata v), omnino quatuor alas breves & crispas exigit, ut a Laserpitiis separari nequeat.

Plurimas plantas vi aromatica superat, & tamen negligitur. Semen Seseleos Cretensis nomine in officinas recipitur; radice alpicolæ utuntur; datur etiam pro apophlegmatismo, in odontalgia. Gummi ex radice seu resina odorata habetur x). Oleum cæruleum cumini odore ex semine Lipsiæ paratur y).

*795. LASERPITIUM foliis triplicato pinnatis, lobulis lanceolatis, *Enumer. Helvet.* n. 2. t. 19. †

Panax Asclepium semine folioso C. B.

Ligusticum alpinum perenne Fœniculi folio, floribus albis SEGUIER. *II.* p. 41. *t.* 13.

Ligusticum foliis triplicato pinnatis, extremis lobulis breviter multifidis GMELIN. *I.* p. 199. *t.* 46.

Alpina planta, neque infrequens. Legi supra *die Teufelsbrüke*, in monte *Scheidek*, in pratis udis vallis *Ursariæ*; in M. *Javernaz*. Nascitur etiam in monte *Fouly*, *S. Bernhard*, *Jeman*, *Salanfe*, *Isenau*, supra *Sas*, &c. In montes non descendit.

Radix maxima, setis coronata. Folia circumscriptione amplissima; etsi ipsa minute divisa sunt, quadruplicato pinnata: pinnulæ pinnatæ, nervo latiusculo, laciniis quinis, septenis, lineari lanceolatis, argutis & firmis, brevibus, trifidis, quadrifidis, lanceolatis, acutis, hactenus curvulis, ut in siccando totum folium crispum fiat. Umbella amplissima, densissima. Utrumque involucrum radiorum numerosorum, latiusculorum, longe lanceolatorum, albicantium. Petala alba, inflexo cordata, modice inæqualia. Semina ex more gentis, quatuor alis.

*796. LASERPITIUM foliis triplicato pinnatis, pinnulis lanceolatis, involucris semitrifidis *Emend. III.* n. 229. †

Planta nova, quam in monte *Javernaz* primum detexi, & quam ab eo tempore in multis aliis montibus aut ego reperi, aut alii, ut in *Enzeindaz*, *Grandvire*, *Mayen*, *Lioson*, *Audon*, *Fouly*, *Dent de midi*, *Herbagere*, *Salanfe*, *S. Bernhard*; etiam in montibus glacialibus supra *Chamouny sous la glaciére des Pélerins*.

Dudum forte hæc planta innotuisset, nisi Muttellinæ adeo similis esset.

Radix nostræ lignosa, grandis, multiceps, coronata setis, foliorumque priscorum squamis. Folia

s) CRANZ. p. 62.

t) Seseli creticum herbula fruticosa, semine duplici rotundo, scutulorum effigie, odorato, subacri DIOSC. III. c. 54. Non potest nostrum esse.

v) MORISON. *f. f.* 81. 82. PHRSONS. t. 111. f. 12. 13. 14. 15. utique quatuor alas habet.

x) WELSCH. *hecatost.* obs. 80.

y) WALTHER. *de oleis animalib.*

Folia firma, glabra, nitida, triplicato pinnata; ultimæ pinnæ argute lanceolatæ, dimidiam fere lineam latæ, longiusculæ, simplices, bifidæ, & trifidæ: tota vero amant se in alterum latus conjicere. Ad caulem folia similia, pauca, simpliciora. Caulis rectus, sulcatus, semper humilis, semipedalis. Umbella densissima, globosa, convexa. Folia involucri universalis fere septem, octo, decem, pleraque petiolata, semitrifida, umbella paulo breviora. Peculiare involucrum fit etiam foliis partim lanceolatis, integris, partim trifidis. Flos sæpe purpureus, petalis paulum inæqualibus, inflexo cordatis. Semen quatuor alis percursum, grande, ovatum, sæpe cum tubis purpureum, pene atrum.

PEUCEDANUM *a*) Linn. p. 339. & Tournefortii t. 169.

Semen nucleum habet profunde sulcatum *b*), tribus lineis elevatis percursum *c*), utrimque ad marginem explanatum, ut semen alatum vocari possit; idem calyce proprio *d*) coronatum. Petala apice inflexo *e*), ut cordata videantur. Involucrum utrumque exiguum.

797. PEUCEDANUM foliis triplicato pinnatis, pinnulis nervo distinctis, lanceolatis, imparibus trilobatis.

Siler f) alterum pratense Dodon. p. 310.
Seseli I. pratense Morison. *Umbellif.* p. 17.
Seseli pratense Rivin. *t.* 57.
Saxifraga anglicana, facie Seseli pratensis Monspeliensium Lobel. *ic.* p. 784.
Peucedanum foliis pinnatifidis, laciniis oppositis, involucro universali diphyllo Linn. *I.* p. 354.
Seseli pratense fasc. III. t. 6. f. 1. Cranzii, neque enim Selino accenseri potest, quod absque vera seminis ala sit.

In humidis vulgaris, circa tres lacus vicinos, Neocomensem & reliquos. Bernæ inter *Seelhofen & Belp*, *in der Eymatte*, &c.

Radix unica, crassa, vaginis & villis coronata. Caulis rectus, brachiatus, cubitalis, sulcatus, sulcis superius evidentioribus. Folia ex atro virent, nervo lato, distincto, circumscriptione ampla, triplicato pinnata, laciniis elliptico lanceolatis, integris, ultimis tribus confluentibus. Universale involucrum nullum *g*), aut unifolium, denique bifolium: pro particulari multa, ad decem, folia lanceolata, angusta. Petala æqualia, viridia ex luteo, cordata. Semina tribus jugis eminentibus in dorso percursa, cæterum utrinque complanata, ovata, odorata.

Diureticum semen esse, & ad calculum valere lego; sed in officinis vix notum est, ut neque radix. A pecore non amari *h*).

Peucedanum Germanicum dicitur ex fissuris rupium circa Aquilejam provenire *i*). Verum *Thysselinum* ab eo viro credo intelligi, neque enim Peucedanum unquam aut mihi occurrit, aut aliis.

III. ALIS DUABUS.

SELINUM.

SELINUM Linn. n. 337. & ATHAMANTA Linn. THYSSELINUM T. & OREOSELINUM Tournefort. t. 169.

Priori proximum, seminis nucleo tribus sulcis percurso, alis membranaceis *a*): involucrum utrumque

a) Peucedanum inter acria numerat Celsus VI. c. 10. Aurelianus I. c. 17. Peucedano caulis tenuis, longus, similis Fœniculi, coma ad terram copiosa, flore luteo, radice nigra, crassa, succosa, odore gravi, in montibus opacis. Succus ex radice (Plin.) caule inciso manat Dioscor. L. III. c. 76. Plin. L. XXV. n. 70. Videtur Germanicum esse. Peucedani radix calefaciens, succus inutilis & semen Theophrast. L. IX. c. 22. Ad arthritidem in malagmate Celsus L. V. c. 18.

b) Tournef. F.

c) Morison. *umbellifer.* U. u.

d) Tournef. C.

e) A.

f) Silaus in glareosis & perennibus rivis, cubitalis, Apii similitudine Plin. L. XXVI. n. 56.

g) Etiam Gmelin.

h) Schreber. III. p. 79.

i) Constant. *Essay* p. 154.

a) Tournef. E.

utrumque, in aliis minime. Petala integra *b*), æqualia. Calyx proprius. Non video ut differat a Peucedano, nisi calycis proprii defectu.

*798. SELINUM foliis quadruplicato pinnatis, nervis canaliculatis *It.Helv.II.* n.94. CRANZ. *fasc. III.* p. 17. 18.
Daucus Alsaticus C. B. *prodr.* p. 77.
Umbellifera alsatica magna, umbella parva, sublutea I. B. III. p. 106.
Peucedanum foliolis pinnatifidis, lacinulis trifidis, obtusiusculis LINN. *I.* p. 354.
Circa Mülhusiam. Ego legi inter rudera arcis *Oppenheim c*).
Radix unica, defixa, villis coronata, subacris. Caulis humana altitudine, sulcatus, ramosus, latis vaginis abundans. Folia radicalia cubitalia, firma, glabra, aromatica, petiolis canaliculatis, pene lignosis; eadem quadruplicato pinnata: ultimæ laciniæ trilobatæ, lateralibus tridentatis, quadridentatis, media quinquedentata. Umbellæ raræ: foliola universalis umbellæ aliquot, ad sena, lanceolata, non reflexa: sic peculiaris. Semina striata, in margine alata. Petala ex viridi luteola, etiam alba, æqualia & integra.

799. SELINUM sublactescens, leve, foliis quadruplicato pinnatis, linearibus.
Innumerabiles hujus plantæ varietates, & synonymias reperio.
Seseli palustris lactescens, acris, foliis ferulaceis, sapore fervido I. B. III. p. 188.
Thyssclinum d) angustifolium RIVIN. *t.* 13.
Seseli sublactescens radice unica LINN. *I.* p. 350.
Icon OEDERI *t.* 257.
Selinum palustre CRANZ. *fasc. III.* p. 89. *t.* 7. *f.* 1.
Vulgo in Helvetiæ udis. Inter *Roche & Chessel* abunde. Bernæ circa *Gümligen*, circa *Seedorf*; in torfaceis *les petits Pontins*, *à Chatagne*, &c. Adscendit autem in alpes, & supra *Morcle*, inque monte *Fouly* provenit; & ex rupibus etiam marmoreis erumpit cis *la Marbriere*.
Meæ plantæ habent tuber unicum, ex quo sæpe magnæ aliquot radices descendunt *e*). Omnibus etiam planta odorata est, odore quodam Anisi, tamen subgravi, & omnibus rupta quæque pars plantæ lac parcum dat, etiam sæpe omnino nullum. Caulis præaltus, trium & quatuor pedum, crassus, angulis elevatis imprimis inferius percursus, superne teretior, ramosus. Folia *f*) semper ex nervo, quo loculi dividuntur, & ex nigricantibus venis adgnoscas, quæ rete in foliis efficiunt. Cæterum circumscriptione sunt amplissima, pedali & ultra, quadruplicato pinnata, pinnis semper nervi latitudine, planis, ex ellipsi longe lanceolatis, laciniis ultimis simplicibus & trifidis. Nervus ejusdem cum lobulis latitudinis est. Umbellarum utrumque involucrum maximum, ciliatum, reflexum, multifolium, ad octo folia habet. Umbella densa: petala alba, inflexo cordata, paulum inæqualia, ut extimum longius sit. Semen emarginatum, pene planum, ovatum, nucleo parum gibbo, tribus jugis percurso, parum eminentibus, non sine calycis vestigiis, margine rigido vix membranaceo, in alpina magis, ut etiam alas moliantur. Hæc semina in alpinis duplo majora sunt, & sulcis insculpuntur profundioribus.
Russi radice pro Zingibere utuntur *g*).

800. SELINUM lactescens, caule aspero, foliis triplicato pinnatis, lobulis ovato lanceolatis.
Apium sylvestre, seu Thyssclinum DODON. p. 699.
Thyssclinum Plinii LOBEL. p. 710.
Thyssclinum RIVIN.
Seseli palustre lactescens C. B. *prodr.* p. 85. MORISON. *Umbellifer.* 33. 33.
Apium sylvestre Dodonæi, Thyssclinum quorumdam, planta lacteo succo turgens, locis humidis proveniens I. B III. p. 1188.
Circa *Vervai* ad lacum. Circa *Eschede* Cellensium.
Credo omnino a priori distingui posse. Caulis enim totus duris pilis hispidus, in petiolos, in foliorum inferiorum pedunculos, & in nervos, & in oras foliorum continuatis. Folia radicalia, etiam acuta, triplicato pinnata. Pinnulæ secundæ petiolum habent multo, quam folium ipsum, angustiorem. Ipsa pinnula semipinnata, sed inæqualiter, ut hinc duas lanceolatas lacinias habeat, inde unam: involucrum utrumque,

Vvvv 2

b) A. B.
c) *It. Helvet.* p. 318.
d) Thyssclinum Apii non dissimile, radix manducata pituitas capitis purgat PLIN. L. XXV. n. 90.
e) Sic CRANZ.
f) radicalia ovata CRANZ.
g) K. swenska wetenska handl. 1747. n. 3. GADD. *satacunda barad.* p. 53.

que, multo minus, quam in priori. Latitudo pinnarum ad duas lineas; ſuperiora etiam folia in planta juniori hirſuta ſunt. Radix cæterum ſimplex, conica, vel ramoſa, bicruris.

Lac abunde præbet.

Diſcrimen a radice ſumere non licet, ex ſynonymis tamen hanc ſpeciem habeas pro *Silino radice fuſiformi, multiplice* LINN. l. p. 350. & pro *Olſenichio* CORDI L. II. c. 98. cum in Germania proveniat.

*801. An SELINUM foliis circa coſtam decuſſatis. †

Olim a me prope *Nodz* lecta in prato humido, nuper a Cl. GAGNEBIN circa *Goudeba*.

Radix lignoſa, conica, ſetis coronata. Folia Carvi, aut Carvifoliæ Cl. CRANZII, longa, parum lata, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis iterum pinnatis, ultimis lanceolatis. Sed primæ pinnulæ inferne longæ, ſuperne breves, circa caulem decuſſari videntur. Paria pinnarum fere ad decem, paria priora tria longiora. Caulis fiſtuloſus, brachiatus. Vagina magna, ventricoſa. Umbellæ generales nudæ, circa decem habent bacillos. Umbellæ peculiares multifloræ, involucrum habent foliorum lanceolatorum ad octo, bacillis breviorum. Flores petalis albis, inflexis, ut cordata videantur. Semina ovata, tribus magnis ſulcis, placentis convexis, tubis perſiſtentibus, capitatis.

Non eſt Selinum-Carvifolium ILL. CRANZII ob ſetas, & folia caulina perinde diviſa, non ſimplicia. A Caro involucro differt. Semen non ſatis maturum vidi: ut interim locum huic plantæ invenirem, poſt Thyſſelina poſui.

802. SELINUM foliis triplicato pinnatis, pinnulis latiuſculis, ſimplicibus & trifidis t. 20.

Carvifolia I. B. III. p. 171. VAILLANT. *t.* 5. *f.* 2.
Angelica tenuifolia RIVIN. *t.* 18.
Selinum caule alato, foliolis bifidis & trifidis ZINN. *Enum. plant. Hort. Gotting.* p. 221.
Selinum caule ſulcato, acutangulo, involucro univerſali caduco, piſtillis fructus reflexis LINN. *I.* p. 350.
Non videtur *Carvifolia* Cl. CRANZII, cui folia circa coſtas decuſſata ſint.

Paſſim nunc in Helvetia legi. Prope Ebrodunum olim in pratis ad viam verſus *Grandſon*. Deinde circa Bernam ſupra prædium *das Inſelin*, inter arundines, & in prædio *Bodenaker*. Cl. LA CHENAL *Michelfeldæ*; circa montem *Beligardum* Cl. BERDOT, ut plantam BAUHINORUM adgnoſcas.

Radix *h*) lignoſa, craſſa, multis teretibus radicibus, ex unico tubere prodeuntibus, ut olim ſuſpicatus ſim, hanc fuiſſe cauſam ſupponendi Thyſſelini radice fuſiformi *i*). Caulis rectus, anguloſus, ſulcatus, quaſi alatus, cubitalis, bicubitalis. Folia triplicato pinnata, plana, pinnulis ultimæ diviſionis primis & ultimis trifidis, mediis ſimplicibus, laciniis ultimis latiuſculis, & obtuſe ex ellipſi mucronatis. Folia caulina ex gracili vagina nata. Umbella denſa: involucrum univerſale in immatura & adhuc viridi umbella unicum habet folium latiuſculum ſubjectum; in matura nullum *k*). Peculiare fit decem foliolis ſæpe purpureis, gracilibus, ut exteriora tamen latiora ſint. Petala alba *l*), extus purpurea, inflexa, ut cordata videantur; extremum majus. Tubæ breves. Semen cum nucleo convexo habet duas alas laterales *m*) latas & grandes, tria juga nuclei *n*) minora, & calycis veſtigiam.

803. SELINUM foliis triplicato pinnatis, angulis diviſionum obtuſis.

Oreoſelinum CLUS. *pannon.* p. 694. 695. RIVIN. *t.* 8.
Oreoſelinum majus MORISON. *umbellifer.* p. 41. *folia tum t.* 10.
Oreoſelinum o) *Apii folio* I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 138.
Athamantha foliolis divaricatis LINN. *I.* p. 352.

In Helvetia non rarum, ex rupibus prodit, uti prope *Roche à la Marbriere*, & *aux Gauges; en Jorogne*; circa *Bex*, & paſſim in *Aquilejenſi* dominio: Biennæ *auf der Paßgartflüh*. In M. *Chaſſeralle*. In Valeſia *Agauni*, & inter *S. Leonhard* & *Siders*. C. GESNER *p*) in monte *Legerberg* & *Badæ*. C. B. in monte *Muteto*, in *Crenzach* & *Mi-*

h) *Emend. I.* n. 116.
i) BOEHMER. p. 197. ZINN.
k) Nullum FABRIC. p. 58. *butisb.* REYGER *Gedan.* p. 61. qui plantam deſcribit.
l) f. 2. a.
m) f. 3. 4. e. e.
n) deſuper f. 3. d. inferne f. 4. d.
o) Oreoſelinum palmam altum (dodrantale DIOSC), radice tenui, ramis, & capitulis cicutæ, multo tenuioribus, ſemine Cumini ſimili, oblongo, acri, odorato, tenui DIOSCORID. L. III. c. 64. Eo feminæ expurgantur PLIN. L. XX. n. 46.
Oreoſelinum Cicutæ folio, radice tenui, ſemine Anethi minutiori IDEM L. XIX.
p) *Epiſt.* p. 107. b.



SELINUM *foliis triplicato pinnatis, pinnulis latiusculis, trifidis et simplicibus.*

& *Michelfeldæ.* I. B. in Rhætia prope *Curiam*, & in monte *Thuiri.* Genevæ Rai, in monte *Maloja* Scheuchzer.

Radix craſſa, aromatica, reſina turgens, ſetis coronata. Folia firma, glabra, ſubtus venoſa, perampla, triplicato pinnata, ad angulos rectos & rectis majores diviſa, qui in plerisque umbelliferis acuti ſunt. Laciniæ ſemper latiuſculæ, non dentatæ, ſed bilobatæ, trilobatæ, lobis latiuſculis, ovato lanceolatis, ariſtatis. Caulis firmus, ramoſus, brachiatus, bipedalis & ultra. Utrumque involucrum multis latisque foliis ſpadiceis; illud a ſex adusque vigena; hoc ad ſedecim. Petala inflexo cordata, alba, ſubroſea, æqualia *q*). Calyx peculiaris in ſummo ſemine brevis. Id tribus jugis percurſum, cum alis membranaceis *r*).

Vires gratæ aromaticæ ſunt. Aqua totius plantæ ſatis *s*) hactenus odorata, volatilis. Semen oleum valde volatile fundit. Infuſum herbæ gratum *t*) odorem retinet, diureticum idem & ſudorem movens *v*). Non ſatis nota medicis planta.

804. SELINUM foliis duplicato pinnatis, pinnulis ſemibilobis, circumſerratis.
Seſeli Pannonicum I. Clus. p. 691. 692.
Libanotis Theophraſti nigra Tabernæmont. p. 108.
Cervaria Rivin. *t.* 12.
Daucus campeſtris Apii folio C. B. *prodr.* p. 77.
Athamanta foliolis pinnatis, decuſſatis, inciſo angulatis, ſeminibus nudis Linn.

In Helvetia frequens, prope *Mathod* ſupra vineas, inter *Mathod & Champvent*, in adſcenſu M. *Muteti*, *Falconarii.* Prope *Roche aux Gauges &c.* *Badæ* in M. *Legerberg.* In M. *Albio* C. Gesner. In M. *Crenzuch* I. B. In *Saleva* & circa *Genevam* Rai. In *Leiterberg Valeſiæ.* Trans alpes ab *Airola* ad *Cornum* ubique.

Radix craſſa, prælonga, anulata, plena ſucco reſinoſo, odorata, coronata corona ſetacea. Caulis brachiatus, firmus, ad quinque usque pedes ſurgit. Folia glauca, firma, glabra, ſubtus venis nigris picta, perampla, duplicato pinnata, pinnarum paribus ſex, pinnulis latis, partim ſimplicibus, ſubovatis, acute ſerratis, partim ſemibilobis, & ſemitrilobis, extrema pinna trilobata. Involucrum utrumque circiter decem reflexis fit foliolis. Petala inflexo cordata, pene æqualia, alba, extus purpuraſcentia, ſemine ovato, nucleo modice gibbo, triſulco, ala membranacea conſpicua *x*).

Non debiles vires eximio odore ſuo promittet. Ad podagram aliqui *y*) laudant. Ad febres intermittentes in Stiria ruſtici *z*) adhibent.

Nonne hæc fuerit *Libanotis Ferulæ folio* Muralti p. 537. quæ in monte *Uetliberg* naſci dicitur.

IMPERATORIA Linn. n. 369.

IMPERATORIÆ ſpec. t. 168.

Involucrum univerſale aut nullum eſt, aut unico folio fit: particulare exiguis & paucis fit foliolis, ut ob ſimilitudinem cum bacillis umbellæ nonnunquam obſcurum ſit. Petala *a*) modice inæqualia, apice inflexo cordato. Semen ovatum, emarginatum, per oras late alatum *b*), nucleo triſulco. Cum Selinis Cranzius conjungit.

805. IMPERATORIA Linn. I. p. 371.
Icon Gesneri *æn.* 143.
Imperatoria Camerar. *Epit.* p. 532. Rivin. *t.* 7. Blakwell. *t.* 279.
Aſtrantia Dodon. *purg.* p. 500. *pempt.* p. 320.
Imperatoria major Garidel. *ic.* 55. Scheuchzer. *It. II.* p. 156.
& *Imperatoria alpina* Camerar. *Epit.* p. 353. Puto & *maxima* Morison.
& *rotundifolia* Morison.
Imperatoria Oſtruthium Hill. *t.* 44.

In alpinis non rara, ſed unice alpina. In valle *Chapuiſe*, *Lauterbrunn*, *Schöllinen*, *Urſaria.* In M. *Maloja*, *Speluga*, *Wängialp*, *Aix*, *Iſenau*, *Jeman*, *Salanſe*, *Combe de Martigny* Valeſianorum. In Glaronenſium alpibus.

Radix

q) Fere æqualia Scopoli.
r) Morison. 31. 31. Cranz.
s) Troelsch. Schmiedel. p. 34. 35.
t) ibid.
v) Gumprecht. ad Loesecke p. 187.
x) Morison. *arat.* 33 a. 33 b.
y) *Morb. Uratislav.* 1702. p. 57.
z) Kramer.
a) Tournef. A.B.
b) E. Morison. 83. 84.

Radix valens, aromatica, tuberculoſa, intus levis, teres, quaſi articulis diſtincta. Caulis craſſus, cubitalis, teres, ramoſus. Folia & circumſcriptione ampla, & lata, pinnata, pinnis quinque; primis ſemitrilobis, proximis ſimplicibus, impare trilobata, omnibus acute circumſerratis. Umbellæ maximæ & copioſiſſimæ. Flos albus. Semen odoris grate aromatici.

Vires radicis ſunt in aqua deſtillata *c*), & in oleo *d*), tum in reſinoſis partibus *e*), & in eſſentia *f*), denique in infuſo vinoſo *g*). Reſinam ex radice ſponte ſtillat & ſudat *h*). Quare radix acris, alexipharmaca, coagula reſolvit, ſudorem movet & urinam, & majori copia ſumta etiam alvum: oportet autem hieme effodere. Ita utilis cenſetur in morbis pectoris, mucoſis, lentis, in morbis frigidis *i*), & hydrope; tum ad colicam diſſipandam, ventriculum debilem. Infuſum *k*) unius unciæ urinam ciet. Ad quartanam valuit, etiam quando cortex peruvianus officio defuit *l*). Manducata potenter ſalivam movet. In ipſa peripneumonia BAGLIVUS cum melle adhibebat. Clyſter ex Imperatoria partum adjuvat *m*), etiam planta *n*) propinata. Ad vermes *o*) vulgari experimento valet. Amuletum ad epilepſiam omitto *p*). In caſei raſiis Glaronenſium fabricam recipitur *q*). Sternutamentum ex Aſtrutio & Cyclamine CÆLIUS habet *r*).

ANGELICA LINN. n. 347.

IMPERATORIÆ ſpec. TOURNEFORT.

Involucrum univerſale nullum, aut unifolium *a*): peculiare decem fere *b*) foliola habet. Floris petala æqualia, apice introflexo. Seminis nucleus de more tribus ſulcis exaratus: alæ latæ *c*).

806. ANGELICA foliis duplicato pinnatis, ovatis, ſerratis.
Angelica ſylveſtris TRAG. p. 422. DODON. p. 318. MORISON.
Angelica paluſtris RIVIN. *t.* 17.
Angelica foliis æqualibus, ovato lanceolatis, ſerratis LINN. *I.* p. 361.
Angelica αλπικανθολευκος RICHER. varietas acutifolia.

In aquoſis frequentiſſima & in ſylvis.

Radix craſſiſſima, brachiata, reſinoſo acri & flavo *d*) ſucco turgida. Caulis craſſus, pollicaris, ad ſex uſque pedes elevatur: vaginæ ventricoſæ, maximæ. Folia perampla, duplicato pinnata, pinnis quinquefoliis, & trifoliis, pinnulis plerumque pene ovatis, circumſerratis, impare majori. Dantur tamen & rhomboideæ, & oblongæ, acutæ *e*), & varie difformes. Umbella ampliſſima & denſiſſima, involucro univerſali nullo. Petala integra, lanceolata, media linea diviſa, inflexo cordata, leviſſime inæqualia, plerumque rubella, etiam tota rubra *f*). Nucleus ſeminis ſtriatus, vix gibbus.

Morbum ab interno tumore in equis ortum hac planta I. B. ſanari vidit.

Ingratum fœnum dare *g*).

*807. ANGELICA foliis duplicato pinnatis, ovato lanceolatis, ſerratis.
Angelica major DODON. *purg. pempt.* p. 318.
Angelica RIVIN. *t.* 15. BLAKWELL. *t.* 318.
Smyrnium Cordi LOBEL. p. 699.
Icon OEDERI *t.* 206.
Angelica foliorum impare lobato LINN. *I.* p. 360.

In valle Tellina Cl. DICK detexit inter *Pocco d'Adda & Morbegno.*

Radix maxima, fuſca, annulata, conica. Folia ampliſſima, duplicato pinnata, pinnulis primis ſemitrilobis, lobo medio maximo, inferioribus ad pediculum acceſſoriis exiguis, reliquis aliquando ſemibilobatis, plerumque ovato lanceolatis, circumſerratis,

c) NEUMAN. T. II. P. III. p. 171.
d) p. 170.
e) ibid.
f) p. 171.
g) ibid.
h) WELSCH. *hecatoſt. I.* obſ. 82.
i) C. HOFMAN. *medic. offic.* p. 334.
k) CHOMEL.
l) LANGE *remed. Brunsvic.* p. 141.
m) BLAIR.
n) BRASSAVOLA p. 560. BUCHWALD. p. 152.
o) BOCCONE *muſ. di ſiſic.* p: 137.
p) *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. IV.* obſ. 42.
q) GESNER. *oper. lact.* p. 179. b.
r) *Chron. II.* c. 1.
a) LINNÆUS tria ad 5. folia.
b) IDEM octo.
c) MORISON. N. n.
d) Etiam GLEDITSCH. *meth. plant.* p. 20.
e) Hæc icon HILL. II. t. 11.
f) GLEDITSCH. p. 197?
g) SCHREBER. III. p. 11.

tis, ſic impare, alias tamen trilobata, quando duæ proximæ pinnæ cum ea connaſcuntur. Involucri particularis folia ovato lanceolata. Caulis vaginoſus, cubitalis & ultra. Umbella ampliſſima, copioſiſſima, globoſa. Petala extima, in floribus extimis, paulo majora: in floribus interioribus parum eſt diſcriminis: color ſubviridis: tubæ perbreves. Seminis juga humillima CRANZ. n. 5.

Odorata planta & aromatica, etiam noſtra, etſi non recuſem, efficaciorem eſſe *h*), quæ in Laponia provenit, inve Norvegia *i*).

Recens ſpiritum ad ignem ſtillat, moſchi odore, inebriantem *k*). Extractum aquoſum ſubdulce, neque ſpirituoſum efficax eſt. Oleum eſſentiale dat ad drachmam ex libra *l*). Hujus radicis vires non ſatis notæ ſunt, etſi jam COSTÆUS Coſto ſuaſerit ſubſtituere *m*). Sudorem in acutis morbis *n*) provocat, etſi eo fine dari vix ſuadeas. Lapones pro ſummo medicamento adhibent, in catarrhis, ad educendam pituitam *o*). Iidem caulem, & totam plantam pro aromate & obſonio in cibum revocant *p*); etiam in Inſulis *Färoe q*). In Germania ſaccharo radices condiuntur, ſuntque egregii ſaporis *r*). In panem Norvegi radicem admittunt *s*).

Urſum radicem vorare, ut alvum reſidem ad officium revocet, neſcio an certum ſit *t*).

V. SEMINIBUS PLANIS.

PASTINACA TOURNEFORT. t. 170.

LINN. n. 362.

Neutrum involucrum habet, aut pauca ſub umbella generali *a*) foliola. Petala æqualia *b*) integra, acuminata, apice revoluto *c*). Semen planum, margine foliaceo *d*) cinctum.

808. PASTINACA foliis pinnatis.

Paſtinaca latifolia ſylveſtris DODON. p. 680.
Elaphoboſcum erraticum TABERNÆMONT. p. 77.
Paſtinaca RIVIN. *t. 6.*
Paſtinaca foliis ſimpliciter pinnatis LINN. *I.* p. 376.
Wild Parsnip PETIVER. *I.* p. 24.

Sativam RIVINUS & LINNÆUS non ſeparant, cui radix grandior, dulcis & edulis, folia magis compoſita.

In ruderoſis, ad vias vineaſque.

Radix in ſylveſtri dura, annuloſa, brachiata, ſed gracilis. Caulis rectus, ſepedalis. Folia nitentia, glabra, pinnata, circumſerrata, pinnis ſemitrilobis, circumſerratis: ſuperioribus lanceolatis, nervis latis, foliaceis. Petala lutea, æqualia, media parte retracta & elevata. Semen odoratum, & tota planta dulce quid aromaticum olet, neque tamen gratum.

Semine cum ſucco Glycyrrhizæ in pilulas intrito BOERHAAVIUS *e*) ad ulcera veſicæ, & calculum, & dolores urinariæ viæ multum utebatur. Non tamen repugno, quin Paſtinaca ſpontanea acrior ſit, quæ etiam menſes *f*) & urinam *g*) pellere credatur. Pro antifebrili dabat GARNIER *h*). Radicem conditam, pro ſtomachica MESUE *i*). Annoſas paſtinacas venenatas vires contrahere, antiqua querela eſt *k*): Vertigines inde & animi alienatio *l*). Ex Paſtinacæ radice alioquin ſaccharum parari poteſt *m*). Balſamum inde vulnerarium *n*). A pecore non adtingitur, ut neque pleræque aliæ ruderales *o*).

Quid eſt *Panax Paſtinacæ folio, an Syriacnm Theophraſti* C. B. quod circa *Diſentis* Rhætiæ Cl. BURSERUS legit?

h) LINN. *ſtationes plant.* p. 7.
i) PONTOPPIDAN. *nat. hiſt.* p. 185. BUCHWALD. p. 25.
k) SENKENBERG. *lil. Com.*
l) CARTHEUSER. *mat. med. II.* p. 65.
m) ad MESUEN. p. 105. b.
n) BUCHWALD.
o) HARMENS. *medic. Lapon.* n. 9.
p) IDEM.
q) DEBES. p. 120. *Act. haſn. I.* p. 49.
r) HOPPE *von Erdäpfeln* p. 27.
s) GUNNER. *Flor. Norweg.* p. 47.
t) BUCHNER. *miſcellan.* ann. 1729. p. 123.
a) HEISTER. *meth. Linn.*
b) TOURNEF. A.
c) ibid.
d) ibid.
e) Etiam PARSONS p. 98.
f) BUCHWALD. p. 195.
g) Olim CELSUS L. II. c. 31.
h) *Suite de* GEOFROI I. p, 341.
i) p. 122. b.
k) CONSTANT. obſ. 51. *Comm. Hiſt. Noric.* ann. 1740. *hiſt.* 49.
l) *Eph. Nat. Cur. Vol. VI.* obſ. 128. add. *Dec. III.* n. 2. obſ. 205.
m) MARGGRAF. *Mem. de l'Acad. de Berlin* ann. 1747. p. 89.
n) BOCCONE *Journ. des Savans* ann. 1676. n. 1.
o) SCHREBER. III. p. 63.

SPHONDYLIUM *a)* TOURNEFORT. t. 100.

HERACLEUM LINN. n. 345.

Involucri univerſalis folia unum vel duo *b)*, etiam nullum *c)*; peculiaris plura, ad ſex, inæqualia, capillaria. Petala exciſa, plus quam cordata *d)*, in floribus umbellarum extremis valde inæqualia, ut extremum maximum ſit: interiores flores fere æqualia habent *e)*. Semen pene planum, emarginatum, ſtriatum, latis alis *f)*.

809. SPHONDYLIUM foliis hirſutis, pinnatis, pinnis quinquelobis.
Sphondylium DODON. p. 307. RIVIN. *t.* 4.
Sphondylium I. MORISON. *umbellif.* p. 38. *t.* 9.
Heracleum foliolis pinnatifidis LINN. *I.* p. 359.

II. Flore purpureo BREYNE *prodr. II.* p. 98.

III. Foliis anguſtioribus, vera varietas & diverſa ab ea, quam deſcripſi in *Enum. Hort. Gotting.* p. 180. Noſtræ enim flores perinde difformes ſunt.

IV. Folio criſpo PLUKNET *g)*.

In pratis vulgatiſſima: anguſtifolia circa *les Plans* & in *Creux du Vent*.

Caulis craſſus, ſulcatus, fiſtuloſus, aliquando quadrupedalis. Folia perampla, hirſuta, pinnata, pinnis ſemiquinquelobis, ſemiſeptilobis. Umbellæ maximæ; peculiarium involucrum foliola habet tria, ad ſex. Petala alba, aut rubentia, cordiformia, exteriora quadruplo majora; interiores vero flores pene regulares ſunt. Tubæ breviſſimæ. Vidi octo petalis luſiſſe & tribus placentis.

Inter emollientia memoratur, eique vires fere tribuuntur, quas Veteres Acantho adſcripſerunt. Acris tamen videtur, & negat emollientem eſſe LINNÆUS *h)*. In Polonia decocta cum Sphondylio *i)* aqua habetur pro crapulæ remedio *k)*, & plicæ. Spiritum vini viridi colore tingit *l)*.

A pecore non amatur *m)*.

Ex noſtra ſpecie *n)* ſpiritum inebriantem Ruſſi parant. Caules in acervos congeſti farinoſo *o)* ſaccharo efflorеſcunt cauſtico tamen, quod colligitur: ex eo fermentato ſpiritus inebrians paratur *p)*, qui exigua copia caput turbat *q)* & gravia ſomnia facit, alteroque die ſuperſtites terrores. Idem ſanguinem adfuſus nigro colore tingit.

Sphondylium hirſutum folio anguſtiori in horto habui, radiis ſub univerſali umbella octonis, petalis omnibus æqualibus, viridibus, inflexo cordatis, odore virulento Orchidis; ſed alpinæ noſtræ nihil ſimile habent.

810. SPHONDYLIUM foliis ſubrotundis, glabris, obtuſe ſemitrilobis.
Sphondylium alpinum glabrum C. B. *prodr.* p. 83.
Sphondylium montanum, glabrum, albo flore BARRELIER. *ic.* 55.
Heracleum foliis ſimplicibus, floribus radiatis LINN. *I.* p. 359.

Montana planta, non alpina, Legi ad rupes ſylvæ *der Geiten*, quæ præcipitio imminet; *au Bec de l'oiſeau: aux Combes Grède & Bioſſe*, *au Creux du Vent*, *ſur La Motte de Boinod.*

Penitus diverſa planta, humilior, durior, foliis circumſcriptione rotundis, obiter trilobatis, quinquelobatis, ſeptilobatis. Umbella minus ampla, florum eadem natura: involucrum peculiare multifolium, ſetaceum: univerſale nullum, aut uno alterove folio factum. Flores ſemper albi.

TORDYLIUM

a) Sphondylio folia quaſi platani, caules fœniculacei, cubitales, altiores, in cacumine ſemen duplex, Seſeli ſimile, latius, candidius, magis paleaceum, gravis odoris: flores albi, aut pallentes, radix raphani candida DIOSCOR. III. c. 74. Non convenit.
Sphondylium medicinæ utile PLIN. L. XII. c. 26.
Sphondylium oleum ad caput nephriticorum ARET. *cur. acut. II.* c. 1.

b) HEISTER. *meth. Linn.* p. 45.

c) WILLICH. *diſſ.*

d) TOURNEF. A. B.

e) C.

f) MORISON. 25.25. TOURNEF. E.F. CRANZ. n. 2.

g) Conf. varie CRANZII *faſc. III.* p. 12. ſqq.

h) *Obſtacul. medicin.* p. 8.

i) Et cum pane ſiligineo fermentato.

k) SINAP. P. II. p. 35. PONTANUS *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. VI.* obſ. 60. *ann. V.* obſ. 87.

l) ROHR.

m) SCHREBER. *Saml. III.* p. 17.

n) Aliam eſſe ſpeciem *Philoſ. Tranſ.* T. 48. p. 150. Sed GMELINUS noſtram eſſe teſtatur.

o) GMELIN. *flor.* p. 215. *Natural. hiſt. of Kamtſchatka*, p. 85.

p) GMELIN. p. 216.

q) *Natural. hiſt. of Kamtſchatka* p. 87.

TORDYLIUM Tournefort. t. 170.

TORDYLII spec. Linn. n. 330.

Semen planum, rotundum, margine alias granulato *a*), alias levi: calyx peculiaris *b*); petala cordata, inæqualia *c*).

811. TORDYLIUM foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, seminis limbo levi.

Tordylium Helveticum elatius flore albo Morison. *III.* p. 516. missum a Cl. Zollikofer.
Caucalis major, *semine minus pulchro*, *hirsuto* I. B. III. p. 85. qui in Sabaudia nasci ait, haud longe Geneva.

Nuper non reperta planta dicitur caule esse sepedali, umbellis majoribus, floribus lacteis, quorum exteriores majores sint, seminibus paulo majoribus, limbis tumentibus planis.

Videtur esse omnino *Tordylium majus*, *limbo seminis minus granulato.*

Tordylium Rivin. T. I.
Tordylium umbellis confertis, *radiatis*, *foliolis lanceolatis*, *inciso serratis* Linn. *I.* p. 345.

Huic folia pinnata, pinnis in universum ovatis, extima mucronata, sed præterea profunde incisis, pene semipinnatis, margine obtuse circumserrato. Folia superiora Caucalidem floribus rubentibus referunt, pinnis subrotundis, longe confluentibus, lente acuminatis. Umbellæ exiguæ, paucifloræ, involucrum utrumque sex septemve foliorum habent. Petalum extremum profundissime incisum, intima pariter, sed æqualiter bipartita, media in partem magnam & parvam. Hæc in floribus extimis, interiores minus inæquales sunt. Semina lineata *d*) quasi & hirta, limbo albo, plano: calyce inæquali coronata. Caulis sulcatus & asper.

HYDROCOTYLE Tournefort. t. 173.

Linn. n. 325.

Umbella potius exigua spica est, & fit floribus ex uno pediculo binatim senis, octonis *e*), congestis, aut in fasciculos separatis. Sub singulo pare involucrum peculiare quadrifolium. Petala ovato lanceolata *f*), integra. Fructus circulo latior, planus, in quo tamen tres illi sulci supersunt.

812. HYDROCOTYLE foliis rotundis, emarginatis, petiolis centralibus, umbellis fastigiatis.

Cotyledon palustris Dodon. *pempt.* p. 133.
Hydrocotyle Linder. *hort.* *t.* 12. cum duobus fasciculis florum distantibus, *vulgaris* Hill. *V.* *t.* 9.
Icon Oederi *t.* 90.
Hydrocotyle foliis sulcatis, *umbellis quinquefloris* Linn. *I.* p. 338.

Passim in Helvetia provenit. In aggeribus fossarum, circa *Noville & les Grangettes*: & secundum fluvium *Brojam* circa *Sugy*, inter duos lacus. Sic ad rivum *Urtinen* inter utrumque lacum *Seedorfensem* abunde. Circa *Cressier & Thielæ* pontem; *aux allées de Colombier.* I. B. ad lacum Felinum.

Radix longe repens edit subinde folia longe petiolata, petiolo hirsuto, in folium pene medium immisso, folii ipsius ambitu pene ovali, sed octies leviter emarginato, uti octo nervis dividitur. Alii breviores ex radice petioli florum sustinent umbellas, multo isti breviores.

CLASSIS X.

CORONATÆ FLORE POLYPETALO.

Circæa cum Corno hactenus cohæret, fructu dispermo, cui flos innascitur. Cæterum Ribes ex adfinitate artificiali adjungitur, tubis etiam similis.

I. DIPETALÆ.

a) Tournef. F.F.G.G.
b) E.
c) A.B.
d) Morison. 27. 27.
e) Quinque Hill. Linn.
f) Tournefort. A. B.

I. DIPETALÆ.

CIRCÆA a) TOURNEFORTII T. 155.

LINN. n. 24.

Fructus piriformis, hispidulus, dicoccus, ut tamen alterum semen non raro abortiat. Ex summo fructu calyx bifolius, per ætatem reflexus, caducus: & duo petala inæqualiter cordiformia. Stamina duo; tuba simplex.

813. CIRCÆA foliis subcordatis, subserratis.
Alsine ῥιζοδοντοειδής RICHER.
Herba Divi Stephani TABERNÆM. p. 730.
Circæa Hort. Aichstett. æstiv. ord. 3. *t.* 7. *f.* 1.
Icon OEDERI *t.* 210.
Circæa caule erecto, racemis pluribus LINN. *I.* p. 12.
Canadensem huc revocat LINNÆUS & GRONOVIUS.

In sylvis umbrosis frequens. Bernæ *jenseits der Halle.* In meis fagetis circa *Goumoens.*

Radix dentata. Caulis erectus, cubitalis, ramosus. Folia conjugata, longe petiolata, tenera, pene cordata, sed absque hilo, margine modo integro, modo undulato, modo serrato, & ciliato. Flores in summo caule, longa serie, ex prælongis, subhirsutis, patulis & unifloris petiolis, per ætatem reflexis. Flos albus vel carneus. Calyx ex viridi rufus, non floralis.

Ignota officinis. Cataplasma tamen ad hæmorrhoides habet Cl. CHOMEL.

814. CIRCÆA foliis cordatis, acute dentatis.
Circæa Lutetiana vera minor Danica LOBEL. *stirp. ill.* p. 89.
Circæa minima COLUMN. *Ecphras. II.* p. 80. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 34.
Circæa Solanifolia minor, coliculis rubris, succulentis, fragilibus MENZEL. *pugill.*
Circæa caule adscendente, racemo unico LINN. *I.* p. 12.
Describit *Wästgöta resa* p. 213.
Icon OEDERI *t.* 256.

Passim ad arbores putridas, inque rupibus, subalpinis & montosis: in montis *Nessi* adscensu: versus *Canderstег*, circa *Felsenburg &c.* In valle *Gousin*, sylva *Planard*, monte *Enzeinda.* J. GESNER in monte *Schweizerhacken.* Circa thermas Fabarias. Inter *Schams & Tusis.* Porro in monte *Chasseralle*, *Wasserfall: auf Geiten; au Combes de Valanvron, au Cernil Morin* GAGNEBIN.

Totus habitus tener est: folia levia, profundius per oram excisa, evidentius cordata, & emarginata: caulis glaber, & petioli glabri. Calyx magis b) coloratus, ruber. Habitus perinde rectus, sed trientalis, ad sex usque uncias. Racemi potius plures, quam priori, ut coram video. Caulis & petioli glabri c).

In horto culta non transiit in majorem d) speciem. neque varietas est e).

II. FLORE TETRAPETALO.

CORNUS f) TOURNEFORT. t. 410.

LINN. n. 149.

Bacca subrotunda g), farta officulo biloculari h), coronata calyce parvo, quadrifido i), & petalis quatuor lanceolatis k), & quatuor staminibus. Tuba simplex, apice crassiori l): folia conjugata.

815. CORNUS arborea, umbellis involucrum æquantibus LINN. I. p. 171.
Cornus mas pumilio CLUS. *hist.* p. 13.
Cornus DU HAMEL *Arbr. I.* p. 185. LOBEL. *ic. II.* p. 169.
Cornus mas BLAKWELL. *t.* 121.

Frequens

a) Circæa foliis Strychno hortensi similis, adunatis, crebris, flore nigro, pusillo, parvo semine ut Milii, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali, fere triplici, aut quadruplici, alba, odorata, calefaciente, in apricis saxis DIOSCOR. III. c. 117. PLIN. L. XXVII. n. 38. Non est nostra.

b) WILLICH. *diss.* p. 9. Viridem OEDERUS.

c) Cl. LA CHENAL *diss.* p. 4.

d) WILLICH.

e) HILL. *brit. herb.* p. 164.

f) Cornus dura arbor, baccas fert olivæ, modo oblongas, quæ per maturitatem rubescunt, aut ceræ colorem repræsentant DIOSCOR. L. I c. 135. Cornus primo favonio floret, PLIN. L. XVI. c. 25. Fructus primo candidus, deinde sanguineus, IDEM ibid. c. 26. Cornus tota ossea PLIN. L. XVI. c. 38.

g) TOURNEFORT. F.G.

h) H.

i) E.

k) A.B .l) E.

Frequens in rupibus *agri Veragrici*, etiam proxime *Roche* trans torrentem, fructu perinde eduli, ut fativa, paulo afperiori.

Frutex eft, qui fponte nafcitur, in hortis & pomariis in arborem convalefcit.

Dura *m*) materies, fulva *n*). Folia conjugata, ovato lanceolata, fubhirfuta. Flores primo vere erumpunt. Sub umbella calyx univerfalis, factus quatuor foliolis, ovato lanceolatis, fæpe reflexis. Petioli umbellæ uniflori, duodecim, quindecim. Germen coronatur calyce breviffimo quadrifolio, foliolis triangularibus. Petala quatuor, ex elliptico lanceolata, lutea, per ætatem reflexa. Stamina ex fummo fructu. Is coronatur luteo obtufe quadrangulo difco: & educit tubam unam, apice craffo. Fructus olivæ forma, ruber, dulcis, paulum acerbus

Fructus in dulciaria recipitur, faccharo conditus.

816. CORNUS arborea umbellis (cymis) nudis LINN. I. p. 131.
Cornus o) *femina* LOBEL. *II.* p. 169. TABERNÆMONT. p. 1046.

Foliis ternis, variis, &c.

Ad fepes vulgo.

Frutex decempedalis. Rami longi, recti, per ætatem faturati coloris. Folia conjugata, ovato lanceolata, fubhirfuta, margine integro. Ex alis foliorum petiolus aphyllus florum umbellam gerit. Nullum involucrum univerfale. Calyx minimus, quatuor, etiam quinque denticulis. Petala alba, craffula, lanceolata. Circulus glandulofus circa tubæ bafin, intra calycem. Tuba clavata. Bacca rotunda, nigra, parva, coronata.

Fructus amariffimus & ftypticus, nullius ufus. Ex eo tamen Tridentini oleum parant, ad alendas lampades *p*) utile.

III. FLORE PENTAPETALO.

RIBES *a*) LINN. n. 281.

GROSSULARIA TOURNEFORT. t. 409.

GROSSULARIA DILLEN. *hort. Elth.* t. 139.

& RIBES EJUSDEM ibid.

Bacca polyfpermos, fphærica *b*), fepto quafi divifa *c*), coronata *d*) calyce quinquefido *e*), petalis quinque *f*), in plerisque fpeciebus perexiguis, ex calyce natis, ftaminibus quinque. Tuba longius breviusve bicornis.

817. RIBES inerme, floribus planis, bracteis florum longitudine.
Ribes vulgaris, fructu dulci CLUS. *pannon.* p. 119.
Ribes alpinus dulcis I. B. II. p. 98.
Ribes montana altera C. B. *prodr.* p. 160.
Ribes inerme, racemis pendulis, bracteis flore longioribus LINN. *I.* p. 291.

In fubalpinis & fubmontanis. Supra thermas Leucenfes: in Gubernio Aquilejenfi pene ad ædes pagi *Roche*, *aux rochers de la Praiffe*.

In montanis *l'Echelette* fupra *Valorbe*. Supra *Riegolswyl*, in itinere ad montem *Waſſerfall*; *à la Combe de Valanvron* GAGNEBIN & circa *Ferriere*. In monte *Saleva* & *Thuiri* I. B. & RAI.

Fruticulus humilis, albo cortice; foliis pallidis, trilobatis, femitrifidis, laciniis modice acutis, & varie circumferratis: fuperne hirfutis, inferne glabris, dentibus majoribus & minoribus. Flores ex uno petiolo conferti, in racemis erectis, aut cernuis: adeo vero multi fructus abortant, ut petioli folis bracteis tegi videantur. Bracteæ magnæ, floris longitudine. Calyx patens, fegmentis ovato lanceolatis, non reflexis, viridis, oris rubentibus. Petala minima, paulo quam rubro majora, rubella,

 ex

m) PLIN. L. XVI. c. 26.
n) IDEM ibid. c. 34.
o) Mitis eft & deterior fit κράνου fructus THEOPHRAST *cauf.* L. III. c. I.
p) MATTHIOL. PORTA *Mag. natur.* L. IV. c. 29. ARDUINI p. 101.
a) Non eft Ribes Arabum, quæ propria planta fit P. HESSUS *probl.* p. 57. contra MATTHIOLUM p. 166. Ribes enim Arabum de Lapathi eft genere. Ribes folia habet magna rotunda, grana dulcia, cum acetofitate, & in montibus nivofis provenit SERAPIO *fimplic.* c. 231.
b) TOURNEF. F.G.
c) G.
d) F.
e) D. & A. B.
f) ad A. & B.

ex intervallis ſegmentorum floris. Tuba non profunde bicornis. Bacca ex albo rubens, aut rubra, non ingrate dulcis. Habitus absque ſpinis.

Tuſſi mederi C. GESNER. Imo vomitum movere REV. de COPPET.

818. RIBES inerme, floribus planiuſculis, ſtipulis minimis. BLAKWELL. t. 285.
Ribes vulgaris, flore rubro CLUS. *pannon.* p. 119. *hiſt.* p. 119.
Ribes montana, Oxyacanthæ ſapore C. B. *prodr.* p. 160.
Ribes flore rubente I. B. II. p. 98.
α. Varietas alba *white currant* LANGLEY t. 56. f. 7.
Ribes inerme, racemis glabris, pendulis, floribus planiuſculis LINN. *I.* p. 290.
Icon CRAMER. *forſtweſen t.* 38.

In ſubalpinis & ſubmontanis. In Aquilejenſi Gubernio circa *Arveja* ad *molendinum*, in ſepibus, & abunde in monte *Fouilloux.* Prope Bernam reperi in ſylva *Bremgarten.* In Juræ montis vallibus *Combe de Valanvron*, *au haut des convers*, *au roc Mildeux*, *à la Métairie du Creux* Cl. GAGNEBIN.

Frutex decempedalis, in ſpontaneis etiam humilior, quatuor pedum. Folia trilobata, quam priori acutiora, medio ſegmento minus longo, ſemper acutius ſerrato, intermiſcentur etiam ovato lanceolata. Racemus ſemper pendulus. Stipulæ breviſſimæ. Calyx campaniformis, cavus, virens, etiam ruber, ſegmentis repandis: petala parva, rubra, cunei figura. Tuba profunde ſemibifida, hirſuta: bacca rubra, non ingrate acida, polypyrena.

In hortum *g*) translatus Ribes equidem miteſcit, ſed tamen etiam ſylvatica ſpecie, cum ſaccharo cocta, in placentis uſus ſum. Gelatina *h*) cum aqua ſubacta in morbis acutis egregium medicamentum eſt, BOERHAAVIO laudatum, cujus laudes ad propria experimenta confirmo. Ad anginam catarrhalem, in feberm putridam erumpentem profuit *i*). Ex eodem fructu vinum *k*) paratur, Luſitanici ſimile, & acetum *l*).

819. RIBES inerme, olidum, calyce oblongo, petalis ovatis.
Ribes nigra TABERNÆMON. p. 1083.
Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente I. B. II.
Icon MERIANÆ *n. XXXVII.*
Ribes inerme racemis piloſis, floribus oblongis LINN. *I.* p. 291.
Huc LINNÆUS revocat *Ribes nigrum Penſylvanicum folio olente* DILLEN. *t.* 145.

Ad ripas rivorum & ſtagnorum, circa Bernam, verſus *Buren*, circa *Wengi* in paludoſis. C. GESNER circa *Tigurum.*

Frutex decempedalis, ſed etiam humilior. Folia ſemitrilobata, medio triangulo acuto, lateralibus ſemiquadratis. Racemi penduli, rariores. Stipulæ parvæ; petioli ſubhirſuti. Fructus, quam prioribus major, niger, calyce campaniformi, ſubrubente, petalis erectis, ſpecioſis, ovatis, ex albo rubentibus. Tuba leviſſime bifida. Spinæ nullæ. Sed in tota planta odor urinæ *m*) felinæ.

Fructum valde urinam ciere olim FORESTUS. Ex eo optimum vinum fieri, non deterius vinis verioribus viteis, quando annuum eſt *n*). Cum ſpiritu ſacchari fit in *Ratafia*, ad hydropem & calculum laudatum. Folia recentia ſpiritum frumenti ita tingunt, ut a ſpiritu vini vix diſtingui poſſint. Eadem ad morſum viperæ laudantur *o*). Cortex interior cum nomine *Caſſis p*) in aqua infuſus, aut folia, pro diuretico, etiam pro aphrodiſiaco medicamento in Gallia habentur, ut tamen uſus ejus obſoleſcat *q*). Per vulnus *r*) trajectus cortex animal ab epidemico morbo ſervare creditur, etiam certis teſtibus *s*). Lignum in aqua coctum ad hydropem datur.

820. RIBES ramis aculeatis, foliis rotunde lobatis.
Uva ſpina MATTHIOL. p. 167.
Uva criſpa FUCHS. p. 187. DODON. *pempt.* p. 748.
Groſſularia BLAKWELL. *t.* 277. cum charactere.
Icon MERIANÆ *XII. & XXXI.*

Ribes

g) Id *Rob* jam apud RHAZE exſtat *III.* c. 8.

h) PAPIN. p. 80. *Phil. Tranſ.* n. 124. BRADLEY *lad. direct.* p. 102. cum ſaccharo HORLEMAN. *iter.* LINN. *skonska reſa* p. 4. GUNNER. *Flor. Norveg.* p. 46.

i) *Phil. Tranſ.* n. 459.

k) HIAERN. II. p. 190. BRAUNER. *swenska win.* p. 3. tum ex alba varietate p. 4.

l) GUNNER.

m) Etiam in Penſylvanica JOSSELYN. p. 72.

n) BRAUNER. p. 7. add. SMITH. *natural Hiſtory of Cork* p. 359.

o) PEYROUX obſſ. p. 66.

p) Vide CAMERAR. *Eph. Nat. Cur. Cent. VIII.* obſ. 16.

q) Du HAMEL T. I. p. 281.

r) LEMERY *alimens* t. I. c. 8. SAUVAGES *mémoir. ſur la maladie des bœufs II.* p. 25. 26. *Journal de Verdun*, ann. 1746. m. Mars.

s) LEMERY ibid. SAUVAGES.

Ribes ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla LINN. *I.* p. 292.
Icon SCHMIEDELII *n.* 1.

Varietates habet LANGLEY *pomon.* t. 56. f. 2. 4. 8. &c.

Frequens ad sepes vivas.

Frutex sepedalis. Gemmæ trifoliatæ, bifloræ, cum subjecta spina acuta, etiam duabus, tribus. Petiolus pendulus, biflorus, etiam uniflorus. Stipulæ in petiolo exiguæ, & una major petiolum succingens. Fructus subhirsutus. Calyx campanula brevior est, segmentis per ætatem reflexis, viridibus. Petala alba aut rubella *t*), obtuse pentagona, majora, quam Ribi. Tubæ duæ, basi barbatæ *v*). Bacca sphærica, sublutea, pellucida, succulenta, polysperma *x*). Folia semitrilobata, lobis lateralibus, semibifidis, dentibus rotundis.

Fructu dulces, subacidi, ad intrita adhibentur, & in re culinaria. Maturæ baccæ copiosius comestæ alvum ducunt *y*); hominibus siccis non inutiles. Ex iisdem pressis, cum saccharo & admisto Ribe nigro, vinum fit, Mosellano simile *yy*); etiam absque Ribe nigro *z*). Immaturæ pro Omphacio adhibentur, tamen duriores *zz*).

RIBES *ramis subaculeatis, reclinatis, pedunculi bractea triphylla* LINNÆUS I. habet spec. p. 291. In nostrate planta petioli biflori: in medio petiolo unum foliolum latiusculum, & aliud minus, hoc non perpetuum. Fructus hirsutus, petala alba, acuta, calyx subruber. An Vir ILL. nostram velit? an aliam?

ORDO XI.
ISOSTEMONES.
II. POLYPETALÆ.
II. PERICARPIÆ.
I. FRUCTU MOLLI.
RHAMNUS LINN. n. 265.
RHAMNUS TOURNEFORT. *tab.* 366.
& FRANGULA TOURNEFORTII t. 383.

Essentia characteris est in calyce campaniformi, qui exigua petala producit, fere ut Ribes, a quo situ floris differt. Frangulæ quidem adfinitas maxima est, sed discrimine aliquo erecti *b*) calycis campaniformis *a*), semiquinquefidi; petalorum *c*) rhomboideorum minimorum, ex intervallis segmentorum calycis nascentium; tubæ simplicis & emarginatæ, sexuum in eodem flore conjunctorum: baccæ dipyrenæ *d*).

Rhamnus aliquantum dissentit calyce *e*) quadrifido, totidem petalis, staminibus, tubæ corniculis, & seminibus *f*).

821. RHAMNUS inermis, foliis ovato lanceolatis, integris, floribus quinquefidis, androgynis.
Frangula CAMERAR. *epit.* p. 978. BLAKWELL. *t.* 172.
Icon OEDERI *t.* 278. ARDUINI *memor. t.* 15. CRAMERI T. 43.
Rhamnus inermis, floribus monogynis, hermaphroditis, foliis integerrimis.

In sepibus & in paludosis.

Frutex decempedalis; folia ovato lanceolata, integerrima, etiam rotundiora. Flores in petiolis unifloris ex alis foliorum, quam ista brevioribus. Flos albus virens. Petala similia, unguibus rhomboideis, subrotundis: fructus diu ruber, per maturitatem niger, duobus nucleis, utcumque cordiformibus, obtusis, compressis, linea divisis. Baccæ dulces sunt *g*).

Cortex medius ad flagitium usque purgat, sursum & deorsum, ad drachmam unam & duas

t) SCHMIEDEL. f. 3. 4. 13.
v) f. 6.
x) GREW. t. 69. SCHMIEDEL. f. 13.
y) M. LYSER. obs. 12.
yy) BRAUNER. p. 2.
z) BRADLEY *countr. lad. direct.* p. 100.
zz) DU HAMEL l. c.

a) TOURNEF. A.C.D.
b) ibid.
c) Vocat squamulas LINNÆUS; petala DILLENIUS.
d) G. LINNÆUS facit tetrapyrenum.
e) TOURNEF. A.A.
f) Conf. F.
g) Edules esse ROHR. *bäume* p. 159.

duas *b*) datus, etsi neget Cl. Hornung *i*); nam magnus est de ea vi consensus. Semen oleosum *k*), diureticum *l*), non drasticum est, & ad calculum valde laudatur. Cortex lanam flavo *m*) rubro, non alto tamen colore tingit, fere ut Rubia *n*). Baccæ & folia contusa, cocta, cum lana, colorem ei viridem impertiunt, cum lixivio saturatum, sine eo dilutum *o*). Folia non mala, lac *q*) plurimum præbere putantur. Rob ad scabiem ovium, drachmarum quatuor & sex pondere perutile *r*). Decorticata carbones dat, ad pulverem pyrium eximios *s*).

822. RHAMNUS spinosus, foliis ovato lanceolatis, serratis, glabris, floribus androgynis, baccis tetrapyrenis *Emend. VI.*
Spina infectoria altera Clus. *pannon.* p. 106. 107.
Rhamnus solutivus Pannonicus alter I. B. II. p. 57.
& Ejusdem *Rhamnus Batavicus* ibid.
& *Lycium* Lugd. p. 151. *Italicum* p. 59.
Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, corollarum laciniis longitudine tubi, Gerard. p. 462.
Icon Arduini *t.* 14.
Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis, hermaphroditis Jacquin. *obs.* 14. Linn. *II.* p. 1671. Pro varietate Gouan. *flor.* p. 423.

Inter *Chur* & *Embs* Cl. Dick: iisdem locis C. Gesner *t*) repererat.

Vulgari catharctico humilior, cortice nigro, foliis longioribus, glabris, ellipticis, lanceolatis, serratis, spinis in ramis senescentibus, floribus in petiolis brevissimis, unifloris, inter folia positis. Flos, quam catharctico minor. Stamina exserta, & fructus subrotundus, cum tuba floris tubum non superante. Bacca nigra, bicollis, tricollis, deberet quadricollis esse; seminibus tribus (quatuorve).

Hujus speciei fructus minus succulenti dicuntur *Graines d'Avignon v*), & rhamni catartici baccis præferuntur, coloremque flavum pulchrum præstant, ad tingendum sericum, sed inconstante *x*) colore, ut creditur. Nam noster Kulenkampius grana in aqua cocta, cum vini tartaro & stanno in aqua regia soluto, deinde cum albis lanis cocta reperit constantem colorem dare. Coria maroquins baccis hujus plantæ flavo tinguntur *y*).

823. RHAMNUS inermis, foliis ovatis, crenulatis *Comm. Soc. R. Gott. II.* t. 16.
Alnus nigra baccifera rugosiore folio sive major I. B. I. p. 562.
Frangula altera polycarpos C. B. *prodr.* p. 160.
Rhamnus inermis, floribus dioicis, foliis duplicato crenatis Linn. *I.* p. 280.

In Helvetia subalpina & montana minime rarus. Versus Eremitæ *Agaunensis Cellam* in dumetis, & passim circa *les Plans*, & in Valesia. In Jura frequens, supra *Dornach*; infra *Vallorbe*; circa *Ferriere*, &c. In *Wasserfall*, *Grandvi* &c.

Neglectus nuperis frutex, decempedalis, frondosus. Lignum durum, flavescens: liber aurantius. Folia glaberrima, ora subtiliter crenata, ex ovatis lanceolata. Flores in perbrevibus, unifloris, pedunculis conferti; in aliis arboribus mares soli, feminæ in aliis. Calyx feminino flori campaniformis, quatuor segmentis triangularibus, viridibus. Petala minima, quatuor, subulata. Tuba trifida & quadrifida. Bacca nigra, bicollis, tricollis, quadricollis, majuscula. Semina ad quatuor, trihedra, una facie convexa, duabus planis. Marium plantarum calyx amplus, clausus, pariter quadrifidus, segmentis triangulis; petala minima, rubra, cordata; stamina quatuor, in sinu horum petalorum; tuba brevis globulo terminata, in fundo floris.

824. RHAMNUS *a*) foliis spinosis, ovato lanceolatis, serratis.
Spina infectoria Camerar. *Epit.* p. 82. cum suo discrimine & charactere.
Rhamnus catharcticus C. B. Blakwell. *t.* 135. a Trewio emendata *t.* 135. cum charactere Arduini *t.* 13.

Rhamnus

b) Prevot. *medic. paup.* p. 481. Linn. *purg. indig.* drachmis duabus decocti, ad quatuor Matthiol. p. 1272. Cortice Frangulæ Poloni se purgant Orascynski p. 190.
i) *Cist. medic.* p. 434. non est ad manus.
k) Arduini.
l) Muller. *Russ. Gesch. VII. Saml.* p. 97.
m) Cum alumine Arduin. Vere in tenui cerevisia per triduum repositus K. *wet. Acad. handl.* 1745. p. 250.
n) K. *swenska wetenska handl.* 1761. T. IV.
o) K. *wetensk handl.* 1745. l. c. p. 248. Linn. *skonsk res.* p. 30. postquam cum betula cocta fuit;
q) Buchoz. II. p. 32.
r) Sagar. *morb. epidem.* p. 56. *Comm. Gotting. II.* t. 16.
s) Linn. *Oeland. res.* p. 319. Du Hamel I. p. 246.
t) *Epist.* ad I. B. p. 136.
v) Du Hamel.
x) Hellot. p. 612.
y) *Art du Maroquineur.*
a) Ex Dioscoride I. c. 102. nihil adgnoscas, nisi *Rhamnum tertium* Paliurum esse.

Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis, dioicis, foliis ovatis LINN. *I.* p. 281.
& *Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, corollæ laciniis longitudine tubi*, GERARD. p. 462.
Creüzdorn CRAMER. *t.* 35.

Minime rara ad sepes. Majusculæ arbores inter utrumque lacum *Seedorfensem.*

Frondosus & ramosus frutex, ramis senescentibus in spinas terminatis. Folia ovato lanceolata, nervis convergentibus, subtiliter crenata. Flores conferti, in petiolis unifloris, calyce quadrifido, petalis lanceolatis, fuscis; tuba quadricorni, frequenter tricorni, fructu tetraspermo, nigro: nempe mares alii majores, alii feminæ minores *b*). In maribus abortivus fructus *c*).

Baccæ vi sua purgante nomen huic fructui impertierunt. Syrupus inde paratus, *solutivus* dicitur *d*), lenior, qui ad duas demum uncias datus officio fungatur *e*), sitimque faciat *f*). Aliquando tamen hydropem sanavit *g*), etiam quando consummatum malum erat *h*): alias nocuit. Sicci fructus drachmæ duæ in decocto purgant: succus a tribus drachmis ad sex *i*). Cortex etiam vomitum ciet *k*).

Viridem colorem baccæ dant, quarum succus cum soluti aluminis pauxillo, in vesica, de camino suspenditur: tunc materies gummosa, cum fæcibus mista, in aqua diluitur, per linteum agitur, & exhalationi permittitur *l*). Pulchriorem dant colorem, viridem, si succus in vitro clauso servatus fuerit *m*), flavum si immaturæ legantur, siccentur & tundantur, & addatur alumen *n*).

Baccæ eædem lanam fusco colore tingunt *o*), & ad nigrum colorem adhibentur *p*). In aceto tritæ baccæ, coctæ *q*) & expressæ, cum alumine viridem dant colorem. Denique coria flavo tingunt *r*). Maturissimæ baccæ spadiceum colorem dant. Cortex viridis etiam flavo tingit.

VITIS TOURNEFORT. t. 384.

LINN. n. 284.

Calyx minimus, quinquedentatus. Floris petala *a*) quinque, etiam sex, clausa: inde a calyce solvuntur, & inversa, ad inpositæ campanulæ modum, stamina tegunt *b*); quoad ab iisdem nunc elasticis & expansis decutiantur. Tuba *c*) unica, brevissima; bacca globosa tetrapyrenos *d*). Inter apetalas plantas alii Cl Viri reposuerunt, & ego olim. Circulus coloratus germen ambit, quem alii in quinque glandulas dividunt.

825. VITIS foliis semitrilobatis, hirsutis, dentatis.
Vitis vinifera, sylvestris, seu lambrusca I. B. II. p. 96.
Vitis foliis lobatis sinuatis mediis LINN. *I.* p. 293.

Magnam partem Orbis terrarum tenet, & etiam nobis ad sepes frequens provenit, & in sylvis.

Radix reptatrix. Frutex lignosus, sed debilis, se convolvens, & capreolis adhærescens. Folia in hac specie hirsuta, trilobata, lobis profunde divisis, singulis serratis & incisis. Flores racemosi, ex petiolis ramosis; sic baccæ, quas nigras fert & austeras: Americanæ nigræ, sed dulciores *f*), bonum vinum præstant *g*). Quare non necesse videtur, etsi minime id est impossibile, ex cultis factas esse sylvestres *h*).

Labrusca, ampelos agria, Oenanthe, foliis spissis, candicantibus, cæterum geniculata, cortice rimoso, uvis rubentibus *h**). Alterius uva non maturescit, quæ Oenanthen florentem producit, altera ad frugem pervenit, parvis acinus, nigra, austera *h***).

b) DILLEN. *nov. gener.* t. VIII.
c) FABRICIUS *butisbac.* p. 44.
d) I. B. *fons boll.* p. 147.
e) Unam LINN. *purg. indig.*
f) SYDENHAM.
g) CHOMEL.
g) LOSS. L. III. ovs. 40.
h) EHRMAN. *Alsat.*
i) HORNUNG. *epist.* p. 451:
k) PREVOT. *med. paup.* p. 485.
l) DU HAMEL II. p. 215. HIRE *accid. de la vüe* p. 678.
m) ARDUIN. p. 16.
n) LINDER. p. 81.
o) K. *swenska wetenska handl.* 1711. *trim. IV.*
p) *Art de teindre en soye* p. 63.
q) LINDER. *färgekonst* p. 98.
r) *Mem. de la Societ. de Rouen* p. 280.
a) TOURNEF. A.D. Clausa SCHMIEDEL. T. VII. f. 3. VALISNER. *Gal. min.* T.V. p. 242. sex numerat stamina.
b) D. Conf. SCHMIEDEL. T. VII. n. 8. NAST. p. 216. 218. t. 1. f. 1. 6. LEDERMULLER *Frühling-Ergezungen*, BLAKWELL. t. 153.
c) TOURNEF. B.
d) Pentapyrena LINN. J. SCHMIEDEL. f. 25.
e) SCHMIEDEL. f. 14. 21. &c.
f) BOLZIUS *geistl. akerwerk* p. 56. *Diar.* n. 16. p. 485. & n. 1. p. 181. DU MONT.
g) *Voyag. au Missis.* p. 366. *Phil. Trans.* n. 125. de Virginia. DONK. *nieuw Nederland.* p. 19. f
h) TARGIONI *viagg III.* p. 151.
*h**) PLIN. L. XXIII. c. 14.
*h***) DIOSCOR. L. V. c. 2.

HEDERA *i*) TOURNEFORT. t. 384.
LINN. n. 283.

Calyx quinquangularis, breviſſimus. Petala quinque *k*), rudia, craſſa, ovato lanceolata, linea eminente diviſa, ad cujus latus duo ſunt ſulci. Tuba brevis & recta. Fructus ſucculentus, anguloſus, conicus, & ſemina quinque *l*). Staminum filamenta brevia.

826. HEDERA foliis ſterilibus trilobatis, fructiferis ovato lanceolatis *m*).

α. Junior, aut ſterilis, in regione frigidiori, provoluta, foliis anguloſis.
Hedera, *Helix* MATTHIOL. p. 627.

β. Adulta, & in regione mitiori, florifera & fructifera, foliis cordato lanceolatis.
Hedera TRAG. p. 802. BLACKWELL. *t.* 188.

Sterilis in ſylvis arbores terramque inveſtit. Fecunda in tota Helvetia calidiori, in pago Aventico. Circa *Interlachen* &c.

Frutex radiculis reptans, quas in foveas murorum, arborum, & rupium inmittit, perniticſa, ſed ornamento futura parieti, quem eleganter ad tapeti modum conveſtit. Folia firma, pergamena, nervoſa. Flores in umbellam denſam. Semina ſæpe aliqua abortiunt.

Eſt uti in arborem convaleſcit ſine fulcro *n*). Lignum ſpongioſum eſt, & calyces vinum transmittunt *o*).

Sapor amarus, nauſeoſus. Baccas lego ſudorem *p*) movere: vix autem ſolent adhiberi. Folia ad atrophiam puerilem commendantur *q*); & partibus imponuntur, quas cauteria læſerunt, & ulceribus; demum in cataplasmate mammas confirmant *r*), & lac dispellunt. In eryſipelate cum vino auſtero cocta CELSUS laudat *s*). Ex foliis coctis mucilago habetur, ad fonticulos utilis, ſi cum emplaſtro diapalma cocta fuerit *t*). Reſina non in ſola Perſia *v*), ſed omnino etiam Genevæ *x*) de Hedera ſtillat, non ingrato ſapore, fragilis, & detergens, quam negari non oporteat, niſi forte frigus regionis moræ fuerit *y*). Eam in dentes cavas mittere MARCELLUS jubet *z*). Ejus vis balſamica & reſinoſa in tincturam tranſit, quæ cum ſpiritu vini paratur *a*). Eſu baccarum, ad drachmam per octiduum ſumtarum, venereos ſtimulos ſedari PREVOT *b*). Fumum ad dolorem poſtici capitis *Theodorus* a MAYERNE admovebat, per novem vel decem dies. Cur potam mentis errorem inducere CÆLIUS *c*). Aves baccis illiciuntur *d*).

PLINIUS *e*) & AVICENNA, aliique, infinitis locis κισσον Hederam, cum κιστῳ confuderunt, planta coronaria *f*). Inde Hedera purpureo flore PLINII *g*).

RHUS LINN. n. 369.
RHUS TOURNEFORT. t. 381.
& COTINUS T. 380.

Calyx quinquefidus, exiguus *i*). Petala quinque perexigua, lanceolata *k*). Fructus ſubrotundus *l*). Tubæ tres, breviſſimæ. Bacca ſubrotunda. Semen unicum, ſubrotundum, oſſeum.

*827. RHUS racemis plumoſis, foliis ovatis.
Coccygria CLUS. *pannon.* p. 98.
Cotinus coriaria DODON. *pempt.* p. 780.
Rhus foliis ſimplicibus obovatis .LINN. *I.* p. 383.

i) Hedera Helix fructum non gignit, ſed teneros habet viticulos, folia parva, anguloſa, rubra. Candida fructum fert candidum: nigra nigrum aut croceum, DIOSCOR. L. II. c. 175. PLINIUS Ederam ubique ſcribit L. XVI.
k) TOURNEF. A.
l) E. F.
m) Conf. LINN. p. 292.
n) LOBEL. *adverſ.* p. 269. In Anglia diametro 2 palmarum intra 12 annos adtigit ZANON. *letter. V.* p. 339.
o) WORM. *Epiſt.* p. 177.
p) BOYLE *utilit. philoſoph. experiment. Exerc. V.* p. 224.
q) *Eph. Nat. Cur. Vol. V.* obſ. 520.
r) DOLÆUS.
s) L. V. c. 28.
t) FLOYER. *pharmacobaſ.* p. 135.
v) HILL. *mat. med.* p. 739.
x) Conf. I. B. LISTER. in *Phil. Tranſ. abr.* p. 702.
y) I. G. a BERGEN *lap. lyd. mat. med.* p. 36. Rejicebat NEUMAN ad ZIMM. p. 857.
z) p. 94. Dari, ſed aliud ab officinarum gummi BRASSAVOLA *Exam.* p. 674.
a) CARTHEUSER. *mater. med. poſt.* p. 257.
b) PLEMP. *valet. togat.* p. 334.
c) *Acut.* L. I. c. 16.
d) LONGUS III. p. 95.
e) Viginti genera demonſtrari L. XXIV. n. 47. 48.
f) L. II. T. II. c. 172. &c.
g) L. XVI. c. 34. Defendit HARDOUINUS.
i) TOURNEF. C.
k) A. B.
l) G.G.G.

Supra *Leucam* in rupibus ad Rhodanum.

Frutex nobis sepedalis, & humilior, cortice sature purpureo, interius flavo, alburno albo, ligno flavo, medulla obscurius flava. Folia solidiora, longe petiolata, conjugata, ovata, integerrima & obtusissima, nervos rubros habere solent & adfusum colorem rubrum. Racemi in juniori planta ramosi, setis parvis linearibus, in secunda & matura ramosissimi, ad magnos angulos diramati, misti filis plumosis, ramosis, cincinnatis. Flos subviridis: calyx paulo petalis brevior, fructus difformiter ovatus.

Vis acida & adstringens, totaque planta ad coriacea opera utilis. Lignum *Fustet* ad flavos colores adhibetur: & cum indico ligno *Brasillet* colores dat castaneos *m*). Haberi in Servia pro succedaneo Peruviani corticis CRAMER *n*).

BERBERIS TOURNEFORT. t. 385.

LINN. n. 442.

Calyx coloratus fit foliis senis, duorum ordinum, interioribus subrotundis, majoribus; exterioribus acutis *o*). Petala sex subrotunda *p*): in eorum quolibet duo tumores *q*) flavi, qui versus petiolum convergunt, & canalem quasi intercipiunt *r*). Tubæ loco discus planus, orbiculatus *t*). Fructus ovatus *v*), cylindricus, dispermos *x*), etiam tetrapyrenos. Semina longe cylindrica *y*).

828. BERBERIS racemifera, foliis ciliatis.

Berberis MILLER. *t.* 63. BLAKWELL. *t.* 165. cum charactere.
Oxyacantha Galeni TABERNÆMONT. p. 1035.

II. Absque arillis K. *swenska handl.* 1749. P. I. BRADL. *improv.* p. 230.

III. Spinis simplicibus in Syria RAUWOLF. *flor.* p. 23.

I. III. *Berberis pedunculis racemosis* LINN. *I.* p. 471.

In sepibus & dumetis abunde.

Frutex sepedalis, rectus, ligno fragili. Sub ortu ramorum spinæ ternatæ. Folia alterna, petiolata, superne congesta, elliptica, ciliata, vel argutissime serrata. In summis ramis racemi ramosi, penduli. Flores flavi; baccæ rubentes, acidæ. Stamina antheris distinctis.

Radix flava, amara: cortex ad icterum celebratur, & in cerevisia maceratus purgat *a*). Folia, & potissimum baccæ, intense acidæ *b*), & succus expressus, & syrupus, & gelatina, & condita quæque alimentum suppeditant, potumque in acutis *c*) morbis gratissimum & perutilem, etiam meo experimento; in fervida Ægypto celebratum *d*), quo ipse P. ALPINUS servatus est, cum febre pestifera & diarrhœa laboraret, tum S. PAULI. Idem remedium ad dysenterias æstivas I. BAUHINUS laudaverat. Sitim imprimis aufert. Trochiscos *e*), qui succum recipiunt, jam AVICENNA commendat *f*). Folia vi austera ad gingivas confirmandas valent, si cum aqua decocta fuerint. In sale arte GARAYANA parato rubor & vis refrigerans superest. Cortex flavus, amarus, alvum ducit, & ad album fluorem laudatur *g*).

Cortice radicis coria *Safian* flavo colore tinguntur *h*). Idem cum aqua coctus, laneum filum per horam in ea aqua relictum, flavo tingit *i*). Ex baccis contusis expressus succus cum alumine pulchrum colorem rubrum dat, ad atramenta *k*) tingenda.

Berberum semina pro pluvia Siliginis imposuerunt *l*).

II. FRUCTU

m) *Art de teindre en Soye* p. 57.
n) *Comm. Lit. Nor.* 1738. *hebd.* 36.
o) TOURNEF. A.
p) ibid.
q) ad B.
r) Elastra esse, quæ irritata stamina cogant dissilire, & pollinem fundere LINN.
s) BRASSAVOLA p. 374.
t) TOURNEF. C.
v) D.
x) E.
y) E.

a) FLOYER. l. c. p. 160.
b) GEOFROI III. p. 173.
c) BOERHAAVE &c.
d) *Plant. Ægypt.* p. 117. b.
e) RHAZES ad MANSOR. L. III. c. 28.
f) L. V. S. I. tr. IX.
g) LINN. *purg. indig.*
h) LINN. *plant. tinctor.* p. 15.
i) K. *swenska wetenska handl.* 1745. p. 251.
k) LINDER. *Färgekonst* p. 53.
l) *Eph. Nat. Cur. II.* n. 10. obs. 61.

II. FRUCTU SICCO.

EUONYMUS *a)* TOURNEFORT. t. 388.
LINN. n. 271.

Calycis folia quatuor *b)*, per ætatem reflexa. Petala quatuor *c)*, ovato lanceolata, furſum cava. Stamina in quadratam figuram diſpoſita *d)*. Tuba ſimplex. Fructus quatuor partibus *e)* cavis coaptatus, ut quadrilocularis *f)* ſit, & tetracoccus; cæterum coloratus, & ſucculentus, aliquid de bacca habet. Idem operculo quaſi fungoſo quadrato tegitur, ex quo & ſtamina ſe erigunt, & petala. Antheræ gemellæ. Admiſcet ſe numerus quinarius in calyce, petalis, ſtaminibus, loculis, ſeminibus *g)*.

829. EUONYMUS foliis ovato lanceolatis, ſerratis, ramis tetragoniis.
Euonymus CAMERAR. *Epit.* p. 102. DODON. *pempt.* p. 783.
Carpinus Theophraſti TRAG. p. 983.
Euonymus ορειανθοπενταφυλλος RICHER.
Euonymus multis, aliis tetragonia I. B. III. P. II. p. 202.
Euonymus floribus pleriſque quadrifidis LINN. *I.* p. 287.
Spindelbaum CRAMER. *t.* 37.

Minime rarus ad ſepes & in dumetis.

Frutex decempedalis, ligno fragili, cortice quatuor alis elevato, ut rami quadrangulares videantur. Folia conjugata, elliptica, lanceolata, minute circumſerrata, licet ora replicata non raro denticulos abſcondat *h)*. Petioli florigeri conjugati, brachiati & multiflori. Petala viridia, ſublutea, fætida: fructus roſeo & purpureo colore; pulpa intus miniata, in qua ſemina ovata, ſubpurpurea.

Ingrato odore & ſapore planta, nauſeoſa; dicitur ſurſum & deorſum alvum movere *i)*.

Colorantem & tinctoriam pulpam ſemen ambeuntem in uſus trahi poſſe I. B. Ex bacillis carbones fiunt, pro uſu delineatorum *k)*. Lignum fabris torneariis utile eſt; ſed vomitum movere ajunt, dum elaborant *l)*. Negat tamen FLOYER *m)* decem ſemina, aut foliorum decoctum, cani propinata alvum moviſſe.

830. EUONYMUS pedunculis lateralibus patulis, foliis ſubrotundis, fructibus alatis, SCOPOLI p. 315.
Euonymus latifolius CLUS. *pannon.* p. 94. 95. *hiſt.* L. VI. SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 455.
Euonymos latifolia I. B. II. p. 202.

Pro varietate habet LINNÆUS.

SCHEUCHZERUS circa thermas Fabarias. Aliam a vulgari Euonymum circa Genevam naſci ajebat Cl. GESNER.

Nuper cum multum in hoc frutice inveniendo laboraſſem, non potui in Helvetia detegere. Sed Chiavenna retulerunt Cl. LA CHENAL & CHATELAIN.

CLUSIUS folia Citri foliis æqualia, ovato lanceolata dicit, ſed talia etiam vulgaris habet. Dubitat, num varietas ſit Cl. JACQUIN: ſeparat Cl. SCOPOLI pedunculis quadrifidis, ſexfloris, calyce plerumque quinquefolio, petalis ex rubro viridibus, apice reflexo, capſularum angulis acutis, alatis.

STAPHYLÆA LINN. n. 374.
STAPHYLODENDRON *n)* TOURNEFORT. t. 386.

Calycis folia ovata, colorata *o)*, quinque. Petala quinque anguſtiora & minora *p)*, elliptica, conniventia. Stamina quinque. Hæc ex circulo balſamico *q)*, terminante petiolum, in cujus centro, ſed vallecula interpoſita diſtans, fructus eſt bilocularis *r)* & tri-

a) Euonymus inter Punicam & Laurum figura & mollitie punicæ, flore candidiore, ſiliquis ſeſamaceis, intus granum quadrangulare, lethale PLIN. L. XIII. c. 22.
b) TOURNEF. F. F. F.
c) A. B. C.
d) B.
e) K.
f) H.
g) In iconibus TOURNEFORTII pleriſque. Primarium florem Euonymi quinquepartitum eſſe, REYGER. *flor. Gedan.* p. 76.
h) In iconibus DODONÆI & TRAGI.
i) TOURNEF.
k) DU HAMEL.
l) K *ſwenska wetensk. handl.* 1764. *Trim. III.*
m) l. c. p. 124.
n) Trans alpes arbor eſt alba materie, Staphylodendron, fert ſiliquas, in iis nuclei avellanæ ſapore PLIN. L. XVI. c. 16. Noſtra.
o) TOURNEF. 6. 7. 8. 9. 10.
p) ibid. 1. 2. 3. 4. 5.
q) SCEPIN. p. 33. Nectario LINN.
r) TOURNEF. F. G. G.

& trilocularis *s*), loculis membranaceis & inflatis, dicoccis *t*). Semina fubrotunda, dura *v*). Tuba duplex aut triplex.

831. STAPHYLÆA foliis pinnatis LINN. I. p. 386.
Nux veficaria DODON. *pempt.* p. 818.
Staphylodendron Hort. Aichftett. vern. ord. frut. t. 8. *f.* 1. I. B. I. P. I. p. 274.
Staphylodendron five Piftacia agreftis CAMERAR. *Epit.* p. 171.

Exoticam plantam effe perfuadeor. Paffim tamen ad fepes reperitur. Bernæ *im Altenberge.* Inter *Solothurn & Wallenburg.* I. B. proxime ipfam urbem Bafileam, extra portas *Rhenanam & Albanam.* In monte *Muteto* & dumetis trans *Birfam.* Vitoduri, *im Bruderholz.* Scaphufiæ *im Mühlenthal* MEYER. In agro *Aventico*, ubi vocant *nés coupés.* Aquilejæ.

Arbufcula etiam 15. & 20. pedum, Fraxini fimilis. Rami rectiffimi. Folia quina, feptena, margine cartilagineo, fubtiliter ferrato. Sub ramis ftipulæ magnæ, coloratæ, ovato lanceolatæ & fubulatæ; fub primis pinnis minimæ duæ ftipulæ; fub floribus coloratæ, fubulatæ. Flores in racemum pendulum; eorum multi abortant; albi vero funt cum rubore extus adfperfo.

Pueri femina edunt.

Tamarifcum cum diploftemonibus relinquo, nofter enim decaftemon eft.

PARNASSIA *a*) TOURNEFORTII t. 127.

LINN. n. 384.

Calyx *b*) quinquefolius, flore brevior, ovato lanceolatus. Petala quinque, ex ovatis acuminata *c*), venofa, expanfa. Quinque ungues roridi, ex cordiformi *d*) fcutulo educunt in ambitum filamenta erecta fere quindecim, quodque fuo coronatum globulo *e*); medium longiffimum, inde ex ordine humiliora. Stamina quinque. Fructus ex conico quadrilaterus *f*), deinde ovatus, valvis quatuor, quatuor femifeptis *g*), totidem receptaculis, femina recipientibus numerofiffima *h*), axi nullo. Tubæ quatuor, breves, ovato lanceolatæ, aut ftigma *i*) quadrifidum, & fructus fuo apice hiare videtur.

832. PARNASSIA LINN.
Icon GESNER. *lign.* 145. & t. IV. *fafc. I.*
Hepatica alba CORD. p. 153.
Gramen Parnaffi LOBEL. *ic.* p. 603.

β. Flore pleno JUNG. LOBEL.

In aquofis minime rara.

Caulis fimplex, uniflorus, pedalis; in eo caule folium unicum, cordatum, amplexicaule, ad radicem multa petiolata. Flos albus, globuli lutei. Stamina juniora ad fructum adpreffa *k*), matura expanduntur.

RORELLA RUPP.

ROS SOLIS TOURNEFORT. t. 127.

DROSERA LINN. n. 391.

Calyx tubulofus, femiquinquefidus *l*), parum flore minor. Petala quinque, lanceolata *m*), fuis bafibus vicina, inde repanda, ex angufto ungue latefcunt, fine fubrotundo. Stamina quinque: fructus ex ovato conicus *n*), unilocularis, quinquevalvis, polyfpermos. Tubæ quinque.

s) LINN.
t) G.
v) H.

a) Quod gramen in Parnaffo M. gignitur, denfius fruticans flore odorato, candido, femine parvo, radicibus quinis aut fenis, digitali craffitie, candidis, mollibus admodum, dulcibus DIOSCORID. L. IV. c. 28. PLIN. L. XXIV n. 118. Pretiofum gramen ex Parnaffo PAUL. AEGINETA *fimpl.* l. 6.
b) TOURNEF. D.
c) A. B.
d) C.
e) 14. 16. *Basl. merkwürd.* T. V. p. 548. Tredecim LINN.
f) E.
g) H. H.
h) I.
i) Quatuor ftigmata obtufa & foramen pro ftylo LINNÆUS
k) Ut fe ovario adplicent WAHLBOM *fponfal. plant.* p. 46.
l) TOURNEF. C.
m) A.
n) G.

833. RORELLA foliis ellipticis, caule nudo, paucifloro.
Ros solis DODON. p. 474. fig. exterior.
Salsirora seu sponsa solis, aut Ros solis, vel Rorella THAL. p. 116. *ic. IX. n.* 2.
Ros solis major, seu longifolius BARRELIER. *ic.* 251. *n.* 11.
Drosera scapis radicatis, foliis oblongis LINN. *I.* p. 403.
Hæc in paludosis vulgatior, circa *Moosseedorf*, *Vervay*, &c. *Aux Marais des Rochers*, de *l'Echelette*, *à l'anvers de Sonvilliers* GAGNEBIN.
Radiculæ nigræ, depactæ. Folia in rosulam sparsa, longe petiolata, ambitu elliptico, obtuso, hinc glabra, inde plenissima pilis globuligeris purpureis. Caulis nudus, non ramosus, spicam fert paucifloram, florum alborum, fere unilateralem.

834. RORELLA caule nudo, paucifloro, foliis petiolatis, subrotundis.
Salsirora seu Ros solis THAL. *ic. IX. n.* 1.
Rorida seu Ros solis major LOBEL. *ic.* p. 811.
Ros solis minor, seu rotundifolius BARRELIER. *ic.* 251. *n.* 1.
Ros solis BLAKWELL. *t.* 432.
Drosera scapis radicatis, foliis orbiculatis LINN. *I.* p. 402.
In paludosis *um den Neuhaußweyer*. In *Torfeto Löhr*. Circa *Kilchlindach*. *Aux Marais des pruats*, & *de l'Echelette*, &c. GAGNEBIN.
Omnia similia, sed folia orbiculata, paulum etiam circulo breviora *o*).
Acris est utraque, ut cutem ulceret & dentibus noceat, taboque oves inficiat. Cum vini spiritu tincturam amaram dat. Oleum volatile habere LEIGH *p*). Tincturam sudorem movere, & plicæ *q*) vi specifica mederi Cl. BONFIGLI. Ad catarrhos laudat SIEGESBECKIUS: ad pulmonum morbos herbam *r*) CHOMELIUS. Diureticam esse NICOLAUS. Ad lac coagulandum (*Tättmiölk*) *s*), utuntur Rorella, super quam lac calidum caprillum effundunt *t*). Medicis ignota.
Conjungebat utramque LINNÆUS & BOEHMERUS. Nunc ille separat *v*).
Nunquam puto species in se invicem commutari.

STATICE LINN. n. 388.
STATICE TOURNEFORT. t. 177.
& LIMONIUM ibid.

Etsi hæc species habitu ad Globulariam accedit, adque flores compositos, nimis tamen longe aliæ species distant, ut a congregatione florum characterem classicum sumi non debere hoc exemplo adpareat. Calyx *x*) nostræ infundibuliformis, inverse conicus, ora sicca & nitente finitur, & adpictum habet calycem exteriorem, non vere distinctum *y*). Petala quinque, in speciem infundibuli dilatata, ex petiolo in ovalem ambitum terminata. Ex iis stamina quinque. Semen unicum, rotundum, quinque tubis coronatum *z*).

*835. STATICE scapo simplici, capitato, foliis linearibus LINN. I. p. 394.
I. *Minor alpina.*
Caryophyllus montanus minor C. B. *prodr.*
Gramen, etsi non placet statura, *polyanthemon minus* DODON. *pempt.* ad p. 564.
Statice montana minor I. R. H. & *minima* ibid.
II. *Major*, sabuletorum marinorum, etiam Germanicorum, circa *Goslar*, *Regenstein* &c.
Gramen polyanthemon majus DODON. *pempt.* p. cit.
α. β. *Statice* HILL. *V. t.* 3.
Statice caule simplici, capitato, foliis linearibus LINN. *I.* p. 394.
In summis alpibus *Griseis*.
Ex radice lignosa, depacta, plurima folia, & multi caules: graminea illa, glabra & firma. Caules semipedales, nudi, uniflori. Floridum nempe capitulum ex multis floribus congregatur, convexum, pene globosum. Squama grandis, ovata, quemque florem suscipit. Calycis oræ nitentes eminent. Petala violacea. Toti capitulo vagina subjicitur, quæ per maturitatem reflexa, & lacera, caulem summum continet.

LINUM

o) FLOYER. *phytobas.* p. 175.
p) *Natur. hist. of Lancashire* p. 95.
q) Negat SIEGESBEK.
r) p. 181. b.
s) *Satyr. Siles. VII.* n. 1. *Mantiss.* NEUMAN. Ex *edit.* ZIMMERMAN. p. 42. FLOYER. p. 175. *Act. hafn. IV.* obs. 58.
t) K. *swenska wetensk Acad.* 1749. n. 1.
v) *Flor. Lips.* p. 153.
x) TOURNEF. D. D.
y) IDEM.
z) IDEM.

LINUM TOURNEFORT. t. 176.

LINN. n. 389.

Calyx quinquefolius: petala quinque, basi sua *a*) vicina, sensim repanda & latescentia. Fructus rotundus *b*), conicus *c*), decemlocularis; tubæ quinque. In unica *d*) specie quaternarius numerus succedit in jura quinarii. Rudimenta quinque aliorum staminum addit LINNÆUS.

836. LINUM. . . .

Linum sylvestre MATTHIOL. p. 416. *sativum plane referens* I. B. III. p. 492. lege 452.

Linum arvense C. B. *Bas.* p. 62.

Flore albo, roseo, BOEHMER. *flor* p. 153.

Linum calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis, alternis, caule subsolitario LINN. *I.* p. 397.

In agris & vervactis circa Basileam, Bernam, & in universa Helvetia. Non puto a *sativo* differre.

Caulis annuus, pedalis; folia inordinata, glauca, levia, graminea, acuta. Flores per superiorem partem caulis, in petiolis unifloris, cærulei, petalis quasi adrosis & serratis. Calycis foliola mucronata, oris albis. Semina plana *e*), glabra, utrinque ex ovatis acuta.

Sativum Linum plurimi facio, cujus beneficam vim sæpe in aliis sim expertus, non raro in me ipso. Putes levitatem superficialem seminis indicare mitem & innoxiam naturam farinæ, quæ est in semine. Ex eo butyrum parari potest *f*), & oleum vulgo paratur, minori, quam ex papavere, ubertate *g*). Cum aqua infusum, emolliente & mitigante vi plerasque alias plantas superat, ad faucium inflammationes, injectum, vel gargarismi in modum adhibitum. In cataplasmate ad inflammatos tumores, etiam criticos leniendos, & dolorem auferendum nihil mitius. In clysteribus & cataplasmatibus adversus phrenitidem semen CÆLIUS adhibebat *h*). Oleum ad hæmorrhoides *i*), ad ambusta, & in clysteribus *k*), etiam ad volvulum beneficum. Placenta ab expresso oleo superstes, cum lacte, ad hernias incarceratas *l*) valet.

Interno usu infusum theiforme seminis tusses *m*), dolores nephriticos, & a transitu calculi subnatos, solatur, quo uti mallem, quam oleo, jam multo facilius in rancidam acrimoniam degeneraturo. In pleuritide *n*), nephritide *o*), dysenteria *p*), in hæmoptoe *q*), empyemate *r*), ad sanguinem effusum solvendum *s*) idem utile est. Neque valde id oleum ad cibum *t*) commendaverim, quo tamen aliæ gentes *v*) utuntur. In colores hoc oleum recipi notum est, eoque artificio diuturnitatem, mitemque colorum confluxum, a nuperis pictoribus antiquorum inventis additum fuisse.

Oeconomicos usus ad telas, ad lintea omitto.

837. LINUM foliis linearibus, lanceolatis, aristatis, calycibus ovato lanceolatis, semimembranaceis.

Linum montanum, foliis tenuibus, erectis, flore amplo, cæruleo ZANON. p. 137. 146.

An *Linum sylvestre, angustifolium, cæruleum, amplo flore* MAGNOL. *bot.* p. 161?

An *Linum sylvestre cæruleum perenne erectius, flore & capitulo majore* RAI *Syn. III.* p. 361. cujus iconem MILLERUS dedit 166? Videtur ex specimine a Cel. HUDSON misso.

Linum sylvestre cæruleum, folio acuto SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 515.

Linum calycibus acuminatis, foliis lanceolatis, sparsis, strictis, scabris, acuminatis, caule tereti, basi ramoso LINN. *I.* p. 398.

Linum calycibus rotundatis, infirmis, reflexis, caulibus declinatis JACQUIN. *vindob. n.* 24.

Linum alpinum EJUSD.

Difficilis synonymia in planta facili, in montosis Juræ & in alpibus frequentissima. Maxima

a) TOURNEF. C.
b) MALPIGHI ic. 235. 260.
c) E.
d) MALPIGHI ic. 204.
e) GRIENDEL. obs. 7. f. 4.
f) GREW. *phytol. hist.* p. 19.
g) SPIELMAN. *Inst. Chem.* p. 75.
h) l. c. 10.
i) SYLV. ad MESUEN.
k) ROGER. *lavemens antivener.*
l) PARSONS. *theatr.* p. 300.
m) Pro certo remedio *Satyr. Siles. IV.* n. 4.
n) *Eph. Nat. Cur. I. ann.* 3. obs. 218. HILDAN. *ined;* SYLVATICUS in MESUEN. p. 185.
o) *Eph. Nat. Cur.* l. c.
p) LANGE *Remed. domestic. Brunsvic.* p. 283.
q) *Eph. Nat.* 6. 7. obs. 209. *Journ. de med.* ann. 1762 m. Juillet. ubi rancidum requiritur.
r) M. HOFMAN. *Eph. Nat. Cur. Cent. X. app.* obs. 33.
s) LANGE ibid.
t) Gratum, si absque calore extractum fuerit HILL. *mat. med.* p. 528.
v) Hungari *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann.* 6. 7. obs. 209.

xima copia legi in monte *Montendre* vallis *du Lac de Joux*: tum in monte *Dolaz*, *Thuiri*: in alpibus Aquilejensibus ubique; in *Luan*, *sur Champ*, *Ovannaz*, *Enzeinda*, *Prapioz*, & in Valesiæ monte *Fouly*, *Val de Lie*, &c.

Planta Anglica altior est, Siberica etiam procerior.

Nostræ radix multiceps, lignosa, perennis. Caulis foliosus, quando semina maturavit, etiam in alpibus pedalis, cubitalis. Folia glauca, variæ latitudinis, semper tamen latiora, quam in sequente, duriora, quam in priori. Calycis folia duorum ordinum. Tria exteriora lanceolata, aristata, viridiora: duo interiora latiora, ovata, magis albis oris, arista aut molli, aut nulla *x*). Flos cæruleus; apprime deciduus, ungue late albo: idem amplior est, pro plantæ portione, quam sativi.

838. LINUM foliis linearibus, calycibus longe aristatis.

Plerumque fere carneo flore reperitur.

Lini sylvestris angustifolii III. varietas Clus. *Pannon.* p. 305.

Deinde flore albo, puro, aut purpureis lineis striato.

Linum sylvestre angustifolium, flore albo IIII. Clus. *pannon.* p. 303. 304.

Linum oxyphyllum multicaule Boccone p. 166. *t.* 125.

Linum calycibus acuminatis, foliis sparsis, lineari setaceis, retrorsum scabris Linn. *I.* p. 398.

Hæc species Lini non adscendit in alpes, & ne in montes quidem, sed ad vias in toto agro Aventico, circa *Roche*, *Fontaine*, *au Tombey*, circa *Mathod*, *Moncharans*, *Biel*, supra *Cheire*, in Valesia, ubique frequens est. I. B. in monte *Crenzach* & prope *Lœrach*.

Radix etiam lignosa; caules plurimi, duri, erecti, brachiati, quasi fruticosi; in summitate ramos longos, pene nudos, alternos emittunt, non vere dichotomi. Folia dura, angustissima, acuta, sulcata; in imis caulibus densissime congesta, ut totos obducant: superne etiam frequentia. Flores perinde, ut in prioribus, in petiolis unifloris, perinde caduci. Calycis folia longe aristata. Petala plerumque dilutissime carnea *y*), lineis picta purpureis. Staminum filamenta basi lata, triangulari.

Odor gratus, sapor acer & aromaticus.

839. LINUM foliis conjugatis, ovatis, calycibus aristatis, patulis, lanceolatis.

Icon Gesneri *æn.* 94.

Alsine verna, glabra, flosculis albis, vel potius Linum minimum I. B. III. p. 455.

Chamælinum subrotundo folio Barrelier. *ic.* 1165. *n.* 1.

Ἀλπικολεπτοκαυλελειος Richer.

Linum catharticum Blakwell. *t.* 368.

Linum foliis oppositis, ovato lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis Linn. *I.* p. 399.

Nihil frequentius in pratis, etiam udis, & locis gramineis.

Cauliculi erecti, dodrantales, brachiati, non dichotomi. Folia conjugata, glauca, elliptica; ima obtusa; superiora lanceolata. Petala, quæ prioribus rotunde terminantur, hic lanceolata, alba, ungue luteo. Stamina unguibus suis pene connata.

Amarissima planta, alvum absque incommodo movet, sive siccatæ drachmam sumseris, sive manipulum in sero lactis, vel in aqua per noctem infuderis, maneque biberis *z*).

*840. LINUM tetrapetalon, caule ramosissimo, dichotomo Blair. p. 180.

Radiola vulgaris, serpyllifolia Rai *Syn. III.* p. 345. *t.* 15. *f.* 3.

Herniaria Preston ad Rai *meth. plant.*

Linokarpum serpylli folio, multicaule & multiflorum Micheli *nov. gen.* p. 23. *t.* 21.

Chamælinum vulgare Vaillant. *botan. Paris.* p. 33. *t.* 4. *f.* 6.

Radiola Dillen. *nov. gener.* p. 127. *t.* 7. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. append. t.* 9.

Icon Oederi *t.* 178.

Linum foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris, tetragynis Linn. *I.* p. 402.

Mülhusiæ Cl. Hofer hanc civem nostris addidit. Cherlerus Basileæ in arenosis ad *Wiesam* in M. S. Ego abunde ultra *Cellam* in sabuletis.

Ex gracili radice cauliculus dichotomus, ramosus, divisus & subdivisus adscendit, & denique umbellam facit ramorum fere sibi æqualium. Folia ex rotundis lanceolata. Flores in summis ramis fasciculati, petiolis filiformibus erectis. Calyx quadrifolius, lanceolatus. Petala quatuor, ovata, emarginata. Stamina quatuor & tubæ totidem. Fructus octilocularis, octo contindt semina.

TELE-

x) Juniori calyci folia alterne acuta esse & ovata Scepin. p. 34.

y) Alba circa *Löbrach* Koenig.

z) Morison. Linn. *obstacul. medicin.* p. 11.

TELEPHIUM Tournefort. t. 128.

Linn. n. 377.

Calyx *a*) petali longitudine, foliis quinque cavis. Petala quinque ovata *b*). Fructus triquetrus *c*), trivalvis, unilocularis *d*). Tuba simplex, brevis & crassa. Stigmata tria acuta. Semina subrotunda, plurima ad unum receptaculum *e*).

*841. TELEPHIUM foliis alternis Linn. I. p. 388.
Telephium legitimum Imperat. VII. Clus. p. LXVII.
In Valesia circa *Sedunum*, *Gonthey*. *Aux Platrieres de Sierre.*
Caules procumbentes, toti foliosi, foliis glaucis, ovato lanceolatis, imis rotundioribus. Flores albi, in summa planta umbellati, ex brevibus petiolis, unifloris.

CORRIGIOLA Linn. n. 378.

POLYGONIFOLIA Dillen. *nov. gener.* t. 3. p. 95.

Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. app. t. 9. f. 20.

Calycis folia quinque acuta. Petala quinque, exigua, subrotunda. Stamina quinque. Semen unicum, nudum, triquetrum. Tubæ tres.

842. CORRIGIOLA Linn. I. p. 388.
Halimus ορεανθολευκορρεπες Richer.
Polygoni vel Linifolia per terram sparsa, flore Scorpioidis I. B. III. p. 379.
Polygonum littoreum minus, flosculis spadiceo albicantibus C. B. *prodr.* p. 131. Birr. *spec. inaug.* p. 8. cum charactere.
Polygonifolia per terram sparsa, folio Scorpioidis Rai. Tournef. *plant. autour de Paris* p. 127. cum descriptione.
Alsine palustris minor, folio oblongo repens, floribus parvis, racemi modo junctis, albis, rosaceis Lindern Tournefort. *Alsat.* p. 115. *t.* 2. C.
Basileæ ad *Wiesam*. Etiam *Vivisci* similibus locis Gagnebin, & abunde ultra *Cellam*. Mülhusiæ ad torrentem *Dollern* vulgatissima.
Caules prostrati, ramosi; folia glauca, angusta, progrediendo paulum latescentia. Stipulæ binatæ, acutæ, argenteæ. Flores racemosi, in ultimis ramis congesti, ad petiolos multifloros sessiles. Calyx campaniformis, connivens, segmentis ala membranacea alba, & sæpe fusca, auctis, unde ille habitus ex spadico albicans. Petala ovalia, albissima.

POTAMOGETON *a*) Tournefort. t. 103.

Linn. n. 170.

Folia fere ad ramorum ortum conjugata, cæterum alterna. Petala quatuor ovata, nuda, petiolata, lanceolata *b*), duabus foveis, duabus antheris apta. Stamina vel quatuor *c*), vel octo. Etsi enim in nonnullis quatuor filamenta gemellas antheras gerunt, & stamina vere quaterna sunt, dantur tamen & aliæ species *d*), in quibus octo antheræ gemellæ reperiuntur. Semina nuda quatuor, ex ovatis acuminata *e*); tubis incurvis, brevissimis, transversim impositis, etiam rectis.

843. POTAMOGETON foliis firmis, petiolatis, ovatis, natantibus Linn. I. p. 182.
Potamogeton Fuchs. p. 651.
In stagnis & in fluviis tranquillioribus ubique. Bernæ in brachiis Arolæ.
Folia tota aquæ innatant, ad Nympheæ modum, firma perinde, nervis ellipticis, ipsa ovato lanceolata, longe petiolata. Spica floralis ex foliorum alis erigitur, longa, densa, gracilis. Vaginæ maximæ.

a) Tournefort. ad A.
b) A.B.
c) E.
d) F.G.
e) G.H.

a) Potamogeton foliis betæ minoribus, tamen & hirsutioribus, paulum superveniens extra aquam Dioscor. L. IV. c. 96. Plin. L. XXVI. n. 33. Castor aliter noverat, folio tenui veluti equinis setis, thyrso longo, levi, in aquam natantem Plin. ib.
b) Tournef. A. B.
c) Linn.
d) Obder. t. 222.
e) D. E.

844. POTAMOGETON. . . .
Potamogeton rotundifolium alterum LOESEL. p. 206. *ic.* 65. RAI *Syn. III.* p. 149.
Nunquam reperi, ſed habeo ex horto ſicco HAGENBACHII, Bernæ lectum.
Folia orbiculata, dura, ut in priori: caulis fluitans, & ex intervallis radiculas edens.
A ſequente vere differt, etſi florem non vidi.

845. POTAMOGETON foliis tenuibus, cordatis, amplexicaulibus LINN. I. p. 182.
Potamogeton tertia DODON. p. 582. *folio anguſtiori.*
Icon OEDERI *t.* 196.
Icon GESNERI *æn. n.* 145.
In lacubus & ſtagnis Helvetiæ vulgo.
Folia tenuia, viridiſſima, pellucida, ut charta eſt oleo intincta, cæterum cordiformia; caulem hamis rotundis amplexa, alterna, ad flores conjugata, nervoſa, undulata. Spica brevis, & craſſa, in valido obliquo pedunculo, ex ala folii. Vaginæ nullæ, aut perbreves.

846. POTAMOGETON foliis tenuibus, ellipticis, nervis convergentibus.
Icon GESNERI *VIII. & IX. lign.*
Potamogeton altera DODON. p. 582.
Lapathum fluitans, folio longo, ſerrato I. B. II. p. 988.
Long pondweed PETIVER. *herbal. t.* 5.
Icon OEDERI *t.* 195.
Potamogeton foliis lanceolatis, oppoſitis, ſubundulatis LINN. *I.* p. 183.
In lacubus Helvetiæ, longiſſima, decem & viginti Orgyarum planta, integras mediis in aquis ſylvulas efficit; ſed etiam in foſſas ſubit, circa *Gampelen, &c.*
Folia longa, ovata, acuminata, nitidiſſima, nervis ellipticis, ſed per transverſos ramos conjunctis *f)*, ora plicata, ut ſerrata videri poſſit, etſi non eſt. Pediculi craſſiſſimi, curvi; ſpicæ denſæ, cylindricæ. Vaginæ maximæ & latiſſimæ.

847. POTAMOGETON foliis tenuibus, longiſſime lanceolatis.
Fontinalis major lucens I. B. III. p. 777.
Potamogeton foliis lanceolatis, planis, in petiolos deſinentibus LINN. *I.* p. 183.
Minime rara in lacubus & fluviis, foſſisque paludoſis.
Dubitabam, num ſeparari oporteret, nunc ſeparo. Habitus natatilis: folia prælonga, multo minus lata, lanceolata, & per oram undulata, longitudine latitudinem multoties ſuperante. Vaginæ magnæ, virides: ſpicæ minus denſæ, in petiolis prælongis, multo, quam in priori, longioribus.

848. POTAMOGETON foliis lanceolatis, alternis, undulatis, ſerratis LINN. I. p. 183.
Puſillum fontilapathum LOBEL. *ic.* p. 286.
Tribulus aquaticus minor CLUS. *pannon.* p. 715.
In rivulis, quorum fluentum inclinatis caulibus ſequitur.
Folia alterna, nervis tribus parallelis, per ramos rectangulos cum medio nervo conjunctis; ora undulata, contracta, emittente ſpinulas, denticulosve, lanceolata cæterum, oris longe parallelis. In ſumma parte plantæ ex alis petioli triunciales: ſpica pauciflora, ad octo flores. Vaginæ albæ & breves.

849. POTAMOGETON caule dichotomo, foliis conjugatis, ellipticis, complicatis, imbricatis.
Fontalis media lucens I. B. III. p. 777.
Tribulus aquaticus minor CLUS. *pannon.* p. 714.
Potamogeton foliis ovatis, acuminatis, oppoſitis, confertis, caulibus dichotomis, ſpica quadriflora LINN. *I.* p. 108.
Vulgo in rivis.
Folia conjugata, latiuſcula, juxta nervum plicata, ut anguſtiora videantur, lanceolata, acuta, in ſumma planta congeſta, imbricata, non ſerrata. Petiolus floriger brevis, reflexus: ſpica exigua, pauciflora, rotunda, in qua vix ſupra quatuor ſemina matureſcant. Caulis dichotomus.

f) Bene PETIVER.

850. POTAMOGETON foliis gramineis, petiolis erectis, vaginis laxis, numerosissimis.

An *Icon* GESNERI 148?

Potamogeton gramineum, latiusculum, foliis & ramificationibus densissime stipatis RAI *Syn.* III. p. 149. *t.* 4. *f.* 3.

Potamogeton foliis lineari lanceolatis, alternis, sessilibus, stipula brevioribus LINN. *l.* p. 184. OEDER. *t.* 222.

Graminis alicujus simile, caule longo, plano, foliis lineatis, lineis parallelis, cæterum longe linearibus, lente decrescentibus, neque serratis, neque undulatis, ad ortum ramorum conjugatis. Vaginæ copiosissimæ & maximæ, ex quo habitu adgnoscas. Petioli breves, recti. Semina pauca, sed maxima. Vaginæ florales petioli longitudine. Locus excidit.

851. POTAMOGETON caulibus compressis, foliis gramineis, lanceolatis, spicis paucifloris.

Potamogeton ramosum, caule compresso, folio Graminis canini DILLEN. *Catalog. Giess.* p. 122. &c.

Potamogeton gramineum, latifolium LOESEL. p. 206. *n.* 66.

Icon OEDERI *t.* 203. optime.

Potamogeton foliis linearibus, obtusis, caule compresso LINN. *l.* p. 183.

Annon *Broad pondweed* PETIVER. *t.* 5.

In paludosis circa *Gümligen & Muri.* Basileæ, in fonte Palatii Durlacensis. *Fridelingæ* STÆHELINUS.

Habitus fluitans & obsequiosus prioris. Folia graminea, plerumque dum siccantur undulata, tamen & plana, acute lanceolata & aristata. Caulis pallens, compressus, non teres. Stipulæ albæ, brevissimæ. Vaginæ albæ, unciales. Spicæ pauciflorae. Seminum crassiorum.

852. POTAMOGETON caule terete, foliis perangustis, spicis paucifloris, minimis.

Potamogeton gramineum, ramosum C. B. *prodr.* 101. I. B. III. p. 778.

Icon GESNERI 147.

Potamogeton gramineum, tenuifolium LOESEL. p. 206. *ic.* 67.

Narrow pondweed PETIVER. *t.* 5. OEDER. *t.* 186.

Potamogeton pusillum, folio gramineo breviori VAILLANT. *t.* 32. *f.* 4.

Potamogeton foliis linearibus, oppositis, alternisque, distinctis, basi patentibus, caule tereti, LINN. *l.* p. 184.

In paludosis *Gürbenmoos*, in *Reusa* flumine, &c.

Habitus idem, sed tenerior & gracilior: folia multa, conjugata, perangusta & debilia, uncialia & ultra. Vagina ramorum longa, duplo folio latior, appressa, breviter eminens; floralis, lata, elliptico lanceolata. Spicæ plurimæ in petiolis uncialibus & biuncialibus, teneris, floribus minimis, & paucis, circa quatuor, & sex. Caules teretes.

853. POTAMOGETON caule terete, foliis linearibus, planis, spica multiflora, senescente longissima & interrupta.

Potamogeton pusillum BOCCONE *plant. rar. Sicil.* p. 42. *t.* 20. *f.* 5.

Myriophyllum Maratriphyllum palustre alterum LOBEL. p. 792.

Icon GESNERI 146.

Potamogeton ingens, gramineo folio, longiori VAILLANT. *t.* 32. *f.* 3. junior planta.

Potamogeton maritimum, ramosissimum, grandiusculis capitulis, capillaceo folio PLUKNET. *t.* 216. *f.* 5.

Fine graß pondweed PETIVER. *t.* 5.

Potamogeton foliis linearibus, alternis, distinctis, inferne vaginantibus LINN. *l.* p. 184.

Passim Tiguri, Basileæ, Gottingæ, circa *Seelhofen.*

Caulium habitus similis: folia plana, perangusta, etiam longiora, biuncialia. Spicæ florum primum congestorum, multorum, ad viginti & ultra, deinde longis & nudis intervallis distinctorum, ut petiolos etiam pedales viderim. Vaginæ strictæ, breviter bifidæ, in ortu albescentes. Stipulæ fine capillaceo. Semina grandia.

Has tres species ex minoribus Potamogetonibus solas profero, neque sustineo plures distinguere, etsi ultima planta nostra a VAILLANTII planta spica brevi, & folio latiori, a *marina* spica prælonga, & folio angustiori forte separari possit.

XII. CALY-

XII. CALYCIFLORÆ.

SALICARIA Tournefort. t. 129.

LYTHRUM Linn. n. 604.

Calyx cylindricus, ſex majoribus erectis *f*) denticulis inciſus, & in majori ſpecie ſex aliis introrſum converſis. Ex ſumma calycis ora petala ſex *g*), patentia, elliptica: ſed ex baſi calycis ſtamina duodecim, in majori ſpecie, quorum ſena de calyce eminent, ſena eodem teguntur. In altera ſpecie ſtamina tantum ſena. In fundo calycis ovarium biloculare *h*). Tuba calyce brevior, apice globoſo *i*). Semina numeroſa *k*).

854. SALICARIA foliis lanceolatis, ſubhirſutis, floribus ſpicatis.
Lyſimachia altera Camerar. *Epit.* p. 687.
Lyſimachia purpurea Tabernæmont. p. 854.
Lythrum foliis oppoſitis, cordato lanceolatis, floribus ſpicatis, dodecandris Linn. *I.* p. 640.
Varietas trifolia Boccone *muſ. di piant.* p. 167. Spigel. *L. I. c.* 10.
Quadrifolia C. B. Boccone.
Foliis anguſtiſſimis Amman. *plant. ruthen.* p. 69. ab Hubero circa *Comum* lecta.

Nihil vulgatius ad foſſas & ripas.

Caulis anguloſus, erectus, in ſumma parte ramoſus, tetragonus. Folia conjugata, ovato lanceolata. In ſummis ramis ſpicæ longæ, florales, denſæ, ex congeſtis ſemiverticillis trifloris, exiguis foliis intermiſtis. Petala flaccida, purpurea.

In medicina vix nota eſt; ad dyſenteriam *l*) tamen cum aliqui laudaſſent, Cl. Haenius *m*) pulverem ad drachmam, & quatuor ad ſcrupulos ſumtum, in diarrhœa utilem reperit, cui ſua adſtrictoria vi, poſt præmiſſas purgationes, medetur. In laxitate a diarrhœa & dyſenteria ſuperſtite ejusdem plantæ utilitatem Idem confirmat *n*). Adſtringere, neque debiliter, certum eſt, cum decocto ejus plantæ ſubacta pellis ovina in bonum, molle, & albiſſimum corium tranſierit *o*), & in pelle capreoli *p*) eadem utilitas conſpicua fuerit.

Bonum pabulum eadem præſtat *q*).

855. SALICARIA foliis linearibus, floribus per alas ſeſſilibus. ad Rupp. t. 6. p. 147.
Hyſſopifolia aquatica I. B. III. p. 792.
Hyſſopifolia C. B. *prodr.* p. 108.
Lythrum foliis alternis linearibus, floribus hexandris Linn. *I.* p. 142.
Non eſt *Lyſimachia minor, rubro flore* Clus. *Pannon.* p. 477. 478 *r*).

In Helvetia rara. Baſileæ C. B. & Stæhelinus, nuper etiam Cl. la Chenal. Mülhuſiæ Cl. Hofer in ſylvis udis.

Caules erecti, plerumque parum ramoſi, niſi ex radice, dodrantales & humiliores. Folia glauca, linearia, glabra, fere bina, inordinata. Flores in alis foliorum ſolitarii & bini. Calyx Salicariæ tubuloſus, quinque vel ſex ſegmentis latis, triangulis, rectis, ſex aliis gracilibus reflexis. Petala quinque vel ſex, ex ſummo calyce, roſea, ovato lanceolata, linea diviſa. Stamina totidem, ex imo calyce, deficientibus ſupernis. Fructus intra calycem cylindricus, bilocularis, polyſpermos. Tuba ſimplex, globulo terminata.

PEPLIS Linn. n. 446.

PORTULA Dillen. *nov. gener.* p. 133. t. 7.

GLAUCOIDES Micheli t. 18.

Calyx in ſex ſegmenta erecta, & ſex alia introrſum recurva, acute ſectus, ampliſſimus, campaniformis *s*), pene globoſus. Ex calyce etiam prodeunt petala ſex, elliptica, acuta *t*), quæ perſæpe deficiunt, & in omnibus, quæ legimus, exemplis, Gottingæ & circa Cellam nulla fuerunt. Stamina ex calyce ſex *v*). Tuba apice globoſa *x*).

Fructus

f) Tournef. C.C.
g) A.
h) F.
i) D.D.
k) H.
l) Boccone *oſſerv.* p. 215.
m) *Rat. medend. III.* p. 214. ſqq.
n) IV. p. 232.
o) Gleditsch.
p) p. 35.
q) Schreber. III. *Saml.*
r) Conf. Jacquin.
s) Dillen. B. E. Micheli C. C. Oeder. Vaillant.
t) Dillen. F. Micheli D. D. ovata Oeder.
v) Oeder. Vaillant.
x) Micheli G. Oeder.

Fructus tener y), subrotundus, conicus yy), bilocularis z); in eo semina multa zz), hinc convexa, inde plana.

856. PEPLIS petalis senis, sæpissime apetala.

Alsine fluviatilis TABERNÆM. p. 713.
Anagallis Serpyllifolia aquatica I. B. III. p. 372.
Alsine palustris minor, Serpylli folia C. B. *Prodr.* p. 118. *Bas.* p. 74.
Glaux aquatica, folio subrotundo LOESEL. p. 106. *ic.* 20.
Glaux altera, subrotundo folio BOCCONE *t.* 84. VAILLANT. p. 80. cum descript. *f.* 5. *t.* 15.
Glaux palustris, flore striato, clauso, folio Portulacæ PETIT. *lettres* p. 45. cum icone.
Glaucoides palustre Portulacæ folio, purpureo flore MICHELI p. 21. *t.* 18.
Icon OEDERI *t.* 64.
Peplis floribus apetalis LINN. p. 474.

In udis circa *Telonium Wiesæ* C. B. In alnetis ad *Wiesam Basl. merkwürd.* p. 711. *Mulhusiæ* in sylvis udis. Rara in Helvetia planta, frequentior in Saxonia inferiori.

Caules angulosi, serpentes, subinde radiculas demittunt, dodrantales, pedales. Folia conjugata, glabra, longe petiolata, subrotunda. Flores in alis foliorum sessiles. Petala purpurea, elliptica, fugacia.

Summa similitudo calycis, floris, fructus, cum Peplide, Hyssopifoliam in hac classe retinet, cum ista Salicariam.

y) OEDER. DILLEN. ut semina pelluceant.
yy) MICHELI G.
z) IDEM H.
zz) I. OEDER.

I. PLANTÆ PETALODEÆ.

VII. DIPLOSTEMONES a).

DIPLOSANTHERÆ Royen. p. 439.

Hoc communi nomine comprehenduntur aliquot ordines naturales, quibus commune eſt, bis tot ſtamina habere, quot ſunt calycis ſegmenta, aut petala. Rationem iſtam plus valere debere, quam ſimplicem numerum, exemplo conſtat Hypopitydis, Rutæ, Paridis, in quibus aut in eadem ſtirpe, aut in eadem certe ſpecie, flores numeros 4. & 5. etiam 3. & 6. in ſuis petalis ſibi permittunt. His enim omnibus floribus ſtamina conſtanter ſunt in ratione dupla ad diviſiones floris, octo ad quatuor, decem ad quinque, duodecim ad ſex. Neque tamen diſſimulari dobet, in nonnullis Geraniis, Sedis, Alſines & Myoſotidis ſpeciebus, dimidium numerum ſtaminum deſiderari, ut petala non ſuperent. Verum etiam hic plerumque aut veſtigia ſtaminum ſuperſunt, quæ deficiunt, ut in Geraniis, potiſſimum Africanis, aut in eadem ſpecie modo dupla ſunt ſtamina in ſolo uberiori, modo dimidio pauciora in ſteriliori, quod exemplum in Myoſotide certum eſt. Præterea reliquæ notæ, univerſuſque habitus, non ſinunt, ob hanc ſolam in ſtaminibus notam, ſimillimas plantas divellere, ut Alſines duas tenuifolias, mediam & hypericifoliam, ſpergulas duas &c.

I. CARYOPHYLLEÆ Linn. *ord. nat.* n. 22.

His plerumque calyx quinquefolius, aut quinquefidus: petala quinque: fructus unilocularis, polyſpermos, petalis circumdatus. Raro numerus petalorum ad quatuor & ad tria uſque diminuitur.

ELATINE Linn. n. 502.
POTAMOPITYS Buxbaum. *Comm. Acad. Petrop.* T. I. p. 243.
ALSINASTRUM Vaillant. T. I. f. 6.

Calyx quadrifolius, foliolis ſubrotundis. Petala quatuor, ovata, patula. Stamina octo. Tubæ quatuor. Fructus quadrilocularis, quadrivalvis, polyſpermos. In altera ſpecie ternarius numerus pro quaternario ſuccedit.

857. ELATINE foliis verticillatis Linn. I. p. 527.
Ericoides facie pinaſtellæ Rupp. ed. noſtr. p. 90. Buxbaum. *plant. hal.* p. 105.
Alſinaſtrum Gallii folio Vaillant. p. 6. *t.* 1. *f.* 6. Characterem Buxbaumius culpat b), Recentem cum non viderim, corrigere nequeo.
& *Alſinaſtrum Gratiolæ folio* I. R. H.
Potamopitys Buxbaum l. c. *t.* 8. *f.* 2.
Circa Mülhuſiam Cl. Hofer.
Caulis inferius radiculas fluitantes per aquam dimittit, inde erectus, non ramoſus, dodrantalis, latiuſculus. Folia Gallii lineata; inferiora acutiora, reflexa; ſuperiora obtuſa, latiora, patula, ovato lanceolata, verticillatim ex caule nata, octo ad duodecim. Flores in brevibus pedicillis albi.

858. ELATINE foliis conjugatis (oppoſitis) Linn. ibid.
Hydropiper Buxbaum. *Cent. II.* p. 35. *t.* 37. *f.* 3.
Alſinaſtrum Serpyllifolium, *flore albo*, *tetrapetalo* Vaillant. p. 5. *t.* 2. *f.* 2.
& *Alſinaſtrum Serpyllifolium*, *flore roſeo*, *tripetalo* Ejusd. ibid. *f.* 1.
Icon Oederi *t.* 146.
Circa Mülhuſiam. Ego reperi circa *Engeſeñ* ultra *Hanoveram* in udis.
Cauliculi exigui, ramoſi, diffuſi ſubinde radiati. Folia ovato lanceolata, & elliptico lanceolata, conjugata. Flores in petiolis unifloris, colore ſubroſeo, petalis & calycibus ovatis, calyce majori.

CHERLERIA

a) *Method. ſtud. botan.* edit. a. 1736 p. 19. not. h. b) *Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. I.* obſ. 8.

CHERLERIA Haller. *It. Helvet.* n. 79.

Linn. n. 570.

Calyx quinquefolius: ſtamina decem: fructus unilocularis, triſpermos, acuminatus. Sed loco petalorum, quinque cordati ungues, qui quinque ſtamina præferunt; uti alia quinque ex calycis intervallis prodeunt. Hi ungues ſunt hujus plantæ petala. Tubæ tres. Semina hinc convexa, inde planum angulum faciunt.

*859. CHERLERIA *It. Helv. II.* n. 79. T. XXI. Linn. I. p. 608. Seguier. *plant. veron. Suppl.* p. 180. t. 4. f. 3.

Sedum montanum perpuſillum, luteolis floribus Parkinson. p. 737. 738.

Sedum montanum perpuſillum, luteum Morison. *III.* p. 471. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 14.

Lychnis alpina muſcoſis foliis, denſius ſtipatis, floribus parvis, calyce duriori Plukner. *Almag.* p. 235. *t.* 42. *f.* 8.

Knawel affinis Haller. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1736. *hebd.* 13. *t.* 1. *f.* 5.

In alpibus altioribus ubique. Legi in monte *Gemmi*, *Leitern*, *Gotthard*. In glacialibus ſupra *Bagnes*, in *S. Bernhardo*, *Sempronio* M. alpibus *Griſeis*: circa *Chammouny*: In monte *Fouly*, *Audon*, *Prapioz* &c.

Ceſpites facit late ſparſos & denſiſſimos: cauliculos habet repentes, perennes, duarum, aut trium unciarum, ſubinde fundentes roſulas denſiſſimas foliorum lanceolatorum; ad caulem folia conjugata, denſe congeſta, firmula, peranguſta, linearia, acuta. Petioli numeroſi, vix bilineares, ex mediis roſulis floſculum gerunt unicum, perpetuo eminentem. Calycis folia ſtriata, ovato lanceolata, cava. Omnia vireſcunt. Cel. Seguier quinque vera petala in ſua planta deſcribit. Hæc in noſtra nunquam reperiuntur. Viciſſim Vir Cl. ſtamina omnia ex ambitu fructus filamentis capillaribus nata depingit, non ex unguibus noſtris. Negat ea petala Cl. Scopoli c).

ALSINE Tournefortii t. 106.

ALSINE Linn. n. 380. pentaſtemon, tubis ternis.

ARENARIA Linn. n. 569. decaſtemon, tubis ternis, petalis integris.

STELLARIA Linn. n. 568. tubis ternis, decaſtemon, petalis bipartitis.

SPERGULA Linn. n. 586. tubis quinis.

SAGINA Linn. n. 176. tetraſtemon.

MOEHRINGIA Linn. n. 494. octoſtemon.

& HOLOSTEUM Linn. n. 104. triſtemon.

Cum mihi methodus natnralis ſola placeat, non potui hoc genus etiam Bauhinis perſpicuum divellere. Etſi enim aliqua commoditas in hac diviſione eſſe videtur, tamen non poteſt ullo modo Alſine tenuifolia ab altera ſimillima divelli, quarum una pentaſtemon ſit, altera decaſtemon. Ita genus Alſines expungetur. Porro Stellaria ab Arenaria non magis differt, quam Lychnides quadrifidæ a bifidis, quas Linnæus conjunctas relinquit: aut Drabæ petalis integris & bifidis. Spergula ab Arenaria ob ſolas tubas non videtur ſeparari poſſe, cum Spergula ſegetalis Arenariæ torfaceæ nodoſæ adeo ſimilis ſit. Tetrapetalam Alſinen fugacem a ſimillima alpina pentapetala Alſines ſpecie ſeparare non ſuſtinui, neque ob ſola ſtamina Mœhringiam a Sagina. Quare genus naturale cum Tournefortio conſervavi, ut tamen in ordines dividerem, qui Linnæana genera repræſentant.

I. FLORE TETRAPETALO.

SAGINA Linn. tetraſtemon, &

MOEHRINGIA Linn. octoſtemon.

860. ALSINE, octoſtemon foliis connatis, linearibus.

Alſine muſcoſa quibusdam I. B. III. p. 365.

Alſine montana, capillaceo folio C. B. Scheuchzer. *It. VII.* p. 508. Pluknet, *t.* 75. *f.* 1.

Alſine

c) *Flor. Carniol.* p. 500.

Alsine saxatilis LINDER. *hort. t.* 2.
Alsine tenuifolia, *muscosa* I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 149. SEGUIER. *t.* 5. *f.* 1.
Alsine polygonoides, *foliis tenuissimis*, *per genicula binis*, *ad summitatem polyanthos* PLUKNET. p. 22. *t.* 74. *f.* 3.
Mœhringia LINN. *I.* p. 515.

Nihil frequentius ad rupes humidas, & saxa torrentium adspergine rorida.

Cauliculi teneri, dodrantales, ramosissimi. Folia longa, linearia, gracilia, in origine lata, confluentia, ut a caule vere perforentur. Flores in longis petiolis unifloris, ex alis foliorum natis. Calyx patulus; sic petala angusta, elliptica, lanceolata, lactea. Fructus ex ovato conicus.

861. ALSINE tetrastemon, foliis connatis, lanceolatis.
Hyssopus Salomonis MONTALBANI.
Saxifragia annua, *Anglica*, *Alsines foliis* PLOT. *Oxfordshir.* p. 149. *t.* 9. *f.* 9.
Alsine saxifraga, *angustifolia*, *minima*, *montana* COLUMN. p. 290. 292. ob octo stamina.
Alsinella muscoso flore repens DILLEN. *nov. gen.* p. 124. *t.* 6.
Alsine saxifraga, *graminifolia*, *floribus tetrapetalis*, *herbidis* & *muscosis* PLUKNET. *t.* 74.
Alsine minima, *flore fugaci* I. R. H. VAILLANT. *f.* 2.
Alsine pusilla, *graminea*, *flore tetrapetalo* SEGUIER. *II.* p. 421. *t.* 5. *f.* 3. LIND. *hort. t.* 8. bene.
Sagina ramis procumbentibus, *petalis brevissimis* LINN. *I.* p. 185.

Nihil vulgatius in areis glareosis hortorum, in testis plantas alentibus, in torfaceis v. gr. *Löhr.*

Exmini mis plantis est, biuncialis, caule ramoso, annuo. Folia basi latiuscula caulem amplexa, connata & perfoliata, linearia, parum acuta, fasciculatim ramos terminant. Petioli ex alis foliorum semunciales, uniflori. Flores plerumque clausi: calycis foliola acuta; petala quatuor, calyce minora, ovata, alba, in spontaneis etiam nulla *a*); tubæ quatuor, & quatuor stamina. Addit Cl. JACQUIN intercurrere plantas fructu pentapetalo, tubis fructus quinis.

II. FLORE PENTAPETALO.

I. INTEGRO.

ALSINES sp. LINN.

SPERGULA LINN. n. 586.

& ARENARIA n. 569.

862. ALSINE foliis linearibus, connatis, pediculis longissimis, unifloris *Emend. I.* n. 71. *Catal. rar.* n. 497.
Alsine alpina repens, *capillaceo folio*. *floribus solitariis*, *albis*, *pentapetalis*, *pediculo longo fultis*, *petalis subrotundis* & *integris* MICHELI *hort. flor.* p. 5.
Icon OEDERI *t.* 12.
& ex ea *Stellaria foliis subulatis*, *scabris*, *subbifloris*, *petalis emarginatis*, *germinibus oblongis*, *calycibus striatis* LINN. *I.* p. 604. sed nostræ petala non sunt emarginata, neque OEDERIANÆ.
Hæc est *Mœhringia*, in qua stamina decem, stylos tres MONTINUS reperit *diss.* p. 2.
Alsine tenuifolia, *pediculis florum longissimis* VAILLANT. p. 8.
Spergula foliis oppositis, *linearibus*, *levibus*, *pedunculis solitariis*, *longissimis*, *caule repente*, LINN. *I.* p. 631.

In udis rupibus, inter muscos, in monte *Javernaz*, *Chaud commun*, *Prapioz*, *Jeman*, *Isenau*, *Speluga*, *S. Bernhard*, *Mole*, *Taveyannaz*, *Col de Ferry*, *Tompey.* In planitiem descendit, cum circa *Parisios* nascatur, & versus *Luganum.*

Valde similis paulo prioris Alsines *fugacis* 861. mollis, radice multicipite, cespitosa, cauliculis diffusis, triuncialibus, brachiatis, divaricatis, subhirsutis. Folia graminea, lineata, perangusta, ad terram congesta, ad caulem pauca, in origine sua latiuscula, & a caule perforata. Flores per ætatem nutantes, vix aperti, in prælongis petiolis, uncialibus, & biuncialibus, unifloris. Calycis foliola quinque, obtusa, oris albis. Petala quinque ovata, alba. Stamina decem. Fructus ovato conicus, tubis quinque, in quinque valvas dissilit, duplo calyce longiores & cartilagineas.

*863. ALSINE foliis linearibus, obtusis, calycibus viscidis *Emend. I.* n. 70. †
Alsine polygonoides, *foliis brevibus*, *flore albo* LINN. *I.* p. 178.

Alpina & montana. Reperi in monte *Enzeinda*, *Taveyannaz*, in *Prapioz*, *Audon*, *Martinets*,

a) *Vindob.* ad p. 26.

Martinets, *Dent de midi*, *Fouly*, *Furcula*, Alpibus supra *Kienthal*. In suis montibus abunde Cl. GAGNEBIN.

Radix longa, ramosa, multiceps; caules vix dodrantales, procumbentes, sicci, albi, alterne flexi, flaccidi, debiles. Folia congesta, imbricata, ut caulem tegant, obscure viridia, mollia, glabra, tamen latiuscula, fine obtuso, etiam acuta: Suprema, sub floralibus petiolis, lanceolata, oris albis, hæc connata, ut a caule perforentur. Summi cauliculi in petiolis semuncialibus aliquot præferunt flores. Calycis quinque folia, ex ovatis lanceolata, oris albis, subviridia, subhirsuta. Petala alba, ovata, calyce parum majora. Fructus ovatus, de calyce eminet, valvis quinque. Stamina decem; tubæ tres.

*864. ALSINE caule flaccido, dichotomo, foliis linearibus, acutis. †

In loco *die Clus*, qua ex *Canderſteg* aditur vallis *Gaſterenthal* Cl. DICKIUS. Misit etiam ex alpibus pedemontanis Cl. BELLARDUS.

Caulis infirmus, quatuor sexve unciarum, sæpe in summitate dichotomus, tamen ut etiam in tres ramos ex uno puncto findatur. Folia amplexicaulia, si accurate inspexeris latiuscula, ad dimidiam lineam & ultra, linearia, lineata, acuta, patula, sub floribus ovato lanceolata. Flores in ramis nudis, aut unico pare foliorum præditis, unifloris, uncialibus, etiam longioribus, subhirsutis. Calycis folia lineata, lanceolata, peracuta. Petala quinque, alba, ovata, longitudine calycis. Stamina decem, petalis paulo breviora. Tubæ tres breviores.

*865. ALSINE foliis lineari lanceolatis, hirsutis, calyce petalis æquali. †

An *Alsine alpina, multiflora, capillaceo folio, flore minore* SEGUIER. *Supplement.* p. 177? cum decastemonem dicat.

Cum *Alsines tenuifoliæ* nomine apud Auctores videtur tradita fuisse, quæ nobis in segetibus, in muris vulgo nascitur, tum inter stipulas, & Genevæ *sur les tranchées*.

Radix exilis. Caulis erectus, teres, subhirsutus, trientalis, ramosus, & dichotomus, tamen ut alter truncus altero major sit, & medius unicus flos ex angulo surgat. Folia amplexicaulia & connata, atque perfoliata, lanceolata, latiuscula, longe mucronata. Flores numerosi, in ramosis pediculis erecti, & cernui. Calyx petalis major, segmentis ovato lanceolatis; sic petala, etsi breviora. Stamina decem. Fructus ex ovato conicus. Tubæ tres. Caulis, folia, calyx, levi hirsutie teguntur, & subviscida sunt.

866. ALSINE foliis linearibus, glabris, petalis calyce brevioribus.

Alsine pentastemon, gramineis foliis geniculata SEGUIER. p. 175.

Alsine tenuifolia I. B. III. p. 364. VAILLANT. p. 7. *t.* 3. *f.* 1. SEGUIER. p. 418. *t.* 6. *f.* 2. ex icone, sed habet *pentastemonem gramineis foliis geniculatam Supplem.* p. 175. & videtur adeo tenuifoliam suam a sua pentastemone separare.

Arenaria foliis subulatis, caule paniculato, pedunculis simplicibus, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus LINN. *I.* p. 607. sed nostra est pentandra. An ad priorem.

Similibus locis pervulgaris, inter stipulas v. gr. inter *Rohthauß* & rivulum.

Ex minima radice cauliculi semidodrantales, grandes, brachiati, glabri, ramosi potius, quam dichotomi, ut supremi flores inferioribus altius se efferant. Folia similia priori, sed glabra, longiora, tamen latiuscula & in origine connata, sulcata; ea sede caulis nodosus. Petioli florigeri pertenues. Calycis folia lineata, ovato lanceolata, aristata, alis albis, glabra, sæpe pariter hirsuta. Petala ovata, calyce minora, exigua. Stamina quinque. Fructus ovato conicus, superne inanis. Tubæ tres. Amat folia floresque in fasciculos per summos ramos collectos habere. A priori etiam differt, quod altior sit, minus dura, & petala ad calycem etiam minorem rationem habeant.

Hanc, quando in loco pingui adolevit, habet Cl. LA CHENAL pro *Alsine segetali, gramineis foliis, unum latus spectantibus* VAILLANT. t. 3. f. 3. quæ magis dichotoma & nutans esse videtur, & foliis longioribus differre. Stamina suæ octo Cl. LA CHENAL, quina suæ VAILLANTIUS tribuit. Circa Basileam.

867. ALSINE foliis linearibus, petalis calyce longioribus.

Alsine ἀλπικελειος RICHER.

Alsine caryophylloides tenuifolia, flore albo, punctato PLUKNET. p. 22. *t.* 7. *f.* 3.

Alſine glabra, tenuiſſimis foliis, floribus albis HERMAN. *Paradis. Batav.* p. 12.
Alſine ſaxatilis & multiflora, capillaceo folio I. R. H. VAILLANT. p. 7. *t.* 2. *f.* 3. *It.hercyn. n.*15.
Alſine alpina, minima, glabra SCHEUCHZER. *It. II.* p. 129.
Arenaria foliis ſubulatis, caulibus paniculatis, calycum foliolis ovatis LINN. *I.* p. 609.

In rupibus alpium, Juræ montis *b)* & montium Hercynicorum ubique; etiam in planitiem deſcendit, *à la Rape* prope *Roche*.

Radices incredibilem numerum caulium efferunt, qui in denſiſſimum ceſpitem congregantur, ſemidodrantales ſunt, & ramoſiſſimi, maxime multiflori. Folia linearia, ſed latiuſcula, arguta, connata, glabra. Flores ex alis ſinuque foliorum latiuſculorum, ovato lanceolatorum. in petiolis brevibus, unifloris. Calyx lineatus, ovato lanceolatus, minus, quam ſequenti, durus. Petala ovata, alba, calyce majora. Stamina decem. Tubæ tres breves. Tota planta glabra.

*868. ALSINE foliis ſulcatis, recurvis, radicalibus linearibus, congeſtis, caulinis lanceolatis *Emend. I.* n. 73. Conf. SEGUIER. p. 173. †
Alſine ſaxatilis, Laricis folio, flore minori MAGNOL. *hort. reg.* p. 11. *t.* 2. ex fide plantæ Cl. COMMERSONII, & SCHEUCHZERI. Icon foliis convenit, differt ramoſis petiolis.

Altiorum alpium eſt, vallis *Urſariæ*, *Gotthardi*, *Enzeindaz*, *S. Bernhard*, *Fräla*.

Radix etiam perennis, multiceps, ceſpitoſa, foliis circa terram & imum caulem valde congeſtis, glaucis, duris, linearibus, ad alterum latus curvis. Caules ne trientales quidem, uniflori, aut pauciflori, ſuperne ſubhirſuti. Folia caulina pauca, latiuſcula, connata, lanceolata. Calyx ſubhirſutus, profunde ſulcatus, ovato lanceolatus. Petala magna, ad ſex lineas, alba, ovata. Stamina decem. Tubæ tres.

869. ALSINE foliis linearibus, anguſtiſſimis, calycibus tubuloſis, villoſis.
Alſine alpina, junceo folio C. B. *prodr.* p. 118. RAI *&c.*
Auricula muris pulchro flore, folio tenuiſſimo I. B. III. p. 360. petalis inciſis.
Arenaria foliis ſetaceis, caule ſuperne nudiuſculo, calycibus ſubhirſutis LINN. *I.* p. 607.

In montanis & alpinis. In lapidoſis montis *Thuiri* legi, qua primum in vallem ſubitur, quæ Anthoram alit. In alpinis paſſim. In *Prapioz*, *Salanſe*, *Arbignon*, *Praborgne*; ſupra *Waſen*. Inter *Airolo & Faido*. Ad lacum Silienſem. In *Pilato* monte.

Craſſa, lignoſa radix, ceſpitem multorum caulium producit, ſemipedalium, ſemiſubrectorum, durorum, hirſutorum. Inferne plurima folia habent peranguſta, plerumque ad alteram partem conjecta, & curva, ſuperiora ramorum pene nuda ſunt. Flores ex ſumma planta in petiolis ſubhirſutis, unifloris. Calyx longus, cylindricus, lineatus, ſubhirſutus. Petala lineata, ovata. Stamina decem. Tubæ tres. Fructus longus, cylindricus.

*870. ALSINE foliis filiformibus, pungentibus, calycibus ariſtatis t. 17.
Alſine foliis ſetaceis, calycibus ariſtatis, petalis integris, brevibus LINN. *I.* p. 389.
Alſine polygonoides, tenuifolia, floſculis ad longitudinem caulis velut in ſpicam diſpoſitis RAI *Syn. III.* p. 346. ex fide ſpeciminis a DILLENIO miſſi.
Alſine &c. SEGUIER. *Supplem.* p. 174.

In arenoſis *à la grande Eau* prope Aquilegiam; in area Arcis *St. Tryphon*, & in inſula *Montdeni*, paſſimque in Gubernio Aquilejenſi; tum in Valeſia circa *Sedunum*, *Branſon*. Etiam *à la tuillerie de Grandſon*: prope *Conciſe* Cl. GAGNEBIN, & in Caſtello *Iſtein*.

Caules annui, erecti, pedales, teretes, ceſpitoſi, ramoſi, ſubhirſuti. Folia faſciculata ob ramorum numerum, omnibus aliis Alſines ſpeciebus tenuiora, ſetacea, longa, acutiſſima, tamen ut baſibus latis, connatis, a caule perforentur. Flores in junioribus plantis ex alis, in maturis quaſi umbellati. Calyces ariſtati, pungentes, lineati. Petala ovata, alba. Stamina quinque *c)*, tubæ tres.

871. ALSINE foliis ſuperioribus faſciculatis.
Polygonum ανθαλσινοειδης RICHER.
Arenaria I. B. III. p. 723.
Alſine nodoſa Germanica C. B. *prodr.* p. 118.
Polygonum foliis gramineis alterum LOESEL. p. 204. *ic.* 64.
Alſine paluſtris Ericæ folio, polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo, pulchello PLUKNET p. 23. *t.* 7. *f.* 4.
Spergula foliis oppoſitis, ſubulatis, lævibus, caulibus ſimplicibus LINN. *I.* p. 630.
Icon OEDERI *t.* 96.

In tor-

b) *Basler Merkwürd. V.* p. 543.

c) Etiam SEGUIER. Decem JACQUIN. obſ. I. p. 31.

In torfaceis prope *Pümpliz* & *Löhr* ex ipsis eversis cespitibus abunde: circa *Seedorf*; circa *Anet*, *Morat*, &c.

Radix perexigua. Cauliculi palmares, geniculis tumidi, erecti, aut prostrati, ramosi. Folia ad terram uncialia, paulum pulposa, viridissima, uncialia, ad caulem brevia, conjugata, connata, tamen ut, in superiori parte plantæ, junioris rami prima folia singulis foliis insideant, iisque faciem impertiant verticillatam. In summis ramis ex petiolis unifloris flores erecti, speciosi. Calyx ovatus, oris albis, non striatus. Petala ovato lanceolata, lactea. Stamina decem. Fructus piriformis, quinque valvis dehiscens. Tubæ quinque. Semen reniforme, rugosum.

872. ALSINE foliis linearibus, stipulis ovato lanceolatis, argenteis.

Spergula purpurea I. B. III. p. 722.

Alsine Spergulæ facie, *seu Spergula minor*, *subcæruleo flore* C. B. *prodr.* p. 119. LINDERN. *Tournef. Als. t.* 4. *f.* 2.

Polygonum foliis gramineis, *Spergulæ capitulis* LOESEL. *ic.* 63.

Arenaria foliis filiformibus, *stipulis membranaceis*, *vaginantibus* LINN. *I.* p. 606.

Minus frequens in Helvetia, quam in Germania. Circa Basileam C. B. inter *novam Domum* & arcem *Oetlingen d*). Ad *Wiesam* & in agris versus *Wyl* CHERLER. Mülhusiæ in agris arenosis. In glareosis reperi ad Arolam *im Rätisboden* vallis Haseliæ. Prope *Nidau*. Super *Viége* Valesiæ.

Cauliculi prostrati, ramosissimi *e*); summitates villosæ & viscosæ. Folia linearia, firmula, conjugata. Iis junioris rami minora folia insident. Sub foliis duæ stipulæ siccæ, splendentes, ovato lanceolatæ, quibus aliæ minores, ad ramos pertinentes, accedunt. Ex omnibus foliorum alis, in petiolis unifloris, brevibus, flores calyce viscido, longe lanceolato, petalis quinque, ovatis, cavis, ex cæruleo purpurascentibus. Stamina in nostris *f*) quinque antheris gemellis: sic in *marina*, non diffitente LINNÆO, ut adpareat Alsines Linnæanæ genus stare non posse. Tubæ tres, etiam quinque *g*).

Varietatem *marinam* in Helvetia non reperi.

873. ALSINE foliis verticillatis, seminibus rotundis.

Spergula DODON. *Cereal.* p. 139. *hist.* p. 137. I. B. III. p. 722. DU HAMEL T. VI. p. 150. 151. *t.* I.

Spergula foliis verticillatis, *floribus decandris* LINN. *I.* p. 630.

C. B. in palustribus ad *Wiesam*. Cl. MIEG infra *Burgfelden* & inter pratum Sclopetarium & *Alschwyl*. Bernæ non rara, In adscensu ad montem *Gurten* supra villam *der Spiegel*. In segetibus Valesiæ, vallis *Ober Ormond*, *Ferriere*, &c. Inter *Bellinzonam* & *Magadin*.

Caules debiles, male subrecti, ramosi, in summa parte dichotomi. Folia verticillata *h*), ab octo ad viginti, quibus alia fere æqualia folia junioris rami insident: cæterum teretia, sulcata, linearia. Flores in summis ramis nudis, divaricatis. Calyx viscidus, ovatus, oris albis. Petala ovata, lactei coloris. Stamina a quinque ad decem *i*). Fructus conicus, quinquevalvis. Tubæ quinque. Semina rotunda, nigra, marginata *k*). Petioli *l*) florales, dum semen maturatur, reflectuntur & nutant.

In Belgio ad pastum pecoris seritur, isque cultus nunc etiam in Germaniam transiit. Celeris est incrementi, & a pecore amatur. Cum Secali seritur *m*).

Spergula semine plano, *membranacea n*) *ala cincto* nondum a nobis detecta est. Ea apud LINNÆUM & inter Arenarias reperitur, & inter Spergulas p. 606. 630.

Pentandram vocat REYGERUS *n**), decandram facit LOEFLING. p. 143. Eam ait Cl. GUNNERUS nunc ad pabula coli, cum vulgaris bobus displiceat *o*).

*874. ALSINE foliis sulcatis, argute lanceolatis, petiolis unifloris.

Alsine spinosa, *minima*, *montana* AMBROSINI *phytogr.* p. 34. quæ

Alsine Bononiensis, *non aculeata* BOCCONE *plant. rar. t.* 12. mala icon.

Arenaria minor, *Camphoratæ folio* PETIVER. *gazophylac. t.* 34. *n.* 12.

Alsine uniflora & grandiflora, *foliis acuminatis*, *glabris*, *petalis integris* ALLIONE tab. 10.

Arenaria foliis subulatis, *striatis*, *radicalibus confertis*, *caulibus unifloris* LINN. *I.* p. 608.

Raram

d) *Basler Merkwürd. VI.* p. 199.

e) Conf. GERARD. p. 408.

f) Octo FABRICIUS *butisb.* p. 59. Decem LINNÆUS.

g) MIEG. in *litt.*

h) Conjugata esse RAI *meth.* p. 32. Duo folia quinquefida JUNG. *phytogr.*

i) Conf. SCOPOLI p. 497.

k) Pingit GREW. t. 73.

l) Etiam tres FABRICIUS l. c.

m) *Cell. Landwirthsch. Societ.* I. p. 14. 15. BRADLEY *farm. direct.* p. 56. GLEDITSCH. *Abhandl.* II. p. 285.

n) DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V.* obs. 38.

*n**) *Flor. Gedan.* p. 81.

o) GUNNER. *flor. Norveg.* p. 17.

Raram plantam Cl. Divernoi legit in monte *Chasseron*. Etiam Cl. le Clerc misit, circa Genevam lectam. Inter meas etiam reperio, loci oblitus.

Refert varietatem angustifoliam Myosotidis alpinæ, sed facile separatur petalis integris.

Radix perennis, multiceps. Caulis ad terram ramosus, humilis, bipedalis, foliosus; in quoque caule flos unus, etiam bini. Folia rigida, sulcata, latiuscula, lanceolata, aristata, margine & nervo subhirsuto. Petioli erecti, longi, uniflori, duobus foliis vestiti. Calycis folia ovato lanceolata. Petala alba, ovata, omnium Alsines specierum petalis integris maxima. Stamina decem. Tubæ tres. Fructus conicus, perbrevis, quinquevalvis.

875. ALSINE foliis ovato lanceolatis, subhirsutis, petalis calyce brevioribus.

Alsine minor Fuchs. p. 23. Tabernæm. p. 708.
Alsine minima Dodon. p. 30.
Alsine minor, multicaulis C. B. *Bas.* p. 74. Rai I. R. H. In herbis siccis C. B. cum eo nomine erat *Alsine media*, & nostra cum nomine *Alsines minoris Lini capitulis*.
Arenaria foliis subovatis, acutis, sessilibus, corollis calyce brevioribus Linn. *I.* p. 606.
Alsinanthemum Michel. *Hort. Flor.* p. 109.

Nihil frequentius in muris, vallis, locis macilentis. Etiam in alpes adscendit, supra *Praborgne*.

Cauliculi projecti, ramosi, quatuor unciarum, cum foliis & calyce subhirsuti. Folia duriuscula, ex ovatis lanceolata, aristata, per oras ciliata. Flos in petiolis unifloris exiguus, petalis calyce minoribus, ellipticis. Stamina nobis decem; tubæ tres. Semina reniformia, aspera. Reperio in notis, me petala aliquando bifida vidisse.

876. ALSINE foliis ovato lanceolatis, ciliatis, petalis calyce majoribus t. 17.

Alsine minor, montana, magno flore Rai *Syll.* p. 59. *Hist.*
Alsine Serpylli folio, multicaulis & multiflora Seguier. *I.* p. 421. *t.* 5. *f.* 2. quæ pilos exprimit.
Arenaria foliis ovatis, ciliatis, acutis Linn. *I.* p. 608. &
Arenaria foliis ovatis, nervosis, sessilibus, acutis, corollis calyce majoribus Linn. p. 605.

Nihil frequentius in alpinis saxosis.

Ad præcedentem proxime accedit: folia aliquid pulposi & solidi habent, mucro minus argutus est: petala triplo majora, ut calycem longe superent. Caulis & folia subhirsuta, ista scabra, etiam per oras vel magis ciliata, vel certe hactenus. Radix major, maxime multicaulis. Aliquando longius proserpit, & laxiori est habitu; cæterum nullum verum discrimen reperio.

877. ALSINE caule recto, prostrato, foliis ovatis *Emend. III.* n. 196. †

An *Alsine alpina Anagallidis folio* Zanoni p. 13. *t.* 10. *f.* 12. Non tamen undique respondet.
Alsine palustris, Serpylli folio Scheuchzer. *It. II.* p. 129. ex fide horti sicci.

In altioribus alpibus *S. Bernhard, Gotthardo, Ovanna, Fouly*, M. *du Trient*; circa originem Rhodani, supra *Chamouny*.

Multa habet prioris, sed caules penitus prostratos, longos; folia perfecte rotunda, absque acumine, ad basin paulum ciliata. Flores in petiolis brevibus, calyce ovato lanceolato, non arguto: petalis ovatis, calycem superantibus.

Alia planta ex horto Parisino mihi missa est, variis notis diversa, tenerior, petiolis florigeris inprimis multo longioribus, foliis tamen lanceolatis.

878. ALSINE foliis ovato lanceolatis, trinerviis.

Alsine media Tabernæm. p. 707. excepto flore.
Alsine Plantaginis folio I. B. III. p. 363.
Alsine foliis ovatis, acutis, petiolatis, nervosis Linn. *I.* p. 605.

In sylvis potissimum abiegnis non rara.

Facies utcumque mediæ 880: caulis durior, hirsutus, ramosus, pedalis. Folia ovato lanceolata, trinervia, quinquenervia, subhirsuta, in origine connata. Flores in longis petiolis, unifloris. Calyx longe lanceolatus. Petala alba, elliptica, calyce breviora. Fructus conicus. Stamina decem. Tubæ tres.

III. PETALIS SERRATIS.

HOLOSTEUM Dillen. *nov. gen.* p. 130. t. 6. Linn. n. 104.

879. ALSINE floribus umbellatis, petalis serratis.

Holosteum

Holoſteum caryophylleum, *arvenſe* TABERNÆM. p. 233. bene.
Caryophyllus arvenſis, *umbelliferus* I. B. III. p. 61.
Alſine verna, *glabra*, *floribus umbellatis*, *albis* I. R. H. VAILLANT. p. 7. non autem icon *t.* 3. *f.* 2.
Holoſteum floribus umbellatis LINN. *I.* p. 130.

In Germania, quam in Helvetia frequentior. Baſileæ paſſim, verſus *Wieſæ* pontem reperi, & extra portam *Blaſianam*. Mülhuſiæ ad vinearum aggeres. Tiguri locis aridis.

Caulis annuus, dodrantalis, erectus. Folia glauca, elliptica; ima ovata, deinde amplexicaulia, ovato lanceolata; ſuperiora elliptica. Superior pars caulis ambitur ſtipulis brevibus, lanceolatis, & dividitur in longos ſex, ſeptem, petiolos, unifloros, qui umbellam efficiunt. Calyx ovato lanceolatus. Petala fere conniventia, extus ſubrubella dum immatura ſunt, deinde alba, tridentata, etſi aliquis dentium *p*) non raro deficit. Stamina quinque *q*), unum tamen alterumve non raro deficit. Tubæ tres, etiam quatuor. Maturus fructus petiolus refractus quaſi nutat.

IV. PETALIS BIFIDIS.

STELLARIÆ LINNÆI. & ALSINES ſp.

880. ALSINE *r*) foliis petiolatis, ovato lanceolatis, petalis bipartitis.
Primum genus Morſus gallinæ TRAG. p. 384.
Alſine minor recentiorum LOBEL. *ic.* p. 460.
Alſine TABERNÆM. p. 706. BLAKWELL. *t.* 164.
Alſine petalis bifidis, *foliis ovato cordatis* LINN. *I.* p. 389.
Varietates *calyce villoſo & glabro &c. Catal. Hort. Flor.* p. 5.

Nihil vulgatius in hortis & ad vias.

Succulenta & aqua plena. Caulis radicatus, inde ſubrectus, pedalis. Folia pene rhomboidea, ſed mediis angulis rotundis, ovato lanceolata, petiolata. Flores in ſumma planta ex petiolis unifloris. Calyx hirſutus. Petala alba, profundiſſime bifida, calycis longitudine. Stamina tria *s*), quatuor, quinque *t*), etiam ſex, ut putes numerum naturalem quinarium eſſe. Semen pingit Cl. GREW. 773.

Hanc aviculæ amant, quæ ſalſa ſit & ſubacida, & pene tota in aquam dilabatur *v*).

Tota planta laudatur in cibo ad phthiſin *x*), tum in fomento ad ſcabiem, ad hæmorrhagias, ad mammarum inflammationem *y*). Parci tamen uſus.

881. ALSINE foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis unifloris. †
Anagallis aquatica quarta LOBEL. p. 467.
Alſine Hyperici folio VAILLANT. p. 9.
Alſine aquatica, *folio Gratiolæ*, *ſtellato flore* *z*) DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 58.

Tenerrima, aquoſa, & brevis ævi plantula, in aquoſis vulgaris, ut ad rivi *Sulgenbach* in Arolam influxum, inque carbonariorum areis.

Caules infirmi, ramoſi. Folia tenera, ſeſſilia, non petiolata; ima ovata; ſuperiora elliptica, lanceolata, glauca & glabra. Flores in ſumma planta in petiolis unifloris & bifloris. Calyx argute lanceolatus. Petala parva, vix calyci æqualia, profundiſſime bipartita, ut breviſſima particula cohæreant. Stamina decem, in duobus ordinibus. Fructus anguloſe ovalis, ſex valvis apertus, tubis tribus.

882. ALSINE foliis lanceolatis, lineatis, petiolis ramoſis.
Gramen floridum minus TABERNÆM. p. 232.
Gramini Fuchſii Leucanthemo affinis & ſimilis herba I. B. III. p. 361.
β. *Alſine folio gramineo*, *anguſtiore*, *paluſtris* DILLEN. *nov. ſpec.* p. 173.
Stellaria foliis linearibus, *integerrimis*, *floribus paniculatis* LINN. *I.* p. 604.

Illa in ſtipulis, hæc inter Carices.

Multa prioris habet. Caulis tener, debilis, fragilis, brachiatus, tripedalis, quadrangulus. Folia non graminea, ſed lanceolata. Flores in longis petiolis, ramoſis nudisque, ſatis ſimiles, calycibus lanceolatis, petalis calyce majoribus, ad baſin uſque bifidis. Valvæ fructui ſex. Stipulæ ſub florum diviſione binæ, ovato lanceolatæ, albæ.

p) Duos numerat LINNÆUS.
q) Tria numerat LOEFLING. p. 129. & LINNÆUS; tria & quatuor HEISTER *meth. Linn.* p. 35.
r) Alſine quibusdam myoſotis in lucis naſcitur, æſtate media areſcit, muſculorum aures foliis imitatur, humilior quam Helxine (Parietaria), foliis minoribus, nec hirſuta DIOSCORID. L. IV. c. 82. PLIN. L. XXVII. n. 8. Ἀλσίνη herba refrigerans SUIDAS p. 126.
s) LOEFLING. Tria, quatuor WILLICH. *diſſ.*
t) Quinque pingit TREUWIUS.
v) GEOFROI p. 67.
x) BURGGRAV *Lexic.*
y) SCHULZE *Chir.* p. 115. cum butyro frixatur.
z) Differre LINDER. *hort.* p. 112.

*883. ALSINE caule ramofo, nodofo, foliis lanceolatis, lineatis, petiolis longiffimis, *Emend. VI.* n. 45

Alfine caryophylloides, glabra, florum pediculis longiffimis SEGUIER. *Supplem.* p. 174. *n.* 8. *t.* 4. *f.* 2.

Ceraftium glabrum, caule ftriato, foliis lanceolatis, pedunculis longiffimis, capfulis globofis, LINN. *I.* p. 829.

Ex itinere Rhætico Cl. DICK retulit. Verona etiam habui.

Caulis cubitalis, ramofus & foliofus, laxe brachiatus, ad quodque foliorum par intumefcit. Folia longius linearia, & acute lanceolata, in ortu connata. Petioli quatuor unciarum & ultra, uniflori. Ad divifionem partis fupremæ caulis folia ovato lanceolata, oris albis. Flos multo major, quam priori, minor, quam fequenti. Folia calycina ovato lanceolata, alis albis aucta, ex qua nota facile adgnofcitur. Petala profundiffime bifida, alba. Cl. SEGUIER rotunda pingit: & in ficcis fpeciminibus res minus facile definitur. LINNÆUS mecum pro divifis habet. Fructus rotundus, multivalvis. Tubæ quinque. Ob eas a LINNÆO ad Myofotides refertur, fed a duabus vicinis feparari nequit.

884. ALSINE foliis gramineis, ciliatis.

Gramen alterum CAMERAR. *Epit.* p. 743.

Caryophyllus holofteus, foliis gramineis, acutis, flore albo MENZEL. *pugill. t.* 7.

Stellaria foliis lanceolatis, ferrulatis, petalis bifidis LINN. p. 603.

Facile diftinguitur, in Germaniæ nemoribus vulgaris. Circa Bafileam reperi in via verfus *S. Louis.* C. B. in via *Riehana* & ultra *novam Domum.* I. B. Genevæ.

Caulis cubitalis, fragilis, brachiatus, foliis diftinctis, gramineis, ultra originem tamen latioribus, cæterum, ut gramina folent, lineatis, fubtus nervo & oris ciliatis, & toto folio breviffimis pilis fcabro. Ima folia folent deorfum reflecti. Petioli longe brachiati, pauciflori, fubjecta habent folia lanceolata, glabra, tota viridia. Sic floris, qui congeneribus major, calyx, cavus, ovato lanceolatus. Petala alba, cordiformia, femibifida. Valvæ fex.

885. ALSINE foliis ovato cordatis, imis petiolatis, tubis quinis.

Alfine major CAMERAR. *Epit.* p. 851. TABERNÆMONT. p. 707.

Alfine paluftris TABERNÆMONT. p. 713.

Alfine folanacea, maxima MENZEL. *t.* 1. *f.* 3.

Ceraftium foliis cordatis, feffilibus, floribus folitariis, fructibus pendulis LINN. *I.* p. 629.

In aquaticis foffisque, v. gr. *aux Grangettes*, ad lacum Lemanum.

Caulis quadrangulus, ramofus, brachiatus, debilis, vix erectus, fiftulofus, fubhirfutus. Folia petiolata, inferiora cordata, fed hilo parum confpicuo; fuperiora ovato lanceolata, feffilia, fubhirfuta, etiam aliquando ad oram undulata. In fumma planta petioli uniflori, in matura planta cernui. Calyx ovato lanceolatus, hirfutus. Petala calyce multo majora, profundiffime incifa. Stamina decem *a*). Tubæ quinque. Fructus fubrotundus, nutans.

MYOSOTIS *b*) TOURNEFORT. DILLEN.

CERASTIUM LINNÆI n. 585.

Tubæ modo ternæ, modo quinæ. Stamina quinque & decem, ut in Alfine: quare folo differt fructu, qui in fpeciem cornu bubuli, ex fphærico principio in cylindrum educitur *c*), & in apice decem dentibus aperitur. Omnes receptæ fpecies petalis funt bifidis *d*). Reliqua Alfines.

886. MYOSOTIS foliis petiolatis, cordatis, tubis ternis.

α. Planta junior foliis eft concinne cordatis, fubhirfutis, ciliatis, caule cubitali.

Alfine montana, hederacea, maxima COLUMN. *Ecphraf. I.* p. 289. 290.

Alfine altiffima nemorum C. B. SCHEUCHZER. *It.. II.* p. 130.

Icon OEDERI *t.* 271.

β. Adultior, magis calva, foliis fuperioribus folis reliquis.

Stellaria foliis ovatis, feffilibus, caule dichotomo, floribus folitariis, pedunculis fructiferis reflexis LINN. *I.* p. 603.

In fylvis

a) Etiam Cl. WILLICH. in *diff.*

b) Myofota levis herba, caulibus a radice multis fubrubentibus, concavis, ab imo foliis anguftis, oblongis, dorfo acuto, per intervalla affidue geminatis, cauliculis ex ala prodeuntibus, flore cæruleo, ut anagallidis. Radix digitali craffitie DIOSC. L. II c. 179 PLIN. L. XXVII. n 80. Non ergo noftra eft. Alia verior Myofotis, Helxine minor, minus hirfuta, trita habet odorem Cucumeris PLIN. L. XXVII. n. 8.

c) TOURNEF. E. F.

d) A.

In ſylvis umbroſis β. in *Combanivaz*, *Lioſon*, *Gotthard deſſus*. α. in monte ſupra *Kerzen*, monte *Ballon*, & regno Neapolitano. Ad Dubim verſus *Maiſon Monſieur* GAGNEBIN. Non puto ſeparari poſſe. Junior equidem in varietate α. habitus cubitalis; folia petiolata, per oram undulata & plicata, cordiformia. Petioli uniflori, ſuperna pars caulis nuda floralis, minimis miſta foliolis. Petala plus duplo calyce longiora, profundiſſime bifida. Tubæ tres.

In varietate β. habitus tripedalis; folia cordata & ovato lanceolata; ima petiolata; ſuperiora ſeſſilia, magis ciliata, nonnulla & rugoſa. Petioli uniflori, neque caules vere dichotomi. Calycis folia glabra, ex ovatis lanceolata, oris albis. Petala ad baſin uſque diviſa, duplo calyce longiora. Sub flore duæ ſtipulæ ovato lanceolatæ. Tubæ tres: fructus Myoſotidis, ut in parte inferiori ſemina ſedeant, ſuperius conicum, obtuſum cornu inane ſit.

Differre videtur α. a β, quod illa junior ſolaque inferiora folia habeat, hinc petiolata & cordata, hæc, ut adultior, ſola fere folia ſuperiora ſeſſilia, ovato lanceolata, cum paucis inferioribus petiolatis, cordatis. Quare non ſeparo α.

A planta 885. ſolis fere tubis differt *e*).

887. MYOSOTIS foliis tomentoſis, ovatis.

Caryophyllus ſcapis unifloris, *Holoſteus alpinus*, *latifolius* C. B. *prodr.* p. 104.
Herba facie Auriculæ muris MARTENS *Spizberg* tab. G. fig. d.
Ceraſtium foliis ovatis, *ſubtomentoſis*, *ſubunifloris*, *capſulis globoſis* LINN. *I.* p. 629.

In alpibus altioribus Valeſiæ, *Gemmio*, *Gotthardo*, *Fouly*, monte *Stok*, & ad glaciales rupes adſcendit.

Radix lignoſa, multiceps, foliis longiſſimis. Cauliculi vix unquam ultra tres uncias alti, procumbentes, divaricati, biflori. Folia ima ovata, congeſta; ſuperiora ovato lanceolata, craſſula, pulpoſa, & ſolidiuſcula, tota villoſa. Flores maximi in petiolis unifloris, erectis, in ſumma planta, unciali diametro, unus, raro duo. Calyx hirſutus, ovato lanceolatus, alis albis. Flos albus, petalis profunde bifidis. Fructus ſubrotundus, per maturitatem in rectum & prælatum cornu productus; idem decem valvis aperitur. Tubæ quinque.

888. MYOSOTIS foliis ovato lanceolatis, ſubhirſutis, petalis calyce duplo longioribus.

Ceraſtium foliis ovato lanceolatis, *caule diviſo*, *capſulis oblongis* LINN. *I.* p. 625.
Icon OEDERI *t.* 6.
Myoſotis alpina, *pumila*, *myrtifolia Herb. ſicc.* SCHEUCHZER.
Alſine Myoſotis facie, *Lychnis alpinæ*, *flore amplo*, *niveo*, *repens* RAI *Syn. III.* p. 349. *t.* 15 *f.* 2.

In alpibus minime rara, etiam in ſuis montibus Cl. GAGNEBIN, *au haut de la Charrière neuve au droit de Renan.*

Radix reptans, multicaulis, ut in toto fere genere. Caules ſex unciarum, dodrantales, ſubhirſuti. Folia ovata; ſuperiora ovato lanceolata, etiam elliptica, ſubhirſuta, etiam glabra. In ſumma planta petioli ſubhirſuti, erecti, umbellam faciunt, ſex & octo florum. Ii fere, ut præcedenti, cordati, albi, lineati, calyce majores, qui ſubhirſutus, lanceolatus: fructus in cornu abit, incurvum, decem dentatum *f*).

889. MYOSOTIS foliis linearibus, lanceolatis, petalis calyce duplo longioribus.

Holoſtium caryophylleum TABERNÆM. p. 233.
Myoſotis arvenſis, *Polygoni folio* VAILLANT. p. 141. *t.* 30. *f.* 5.
& *Myoſotis arvenſis*, *hirſuta*, *flore majore* VAILLANT. ibid. *f.* 4.
Ceraſtium foliis lineari lanceolatis, *obtuſis*, *glabris*, *corollis calyce majoribus* LINN. *I.* p. 628.

Circa *Mathod*, *Moncharan*, in Valeſia. In valle Urſaria. In montibus *du Lac de Joux*, Baſileæ verſus *S. Louis*. Genevæ. Circa *la Ferrière* in pratis.

Cauliculi, uti prioribus, geniculati, ſemiproſtrati, ceſpitoſi. Folia ſeſſilia, modo graminea, modo in medio latiora, ſemper ſubhirſuta, certe ciliata. Ex alis ſupremorum foliorum minimorum, lanceolatorum, nitentium, petioli uniflori, erecti, umbellulam efficiunt. Calyx leviter ſubhirſutus, oris albis. Petala profunde bifida, apicibus repandis, lineata, tenera. Stamina decem, duorum ordinum: fructus ex ovato acuminatus, cum quinque tubis repandis, in curvum cornu abit *g*).

A Myoſotide alpina differt foliis conſtanter ſubhirſutis, in medio ſemper paulum latioribus.

890. MYO-

e) Separat SCHMIEDEL *de Jungermannia* p. 5. & LINNÆUS *ſkonska reſa* p. 269. Ita FABRICIUS utramque plantam 885. & 886. videtur intelligere, quando Alſines aquaticæ modo tres, & modo quinque tubas facit *butisbac*, p. 59.

f) OEDER.

g) VAILLANT.

*890. MYOSOTIS foliis glabris, lanceolatis, petiolis infractis †. *Emend. VI.* n. 44.
An *Icon* OEDERI 92? sed nostræ folia non sunt hirsuta, & tubæ potius quinque.
Altissimarum alpium rarior hospes. In Penninis alpibus & monte *S. Bernhardo* : *In la Paraz* M. *Ormond dessus.*
Radix multicaulis. Caules prostrati, infracti, ut ductum ab omni foliorum pare mutent, paucarum unciarum. Folia pulposa, radicalia, oblonga, ad petiolum angustiora, cis apicem dilatata, fine obtuso, lanceolato: caulina acuta. Petioli floriferi, unus vel duo, longi, uniflori, debiles, incurvi, quasi infracti. Petala calyce majora, minora tamen, quam in aliis Myosotidis speciebus, cordis forma, neque ad basin usque divisa, alba. Fructus ovalis, rectus, summa parte inani, tubæ quatuor & quinque. Stamina decem. Valvæ sex.
Ab *Alsine Hyperici folio* differt flore semibifido, multo majori, calyce glabro, petiolis longis, foliis pulposis.
Nuper Cl. DICKIUS satis similem plantam misit, caulibus tamen minus infractis, magis ramosis, petiolis rectis, tubis tribus; cæterum plurimis notis, & foliis pulposis, & fructu ovali, non cornuto, similem. De ea planta, cum pauca exempla coram habeam, hactenus nondum definio, num a nostra diversa sit.

*891. MYOSOTIS foliis linearibus, tomentosis.
Ocymoides lychnites COLUMN. *nov. plant. hist. post Phytobasan.* p. 20.
Caryophyllus holosteus tomentosus, angustifolius C. B. *prodr.* p. 104.
Cerastium foliis oblongis, tomentosis, pedunculis ramosis, capsulis globosis LINN. *I.* p. 629.
Circa *Montru* nova civis & procul dubio ex hortis nata. *Au Foulet près de la Chaud de fonds* GAGNEBIN.
Caules ramosi, dodrantales, toti cum foliis albissimo tomento obducti. Folia elliptica, lanceolata. Flores in petiolis tomentosis, unifloris. Calyx pariter tomentosus. Petala alba, cordiformia. Fructus globosus.

892. MYOSOTIS foliis linearibus, glabris.
Caryophyllus holosteus, alpinus, gramineus C. B. *prodr.* p. 104.
Alsine alpina, subhirsuta, Linariæ folio SCHEUCHZER. *It. II.* p. 130.
Cerastium foliis linearibus, acuminatis, glabris, pedunculis unifloris, subtomentosis, capsulis globosis LINN. *I.* p. 629.
In alpibus ubique frequens.
Habitus speciei 889, & flos fere similis. Sed folia diversissima, paulum elliptica, magis tamen linearia, & lineis percursa, glabra, aliquando adeo acuta, ut pungant, ut in Alsine spinosa. In summa planta plusculi flores ex longis petiolis erecti, quibus foliola lanceolata subjiciantur. Caulis debilis, subhirsutus & viscidus. Calyx glaber, nitens. Flos aliquanto minor, quam 889, etiam bipartitus, albus.
Hujus Myosotidis duplex monstrum vidi: aliud, quod petala, quæ calycem solent duplo superare, nihilo majora: alterum, quod folia latiora, flores congestos abortivos *b*), habebat.
Denique alia mira deformatio nuper a Cl. RICOU in summis alpibus lecta est. Prima plantæ folia parum difformia, curva, subciliata. Infra ista facculus calyci similis, cavo, conico, paulum collapso, ex quo aliqua filamenta exeunt. Circa eum calycem stamina prælonga, decem antheris flavis, nudis, imperfectis, iniqua longitudine, inter curva folia. Intra calycem, quem dixi, fructus latior, quatuor tubis imperfectis, crassis, inæqualibus, ipso germine fungoso, fragiformi, rubro.

893. MYOSOTIS foliis ovato lanceolatis, petalis calycis longitudine.
Auricula muris quorumdam, flore parvo, vasculo tenui, longo I. B. III. p. 359.
Myosotis arvensis, hirsuta. parvo flore, albo I. R. H. VAILLANT. p. 142. & *t.* 30. *f.* 1. potius, quam f. 3.
Cerastium foliis ovatis, petalis calyci æqualibus, caulibus diffusis LINN. *I.* p. 627.
GESNERI *icon æn.* 97.
Nihil vulgatius in pratis & ad vias.
Caulis geniculatus, pedalis, ramosus, brachiatus, superne erectus, inferne semidecumbens. Folia hirsuta, ovata, superne acutiora. Flores in petiolis brevibus, quare juniores foliis videntur insidere, qui in planta adolescente sparsi & solitarii fiunt. Calyx subhirsutus, alis albis. Petala alba, cordata, calyce vix longiora. Fructus in cornu cartilagineum incurvum, decemdentatum abit. Tubæ quinque.

Nonne

b) Hæc est Alsine Εκτρωματιαια RICHER.

Nonne hoc *Ceraſtium dubium*, *dichotomum*, *diffuſum*, ſimile *ſemidecandro* WILKE *flor. Gyph.* p. 69?

894. MYOSOTIS caule ſimplici, foliis ovatis, hirſutis, tubis ternis.
Myoſotis hirſuta minor TOURNEFORT. *plant. autour de Paris* p. 120.
Myoſotis arvenſis, *hirſuta*, *minor* VAILLANT. *t.* 30. *f.* 2.
Ceraſtium hirſutum minus, *parvo flore* DILLEN. *Syn. III.* p. 348. *t.* 15. *f.* 1.
Ceraſtium floribus pentandris, *petalis emarginatis* LINN. *I.* p. 627.
Ad vias verna planta. Bernæ reperi *um das Siechenhauß*.
Similis priori foliis, habitu; tantum trientalis, vix ramoſa, foliorum paribus paucis. Flores minores, calycis ſui magnitudine, petalis inciſis, calyce valde hirſuto. Stamina tantum quinque *i*). Tubæ tres. Addit LINNÆUS *k*), filamenta ſterilia quinque ea ſtamina repræſentare, quæ deficiunt.

895. MYOSOTIS hirſuta & viſcoſa.
Myoſotis hirſuta altera viſcoſa VAILLANT. *t.* 30. *f.* 3. potius quam 1.
Ceraſtium erectum, *villoſo viſcoſum* LINN. *I.* p. 627.
Ad macilenta viarum non rara, *à la grande Eau*.
Habitus iterum priorum; caulis erectus, pedalis. Petala inciſa, calycis longitudine. Stamina decem. Tubæ quinque, ut VAILLANTII deſcriptio cum n. 894. confuſa ſit. Folia ſubrotunda, ſubflava. Petioli florales, longiores, calyce magis hirſuto, quam 894. Flos minor, aliquando etiam citra calycem reſtrictus *l*). Stamina ſubinde quinque.

TUNICA DILLEN. *Hort. Elth.* p. 298.
CARYOPHYLLUS TOURNEFORT. t. 174.
DIANTHUS LINN. n. 565.

Calyx tubuloſus *a*), quinquedentatus, cui ad baſin adſident duo paria *b*) foliorum mucronatorum. Petala quinque, longo ungue *c*). Bractea non cordata, plerumque ſerrata *d*). Fructus cylindricus *e*), quadridentatus *f*), tubis duabus *g*). Fructus plerumque intra calycem petiolatus.

896. TUNICA ramis unifloris & bifloris, petalis levibus, ſtipulis calycinis breviſſimis.
Caryophyllus ſylveſtris, *biflorus* C. B. *prodr.* p. 104.
Caryophylli flores ſylveſtres CAMERAR. *Epit.* p. 351.
Caryophyllus ſylveſtris, *flore rubro*, *inodoro*, *calyce oblongo*, *cum brevibus unguibus* SEGUIER *b*) p. 435. *t.* 7. *f.* 3.
Dianthus floribus ſolitariis, *ſquamis calycinis ſubovatis*, *breviſſimis*, *corollis crenatis* LINN. *I.* p. 587
Caryophyllus alpinus αγρωςεοφυλλος RICHER.
Conf. de hortenſi P. d'ARDENNES *t.* 1. BLAKWELL. *t.* 85.
Latiori folio in rupibus circa lacus noſtros naſcitur, & in rupibus etiam circa *Aubonne*, *Moncharans*, *Roche*, in Valeſia, agro Vaudenſi. Foliis peranguſtis in alpibus, *Scheibenflüh*, *Revereuſe*, *Fouly*.
Radix magna, lignoſa, multiceps. Caulis pedalis, cubitalis, ſemidecumbens & nutans, geniculatus, ramoſus. Folia glauca, glabra, linearia, lineæ latitudine. Quemque ramum unus flos terminat, aut duo, & tres. Squamæ calycinæ breves, latæ, ariſtatæ: vidi defuiſſe. Petala longo ungue; bractea ſectorem circuli referente, argute ſerrata, faucibus non lanuginoſis, ungue viridi; bractea roſea, odore grato, ſed nondum hortenſis Caryophylli *h*).
Iſte Caryophyllus hortenſium pater eſt. Sæpe polycotyledones eſſe, qui pleno flore HEISTERUS.
β. *Caryophyllus ſylveſtris*, *humilis*, *flore unico* C. B. certa varietas eſt, quæ etiam nobis paſſim occurrit; vulgatiſſima inter *Valeire* & *Moncharan*, locis gramineis.
Huic folia ad caulem pauca, ad radicem multa, prædura; caules non ramoſi, ſemipedales: ſed non ſatis differre videtur.

 A Tunica

i) FABRIC. *butisbac.* p. 59.
k) Quinque ad decem, & tubæ tres & quinque GERARD p. 406.
l) GERARD. p. 407.
a) TOURNEF. D.D.K.
b) ad K.
c) ad C.
d) A.C.
e) G.
f) G.I. Quinque dentibus.
g) D.D.
h) Flore rubro, inodoro SEGUIER. t. 7.

A Tunica *Arenaria* LINN. differt, cujus petala multifida sint, & profunde lacera, etiam pilis adsperſa *i*).

? CARYOPHYLLUS alter minimus, flore simplici, micis aureis adsperso LOBEL. *ic.* p. 444. a CHERLERO in notis extra portam *S. Johannis* Basileæ repertus, quid? num *supinus latifolius*, num *barbatus?* sed ab utroque distinguit.

897. TUNICA foliis glaucis, patentibus, floribus serratis, in fauce lanuginosis.

Caryophyllus sylvestris V. CLUS. *pannon.* p. 320. 321.

Caryophyllus sylvestris, flore magno. inodoro, hirsuto C. B.

Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis subovatis, corollis brevissimis, multifidis, fauce pubescentibus LINN. *I.* p. 589.

Caryophyllus barbatus, angustifolius SEGUIER. *t.* 8. nonne noster?

Magna copia circa *Burgdorf* in rupibus *Gisenau;* etiam sub ipsa civitate, in coteis scopulis. Ad pedem montis *Falkenstein* GAGNEBIN. Circa *Neufchatel & Valangin.* Circa *Augst k*) & in amphitheatro ibid.

Folia glauca, peracuta, ad sesquilineam lata, decussata, etiam reflexa. Caules semiprojecti, ad terram procumbentes, in radicem continuati, pedales, in singulo ramo uniflori, biflori, triflori. Par squamarum accessorium utrumque aristam emittit, longitudine lineæ. Petala suave purpurea, odorata, valde serrata, qua explicantur ex ungue tota lanugine rubella barbata.

898. TUNICA petalis minutissime laciniatis.

Caryophyllus sylvestris VI. CLUS. *pannon.* p. 323.

Caryophyllus sylvestris, flore laciniato, albo, inodoro SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 453.

Dianthus floribus paniculatis, squamis calycinis brevibus, acuminatis, corollis multifido capillaribus, caule erecto LINN. *I.* JACQUIN. *obs.* *t.* 25.

Multæ varietates apud Anthologos reperiuntur, ut *Superba alba* PASSÆI *æst. t.* 17. *&c.* *Superbæ* LOBEL. *ic.* p. 449. 450. 451.

In nemorum oris circa Bernam (versus *Muri*) *Mathod, Yverdun, Gampelen, Roche* &c. Inter *Neufchatel & Vallangin &c.* Basileæ. In montosis Juræ ubique.

Caulis ad terram procumbit, inde erigitur, cubitalis, nodosus. Folia connata, graminea, lineata, in medio latescentia. Flores in summo caule aliquot, in suis petiolis umbellam efficiunt. Sub flore stipulæ aristatæ. Utrumque squamarum par mucronatum. Ad unguis expansionem pili obscuri coloris, aut purpurei; petalum ipsum subviolaceum, aut album, cum pilis & ungue viridi. Petalum denique dividitur & subdividitur, ut capillaceum fiat. Odor dulcis & gratus, non vero tunicæ hortensis.

Album in *Maloja* monte legit SCHEUCHZERUS.

899. TUNICA fasciculis trifloris, ramos terminantibus, stipulis aristatis, maximis.

Caryophyllus montanus I. TABERNÆMONT. p. 287.

Caryophyllus arvensis, calyculo florum numeroso LOESEL. p. 39. *ic.* 7.

Dianthus floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis, aristatis, tubum subæquantibus, foliis linearibus, trinerviis LINN. *I.* p. 586.

In Ericetis, Juniperetis, & ad vias, circa *Mathod*, passim in agro Aquilejensi; circa Basileam, Genevam.

Caulis cubitalis, nodosus, erectus, non ramosus, nisi quod flores producat. Folia glauca, graminea, lineam lata, connata. In summo caule aliquot flores arcte congesti. Sub flore stipulæ magnæ, aristatæ. Squamæ accessoriæ & ipsæ longe aristatæ. Petala glabra, serrata, purpurea, auriculis acutis in fine unguis donata.

900. TUNICA floribus umbellatis, squamis calycinis hirsutis, mucronatis, tubum æquantibus.

Armeria sylvestris altera LOBEL. p. 448.

Φλοξ αμμογενεια RENEAULME p. 45.

Caryophyllus barbatus SEGUIER. *t.* 7.

Dianthus floribus aggregatis, fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis, villosis, tubum æquantibus LINN. *I.* p. 586. *It. Gotland.* p. 301.

Icon OEDERI *t.* 230.

In nemoribus & ad vias. Inter *Belmont & Nidau;* circa *Bex;* Bernæ ad sylvulam *Muriensem.* Circa *St. Aubin.* In monte *Crenzach:* & in sylvis viisque siccis circa Basileam.

Caules

i) ad BURKHARD. p. 62. *k*) I. p. 589. *It. Gott.* *l*) *Basler merkwürd. XX.*

Caules erecti, pedales. Folia mollia, viridia, multo quam prioribus latiora, ad duas lineas. Flores in summis ramis veras umbellas faciunt, inter folia sessiles. quæ floribus paulo longiora sunt. Calyx hirsutus. Squamæ accessoriæ mucronatæ, tubo calycis æquales. Petala quam prioribus minora, angusta, bractea elliptica, circumserrata, suave purpurea, maculis albis consperfa, absque auriculis. Tubæ fructus longitudine.

901. TUNICA capitulo compacto, ovali, calyce universali quadrifolio.
Armeria prolifera LOBEL. *ic.* p. 449.
Caryophyllus sylvestris, minimus TABERNÆM. p. 290.
Caryophyllus sylvestris, prolifer Hort. Aichstett. æst. ord. 14. *t.* 23. *f.* 2. SEGUIER. *t.* 7. *f.* 1.
Dianthus floribus aggregatis, capitatis, squamis calycinis ovatis, obtusis, muticis, tubum superantibus LINN. *I.* p. 587.
Icon OEDERI T. CCXXI.

β. Flore albo I. R. H.
Locis siccis, tenui gramine vestitis. In glarea ad *Grande Eau; à Grandson* & in Valesiæ viis ubique. Circa *Moncharan, Gorgier, Champagne.* Basileæ passim.
Caulis ad terram decumbens, inde erectus, pedalis & ultra, ramosus. Folia angustissima, viridia. Summum ramum terminat capitulum. Ejus involucra sunt quatuor. Stipulæ capituli longitudine, duæ, siccæ, ovatæ. Flores intra capitulum sessiles, & proprio calyce & squamis accessoriis, tubo æqualibus, cavis, lanceolatis. Flos parvus, petalis roseis, leviter bifidis, non serratis. Alius alium sequitur, & serius erumpit.

γ. Flore unico THAL. I. R. H. DILLEN. *Catal. Giess* p. 148. RUPP. RAYGER *m*).
Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis octonis, florem superantibus LINN. *I.* p. 587.
Nullo modo separari potest. Habet calycem universalem quadrifolium, & duo paria squamarum accessoriarum. Inter mea specimina sunt, in quibus eadem radix & aliquos flores aggregatos generat, & nonnullis in ramis simplices.
In Helvetia *Caryophyllus minor repens nostras* RAI nondum lectus est, neque *Arenarius* LINNÆI.
Sed neque novi, num vera civis sit *Caryophyllus sylvestris Carinthiacus ruber* C. B. a SCHEUCHZERO in pratis alpinis siccis vallis *Domesticæ* indicatus *Itin. II.* p. 132. qui *Caryophyllus sylvestris quartus* CLUS. *Pannon.* p 323.
An fuerit *Dianthus alpinus* JACQUINI, cujus folia radicalia congesta, obtusa, elliptica; caulina basi lata amplexicauli: & in summitate obtusæ squamæ. Calycis stipulæ ad basin veri calycis tubulo æquales: fauces floris subhirsutæ.
Sed SCHEUCHZERI planta mihi ex descriptione videtur varietas alpina & uniflora Tunicæ, quæ hortenses genuit nobisque dicta est: & nunc ex H. S. convincor, non aliam esse.

902. TUNICA calycibus pelviformibus.
Betonica coronaria seu Tunica minima I. B. III. p. 337.
Gypsophila foliis linearibus, calycibus angulatis, squamis duabus, corollis crenatis LINN. *I.* p. 584.
Frequens secundum lacum Lemanum, Lausannæ *au Montbenon.* In Gubernio Aquilejensi & Valesia, *à S. Triphon, aux Glariers de la Grande Eau, à l'Isle de Montdeni.* In arenosis vallis *Lepontiæ*: inter *Chiavenna & Ripa*: circa *Mendris.*
Elegantis plantulæ radix lignosa, ramosa, multiceps. Cauliculi cespitosi, procumbentes, dodrantales, ramosi, ad singula foliorum paria fere infracti, ut directionem mutent. Folia in junioribus conferta, perangusta, linearia. Flores in summis subnudis & ramosis ramis, longe petiolati. Duo paria squamarum latarum, longe aristatarum, ad basin calycis. Calyx ipse brevior, campaniformis, pentagonius, alis albis. Petala emarginata, alba, lineis picta roseis. Tubæ breves. Fructus ovalis.

SAPONARIA LINNÆI n. 564.
& GYPSOPHILA LINN. n. 563.
LYCHNIDIS TOURNEFORTII spec.

Artificialia genera sunt, in quæ Lychnides partimur. Cum tamen facillima nota distinguantur, eaque constanti, non videtur hanc opportunitatem negligendam esse. Saponariæ

m) Sæpissime proliferum unico flore esse RAYGER. *Flor. Gedan.* p. 117.

ponariæ adeo duæ tubæ ſunt. Stamina decem. Calyx quinquefidus, absque acceſſoriis ſquamis. Cæterum LINNÆUS plantas calyce campanulato Gypſophilas vocat, calyce cylindrico Saponarias.

903. SAPONARIA foliis filiformibus, caule diffuſo, brachiato.
Betonicæ Tunicæ minimæ ſimilis plantula I. B. III. p. 338.
Lychnis parva, paluſtris, foliis acutis, lanceolatis, floſculis purpureis MENZEL. *pugill. rar. t.* 7.
Spergula folio Knawel, flore purpuraſcente, minor, DILLEN. *Eph. Nat. Cur. Cent. V. VI. obſ.* 38. p. 273. T. IV.
& *major* ibid.
Gypſophila foliis linearibus, planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis LINN. *I.* p. 583.
Inter ſtipulas, autumnalis planta.
Caulis projectus, valde brachiatus & ramoſus, trientalis. Folia perangusta, filiformia. Flores in longis petiolis unifloris. Calyx brevis, campanulatus, ſegmentis albo margine cinctis. Petala pallida, lineata, roſea, ambitu ſerrato, absque auriculis, non inciſa, ungue longo.
Ad hæmorrhoides laudabat PREVOT *a*), etiam in amuleto *b*) officinis tamen ignotam.

*904. SAPONARIA foliis gramineis congeſtis, floribus umbellatis, petalis ovatis.
Lychnis floribus umbellatis, ochroleucis, petalis ovatis, filamentis nigris ALLIONE *Spec.* p. 29. *t.* 5. *f.* 2.
II. An *Globularia lutea montana* COLUMN. *Ecphraſ. I.* p. 152. & 159. Multa conſentiunt, non tamen folia radicalia ovata, neque umbellæ.
Lychnis lutea montana Globulariæ folio & facie BARRELIER. *ic.* 493.
Lychnis rubra Globulariæ capitulo BOCCONE *muſ. di piant.* p. 75. *t.* 62.
Saponaria caulibus teretibus, corollis coronatis, *floribus ſubumbellatis, foliis linearibus canaliculatis* LINN. p. 585.
In M. *Ternanche.*
Radix lignea, diffuſa, ramoſiſſima, multiceps. Folia graminea, radicalia, dura, plicata, linearia, glabra, ad caulem pauca, ſubhirſuta. Caulis terminatus umbella florum petiolatorum. Petioli & calyces hirſuti, hi ſubturgidi, ovales: petioli petalorum longi, fuſci, caryophyllei, petala ochroleuca, dilatata, non lata, nec emarginata. Tubæ 2. cirrhoſæ. Ovarium ſubovatum, terminatum circulo. Staminum filamenta utique nigra, calyx ſuperne cum ſuis denticulis purpureus. Stipulæ lanceolatæ, calyci æquales, & ſub umbella duæ maximæ, ovato lanceolatæ.

905. SAPONARIA radice lignoſa, maxima, foliis glaucis, pulpoſis, floribus emarginatis.
Saxifraga λευκανθοφεπες RICHER.
Caryophyllus alpinus Linariæ folio, floribus variegatis BOCCONE p. 23. *t.* 5. flore male quadrifido.
Lychnis alpina, glabra, Caryophylli holoſtei flore MORISON.*præl ud.*p.382. SCHEUCHZER.*It.I.*p.43.
Alſine caryophylloides anguſtifolia, multiflora, glabra, purpuraſcens, radice Aſtragaliti, PLUKNET. p. 22. *t.* 75. *f.* 2.
Lychnis alpina, linifolia, multiflora, perampla radice I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 137.
Gypſophila foliis lanceolatis, petalis emarginatis, ſtaminibus piſtillo brevioribus LINN. *amœn. III.* p. 23. *Spec. I.* p. 581.
In alpibus nihil vulgatius. Etiam in planitiem a torrentibus eluta deſcendit. Prope Bernam *um Belp und in der Hunzikerau.*
Radix utique maxima & lignoſa, multiceps, etiam ad aliquot pedes longa. Caules multi, ramoſi, ſuperne pene nudi, brachiati, & ſubdiviſi, umbellam laxam faciunt. Folia glauca, pulpoſa, ſeſſilia, linearia, ſæpe curva, lanceolata: ſub floribus ſtipulæ breves, acutæ, ovato lanceolatæ. Calyx campanulatus, virens, ſemiquinquefidus, ſegmentorum margine albo. Petala pallide roſea, leviter emarginata. Tubæ longæ.
Proſtratam LINNÆI, in meis non reperio.

906. SAPONARIA foliis glaucis, pulpoſis, linearibus, caule umbellato, erecto, petalis ovatis ad RUPP. p. 117. t. 2.
Symphytum petræum THAL. p. 115.
Caryophyllus ſaxatilis, foliis gramineis, umbellatis corymbis C. B. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 132.
Polygonum majus, erectum, anguſtifolium, floribus candidis MENZEL. *pugill. rar. t.* 2.
Saponaria calycibus pentaphyllis, corymbis faſtigiatis, foliis linearibus, caule adſcendente LINN. *It. Gottl.* p. 282.

Gypſophila

a) WELSCH. *mictomim.* p. 66.

b) BOCCONE *oſſerv.* p. 96.

Gypsophila foliis lanceolato linearibus, obsolete triquetris, levibus, obtusis, secundis LINN. *I.* p. 582. conf. FABRIC. *hort. Edit. II.* p. 189.

In Helvetia nondum reperi, cum tamen in rupibus gypseis montis *Altenstolberg* abunde legerim. Gypseum vero stratum inter fluvios *Grande Eau & Avanson* late terram tegit. SCHEUCHZERUS plantam BAUHINI in *Maloja & Septimo* monte ait se legisse. In *herbis siccis* non exstat.

Radix lignosa, longissima, multiceps. Caules erecti, pedales, cubitales, nodosi, ramosi, umbellati, in summa parte viscidi. Folia glauca, pulposa, linearia; suprema ovato lanceolata, ad terram plurima, ad caulem pauca, eorum loco in nervis florigeris folia minima, ovato lanceolata. Flores in petiolis brevibus congesti. Calyx campaniformis, ex livido varius. Petala ovata, roseola. Stamina flore longiora. Fructus valvæ quatuor; semina nigra, lenticulata. In hortum translata glaucedinem deponit.

Ejus radice tamquam sapone aquam spumescere, & ad lavandum in Hispania adhiberi LINNÆUS *c)*.

907. SAPONARIA calycibus pyramidatis, quinquangularibus, foliis ovatis, acuminatis, sessilibus LINN. I. p. 585.

Thamaecnemon CORDI p. 104.

Myagrum vaccaria quorumdam TABERNÆM. p. 866.

In segetibus passim, Basileæ, in Valesia, circa *Moncharàn*, à *Bosseja* prope *Urbam*, à *Cressy*, *en Chamblande*, *Delsperg*.

Radix exigua, caulis firmus, erectus, brachiatus. Folia glauca, ex ovatis lanceolata, latis basibus sibi opposita, ut perfoliata videantur. Umbella in summo caule rara, florum longe petiolatorum, ex alis divisi caulis, pediculatorum, in petiolis unifloris. Calyx valde amplus, conicus, quinque eminentibus viridibus alis insignis. Flos exiguus, petalis serratis, roseis. Fructus obtuse tetragonius.

908. SAPONARIA foliis ovato lanceolatis, trinerviis, floribus tubulosis, umbellatis.

Saponaria DODON. *Coron.* p. 78.

Saponaria vulgaris I. B. III. p. 346. BLAKWELL. *t.* 113.

Saponaria calycibus cylindricis, foliis ovato lanceolatis LINN. *I.* p. 584.

II. Staminibus violaceis nigris & amplis à *Pertuis* GAGNEBIN.

III. Flore pleno passim legi.

IV. Flore abortivo.

Saponaria concava Anglica C. B. MORISON. *II.* p. 548. *t.* 22.

Ad vias & in siccis ruderosis abunde.

Caulis cubitalis, erectus, floribus umbellatis. Folia ex ellipticis & ovatis lanceolata, levia, firma, trinervia. Petioli breves, uniflori. Calyx cylindricus, ovario longior, sub quo tumet & cæcum saccum facit. Petala pallide rubella, bifida, ungue longo, duabus acutis auriculis, in divisione floris positis. Fructus cylindricus, aut fusiformis. Semina rugosa *d)*.

Amara planta, acido fere carens, salivam movet. Trita in aqua spumam agit, fere ut sapo, unde nomen *e)*. Quare creditur detergere. Ad icterum, chronicos morbos & viscerum obstructiones BOERHAAVIUS laudabat; ad fluxum album SEPTALIUS *f)*. Sed etiam *g)* decocta cum radice aqua luei venereæ ab eodem Cl. viro opponitur, & valuisse in tanto malo Gen. VALVASOR *h)* testem se offert; ut etiam STAHLIUS Salsæ parillæ potius præferret *i)*. Extractum utrumque dulce *k)*, aquosum multo uberius; spirituosum dulcius & penetrabilius videtur *l)* Utrumque etiam manducatum salivam movet spumamque *m)*. Infusa adeo, decocta & tincturæ vim plantæ habent *n)*.

Varietas Anglica folia habet ovata, sub floribus amplexicaulia; calycem spathiformem, ora lacera: ex calyce modo florem monopetalon, duplo longiorem, prodeuntem, brevissime multidentatum, modo aliquot folia viridia. Ita ex herbario habeo C. B. Nunc ajunt interiisse *o)*, misit tamen Cl. HUDSONUS.

c) *Flor. Suec. II.*
d) Stylos sæpe tres, & petala quinis plura sæpe habere ROSEN. obs. n. 17.
e) *Fränk anmerk. I.* p. 122.
f) *Anim.* L. VII. p. 211.
g) ibid. Etiam ZAPATA & WALÆUS.
h) *Ehre des Herzogth. Crain. I.* p. 379.
i) NEUMAN. T. II. P. IV. p. 173.
k) ibid. p. 176.
l) ibid.
m) ibid.
n) p. 177.
o) MORTON. *natur. hist. of Northamptonshire* p. 365.

909. SAPONARIA caule decumbente, nodoso, foliis ovato lanceolatis, calycibus tubulosis, hirsutis.
Ocymoides repens, polygonifolia LOBEL. *ic.* p. 341.
Lychnis, vel Ocymoides repens, montanum I. R. H. SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 514.
Saponaria calycibus cylindricis, villosis, caulibus dichotomis, procumbentibus LINN. *I.* p. 585.
Nihil frequentius ad vias Gubernii Aquilejensis. Etiam ad rupes pagi *Gümmenen*, haud longe Berna; in vineto *Vuilly* supra vineas, circa *Moncharan*, in descensu versus *Cheire*, in alpinis etiam & montanis.
Radix ramosissima, caulescit, ad terram aspera, tuberculosa. Caulis humi fusus, nodosus, infractus, ramosus. Folia ad terram petiolata, perfecte ovata, ad caulem ex ellipticis lanceolata, hirsuta, subviscida. Flores in parte superiori plantæ, ex alis foliorum, in petiolis brevibus umbellas faciunt. Calyx longe tubulosus, hirsutus, ventricosus, ovario longior. Petala integra, ovata, purpurea, ungue longo. Ovarium fusiforme.
Pulcherrimos & latissimos in rupibus cespites efficit.

VISCAGO DILLEN.
CUCUBALUS LINN. n. 566.
& SILENE LINN. n. 567.

Nobis tres tubæ pro charactere sufficiunt; LINNÆUS plantis, quarum petala sunt absque auriculis, nomen facit Cucubali; auriculatis Silenes. Sed cur Saponarias a reliquis speciebus ob eamdem notam non separat? cur non Gentianas? & Lychnides n. 922. & 923. Potestne Vesicaria Lychnis a Been toto genere separari?

*910. VISCAGO foliis ovato lanceolatis, tomentosis, caulibus unifloris *Emend. III.* n. 194 *V.* n. 29.
Lychnis pumila, saxatilis, alpina, flore carneo, folio crasso, molli, tomentoso ALLIONE. LINN. *amœn. I.* p. 158.
Silene caulibus subunifloris, decumbentibus, foliis lanceolatis, tomentosis, longitudine calycis LINN. *Spec. I.* p. 603.
In summis alpibus infrequens. In descensu montis *Sylvii*, in monte *S. Bernhard.*
Radix permagna, lignosa, ramosa. Folia radicalia petiolata, subhirsuta, pulposa; caulina linearia, acuta. Caulis humilis, trientalis, tamen erectus, plerumque uniflorus, raro biflorus. Flores in summo caule grandes, sescunciales, ex ramo erecti. Calyx tubulosus, fructu pene dimidio longior, infra germen angustior, ipse tener, venosus, lineis decem divisus, ex albo & purpureo varius, dentibus quinque, brevibus, acutis. Petala calyce longiora, petiolo prælongo, sanguinei coloris, ante divisionem lata, breviter bifida, cum ornamentis serratis, bifidis, in petali principio positis. Fructus ex ovato conicus. Tubæ tres, longæ & incurvæ.

*911. VISCAGO foliis ovato lanceolatis, hirsutis, caule brachiato, calycibus venosis.
Ocymoides noctiflorum CAMERAR. *hort. t.* 34.
Silene calycibus decemangularibus, dentibus tubum æquantibus, caule dichotomo LINN. *I.* p. 599.
Basileæ *vorm S. Johanserthore.*
Radix exigua. Caulis pedalis, cubitalis, rectus, parum brachiatus, asper. Folia ex ovato lanceolata, hirsuta, sessilia, superne elliptica. Flores in petiolis ellipticis, per summas alas sparsi. Calyx basi tumidus, superne conice angustior, decem lineis virentibus pictus, dentibus quinque brevibus, fructu longior. Petala quinque rubella, extus sublutea, cordata, ungue longo pallente, auriculis in ungue binis, serratis. Stamina decem, quinque ex unguibus petalorum, quinque ex intervallis. Fructus ovalis, quinquevalvis. Tubæ tres, longæ. Receptaculum in medio ovatum.
Hanc plantam pro *Lychnide calyculis striatis* BAUHINUM habuisse suspicatur Cl. LA CHENAL, qui istam nunquam repererit.

*912. VISCAGO baccifera, petalis serratis.
Alsine repens DODON. *hist.* p. 403.
Cucubalus MILLER. *t.* 112.
Cucubalus calycibus campanulatus, petalis distantibus, calycibus coloratis, ramis divaricatis. LINN. *I.* p. 591.

Circa

Circa Genevam Gen. DE SAUSSURE *à Frontenex* ad ſepes, & ad vias. (Jenæ abunde)
Caulis valde divaricatus & brachiatus, ramis ad angulos rectos, etiam obtuſos exeuntibus. Folia ovato lanceolata. Flores in petiolis unifloris, ſæpe quaſi refractis. Calyx inflatus, campaniformis *a*), fere ut in Been. Petala ſerrata & lacera *b*), diſtantia *c*), ut in Been, in origine auriculata *d*), ut non ejus loci ſit, quo LINNÆUS refert. Fructus unilocularis *e*), mollis, polyſpermos *f*).
Ob ſimilitudinem cum Been non poteſt loco moveri.

913. VISCAGO caule brachiato, nodoſo, calycibus inflatis, venoſis.
Herba articularis TABERNÆMONT. p. 298. BLAKWELL. *t.* 268.
Been album officinarum I. B. III. p. 356.
Been album & rubrum AVICENNA *cord.* Tr. II.
Cucubalus calycibus ſubglobosis, glabris, reticulato venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis LINN. *I.* p. 591.
I. Foliis anguſtioribus & acutioribus.
Been album ſeu polemonium DODON. *hiſt.* p. 172.
II. Foliis hirſutis MORISON. *prælud.* p. 182.
III. Flore pleno M. HOFMAN.
Priores ubique reperiuntur; rubellam reperi circa *Canderſteg*, balnea Leucenſia, &c.
In planioribus caulis cubitalis, brachiatus, nodoſus. Folia glauca, glabra, elliptico lanceolata. Flores alii in peitolis unifloris, ex caulium diviſione, alii in ſumma planta, nudi, conferti, in ſuis pediculis erectis, hi per ætatem nutantes. Calyx inflatus, ventricoſus, quinquedentatus, albus, venis pictus viridibus aut purpureis. Petala diſtantia, profundiſſime bifida, & ſerrata, ut margo eminens *g*) unguis auriculas imitetur, & plantas auriculatas conjungat cum iis, quæ carent auriculis. Stamina duorum, ut plerumque, ordinum. Fructus ex rotundo acuminatus, pediculo inſidens, qui calyce comprehenditur, trilocularis. Semen eleganter aculeis ordinatis aſperum *h*).
Edule eſſe dicitur *i*). Vaccis datum facit, ut taurum appetant, quando venerem declinant *k*). Non placet armentis *l*). Flores in umbra ſiccati, in pulverem triti, ad eryſipelas imponuntur *m*).
β. *Lychnis alpina, repens, ſaxatilis, quæ Been album vulgo, folio latiuſculo breviori* PONTEDER. *comp.* p. 128. ALLIONE *ſpec.* p. 33. *t.* 5.
In alpibus ſupra vallem *S. Nicolai.*
Humilis, reptans, dodrantalis; folia habet lanceolata, hirſuta, & ciliata: ramos unifloros, aut bifloros, & tunc ad maximum angulum divaricatos. Florem omnino ſimilem Been *n*) albi, calyce purpureo, obſcurius lineato aut venoſo: ungue ad latera educto, & auriculas imitante.
Nondum auſim ſeparare.

*914. VISCAGO foliis ellipticis, calycibus lineatis, viſcidis, petalis ovatis.
Lychnis hirſuta annua, flore minore, carneo VAILLANT. *t.* 16. *f.* 12.
Viſcago hirta, gallica, flore parvo. carneo, petalis integris DILLEN. *hort. Elth. f.* 399.
Silene floribus ſubſpicatis, alternis, ſecundis, petalis indiviſis, fructibus erectis LINN. *I.* p. 595.
Valde refert *Licnide annua di Portugallo* ZANON. p. 150. *t.* 111.
Mendriſii inter ſtipulas Cl. LA CHENAL *o*).
Habitus Lychnidis *variegatæ*: cauliculi erecti, pedales: folia ſubhirſuta, lanceolata. Flores in ſumma planta & ex alis, in brevibus petiolis. Calyx tubuloſus, decem viridibus, hirſutis, viſcoſis lineis percurſus. Petala integra, obtuſa, pulchre rubentia, calyce non longiora, rara viſu, & exigua. Fructus cartilagineus, ſexvalvis.

915. VISCAGO foliis lanceolatis, hirſutis, floribus paniculatis, nutantibus.
Polemonium petræum GESNERI I. B. III. p. 351.
Icon GESNERI *lign.* 155.

Lychnis

a) TOURNEFORT. t. 176. D.
b) A.B.C.
c) ibid. A.B.
d) A.B.C.
e) G.H.
f) H.I.
g) BLAKWELL. t. 5.
h) GREW. t. 73.
i) BRUKMAN.
k) L'ISLE *husbandr. II.* p. 107.
l) SCHREBER. *Saml. III.* p. 53. Bobus tamen GUNNERUS p. 9.
m) GUNNERUS ibid.
n) ALLIONE in ic.
o) *Emend. III.* n. 193.

Lychnis sylvestris I. albo flore Clus. *pannon.* p. 328. *hist.* p. 290. 291.
Lychnis sylvestris Tabernæmont. p. 293.
Lychnis viscosa, foliis Otitidis Loesel. p. 150. *ic.* 40.
Silene petalis bifidis, floribus lateralibus secundis, pedunculis nutantibus Linn. *I.*
Icon Oederi *t.* 242.

β. Flore pleno Siegesbek. *Bresl. Saml.* ann. 1722. m. Jul.

Nihil frequentius ad vias, sepes, inque rupibus.

Caules cubitales, non valde foliosi, superne viscidi, & in ramos florales sparsi. Folia radicalia multa, petiolata, elliptica, cis finem latiora, lanceolata, subhirsuta, superiora linearia. Flores in summo caule paniculati, nutantes. Calyx viscidus, longus, tubulosus, sub germine productus, hinc in medio tumidior, decem lineis pictus. Petala profunde bifida, in angustas ellipticas lacinias divisa, quæ, sole adfulgente, se contrahunt, & noctu evolvunt; obsolete cæterum purpurea, ungue longo, duabus auriculis serratis, obovatis. Fructus trilocularis, cylindricus, in medio latior. Semina elegantibus rugis inscripta.

916. VISCAGO foliis glabris, ovato lanceolatis, floribus umbellatis.
Lychnis sylvestris II. Clus. *hisp.* p. 337.
Armerius flos tertius Dodon. *coron.* p. 73. *hist.* p. 176.
Silene foliis fasciculatis, fastigiatis, foliis superioribus cordatis, glabris Linn. *I.* p. 601.

II. Flore pleno *Flowergarden* p. 40. n. 5.

In Helvetia potissimum circa *Brieg*, *Branson*, *Fouly*. Tamen etiam circa *Roche* in rupibus trans *l'eau Froide*, sed rarius. In Helvetia transalpina, ut *Chiavennæ*, in rupibus.

Caules erecti, pedales, etiam bipedales & tripedales, ramosi, cum foliis leves, superne viscidi. Folia glauco polline adspersa, ovata, lanceolata, lata basi sibi obversa. Flores in summis ramis densas umbellas faciunt, stipulis suscepta perexiguis. Calyx longissimus, ovario media parte longior, tubulosus, lineatus, sub flore gracilis, circa florem ovalis, brevissime quinquedentatus. Petala adeo calyce breviora, patula, emarginata, serrata, suaverubentia, magnis & erectis duabus auriculis notata. Fructus longe petiolatus, cylindricus, trilocularis *p*).

917. VISCAGO foliis lanceolatis, caulibus brachiatis, calycibus infundibuliformibus, floribus laxe umbellatis, erectis.
Auricula muris alpina, glabra I. B. III. p. 360.
Alsine alpina, glabra C. B. *prodr.* p. 118.
Lychnis saxatilis, alpina, glabra, pumila I. R. H. Scheuchzer. *It. II.* p. 137.
Icon Oederi *t.* 4.
Silene floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis Linn. *Wästgöt. res.* p. 144. *Spec. I.* p. 602.

In alpibus minime rara, etiam in valles descendit, *Haseliam*, & *Uraniensem*, adusque pagum *Steg*. Haud longe Basilea in colliculo Cl. la Chenal, in monte *Vogelberg*.

Radix magna, lignosa, scabra. Caules erecti, valde ramosi & brachiati. Folia glauca, glabra, ovato lanceolata. In summis ramis flores ex longis petiolis unifloris, in laxam umbellam dispositi. Calyx campaniformis, inverse conicus, lineatus. Petala lacteola, emarginata, cordata, auriculis ornata. Fructus conicus.

*918. VISCAGO foliis teneris, recurvis, petalis quadrifidis *Emend. I.* n. 85.
Alsine alpina, glabra, folio reflexo Pluknet. p. 23. *t.* 75. *f.* 5.
Lychnis alpina, foliis angustis, reflexis, petalis quadrupartitis Seguier. *Supplem.* p. 186. *t.* 5. *f.* 1.
Silene petalis quadrilobis, caule dichotomo, floribus pedunculatis, foliis glabris, recurvis Linn. *I.* p. 602.
Lychnis X. Clus. *hist.* p. 291. huc relata, ob iconem vix videtur ad nostram plantam pertinere.

In Abbatiscellanis alpibus Gesnerus legerat, ego abunde in valle alpina *Chapuise* ad lapides humidos. Etiam in monte *Taveyannaz*, in *Prapioz*, in valle *Gaster*.

Tenerrima planta, & debilis, ut Alsine tenuifolia muscosa. Caules debiles, erecti, simplices, aut divaricati, paulo supra trientem pedis alti. Folia tenera, graminea, perangusta, obtusa, facile curvantur, & apicem reflectunt. Flores in petiolis unifloris, de summis ramis. Calyx ovario longior, infundibuliformis, sursum latior, quinque dentibus lanceolatis. Petala lactea, quadrifida, duabus partibus lateralibus breviori

p) Ob eam notam vellet a Lychnidibus separare Cl. Burkart. *Epist.* p. 136. *Muscipulas* dici posse Idem p. 136. 137.

vioribus: squamulæ duæ in origine petali. Fructus rotundus, tubis tribus, valvis sex.

Non est *Silene quadrifida* Jacquini, planta multo robustior.

Lychnis saxifraga minor q) nondum in Helvetia reperta est, quæ tamen in vicino Pedemontio nascitur.

919. VISCAGO foliis gramineis, caule brevissimo, unifloro.

Caryophyllus pumilus, alpinus VII. Clus. *pannon.* p. 324.

Lychnis alpina, pumila, folio gramineo, seu Muscus alpinus, Lychnidis flore C. B. Scheuchzer. *It. II.* p. 138. *It. VI.* p. 459.

Lychnis ocymoides muscosa, strictiore folio Barrelier. *ic.* 379.

Latiore folio Ejusdem *ic.* 380.

Icon Oederi *t.* 21.

Silene acaulis Linn. *I.* p. 603.

β. Flore albo Scheuchzer. *It. II. & V.* p. 425.

Etiam passim reperi in *Gemmio*, *Joch*, *Prapioz.* Alpium rupes ubique late pulcherrimis cespitibus tegit.

Radiculæ magnæ, intricatæ. Cespites latissimi, nulla alia planta misti, fiunt rosulis confertis foliorum angustorum, acutorum, durorum. Caules unciales, paucifolii, uniflori. Calyx latus, ovatus, purpura tinctus. Petala subcordata, amœne purpurea, duobus in ortu denticulis acutis notata. Stamina decem, diversæ longitudinis. Ovarium uniloculare, cylindricum.

920. VISCAGO floribus verticillatis, spicatis, sexu distinctis, petalis linearibus.

α. Mas flore majori, calyce subrubro.

Sesamoides magnum, Salmanticense Clus. p. 295.

Otites Lychnidis, sylvestris genus Tabernæmont. p. 820.

Lychnis viscosa, flore majusculo, quæ mas Scheuchzer. *It. VII.* p. 514.

Cucubalus floribus dioicis, petalis lineari indivisis Linn. *I.* p. 594.

β. Femina flore minori, calyce viridi.

Muscipula seu Armoraria altera Lobel. *adversf.* p. 370. *Ic.* p. 453.

I. II. *Muscipula muscoso flore, seu Ocymoides bellidiforme* I. B. III. p. 350.

α. β. Planta hermaphrodita in *Tataria* provenit *Enum. plant. hort. Gott.* p. 151.

Minime rara in Gubernio Aquilejensi, *à Fontenai*, *à S. Tryphon*: in Valesia: in Helvetia transalpina, *Chiavennæ*, ad lacum *Luganensem*, in ima valle *Lepontia.*

Folia radicalia numerosa, petiolata, ovata, lanceolata, firmula, ad caulem angusta & uauca. Caulis erectus, cubitalis, in summa parte fere nudus, brachiatus, & viscidus. Flores in paniculam spicatam, verticillatam, ex petiolis unifloris. Calyx tubulosus, lineatus. Petala gracilia, linearia, simplicia. Fructus trilocularis, sex dentibus aperitur. Angli modo Lichenem terrestrem, modo hanc plantam, pro ea habent, cujus infusum vinosum cum theriaca adversus canis rabidi morsum *r)* antidoti vires possideat. Alibi ex ista Lychnide, ex Pæonia & cancri chelis antidotus componi dicitur *s).*

Hæc sola e nostris vere Linnæanus fuerit Cucubalus.

LYCHNIS *a)* Dillen.
LYCHNIS Linn. n. 584.
& AGROSTEMMA Linn. n. 583.
LYCHNIDIS spec. Tournefort.

Tubas habet quinque.

921. LYCHNIS *b)* petalis quadrifidis, addit Linnæus *fructu subrotundo I.* p. 625.

Armerius sylvestris Dodon. *pempt.* p. 177.

Caryophyllus pratensis Tabernæm. p. 291.

Hhhhh 2 II. Flore

q) *Alsine alpina, erecta, foliis acuminatis* Zanon. p. 15. t. 10. f. 3.

r) Sloane in epist. ad Rajum, a Derhamio edita. *Phil. Transf.* n. 443. Birch. T. IV. p. 539. 545.

s) *Phil. Transf.* n. 187.

a) *Lychnis* flammea ad serpentes, sylvestris, stomacho inutilis Plin. L. XXI. n. 98. Lychnis sylvestris urbanæ similis Dioscorid. L. III. c. 98.

b) Cuculi flos acinos habet nigros Plin. L. XXVII. n. 44.

II. Flore albo passim, etiam circa *Rennaz*.
III. Flore pleno, in hortis MILLER. t. 169. f. 2.
In pratis udis perfrequens.
Caulis angulosus, erectus, parum ramosus, nisi ex vertice, ea sede viscidus. Folia ex elliptico lanceolata, nervo distincta, inferiora obtusa, superiora acutiora. Flores in petiolis ramosis brevem & laxam spicam faciunt. Calyx albus, decem alis eminentibus purpureis notatus. Petala bifida, angusta, duobus exterius crusculis accedentibus, ungue longo. Stamina quinque breviora, ex unguibus petalorum, quinque longiora, ex ovarii ambitu. Fructus pyriformis. Semina rugosa.
Ab armentis non amatur c).

*922. LYCHNIS foliis linearibus, lanceolatis, floribus umbellato capitatis *Emend.VI*.n.46.t.17.
Icon OEDERI *t.* 65.
Lychnis petalis bifidis, floribus corymbosis LINN. *I.* p. 626.
Summarum alpium. In monte *Albula* Valesiæ, a Cl. HUBERO primum lecta, deinde ad rupes glaciales *Chermontana*, in mont. *Griseis*, in *Stokberg*, in monte *Arola* Valesiæ superioris, in vallis *S. Nicolai* montibus; etiam in monte supra *Kienthal* a Cl. DICKIO.
Radix flava, conica, depacta. Folia ad radicem plurima, elliptica, in medio latiora, lanceolata, firma, viridia, glabra. Caulis semipedalis, simplex, nec ramosus. Flores conferti in umbellam convexam, subjecta, sub singulos, stipula magna, ovato lanceolata, ora purpurea. Calyx ventricosus, ad tertias quinquefidus, segmentis triangularibus purpureis, ora alba. Petala penitus patula, suavepurpurea, acute ad medium bifida, segmentis quadrangularibus, ad originem plicata, & tumoribus, non veris auriculis, notata. Stamina decem, duorum ordinum. Fructus petiolatus, ovatus, tubis quinque.

923. LYCHNIS floribus sexu distinctis LINN. I. p. 626.
α. Varietas rubra, frequens in aquosis, inque montanis sylvis.
Ocymoides purpureo flore CAMERAR. *Epit.* p. 739.
Lychnis sylvestris, floribus rubentibus DODON. *cor.* p. 47. *hist.* p. 171.
Ocymastrum rubrum TABERNÆM. p. 299.
II. Flore pleno SWEERT. &c. CAMERAR. p. 740.
β. Varietas albo flore ad vias siccas & in agris.
Ocimoides album multis I. B. III. p. 242.
Varietates duas habet PLOT. *Oxfordshir.* p. 149. 150.
γ. Aliam *hermaphroditam* LINN. *I.* p. 626. GUNNERUS p. 54.
Caules nodosi, erecti, bipedales, brachiati. Folia ovato lanceolata, mollia, hirsuta. Flores in summa planta, ex brevibus petiolis, ad ramos congesti; alii mares, calycibus turgidis, villosis, breviter quinquedentatis, petalis teneris, pene cordiformibus, auriculis magnis, eadem figura, staminum ordinibus duobus: alii in aliis plantis femininis, similes, tubis quinis, fructu ovali.

924. LYCHNIS tomentosa, umbellis paucifloris, petalis cordatis.
Lychnis αλπικοσκιαδιώδης RICHER.
Lychnis umbellifera, montana, Helvetica ZANON. *t.* 110. ROBERT. *ic. Reg.* 135.
Lychnis coronaria, alpina, flore purpureo BARRELIER. *ic.* 1005. BOCCONE *muf. di piant.* p.49. *t.* 42. valde multiflora.
Agrostemma tomentosa, petalis emarginatis LINN. *I.* p. 625.
ZANONUS habuit ex *Locarnensium* agro a FELICE ORELLO missam. C. GESNERUS in Rhætia, & in alpibus Rhæticis I. BAUHIN. Etiam in monte *Generoso* Insubriæ. Sed in Valesia etiam, circa *Praborgne* & alibi provenit.
Caulis cubitalis, parum ramosus, sed ex radice utique cespitosus, tomentosus, erectus. Folia tomento albo utrinque obducta, crassula & firma, elliptica, lanceolata, longiora. Flores in summi caulis brevibus ramis umbellam faciunt, non copiosam. Sub umbella stipulæ ovato lanceolatæ, aristatæ. Calyx durus, tomentosus, quinque angulis valde eminens, tubo floris æqualis, tubulosus, decem lineis percursus, hirsutus. Petala purpurea, ex ungue suo dilatata, cordiformia, auriculis triangularibus, conniventibus. Stamina quinque unguibus petalorum cohærentia, quinque libera. Fructus brevis, crassus, conicus, per maturitatem unilocularis.

c) SCHREBER. III.

*925. LYCHNIS tomentosa, calycibus costatis, floribus longissime petiolatis.
Lychnis CAMERAR. *Epit.* p. 569.
Lychnis coronaria d) DODON. p. 170.
Agrostemma tomentosa, foliis ovato lanceolatis, petalis integris, crenatis LINN. *I.* p. 625.

In planiori Valesia abunde, circa *Fouly*, *&c.*

Prioris 924. retinet totum habitum, tamen durior est & pulposior, & tomenti plus habet. Deinde calyces multo duriores, callosi, toti albo villo obnupti, alis duris & crassis elevati, non, ut in priori, viridibus hirsutis lineis percursi. Petala multo latiora *e)*, obscure emarginata. Auriculæ bifidæ. Flores non congesti in umbellam, sed in longis ramis brachiati caulis dispersi. Quare vere differunt, & utraque species Helvetiæ indigena est.

926. LYCHNIS calycibus longissime caudatis.
Nigellastrum DODON. *coron.* p. 49. *hist.* p. 173.
Lychnis arvensis TABERNÆM. p. 293.
II. Flore albo *Hort. Aichstett.* *&c.*
Agrostemma hirsuta, calycibus corollam æquantibus, petalis integris, nudis LINN. *I.* p. 624.

Ad vitium usque inter segetes frequens.

Caulis erectus, cubitalis, parum ramosus, molliter hirsutus. Folia pariter tomentosa, linearia, acuta. Flores in petiolis unifloris, longissimis. Calyx durus, lineis eminentibus notatus, longissimis quinque mucronibus etiam ultra florem producitur *f)*. Petala suavepurpurea, emarginata, ex ungue dilatata, auriculis acutis, bifidis. Stamina, ut in prioribus, nata, nempe quinque ex petalorum unguibus, quinque ex intervallis. Fructus non petiolatus, ex pentagonio conicus, tubis quinque plumosis, quinque valvis. Semina eleganter exasperata, male pro Nigellæ seminibus venduntur *g)* vesca & innoxia. Radix a FUCHSIO ad hæmorrhagiam narium laudatur, deinde a SIMONE PAULI, qui suum experimentum adducit, etiam gestatæ *h)*.

*927. LYCHNIS foliis lanceolatis, floribus verticillatis, spicatis.
Lychnis sylvestris I. CLUS. *pannon.* p. 328. 329. *IIII. hist.* p. 289.
Lychnis sylvestris purpurea TABERNÆM. p. 294.
Lychnis petalis integris LINN. *I.* p. 625.

In Helvetia rarior. Circa *Octodurum* passim legi, ad vias sabulosas. *A' Tourtemagne*, *Gonthey*, *Formazz*, ad *Soazz* vallis *Misaucinæ* Cl. DICK.

Radix dura, rugosa, flava. Caulis cubitalis, erectus, non ramosus, in spicam nudam terminatus, ut Otiti, summis in partibus viscidus. Folia glabra, elliptica, longe lanceolata. Flores in petiolis summi caulis ramosis verticillati, in spicam continuati. Calyx tubulosus, rubens, flore longior, purpureus, breviter quinquedentatus. Petala emarginata, purpurea, magnis auriculis albis, & præterea appendicibus dilatati unguis conspicua. Fructus conicus, quinquelocularis, tubis quinque, seminibus reniformibus exasperatis.

Male pro Centaurio minori *i)* venditur.

OXYS *a)* TOURNEFORT.

OXALIS LINN. n. 582.

Calyx brevis, campaniformis, acute quinquefidus *b)*. Flos non pentapetaloides, petalis ad basin conglutinatis *c)*, sed pentapetalos, unguibus primum distinctis, deinde conglutinatis, quinis, cordatis. Stamina decem, duorum ordinum. Fructus est prisma pentagonium *d)*, ex quinque conjunctis loculis *e)* factum, quorum totidem sunt tubæ. Idem per maturitatem adtactus dissilit, & semina projicit *f)*, quæ in quoque loculo multa continet, ex ovatis acuminata.

928. OXYS

d) Lychnis coronaria flore albæ violæ, purpureo DIOSC. L. III. c. 98.
e) TOURNEFORT. A. B.
f) IDEM t. 175. T.
g) LOBEL. *adverf.* p. 12.
h) *Ol.* WORM. *Epist.* 116.
i) RIVIN. *censur. medicament. offic.* p. 32. 161.

a) Oxys habet folia terna PLIN. L. XXVII. n. 84. Oxytryphyllon MESUES, SYLV. in MESV. DIOSCORIDIS
b) TOURNEF. C.
c) B.
d) E.F.
e) G. 1.2.3.4.5.
f) THOMAS CORNELIUS *de sensib.* p. 14. GREW. *anat. plant.* p. 199. t. 72.

928. OXYS scapo unifloro, foliis ternatis, radice squamoso articulata LINN. I. p. 620.
Trifolium acetosum DODON. *cereal.* p. 214.
Oxys, *Trifolium acetosum*, *floribus lacteis* TABERNÆMONT. p. 525.
Lujula BLAKWELL. *t.* 308.

Nihil frequentius ad sepes, & in arborum umbra.

Radix squamosa *g*), denticulata. Folia radicalia plurima, longe petiolata, ternata, cordata, hirsuta, sensu aliquo prædita, ut attrectata, aut ab imbre percussa, contrahantur *h*). Flores in scapis unifloris, albi, eleganter venis rubris picti. Stipulæ in petiolo duæ, tres, ovales.

Tota planta acida est, grati saporis, & teneri. Tota comesta valet ad frangendam vim subnascentis putredinis: quare conserva, syrupus, jusculum, in febribus malignis *i*) adhibetur, & in scorbuto *k*). Sale essentiali acido abundat *l*), in quo multa portio olei est *m*), & qui ex succo paratur. Vires sunt, quæ cremoris tartari *n*).

*929. OXYS caule ramoso, diffuso, petiolis alaribus, paucifloris, umbellatis LINN. I. p. 629.
Oxys flore luteo DODON. *purg.* p. 414. *corniculata* LOBEL. *II.* p. 32.
Oxys lutea I. B. II. p. 388. RUMPF. *herb. Amboin.* L. VIII. *c.* 64.

Passim in valle *Tellina*, circa *Mendris* & *Chiavennam* in sepibus: etiam in pago *Frontenex*, prope Genevam.

Caulis pedalis, cubitalis, ramosus, foliosus, diffusus. Educit numerosissima folia, pariter terna, cordata, complicata, & in petiolis bifloris, aut ad summum quinquefloris, flores perminutos luteolos: eorum petala ovata.

GERANIUM TOURNEFORT. t. 142.

LINN. n. 832.

Calyx quinquefolius *a*), foliis cavis, acutis. Petala quinque *b*), aliquando inæqualia. Stamina plerumque decem, tamen & quinque: capsulæ monospermæ *c*), longissima cauda *d*), adunatæ in unum rostrum *e*), circa communem quinquesulcum *f*) axin. Tubæ quinque *g*). Maturæ capsulæ de basi solvuntur, versusque apicem rostri se revolvunt. In Africanis Geraniis calyx, stamina, petala alia sunt & alia, solus fructus constans est. In nostris stamina libera sunt, ut ab Alsine, & Lychnidibus non longe possit separari.

I. PETIOLIS UNIFLORIS.

930. GERANIUM *h*) pedunculis unifloris, foliis septilobis, petalis bifidis.
Geranium IIII. hæmatodes CLUS. *pannon.* p. 415. 421.
Geranium columbinum, *erectum*, *tenuius laciniatum*, *flore magno* LOESEL. p. 103. *n.* 18.
Geranium pedunculis unifloris, *foliis quinquepartitis*, *bifidis*, *orbiculatis* LINN. *II.* p. 958. conf. *Cent. II. n.* 175.
Varietates *flore cæruleo*, *striato*, *parvo* BARRELIER. *ic.* 67. Tres etiam habet MICHELI *hort. flor.* p. 40.

In rupestribus abunde, circa *Roche*, *Biel*, *Mathod*, *Genevam*, *Chiavennam* &c. & ad lacuum supercilia.

Radix crassa, lignosa. Caules recti, parum ramosi, sub ramis tumidi, cubitales. Folia conjugata, subhirsuta, circumscriptione rotunda, sed septiloba, lobis trifidis, lobulis subinde incisis: in hortis septilobata, lobis non incisis. Petioli florigeri longi, uniflori, duabus exiguis stipulis lanceolatis. Non raro tamen ramum biflorum vidi. Flos speciosa magnitudine. Calyx hispidus, foliis aristatis, aristis herbaceis. Petala patula, subrotunda, ex purpura violacea.

Planta tota adstringit, & vulneraria est.

II. PETIO-

g) GREW. t. 5. *Semen* t. 72.
h) CORNEL. l. c. p. 77.
i) FRANK *de Alleluia*, qui exempla citat.
k) MORIN apud GEOFROI III. p. 29.
l) CARTHEUSER. *mat. med.* p. 219.
m) NEUMAN. T. II. P. I. p. 17.
n) FLOYER. *pharmacobas.* p. 90.
a) TOURNEF. D.E.
b) A.C.
c) O.N.
d) ad P.
e) F. *f*) G.
g) I.K.L.M.N.
h) Geranion foliis anemones, divisuris longioribus, radice subrotunda, dulci. Alterum caulibus minutis, pilosis, sesquipedalibus, foliis malvæ. In summis alis sursum spectantia gruum capitula insunt, cum suis rostris, DIOSCORID L. III. c. 114.
Geranion aliis Myrrhis, Cicutæ similis, foliis minutis, caule breviori rotundo. Græci faciunt folia Malvæ teneriora, pilosa, ex intervallo racemosa, in cacuminibus capitula semen habentia PLIN. L. XXXI. n. 88.

II. PETIOLIS BIFLORIS.

Tres ſequentes ſpecies ſollicite diſtinguere oportet.

931. GERANIUM caule erecto, foliis rugoſis, hirſutis, multilobis, lobis trifidis, lobulis ſemipinnatis, floribus umbellatis.

Geranium IIII. MATTHIOL. p. 857.
Geranium III. *βατραχιοιδὲς majus* CLUS. p. C.
Geranium batrachioides cæruleum Hort. Aichſtett. vern. ord. I. t. 8.
Geranium pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis, multipartitis, pinnato laciniatis, rugoſis, acutis, petalis integris LINN. *II.* p. 954.

In Helvetia non vulgare. *Au Crêt de la Ferriére, aux Etoblins.* Badæ, & circa *S. Urban* Cl. GAGNEBIN. C. B. circa *Crenzach.* BEN. STÆHLINUS in cœmeterio *D. Petri*, & in pratis circa urbem patriam. I. B. in montibus circa Genevam. In Germania, & Jenæ imprimis frequens reperi, in Helvetia nunquam.

Caulis erectus, cubitalis, brachiatus, nodoſus. Folia conjugata, perampla, circumſcriptione rotunda, profunde quinquefida, ſeu ſeptifida, lobis ramoſis, tenuius, quam in ſequentibus, diviſis, trilobatis, lobulis & ipſis acute ſemipinnatis, ſubhirſuta cæterum, nervis eminentibus ſubtus percurſa, & reticulata. Stipulæ in petioli origine magnæ, quaternæ, lanceolatæ. Flos cæruleus, venis rubentibus, petalis integris, etiam albus, aut ſtriatus. Capſulæ lividæ. Calycis folia ovata, ſubhirſuta, ariſtata.

Vulneraria vi putatur eminere. Vim in Geraniis batrachioideis eſſe terebinthinatam *i*) FLOYER.

932. GERANIUM caule erecto, foliis rugoſis, ſeptilobis, lobis acute ſerratis, petalis emarginatis.

Geranium II. Batrachioides alterum CLUS. *pannon.* p. 417. 418.
Icon OEDERI *t.* 124.
Geranium pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis, quinquelobis, inciſo ſerratis, caule erecto, petalis emarginatis LINN. *II.* p. 954.

β. Flore albo GAGNEBIN.
γ. Flore albo lineis purpureis vario IDEM *au Crêt de la Ferriére.*

Ad rivorum ripas & ſepes paſſim, & in pratis. Bernæ juxta ſemitam inter balneum exterius & fabricas *im Sulgenbach. Rupe dans le Prépoury; aux Moſſes.* In Argovia frequens, in vallibus Epiſcopatus Baſileenſis, circa *Bellelai*, in valle *Urſaria*, *Lepontina*, circa *Mendriſium* &c.

Multa habet prioris, folia equidem pariter rugoſa, & ſubhirſuta, cæterum latiora, minus profunde ſecta, ſemiquinquelobata, lobis acute ſerratis, ſemitrilobatis, neque adeo profunde ſectis, latitudine loborum ſemunciali. Vidi tamen in Valeſia pene æque profunde inciſa. Stipulæ perexiguæ, binæ.

Si cum ſequente compares, folia acutiora ſunt, & cujusque lobi acutius, alternis dentibus, pene ad mediam a nervo diſtantiam, diviſi; caulis minus diffuſus; petioli confertiores & denſior umbella. Calycis folia hirſuta, ariſtata. Petala patula, leniter emarginata, ex cæruleo purpurea, cum venis ſaturatioribus. Ungues ſtaminum lati, pene coaleſcentes. Capſulæ ſubhirſutæ. Stipulæ quatuor minores. Flos immaturus pendet, maturus erigitur *k*).

Hoc Geranio Islandi violaceo colore *l*) tingunt.

933. GERANIUM caule diffuſo, foliis rugoſis, ſemiquinquelobis, lobulis trifidis, floribus ſparſis, petalis integerrimis.

Geranium ſanguinarium, majus Hort. Aichſtett. vern. ord. I. t. 9. *f.* 2.
Geranium batrachioides paluſtre, flore ſanguineo DILLEN. *hort. Elth.* p. 160. *t.* 174.
Icon MERIANÆ *L. XXVI.*
Geranium pedunculis bifloris. longiſſimis, declinatis, foliis quinquelobis, inciſis, petalis integris LINN. *II.* p. 954.

Paſſim in ſepibus etiam, & locis humidis. Circa *Grand Clos* prope *Roche*, & *au mont d'Arvel.* Inter *Williſau & Lucernam*; circa *Altdorf*, inter *Weſen & Lachen*, circa *Tuſis*, &c.

Habitus magis diffuſus, etiam proſtratus, geniculatus. Folia obtuſiora, ſimpliciora, minus

i) *Pharmacobaſ.* p. 132.
k) Etiam in aliis Geraniis WAHLBOM. *ſponſal.* p. 38.
l) *Allerneueſte Zuſtand von Island I.* p. 345.

minus profunde secta, & lobis minus acutis, & eorum dentibus. Flores pauciores, petioli longiores, vagi & obliqui; setæ lanceolatæ quatuor, ut in priori, ad ramorum florigerorum divisiones positæ. Flores magis sparsi. Petala majora, plana, purpurea, non emarginata *m*). Calyx lineatus, glaber, sic capsulæ: stamina quinque exteriora latis unguibus.

934. GERANIUM foliis rugosis, hirsutis, semiseptilobis, lobis dentatis, petalis serratis, anuminatis.

Geranium I. CLUS. *pannon.* p. 415. 416.

Geranium fuscum Hort. Aichstett. vern. ord. I. t. 10. *f.* 2.

Geranium pedunculis bifloris, foliisque alternis, calycibus subaristatis, caule erecto, petalis undulatis LINN. *II.* p. 953.

Varietates plani & reflexi flori ab ætate pendent.

In Helvetia non rarum, Bernæ *in der Enge*, in pratis suburbanis, & ad vias *des Altenberges.* In prato ad sinistra adjecto villæ *Wabern* proxime lapicidinam. In pratis montanis *des Dessenberges.* Circa *la Ferriere*, *à Clermont*, *à Boudevilliers*, *aux Convers* in pomariis. *A' la Brevine*, in monte *Thuiri*, &c.

Pulchræ plantæ *n*) radix magna, tuberosa, rubra. Caulis erectus, cubitalis, etiam tripedalis, nodosus. Folia longe petiolata, juniora tota sericea, mollia, ambitu peramplo, nervosa, semiquinquelobata, lobis lateralibus bilobatis, lobulis inæqualiter dentatis, inferiora conjugata, suprema solitaria, ut petiolus floriger folio oppositus sit, cum duabus stipulis flaccidis, flavis, ovato lanceolatis. In petiolo duæ stipulæ similes, sed minores. Calyx mollis, ovatus, arista perbrevi, paucis, sed longis, pilis incanis hirsutus. Petioli florigeri, in maturescente planta conferti. Petala pene pentagona, acuminata, per oram undulata, ungue albo, radiis quinque acutis picto, quasi stellam faciente, cæterum saturate sanguineo. Circa originem staminum pili. Ruptis petalis succus sanguineus effluit. Quinque glandulæ *o*). . . .

*935. GERANIUM foliis semiseptilobis, rugosis, dentatis, petalis planissimis, circumserratis, indivisis *Emend. III.* n. 190. *V.* n. 27. †

Passim in ditione Aquilejensi, in monte *Luan*, in lapidosis, qua a *Veige* versus *Drapel* descenditur; circa molendinum *le Grand Champ.* Circa *Valorsine*, in valle *Kienthal.*

Satis vicinæ plantæ, tamen differunt. Caulis similis, & folia inferiora conjugata, superiora solitaria: angustiora, quam Phaeo 934. profunde semiseptifida, lobis trilobatis, serratis. Stipulæ hirsutæ, virides, utriusque generis, caulinæ magnæ, petiolares exiguæ. Petioli longe pilosi. Flos multo major, planus, petala quidem stella minima notata, acuminata, lata, perfecte plana, per oras elegantius plicata & serrata, dilute cærulea (gris de lin), centro livido. Radix crassa, lignosa, rufa.

*936. GERANIUM foliis septilobatis, rugosis, acute dentatis, petalis venosis, emarginatis *Emend. VI.* n. 43.

Geranium incanum, versicolor, seu striatum PARKINSON. *parad.* p. 229. *Hist. Oxon. II.* p. 516. *S. V. t.* 10. *f.* 24.

Geranium pedunculis bifloris, altero breviore, foliis quinquelobis, lobis medio dilatatis, petalis bilobis, venoso reticulatis LINN. *Cent. I. n.* 60. p. 282. *Spec. I.* p. 953.

Pulchra planta provenit in monte *Montemort* Valesiæ superioris, qui pertinet ad vallem *S.Nicolai.*

Radix perennis, lignosa. Folia rugosa, subhirsuta, sicca; radicalia profunde quinquelobata, lobis lateralibus denuo pene ad petiolum bilobatis, omnia latescentia, acute & inæqualiter incisa, quinque & septem aristatis dentibus notata, vix duabus lineis latiora. Caulina folia conjugata, paulo latiora, minus, quam in iconibus. Caulis erectus, ramosus, pedalis. Petioli biflori possunt, ut & in prioribus fere Geraniis, pro unifloris imponere; dum enim alter flos maturescit, alter calyce clausus exiguus, in ala stipularum suarum cernuus præstolatur. Eæ stipulæ fuscæ, breves, lanceolatæ, quaternæ sunt. Est ubi simul uterque flos viget, est ubi alter nunquam maturatur. Petioli purpurei, hirsuti. Sic calyx, cujus foliola ovato lanceolata, arista brevi, de nervo exeunte, & albis longisque pilis notantur. Flos Acetosellæ primæ, amat connivere, tener, idem caducus, petalis albis, emarginatis, lineis quinque, venisque purpureis pictis. In horto folia latiora fiunt, qualia fere in iconibus depinguntur, & semitriloba.

937. GERA-

m) Vidit tamen Cl. KRASCHENINNIKOF. p. 109.

n) *Emend. VI.* n. 21.

o) SCHEIN. p. 41.

937. GERANIUM caule erecto, foliis quinquelobis, lobis trifidis, acutis.
Geranium III. FUCHS. p. 207.
Geranium majus, foliis imis, longis, adusque pediculum divisis Hist. Oxon. II. p. 511. *S. V. t.* 3. *f.* 3. VAILLANT. *t.* 15. *f.* 2.
Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquepartito trifidis, petalis emarginatis, longitudine calycis, arillis villosis LINN. *II.* p. 956.
In agris abunde.
Caules ramosi, foliosi, erecti, etiam decumbentes, pedales, nodosi. Folia firma, conjugata, ex longis petiolis, in quinque lobos profunde incisa, vix linea latiores: eorum quisque acute & simpliciter trifidus, laterales quadrifidi. Petioli breves. Stipulæ exiguæ. Petala pulchre purpurea, leniter emarginata. Calyx longe aristatus, hirsutus. Capsulæ hirsutæ, ut in omnibus Geraniis revolutæ, semen suum ejaculantur.

938. GERANIUM caule procumbente, foliis quinquepartitis, lobis trilobis, lobulis trifidis.
Geranium columbinum dissectis foliis, pediculis florum longissimis RAI. VAILLANT. *t.* 15. *f.* 4.
Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquepartitis, multifidis, angulatis, laciniis acutis, capsulis glabris, calycibus aristatis BURMAN. *n.* 226. LINN. *n.* 22.
In agris & ad sepes autumno. *A' Beauregard* GAGNEBIN.
Caules prostrati, humiles, ramosi, pedales & ultra, nodosi. Folia firma, subhirsuta, conjugata, circumscriptione reniformi, sed profundissime quinquefida, lobis exterioribus bilobis, ut fere septem lobi sint, mediis trifidis, lobulis eorum lateralibus bidentatis, medio tridentato. Petioli in planta dodrantali tamen triunciales. Stipulæ minimæ, quaternæ. Calycis permagni, pene glabri, arista longa. Flos major, quam in 939. & 937. ex roseo cæruleus, petalis emarginatis. Capsulæ glabræ.

939. GERANIUM foliis mollissimis, hirsutis, reniformibus, semiquinquefidis, lobis semitripartitis, obtusis.
Insuperabiles tenebræ synonyma harum trium plantarum velant.
Pes columbinus DODON. p. 60.
Geranium columbinum, villosum, petalis bifidis VAILLANT. p. 79. *t.* 15. *f.* 3. ob florem.
Geranium pedunculis bifloris, foliisque floralibus alternis, caule ramoso erectiusculo, calycibus muticis, arillis levibus LINN. *II.* p, 955. BURMAN. p. 21.
Ad vias vulgare.
Caulis ramosus, patulus, nodosus. Folia hirsuta & mollia, conjugata, omnia sui similia, latiuscula, circumscriptione reniformi, semiquinqueloba, lobis latis, extremis semibifidis, omnibus obtuse neque profunde semitripartitis, basi, ad quam lobi conveniunt, pene recta. Petioli in sede stipularum infracti. Hæ quaternæ, spadiceæ, lanceolatæ. Calyx ciliatus, brevissime aristatus. Petala rosei coloris, & per ætatem violacei, tribus saturatis venis picta, lineata, cordiformia. Capsulæ glabræ. Adgnoscitur flore majusculo, cordato, foliis mollissimis, accurate rotundis, obtuse divisis.

940. GERANIUM foliis hirsutis, semiseptilobis, lobis semitrilobis, obtusis.
Geranium Robertianum, pes columbinus TABERNÆM. p. 56.
Geranium columbinum, humile, flore cæruleo minori RAI *Syn. III. n.* 8. *t.* 16. *f.* 1.
Geranium columbinum majus, flore minore, cæruleo VAILLANT. *t.* 15. *f.* 1. ob florem, nam folia potius sunt Geranii 939.
An *Geranium pedunculis bifloris, petalis bifidis, caule diffuso, foliis reniformibus, palmatis, linearibus, acutis* BURMAN. LINN. *II.* p. 957. BURMAN *n.* 27?
Nihil vulgatius ad vias, ut putem hoc ipsum apud auctores malvaceum esse Geranium.
Caulis ramosus, frondosus, nodosus, cubitalis, molliter hirsutulus. Folia conjugata, molliter hirsuta, circumscriptione semireniformi, semiseptifida: lobis angustioribus simpliciter & obtuse semibifidis, semitrifidis. Petioli numerosissimi, floresque infracti. Stipulæ quatuor spadiceæ, lanceolatæ. Calyx mucronatus, non aristatus, hirsutus. Petala exigua, subcærulea, apice profunde emarginato. Stamina nonnunquam quinque *p*). Exempla dantur minima, quæ pro Anglica planta habeas. Distinguitur foliis magis divisis, quam 939. in lobos angustiores sectis, flore minori subcæruleo.

941. GERANIUM viscidum, caule decumbente, foliis semiquinquelobis, lobis tridentatis & quinquedentatis.

Vix

p) FABRIC. *butisb.* p. 61.

Vix possis synonyma distinguere. Ex visciditate & colore incarnato putes esse *Geranium pediculis bifloris, petalis integris, obtusissimis, longitudine calycis. caule prostrato, foliis reniformibus, incisis* BURMAN. *n.* 20. LINN. *I.* p. 53.

Circa *Montru* in arenosis; à *S. Triphon:* in scopulis supra Biennam. Etiam in hortis sponte provenit.

Caules prostrati, ramosi, debiles, cum foliis odorati & viscidi, succulosi. Folia conjugata, superiora alterna, semiquinquefida, lobis trifidis, rotunde lanceolatis, lateralibus bilobis. Suprema semitriloba. Frequenter petiolus non in aliquem folii hilum se inmittit, & potius in angulum divergentium ex petiolo linearum se adaptat. Petioli in summo caule paniculati, & caulis longe nudus; stipulæ minimæ, ex qua nota adgnoscas. Calyx hirsutus, aristatus. Flos læte purpureus, non cæruleus, petalis paulum emarginatis, venosis. Folia huic multo minus divisa sunt, quam priori; color alius, & viscidítas singularis.

942. GERANIUM foliis subrotundis, semiquinquelobis, lobis obtusis, calycibus transversim rugosis.

Geranium pentagonatideum Monspeliens. RICHER.
Geranium saxatile ὑγροσκοπελον THAL. p. 44. *ic.* 5.
Geranium alterum, montanum, saxatile, rotundifolium COLUMN. *Ecphræs. I.* p. 138. *ic.* 137.
Icon OEDERI *t.* 218.
Geranium pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis, angulatis, elevato rugosis, foliis quinquelobis rotundatis LINN. *Gotlandsk. resa* p. 228. *Spec. II.* p. 955.

In Helvetia rarissimum. I. B. extra portam *de la Rive* versus lacum, ubi a Gen. de SAUSSURE reperiri non potuit. Lugduni abunde.

Rupestris planta. Radices ex nigro purpureæ. Sic caules, pedales, ramosi. Folia rariter pilosa, nitida, inferiora conjugata, superiora alterna, concinna, levia, circumscriptione reniformi, quinqueloba, sexloba, lobis latis, breviter tridentatis, quinquedentatis. Petioli breves, erecti & refracti, paniculati, stipulis omnium minimis. Calyces ovati, conici, transversim rugosi. Petala rosea, emarginata. Stamina ad spinularum modum maturescentem fructum circumstant.
Tota planta amat rubescere.

943. GERANIUM foliis duplicato pinnatis, pinnis ultimis confluentibus, calycibus striatis, hirsutis.

Geranium Robertianum DODON. p. 62. ROBERT. *ic.* 93. BLAKWELL. *t.* 480.
Geranium pedunculis bifloris, calycibus pilosis, decem angulatis LINN. *II.* p. 955. BURMAN. *n.* 18.

II. Flore albo RAI. BLAKSTONE.

Frequentissimum in sepibus, sylvis subhumidis, ad muros. Albo flore reperi, qua adscenditur in montem *Bolligerberg.*

Caulis brachiatus, ramosus, pedalis & ultra, nodosus, ramis ex uno puncto fere quinis, sæpissime ruber, qui etiam color in folia transire amat. Folia conjugata, umbelliferarum more pinnata, circumscriptione pentagonia, lobis primis semibilobis, ultimis longe confluentibus, dentibus inæqualiter lanceolatis. Stipulæ perexiguæ. Calyx hispidus, aristatus, decem lineis eminentibus percursus, ex ovato conicus. Petala ex ungue dilatata, subrotunda, rosea, venis albis. Stamina ut in priori. Tota planta amat rubescere.

Fætet fere ad Lamii modum, inque hoc Geranio acida natura austera dominatur *q*).

Externo usu pro vulnerario medicamento habetur, cujus cataplasma œdemata discutiat, ad erysipelas prosit, tum ad fissuras linguæ, orisque ardores, & papillarum demum rhagades *r*). Pulverem & decoctum cum hac planta aquam *Carolus s*) LEIGH ad scorbutum laudat: ego vidi ad febres intermittentes adhiberi, nullo equidem cum successu.

III. PETIOLIS MULTIFLORIS.

944. GERANIUM petiolis multifloris, caule procumbente, foliis duplicato pinnatis, pinnulis acute incisis.

Vulgaris & variabilis planta.

α. Major, ramosa, sæpe longe repens, etiam cubitalis.
Geranium supinum DODON. p. 63.

Geranium

q) GEOFROI III. p. 522. *r*) WELSCH. *miotomimemat.* p. 34. *s*) p. 96.

Geranium III. CAMERAR. *Epit.* p. 601.
Geranium Robertianum RIVIN. *pentap. irregul. t.* 112. bona icon.
& *Geranium fœtens t.* 113.

β. Varietas minor, parum ramosa, foliis in circulum sparsis.
Geranium minus, *Geranium arvense* TABERNÆM. p. 57.
Geranium moschatum, *inodorum*, *Pannonicum Hort. Aichstett. vern. ord. I. t.* 8. *f.* 1.
Geranium Pimpinellæ folio DILLEN. *nov. spec.* p. 69.

II. *Album* TABERNÆM. l. c.
Geranium pedunculis multifloris, *floribus pentandris*, *foliis pinnatis*, *incisis*, *obtusis* LINN. *II.* p. 951.

III. Hujus varietas duabus viridibus maculis, in principio cujusque petali superioris.
Prima α. in sepibus & arenosis, agrisque.
β. In gramineis tonsis, cespitosis. Ejus varietas
IV. Passim in areis hortorum a me lecta.

Folia pinnata; longa pinnarum serie, omnium fere ejusdem latitudinis. In varietate α. pinnæ laxiores sunt, & a se invicem remotæ, iterum pinnatæ, pinnulis conjugatis, acute & varie incisis. In β. pinnæ æquales, regulares, pinnulæ latiores & rotundiores. Petioli alares multiflori. Stipulæ albæ, exiguæ, sub petioli florigeri divisione numerosæ. Calyx subhirsutus, in Italia Helvetica cum foliis totus pene hirsutie albus. Petala paulum inæqualia, & duo superiora, breviora, a tribus inferioribus & longioribus intervallo distantia. Color roseus. Stamina & quinque reperi, & duorum ordinum decem, ortu lato. Caudæ capsularum perangustæ, spirales. Odor nullus, aut lamiaceus.

Pro varietate α. radice in petrosis crassiori habet Cl. GOUAN *t*) *Geranium petræum*, *Cicutæ folio*, *radice crassa fætidum* MAGNOL. *bot.* p. 108. 109. ut ex speciminibus communicatis video.

945. GERANIUM petiolis multifloris, caule diffuso, foliis ovatis, pinnatifidis.
Myrrhida Plinii, *Rostrum Ciconiæ f. acus moschata officinarum & pastoris* LOBEL. *ic.* p. 658.
Geranium Cicutæ folio, *moschatum* I. R. H. BLAKWELL. *t.* 150.
Geranium moschatum RIVIN. *pentapet. irreg. t.* 110.
Geranium pedunculis multifloris, *floribus pentandris*, *foliis pinnatis*, *incisis*, *cotyledonibus pinnatifidis* LINN. *II.* p. 951.

STÆHELINUS *Augustæ* legit *v*). I. B. Genevæ *en Plein Palais*; & versus *Muttenz*; Circa Biennam ad civitatis portas. Suspicor ex hortis esse elapsum.

Multum disputatum est, num vera species sit, num varietas, ut olim I. B. *x*), deinde nuper in prioribus operibus LINNÆUS, & Cl. GLEDITSCH *y*); separant alii, & Cl. BURMAN *z*), inque ultimis LINNÆUS.

Exoticam puto esse, quæ valido moschi sit odore. Cæterum ramosior & altior est, foliis simpliciter pinnatis, ovatis, per oram sæpe tantum acute serratis, tamen etiam semipinnatis, semper quam in priore latioribus *a*). Stipulæ siccæ, albæ, exiguæ. Rostra crassiora, etiam spiralia. Petala omnia purpurea; duo superiora etiam latiora, breviora, non maculata. Stamina decem reperi, oportet & quina dari, ex LINNÆO.

946. GERANIUM petiolis multifloris, foliis pinnatis, pinnis latescentibus, dentatis, alterne maximis.
Geranium Cicutæ folio, *acu longissima* C. B. *prodr.* p. 138.
Geranium alterum, *Coriandri folio* COLUMN. p. 135. 136.
Geranium pedunculis multifloris, *floribus pentandris*, *foliis pinnatis*, *pinnatifidis*, *obtusis* LINN. *II.* p. 953. *Cent. I.* p. 282.

Desiderata planta, quam nunquam reperire potui. A C. BAUHINO dicitur in Valesia nasci.

Planta COLUMNÆ multo prioribus durior est, & fruticosior. Radix tamen exigua. Caulis dodrantalis, decumbens, firmus, lanuginosus & viscosus. Folia pinnata, pinnis majoribus, & versus extremum folium latescentibus, varie & profunde dentatis: eæ basi sua cum nervo confluunt, & intercedunt pinnulæ minimæ. Petioli alares, multiflori. Stipulæ multæ, ovato lanceolatæ, aristatæ, reflexæ. Calyx aristatus. Floris petala ovata; duo suprema magis divaricata, linea divisa, subpurpurea. Acus quinque unciarum *b*) non vidi, quales C. BAUHINUS facit. Cauda capsulæ in spiram contorquetur, ut in Africanis Geraniis solet. Planta odorata est.

t) *Flor.* p. 273.
v) *Basler merkwürd. XX.*
x) T. III. p. 479.
y) *Meth.* p. 35.
z) *Geran.* n. 29. addit Cotyledones esse pinnatifidas, & nullam maculam in petalis superioribus.
a) BURMAN.
b) Trientales COLUMNA habet.

TRIBULUS TOURNEFORTII t. 141.

LINN. n. 532.

Calyx quinque foliolis c) triangularibus. Petala quinque tridentata d), brevi ungue. Stamina decem. Fructus quinque colliculis distinctus, aculeis modicis, & loco tubarum rotundo e) tuberculo. Quilibet articulus est cuneus sphæricus, quatuor majoribus aculeis munitus, hinc planus, inde convexus, duobus aculeis propioribus, duobus distantibus f), inter quos minores asperitates eminent. In quoque articulo aliquot loculi g) monospermi h).

*947. TRIBULUS paribus foliorum sex æqualibus, fructu quadricorni, add. LINN. I. p. 554.
Tribulus terrestris DODON. *Cereal.* p. 223. I. B. II. p. 352. MATTHIOL.
Tribulus terrestris minor incanus, hispanicus BARRELIER. *ic.* 558.
In valle Prætoria, sub *Bernhardo* monte abunde.
Caulis pedalis & ultra, diffusus. Folia tomentosa, pinnata, absque folio impare, parium fere sex. Flores fasciculatim ex alis foliorum, in brevibus petiolis unifloris, colore luteolo.
In cibum venire Venetiis AMATUS i), vix dicas vero, quid in Tribulo possit edule esse: & forte de aquatico sermo fuerit.

TAMARISCUS TOURNEFORT. t. 661.

TAMARIX k) LINN. 375.

Calyx expansus, campaniformis, profunde quinquefidus, obtusus. Petala quinque lanceolata, patula. Stamina in duobus ordinibus decem. Fructus ex triquetro conicus, unilocularis, trivalvis. Semina papposa. Tuba trifida, plumosa.

948. TAMARISCUS spicis foliosis.
Myrica Pannonica CLUS. *pannon.* p. 26. 27. 28.
Myrica CAMERAR. *Epit.* p. 74.
Tamarix MILLER. *t.* 262.
Tamariscus BLAKWELL. *t.* 331.
Icon OEDERI *t.* 234.
In alveis glareosis fluviorum Helvetiæ; ad Arolam cis *Seelhofen* & usque ad *Thun*, in deserto alveo *Canderæ*, in Rhodani, & Rheni insulis, prope Scaphusiam, & in Rhætia l), prope Tigurum, &c
Frutex decempedalis, virgis longis, rectissimis, in apice florentibus. Rami undique vestiuntur foliis confertis, glaucis, linearibus, ad coniferæ arboris similitudinem. Flores in petiolis unifloris brevibus, petala dilute rosea. Fructus, quam pro floris portione, major.
Corticis decoctum, infusum, etiam spirituosum extractum, habetur pro remedio adstringente, tonico, diuretico, cujus longo usu magni lienes minuantur. Olim se in splenis apostematibus & lepra felici eventu adhibuisse SERAPIO m). Refrigerare RHAZE n). Cimbri loco lupuli cerevisiæ addunt. Sal cinerum Tamarisci Glauberiani naturam habet. Iidem cineres etiam pro filtro adhibentur, per quod muria nitri transcoletur, quæ eo artificio limpida redditur o).

II. SUCCULENTÆ LINN. n. XIII.

SEDUM TOURNEFORTII t. 140.

SEMPERVIVUM HEUCHERI *ind. hort.* p. 823. LINN. n. 612.

& SEDUM LINN. n. 579.

& RHODIOLA EJUSD.

Calycis p) segmenta quinque, ad octodecim, & petala totidem q) lanceolata. Stamina bis tot,

c) C. TOURNEF.
d) Ovata TOURNEF. Obtusa LINN.
e) TOURNEF. C.
f) Rectos quatuor TOURNEF. F.
g) TOURNEF. G.
h) ibid. H.
i) DIOSC. p. 382.
k) Folia carnosa Tamarisci PLIN. L. XVI. c. 24. Fructus conpage muscosus DIOSCOR. L. I. c. 99.
l) TURNER. II. p. 59.
m) *Simpl.* c. 31. de Tamarisco Tarfa.
n) *Mansor. III.* c. 36.
o) *Mémoir. de l'Acad.* ann. 1757.
p) TOURNEF. F. q) Quatuordecim C. quinque A.

bis tot, quot petala r). Siliculæ breves, acuminatæ, recurvæ s), ſemine plenæ ſcobiformi, tot, quot calycis ſegmenta: totidem etiam ſquamæ ſteriles acuminatæ, circa germina ſubjectæ.

Non poteſt Sempervivum a Sedo ſeparari. Nam neque ſimplicem ſtaminum numerum habet, neque deſtituitur nectariis Linnæanis t), neque licet ob numerum ſolum genera divellere. Glandulæ ſquamæve, quibus multa Seda careant v), non poſſunt in characterem recipi, neque a Sempervivo abſunt.

I. SEDA POLYPETALA.

SEMPERVIVA Linn.

949. SEDUM roſulis glabris, ciliatis, petalis conglutinatis, lanceolatis, hirſutis, quatuordenis Blakwell. t. 366.

Sedum majus vulgare I. B. III. p. 687. Scheuchzer. *It. II.* p. 150.

Sempervivum x) majus Camerar. *Epit.* p. 854.

Sempervivum foliis ciliatis, propaginibus patulis, patentibus Linn. *I.* p. 664.

In alpibus legi, in *Gotthardo*, in monte *Steinenberg*, ubi rupium glacialium ingens ruina late regionem texit, in qua 24. ante horis id ipſum Sedum legeram; tum in rupibus vallis Urſariæ, monte *Salanfe*, montibus vallis *Kienthal*, & *Lepontiæ & Tellinæ*, provenit; abunde circa *Branſon* Valeſiæ; etiam inter *Siders & S. Leonhard*; ſupra Biennam. *A' Fontanai* ſupra Aquilejam, ſemper in rupibus. Quod enim in tectis provenit, non debet pro ſpontaneo haberi.

Roſulas ad terram facit y), foliorum prima in ætate conniventium, inde ſe expandentium, ſemirepandorum, ovato lanceolatorum, craſſorum, hinc convexorum, inde concavorum, per oras ciliatorum, cætera glabrorum, ſæpe rubrorum. Ex media roſula caulis erectus, cubitalis, hirtus, ſquamis hirſutis adſperſus, ſuperne ramoſus, ramis incurvis, ſpica ramoſa & folioſa. Flores in unum latus verſi, petiolis adnati breviſſimis. Calyx ad dimidia duodecimfidus, aut ultra eum numerum ad quatuordecim uſque & ſedecim; ſegmentis lanceolatis, hirſutis, ciliatis, in apice purpureis. Petala totidem longa, anguſta, argute dentata, ſubpurpurea, extus ſubviridia, hirſuta, baſi tamen glabra, nitente, linea diſtincta, in origine ſua cohærentia, ut ſi unum trahas, plura ſequantur. Stamina, ut coram video, viginti quatuor, aut octo, & triginta duo, exiguis filamentis ex ungue petalorum nata. Elaſtra parum exſtantia, in circulum flexa. Siliquæ duodecim ad ſedecim in circulum diſpoſitæ, mucronibus extrorſum verſis. Vidi ſtamina partim bona fuiſſe, partim albis adſperſa globulis, alia denique in capſulas abiiſſe ariſtatas, extus gibbas, intus cavas, albis plenas globulis. Cæterum roſulæ alias & alias generant, magnosque ceſpites faciunt.

Ejus minorem varietatem in monte *Steinberg*, circa *Sichellauwenen* & alias reperi, & J. Gesner in *Abbatiscellanis*.

Sedum latifolium majus, floribus magnis albicantibus I. B. III. *n.* 689.

Huic roſulæ valde confertæ, & globuli conferti, ſiccantur & decidunt. Non tamen ſatis diverſa videtur z).

Planta tota ſucco aqueo nitroſo turgit, ſubacri, qui nubeculas oculorum inſtillatus diſſipet, non absque a) dolore, & clavum palpebræ ſuſtulerit b). Idem cum alcohole, & cum ſpiritu ſalis ammoniaci, in gelatinam niveam abit c), cosmeticam, ſuilli adipis non diſſimilem. Sed etiam cum ſale fixo in offam ſtat durabilem, & ex ea ſalis medii cryſtalli concreſcunt d). Cum ſale volatili offa tenera, & ſemivolatilis, conſiſtit e). In hoc Sedo ſubacida f) natura eſt. Quare, quando refrigerare oportet, gargariſmi ſpecie, in angina g), cum melle tritum, cataplasmatis vero forma in ulceribus calidis h), in ambuſtis i), ad linguæ rhagades, ad hæmorrhoides cæcas k), ad ſcorbuticas gangrænas

r) Jam Columna *ic.* Clusius *Pannon.* p 483 Tournef C. & Ill. Schmiedel. ad t. 17. Coram video in majori vulgari, inque tomentoſo.

s) Tournef. I. K.

t) Etiam Schmiedel.

v) Scepin. p. 36.

x) Sempervivum diu humidum & viride durat, folio carnoſo, levi, oblongo: in tegulis ubi arena confluxit Theophrast. L. VII. c. 13.
Aizoon minus in tegulis folioſum, foliis anguſtis, mucronatis, ſuccoſis, caule palmari Plin. L. XXV. n. 102.

y) Pingit Tournefort.

z) *Emend. IV.* n. 102.

a) *Bresl. Saml.* ann. 1722. m. Januar.

b) *Act. hafn. IV.* p. 89.

c) *Satyr. Sileſ. III.* p. 22. Cartheuser. *princip. ſpecif. plant.* p. 43. & *mater. med.* p. 264. Gleditsch. *mat. med.* p. 445.

d) Gleditsch. l. c.

e) ibid.

f) Cartheuser. l. c.

g) Boyle.

h) Rhaze *Manſor. III.* c. 35.

i) Ligon. *Barbad.* p. 162. in oleo olivarum coctum, adjecto ſpiritu vini.

k) Scopoli p. 490. bono eventu.

nas ſuccus laudatur. Cum tamen valide refrigeret, non debet adhiberi, quoties repercuſſionem metuimus. Poſt eryſipelas certe admotum *l)* Sempervivum non utile fuit, & inflammatum brachium in gangrænam *m)* vertit. Ad aphthas infantiles ſuccus cum alumine coctus, & penicillo illitus commendatur *n)*. Interno uſu ſimilia facit. In diuturna gonorrhœa optimo eventu eo BRASSAVOLA *o)* uſus eſt; & ſuccus ad decem uncias datus in dyſenteria *p)* profuit. Cafri ad febres ardentes eo remedio utuntur, & in dira Hungarica febre juſſit uti JORDANUS, ut cum ſale ammoniaco & aqua frigida miſtus ſuccus pro lubitu biberetur *q)*. Syrupum ad aphthas ILL. ROSEN *r)* laudat. Alvum Sedum tritum ducere MARCELLUS *s)*. Firmare tecta, dum terram unit *t)*.

950. SEMPERVIVUM roſulis hirſutis, ciliatis, petalis ſubulato lanceolatis, duodenis.

Sedum majus, vulgari ſimile I. B. III. p. 688. *globulis decidentibus* MORISON. III. p. 472. ſect. XII. *t.* 7. *f.* 18.

Sempervivum foliis ciliatis, propaginibus globoſis LINN. p. 665.

In alpibus ſupra pagum *Ternanche* trans M. *Sylvium* abunde.

Radix conica, rugoſa. Roſæ copioſæ & multiplices, patulæ in adulta planta, centro connivente, foliorum tenuiter hirſutorum, ovato lanceolatorum, per oram ciliatorum, pilis rigidiuſculis. Propagines frequentes ex petiolis non tenuiſſimis decidunt, & ſe reparant. Caulis hirſutus & pene hirtus, paniculatus, duobus, tribus, quatuorve ramis florigeris, ad quorum quemque flores breviter petiolati, grandes, majores quam ſequentibus. Calyx hirſutus, in duodecim folia diviſus. Petala totidem, baſibus connata, & ſtamina longitudine ſui dimidia edentia, dilute cæterum flava, hirſuta, per oras ciliata, longa, & gracilia. Siliquæ glabræ, numero aliquanto minori, quam petala. Elaſtra habuit, ut recte memini, nam deſcriptio ad recentem plantam facta, caſu amiſſa eſt.

951. SEDUM roſulis ſemipatulis, hirſutis, petalis novenis, ſubhirſutis.

Sempervivum foliis ciliatis, propaginibus patulis LINN. *I.* p. 665.

Cotyledon altera II. taurica CLUS. *pannon. II.* p. 481. 482.

Sedum minus, flore rubente Hort. Aichſtett. vern. ord. 61. *t.* 8. *f.* 2.

Sedum montanum umbilicatum minus, flore ſature purpureo BARRELIER. *ic.* 374.

Sedum majus montanum, foliis non dentatis C. B. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 49. *It. II.* p. 142.

Abunde reperi in monte *Gotthardo*, in *Gemmio*: abundat etiam in monte *Speluga*, in valle *Lepontina* ad *Belitionem* uſque, ad *Ripam Oeni*, *al Ponte* & ad *Bevers*.

Roſulæ ſenſim patulæ, centro connivent; folia ovato lanceolata, craſſa, & brevia, ſpinula terminata, tota hirſuta, brevi pilo per oras ciliata, ſic caulina, lanceolata, hirſuta. Fila roſulas præferentia tenuia. Caulis ſpicas fere duas habet, florum ſeſſilium, in unum latus converſorum. Petala roſea, extus hirſuta, lanceolata, breviora & latiora quam tectorum Sedo, linea diviſa, per baſin paulum connata, octo, novem, decem. Calyces hirſutuli, totidem ſiliquæ. Stamina bis totidem. Squamulæ acutæ, conſpicuæ. Proxima ſequenti, junior tamen etiam abſque araneoſis filis reperitur.

952. SEDUM petalis novenis, connatis, roſulis araneoſis, calveſcentibus.

Sempervivum rubrum, montanum, γναφαλώδες COLUMN. *Ecphraſ. I.* p. 290. 291.

Sedum montanum, roſeum, minus, reticulatum BARRELIER. *ic.* 391. & 393. 394.

& *Sedum majus, non denticulatum, flore purpureo, montanum* EJUSDEM *ic.* 390.

II. Flore *albo* in monte *Sylvio*, minor eadem, foliis brevioribus, latioribus, ſquamis minoribus.

III. *Sempervivum foliis pilis intertextis, propaginibus globoſis* LINN. *I.* p. 655.

Formoſa planta maxima copia naſcitur ad rupes Valeſiæ, circa *Branſon*, ad exitum torrentis *le Trient*, verſus *Sideram*, in arce *Tourbillon*, & ad omnes muros vallis *Urſariæ* uſque ad *Waſen*. In alpes etiam lapidoſas ubique adſcendit, *Fouly*, *Prapioz*, *Ovanna*, *Wängenalp*, *Scheidek*, *Lauterbrunn*.

Roſulæ minores foliorum lanceolatorum. Eæ in juniori planta obnubuntur filis albis, quaſi araneoſis, in reticulum intricatis: eæ vero telæ cum maturitate plantæ evaneſcunt, & folia ciliata fiunt, & denique calva.

Caulis

l) RIEDLIN *Eph. Nat. Cur. III. ann.* 10. obſ. 275.
m) SPIGEL. *iſag. rei herb.* L. II. c. 13.
n) ROSEN *Kinderkrankh.* p. 51.
o) *Exam. ſimplic.* p. 173.
p) BOERHAAVE.
q) *De Peſtil.* p. 229.
r) *Calender.* ann. 1753.
s) p. 217. de Aizoo.
t) LINN. *skonska reſa* p. 18. 19.

Caulis humilior, bifidus, trifidus, viſcidus, dodrantalis. Flores magni, purpurei, petalis manifeſto in baſi ſua connexis, ſeptenis, novenis &c. *v*), latioribus & minus numeroſis, quam in *vulgari*. Stamina bis tot, quot *x*) diviſiones floris. Squamæ, quas LINNÆUS nectaria vocat, ad numerum petalorum. Roſulæ ſe propagant, ceſpitesque faciunt. Adulta planta utique calveſcit, & tomentum deponit *y*), & exempla vidi, quorum in eodem ceſpite aliæ roſulæ calvæ erant, aliæ araneoſæ *z*).

II. SEDA OLIGOPETALA.

SEDUM LINN.

I. FLORIBUS UMBELLATIS.

ANACAMPSEROS TOURNEFORT.

& RHODIOLA LINN. n. 1124.

ROSEA RUPPII.

953. SEDUM ſexu diſtinctum, foliis ſerratis, floribus denſiſſime umbellatis.
Radix Rhodia MATTHIOL. p. 1024. mas. CAMERAR. *Epit.* p. 769. CLUS. *pannon.* p. 484. *hiſt.* p. LXV. (mas).
Anacampſeros radice roſam ſpirante major I. R. H. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 329.
Rhodiola LINN.
Icon OEDERI *t.* 183.

In ſummis alpibus, locis rupeſtribus. In valle *Piora* ad alterum *Ticini* fontem SCHEUCHZERUS, tum in valle *Engſtlana*, ſub monte *Joch*. In *Furcula*, *Pilato* monte, M. *Roſsboden* Valeſiæ, & in alpibus *Griſeis*, qua deſcenditur verſus *Formazz*.

Radix alba, carnoſa, ſucculenta, arida roſam redolet. Caulis erectus, non ramoſus, foliis undique veſtitus cuneiformibus, ut vocat LINNÆUS, nempe lateſcentibus, ad apicem acute circumſerratis, acuminatis. Summus caulis coronatur denſiſſima umbella petiolorum ramoſorum, brevium. Aliæ plantæ ſolos mares flores gerunt, aliæ ſolas feminas. In maribus *a*) quatuor foliola calycis minora, purpurea, e ſubulatis lanceolata. Quatuor *b*) petala calyce longiora, ex viridi lutea, pulpoſa, ſine rubro, pariter ſubulato, lanceolato. Stamina octo *c*), filamentis fructu longioribus, antheris ſubrotundis, bilocularibus. Fructus imperfectus, ſemiconicus, ſine bifido: ſed etiam imperfectæ quatuor *d*) incurvæ ſiliquæ in eodem flore cum ſtaminibus repeřiuntur: ſquamulæ *e*) germinibus ſubjectæ eodem numero. Femininis floribus calyx a petalis parum diverſus, quadrifolius, cum quatuor petalis obſcuris, calyce non longioribus, purpureis utrisque. Siliquæ rufæ, a tribus, ad ſeptem *f*), cum ſuis ſquamulis, polyſpermæ. Semina ſcobiformia.

Habet communes Sedorum vires, cum principio odorato conjunctas. Ad ſcorbutum *g*) in inſula *Farö* Roſea radice utuntur, quæ frequentiſſima *h*) ibi naſcitur. Aqua ſtillatitia roſarum odore eſt *i*). Cataplasma ex radice dolores capitis ſolatur, fronti impoſitum, & ad ulcera maligna utile eſt. Grönlandi plantam in cibum recipiunt *k*).

Summa ſimilitudo non magis ſinit a Sedis removere, quam Valerianas, Lychnidesve ſexu diſtinctas a reliquis.

954. SEDUM androgynum, foliis confertis, ſerratis, floribus denſe umbellatis. †
Telephium album FUCHS. p. 800. bene.
Telephium CAMERAR. *Epit.* p. 112. b. paulo minus.
β. Foliis vix dentatis. *Telephium alterum*, *ſeu Craſſula* DODON p. 130.
Icon GESNERI *lign.* 149.
α. β. *Anacampſeros vulgo Faba craſſa* I. B. III. p. 681.

Vulgaris in Helvetia planta, circa Bernam in ſepibus *über dem Bodenaker*. *Im Brunnaderngute* verſus *Arolam*. Etiam in alpibus. Cl. GAGNEBIN *aux Combes de Valanvron & à la Chaud de fonds*. Ad muros *Nidoviæ* & circa *Neocomum*. Baſileæ in

 agris

v) COLUMN. *Hill brit. herb.* p. 53.
x) MICHELI *hort flor.* p. 172.
y) GERARD. p. 429. *z*) *Emend. I.* n. 103.
a) OEDER.
b) Etiam quinque FABRIC. *hort. II.* p. 271. cum quinque ſquamis.
c) Octo ad duodecim FABRIC.
d) OEDER. Germina abortiva abſque ſtylo FABRIC.
e) IDEM. Etiam ſex & tres ſquamulæ SCEPIN. p. 42.
f) Quatuor LINN.
g) *Phil. Tranſ.* n. 118.
h) BIRCH. III. p. 98. DEBES p. 121.
i) *Act. hafn. I.* p. 49. DEBES.
k) CRANZ. *Grönland* p. 83.

agris M. *Muteti*, verſus ſylvam *die Hard*, verſus *S. Jacob*. Non ſerratum extra portam *D. Albani* CHERLER.

Radicibus ad ramorum origines grumi olivares adnaſcuntur. Habitus radicis Rhodiæ, non ramoſus: caulis totus tectus foliis acutioribus quam ſequenti, acutius circumſerratis, adſcendentibus, inordinatis. Eſt ubi integra fuerunt, non tamen noſtris. Summa planta veram denſam umbellam gerit, non rami, qui nulli ſint. Calyx exiguus, parum carnoſus, quinquefidus, peracutus. Petala quinque purpurea, extus albentia, in baſi etiam maculata, lanceolata, Elaſtra magna, emarginata. Siliquæ quinque purpureæ; ſtamina decem, antheris rotundis, ferrugineis.

955. SEDUM foliis ovatis, dentatis, conjugatis, ramis umbellatis.

Telephium auſtriacum, *Hiſpanico ſimile* CLUS. p. LXVI.
& *Telephium I. Hiſpanicum hiſp.* p. 331.
Telephium I. DODON. p. 331.
Anacampſeros maxima I. B. III. p. 682. *ic.* BLAKWELL. *t.* 191.

Frequentiſſima in rupibus circa *Roche*, *Aquilejam*, *Biennam*; ſupra *Baume*, in valle Lepontia tota, circa *Chiavennam*, &c.

Radix bulbis conjunctis fit, ſed caulis ex ſingulis alis ramos effert, inter ramos nudus. Folia conjugata, patula, ovata, obiter dentata, ſubtus quaſi punctata, ut 954. Flores albi, leviſſime rubentes, linea media ſubviridi, in denſis per caulem & ramos umbellis; fabrica ſimili. Calyx glaber, Elaſtra emarginata, apices miniati.

Differt *l*) foliorum figura, directione, ramis, aliasque ſedes tenet.

*956. SEDUM caule procumbente, foliis ovatis, integerrimis *Emend. III.* n. 186.

Telephium minus ſempervirens LOBEL. p. 340.
Telephium VI. Cepæa Plinii CLUS. p. LXVII.
Sedum foliis cuneiformibus, *integerrimis*, *caulibus decumbentibus*, *floribus corymboſis* LINN. *I.* p. 616.

In rupibus alpium Aquilejenſium, *ſur Champ*, *Richard*. In Valeſiæ montibus, *S. Bernhard*, *Jeman*, *Fouly*, & ſupra *Bagnes*.

Radix maxima, ramoſa, multiceps. Caules decumbentes, contorti, dodrantales. Folia inordinata; inferiora quaſi petiolata, ovata; ſuperiora rotunda, congeſta, ramos roſula terminant. Inter rotunda etiam folia umbellæ floriferæ planæ, æquales, in arcum circuli flexæ reſident, & ramos terminant. Calycis foliola ovato lanceolata, cæterum viridia, oris albis; ſic petala quinque, lanceolata, cava, alba, linea virente diſtincta, purpureis & lividis maculis adſperſa, etiam ſed rarius rubella, extus glauca farina conſpicua: & quinque ſiliquæ purpureæ, decemque ſtamina.

Succus Anacampſerotis, qui Sedi, aquoſus, ſubſalſus, glutinoſus, mitis, ſubauſterus. Refrigerat, etiam ut noceat, quando vis vitæ languet, ut in hydropicorum ulceribus. Ad vulnera, ſalſos pectoris morbos, urinæ ardores, dyſenterias, hæmorrhoides, valet.

Ex Anacampſerote purpurea iu Sibiria aquam ſtillatitiam *m*) obtinent, qua vulnus cerebri ſanatum fuit, etſi alterum, profundius, funeſtum habuit exitum. Vires appenſæ radicis ſympatheticas, ad cæcas *n*) hæmorrhoides, adque hernias *o*), neminem noſtro ævo puto credere.

III. SEDA OLIGOPETALA.
UMBELLIS LAXIS.
SEDUM TOURNEFORTII.

957. SEDUM foliis ſubrotundis, caule ramoſo, floribus ſeſſilibus.

Aizoon peregrinum CAMERAR. *hort.* p. 7. *ic.* 2.
Sempervivum tertium Dioſcoridis COLUMN. *Phytobaſan.* p. 40. ſed florem facit luteum.
Sedum echinatum, *vel ſtellatum*, *flore albo* I. B. III. p. 480. RAI *topograph. obſ.* p. 93.
Sedum foliis planiuſculis, *angulatis*, *floribus lateralibus*, *ſeſſilibus*, *ſolitariis* LINN. *I.* p. 617.

RAJUS ait ad aggeres viarum muſcoſos haud longe a *Gex* provenire (Jay). Non potuit felix alioquin ſolertia Gen. de SAUSSURE eo loco detegere. In monte *Aubrig* ILL. GESNERUS.

In

l) Non differre BOEHMER. *flor.* p. 172. & LINNÆUS: mihi notæ diſcriminis ſufficere videntur.

m) GMELIN. *reiſe nach Sibir. I.* p. 348.

n) *Eph. Nat. Cur. Vol. II.* obſ. 195. *Bresl. Saml.* ann. 1720 p. 569.

o) LENTIL. *Eteodrom.* p. 230. 387.

In hortis culta habuit caulem ramosum, debilem, diffusum. Folia plana, ovata, valde lata, crassula, per oram extremam nobis obtusa: sed apud scriptores angulosa, serrata, subalba. Flores in summis ramis sessiles. Calycis segmenta aristata. Petala quinque acuta, dilute carnea, linea viridi distincta. Stamina decem, quorum quina petalorum adhærent originibus. Siliquæ quinque, in diversum rigent.

958. SEDUM caulibus paniculatis, foliis ovatis, planiusculis.
Cepæa p) MATTHIOL. p. 933. CAMERAR. *Epit.* p. 673. bene.
Sedum foliis planis, caule ramoso, floribus paniculatis LINN. *I.* p. 617.
Passim in calidiori Helvetia. I. B. extra portam *S. Gervais*, & utique circa Genevam legit Ill. DE SAUSSURE. *Mendrisii* ad sepes. *A poco d'Adda* ad *Morbinium.* Tiguri CHERLER.
Caulis ramosus & multiflorus. Folia ima Serpylli, nisi succulenta forent; superiora alterna, ex crasso petiolo reflexa, lata, ovata, paulum crassula. Flores petiolati, petiolis teneris. Calyx hirsutus, tertia parte petalorum non longior. Petala quinque, lanceolata, aristata, alba, linea purpurea divisa. Stamina decem.

959. SEDUM caule glabro, foliis teretibus, umbellis ramosis, floribus petiolatis.
Sedum minus BLAKWELL. *t.* 428.
Sedum minus I. CLUS. p. LIX & *II.* EJUSDEM p. LIX.
Sedum foliis oblongis, obtusis, teretiusculis, sessilibus, patentibus, cyma ramosa LINN. *I.* p. 617.
Icon OEDERI *t.* 66.
Nihil frequentius in muris, & ad rupes.
Caules pedales, in summitate ramosi: foliis tecti numerosis, teretibus, obtusis, ovatis, maculatis, crassis, glabris, ut tota planta. Flores in summa stirpe, ad umbellas rariores, in ramis ramosis, subjecto perexiguo foliolo, in teneris petiolis. Calycis segmenta subrotunda, maculata, levia. Petala carinata, alba, media linea sæpe rubente divisa. Stamina decem. Siliquæ quinque. Folia acervulos faciunt ad juniores caules, quales sunt rosulæ Sempervivorum.
Vires habet majoris Sedi: ejus succo usus sum in hæmorrhagiis uteri. Cataplasmatis loco hæmorrhoidibus dolentibus admovetur; ad suppurationes *q)* putridas, & ad ipsum denique cancrum *r)* adhibitum est, ut certo in eo malo ægrum restituerit. Succus idem sanguinem consistentem reddit, bonique coloris. Edule est in acetariis *s)*.
A *stellato* longissime differt.

960. SEDUM caule hirsuto, ramis simplicibus, floribus in alis sessilibus. †
Sedum arvense. flore rubente C. B. *prodr.* p. 132. I. B. III. p. 693.
An *Sempervivum minus æstivum* LOBEL. *ic.* p. 378? sed luteum facit. I. B. III. p. 693.
Sedum foliis subcylindricis, obtusis, alternis, caule erecto, cymba horizontali GERARD. p. 428.
In arvis circa Basileam, circa *Huningen* & alibi, & ipse ibi olim legi, & a CL. LA CHENAL habui.
Planta humilis vix quatuor superat uncias, caule terete, ex radice valde ramoso, aut multi, ex una radice, cauliculi rubentes, in summitate bifidi, trifidi, multifidi. Folia alterna, glabra, rubro tincta, crassiora & paulo breviora. Flores ad ramos sessiles, sæpe heteromalli. Calyx minimus, lanceolatus, subhirsutus. Petala quinque, alba, lanceolata, acuminata, carinata, dorso latiusculo, purpurea linea percursa, extus villosa. Stamina decem *t)*, rubris antheris, & quinque siliquæ: sed quinque stamina mature exarescunt.

961. SEDUM foliis conicis, obtusis, glaucis, reticulatis, caule ramoso, viscido *Emend. I.* n. 104.
Sedum minus VII. CLUS. p. LX.
Sedum parvum, folio circinato, flore albo I. B. III. p. 691.
Sedum foliis oppositis, ovatis, obtusis, carnosis, caule infirmo, floribus sparsis LINN. *I.* p. 618.
Nihil vulgatius in muris agri Aventici; circa *Roche*, *Aquilejam*, *Vivifcum*; Lausannæ, Genevæ in muris & rupibus. Sed etiam in summis alpibus reperi, non solum in muris & rupibus circa *Lauterbrunn*, & versus glaciales moles prope *Sichellauwenen*, & Cl.

p) Cepæa similis Portulacæ, folio (radice PLIN.) nigriori, radice inutili, in arenosis littoribus DIOSC. L. III. c. 150. PLIN. L. XXVI. n. 52.

q) QUESNAI *Suppurat.* p. 271.
r) ibid. & p. 275.
s) QUESNAI ibid.
t) LA CHENAL p. 6. & GERARD. p. 426.

& Cl. GAGNEBIN versus *Kandersteg*, & inter *Stein & Schwyz*; sed omnino in *Rosselina* monte.

Caules prostrati & debiles, trientales & ultra, ramosissimi, summa in parte cum calycibus viscidi. Folia in acervos collecta, quasi conjugata, pene conica, brevia, versus caulem excavata, reti venarum rubrarum adspersa, & polline qualis in prunis est. Umbella nuda, pauciflora, ex summo ramo. Flores in ramosis petiolis. Calycis folia ovata, cavula. Petala alba, mista rubore, ex ovatis lanceolata, sæpe etiam sena, sicata rubent. Stamina bis tot. Elastra subrecta, lanceolata.

Sedum minimum non acre, flore albo RAI ex icone *Synops. III.* p. 270. *t.* 10. *f.* 2. & OEDERI proximum videtur; sed oporteret recens conferre, & folia alterna habet.

962. SEDUM hirsutum & viscidum, foliis linearibus, obtusis, planiusculis.

Sedum palustre II. CLUS. *Pannon.* p. 486. 487.

Sedum palustre, flore incarnato Hort. Aichstett. æstiv. ord. 13. *t.* 5. *f.* 2.

Icon OEDERI *t.* 24 nostris altior, & latioribus petalis.

Sedum caule erecto, foliis planiusculis pedunculisque subpilosis LINN. *I.* p. 620.

Plurimum in pratis palustribus inter *Rüggisperg & Rüti*, & circa *S. Catherine* prope Lausannam. In udis petris montis *Pinzberg* prope *Burgdorf* legi, supra officinam lateritiam. GAGNEBIN prope *Einsiedlen.*

Caules recti, semipedales, hirsuti, viscidi, parum ramosi, nisi ad terram. Folia sparsa; hinc convexa; inde plana, crassula, oblonga, obtusa. In summa planta racemus floriger, sparsus, ramosus, viscidus, petiolis subhirsutis. Flores ex alis foliorum, in petiolis unifloris & bifloris. Calyx hirsutus & viscidus. Petala ex ovatis lanceolata, læte purpurea, linea divisa tinctiori, penetrante, extus hirsuta. Stamina decem, apicibus globosis purpureis. Siliquæ quinque. Multus etiam in caule, foliis, calyce, & siliquis rubor.

963. SEDUM caule folioso, erecto, umbellato, humillimo, foliis teretibus. †

Sedum saxatile, atrorubentibus floribus C. B. *Prodr.* p. 132. RAI. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 48. *t.* 6. *f.* 3. 4. *It. II.* p. 142.

& *Sedum saxatile, variegato flore* C. B. ibid.

Sedum minimum, montanum, flore purpurascente, parvo, semine stellato SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 518.

Non recedit icon 82. OEDERI, nisi, quod folia paulo acutiora sint.

Nec *Mild white Stonecrop* PETIVER. *t.* 42.

Sedum saxatile, flore variegato C. B. *Prodr.* p. 132.

Non est *Sedum annuum minimum stellatum, album* MAGNOL. *botan.* p. 238. *ic.* p. 237. cujus siliquæ longius mucronatæ forent.

Non est *Sedum foliis fusiformibus, subdepressis, infimis quaternis, cyma subquadrifida, floribus pentandris, staminibus reflexis* LINN. *I.* p. 619. neque nostro caulis hirsutus, neque carina callosa, & stamina decem.

Alpina nobis planta abundat in toto dorso alpium septentrionali, *Gemmio*, montibus Aquilejensibus omnibus & Valesiacis, supra *Bagnes*, *S. Bernhard.* Etiam in *Gotthardo*, *Speluga*, *Surenenek*, *Luan.* In *Dolaz*, *Thuiri*, montibus vallis *Kienthal*, *Wängialp*, *Breitlauwenen.*

Caules solent inversam pyramidem referre, cum in summa parte in aliquot floriferos ramos discedant; humillimi cæterum, vix biunciales, glabri, crassi, fungosi. Toti vestiuntur foliis alternis, sed confertis, teretibus, versus caulem compressis, obtusis, cis finem latioribus, quam albo Sedo brevioribus. Calycis segmenta erecta, triangularia. Petala albida, subrubella, lanceolata, rubra linea divisa. Stamina decem, quinque ex petalorum unguibus, quinque ex intervallis. Tota planta glabra est, & rubor in ea vetula undique amat in foliis & siliquis dominari.

964. SEDUM caule ramoso, prostrato, foliis teretibus, remotis, floribus longe sessilibus, *Emend. I.* n. 105. †

Sedum saxatile, teretifolium, flosculis luteis, conceptaculis seminum stellatis & viridantibus, SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 518.

Icon OEDERI *t.* 59.

Non est *Sedum rupis S. Vincentii* DILLENII.

Altiorum alpium, *Gotthardi*, in via a *Morcle* ad *Jeman*; *Fouly*; supra *Chamouny.*

Caules lignosi, semipedales, ramosi, brachiati, diffusi, procumbentes. Folia sessilia, multo quam priori rariora, alterna, pene cylindrica, extus tamen convexa, & versus caulem

caulem plana, fine obtuso, virentia, nunquam rubra, ad solem micantia. Flores secundum ramos sessiles, ex petiolis duris, unius duarumve linearum. Calycis foliola obtusa, viridia. Petala lutea, lanceolata. Stamina decem. Siliquæ quinque.

965. SEDUM foliis teretibus, ternatis, caulibus simplicibus, trifidis *Emend. I.* n. 107.
Icon GESNERI *lign.* 108.
Aizoon minimum CORD. *hist.* p. 98.
Sedum minus, vermiculare Hort. Aichstett. æst. ord. 13. *t.* 5. *f.* 4.
Sedum foliis subovatis, adnato sessilibus, gibbis, rectiusculis, sexfariam imbricatis LINN. *I.* p. 62.
Bona icon desideratur.

Vulgatissimum circa *Bex* & *Bevieux* in muris & ad vias. Sic circa patriam suam Cl. GAGNEBIN.

Longa radix breves & semipedales cauliculos educit, parum ramosos, nisi ad terram, & in summa parte fere trifidos. Folia terni ordinis, viridia, conferta, separata, teretia, ad caulem plana, sapore adstringente. Flores lutei. Stamina decem.

966. SEDUM foliis conicis, confertis, caulibus ramosis, summis trifidis *v*).
Icon GESNERI *lign.* 108.
Sedum minus VIII. causticum CLUS. p. LXI.
Sedum minimum TABERNÆMONT. p. 844. BLAKWELL. *t.* 232.
Sedum parvum, acre flore luteo I. B. III. p. 844.
Sedum foliis subovatis, adnato sessilibus, gibbis, erectiusculis, alternis, cyma trifida LINN. *I.* p. 619.

Ubique ad vias, aggeres, prata macilenta, muros.

Caulis, quam priori, humilior, in tota longitudine ab imo ad summum ramosus, in vertice trifidus, totus foliis tectus. Folia breviora, conica, viridia, glabra, hinc modice convexa, inde linea eminente distincta, ordine quintuplici, in spiram ducta, ut primum e quinti directo sit, cæterum sessilia. Totum cæterum caulem tegunt, teretemque faciunt. Flores ad trium summorum ramorum longitudinem & alarum divisiones, sessiles, lutei, lanceolati. Stamina decem.

Sapor acerrimus & exurens, inque succo, absque igne, jam signa salis volatilis *x*). Clavos laminatim erodit *y*). Exempla sunt succum, ad cancrum exulceratum femoris *z*) & mammæ *a*), & in cancro maxillaris glandulæ *b*) insigniter profuisse. Sic coctam cum aqua & lacte in cancro inguinis *c*) plantam. Ad ulcus fungosum in unguentum cum oleo lini tritum hoc Sedum commendatur *d*), sic ad ulcera pessima, MARQUETI experimento *e*). In gangræna *f*) sicca hydropica, illecebra cum aqua & melle cocta, ter quaterve de die admota, progressum mali inhibuit. Etiam tineam sanat *g*); & cum aqua & melle ad carbunculos utilissima *h*) est, ut emortua delabantur, & cicatrix supercrescat.

Interno usu vomitum, alvumque ciet, vi valida. Unciam cum duodecim cerevisiæ unciis coquunt, & quartam partem adversum hydropem *i*) propinant. Decocta cum lacte illecebra scorbutus sublatus est *k*)

967. SEDUM foliis semiteretibus, acutis, aristatis, caule supremo multifido, umbellato *l*).
α *Sedum minus V.* CLUS. p. LX.
II. *Sedum crispum* MUNTING. p. 561.
β. *Sedum minus IIII.* CLUS. p. LX.
Sedum minus luteum, ramulis reflexis I. B. *Bas.* p. 83. &c.
Sedum foliis subulatis, sparsis, basi solutis, inferioribus recurvatis LINN. *I.* p. 618. conf. *It. Gothland.* p. 178.

In montosis, in scopulis, & aridis Gubernii Aquilejensis, Valesiæ, Biennæ, Neocomi, &c.

v) Sempervivum tertium, illecebra, pusillis crassioribus foliis, densis, vis ei acris DIOSCORID. L. IV. c. 86.
x) HIÆRNE edit. II. WALLER. p. 63.
y) KRAMER. *medic. molit. II.* p. 179.
z) *Prat. de Chirurgie II.* p. 237.
a) Pene sanatum RICHARD. *medec. milit. I.* p. 392.
b) MARQUET. obs. 188.
c) IDEM obs. 182.
d) Apud TIMMERMAN. *de Belladonna.*
e) Apud BUCHOZ *Tournef. Lothar.* p. 247.
f) MARQUET. obs. 169.
g) IDEM p. 271.
h) IDEM obs. 98.
i) BLAIR. *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann.* 6. 7. obs. 22.
k) LANGE *remed. domestic.* p. 121.
l) Sempervivum parvum in petris, caulibus ab una radice multis, tenuibus, crebro foliatis, exilibus foliis *rotundis*, pinguibus, mucronatis, caule e medio emicante, palmam alto, herbidos flores & tenues gerente DIOSCORID. L. IV. c. 85.

Folia prima conferta, rofulas fui generis efficiunt, minus manifefta arifta, acumine curvulo. Caules fubrecti, pedales. Folia caulina glauca, pene teretia, inde plana, in fpinulam terminata, recta, conferta, ut totos caules tegant, caduca vero cum fint, delabi amant, caulemque nudum relinquere. Is non ramofus eft, nifi in fumma parte, ubi fex, & feptem, continuos ramos edit, fæpe circumflexos. Ad hos flores in brevibus petiolis lutei, lineati: petalis fere fenis, & totidem filiquis, & bis tot ftaminibus. Vidi ad octo fuiffe petala, & ad quinque ufque.

Natura Sedi aquea & fubauftera: edule eft, & in acetaria recipitur.

PORTULACA *m)* Tournefort. t. 118.

Linn. n. 603.

Calycis folia duo, ovato lanceolata *n)* Petala quinque, obtufe fubrotunda, medio mucrone brevi *o)*. Stamina ex ora levi imi calycis, ab octo ad quindecim, ut inter diploftemones & polyftemones ambigat *p)*. Fructus ovato *q)* conicus, transverfim diffilit *r)*, in hemisphærium feffile cavum, & conicum incurvum operculum. Tubæ quinque: femina in uno loculo multa *s)*, ad axin medium pendula.

968. PORTULACA foliis dilatatis (cuneiformibus Linn.), floribus feffilibus, confertis vid. Linn. p. 638.
Portulaca fylveftris Matthiol. *epit.* p. 258. *&c.*
Portulaca fylveftris minor, *feu fpontanea* I. B. III. p. 678.
Portulaca Blakwell. *t.* 287.

In univerfi fere Orbis glareofis, etiam in Canada *t)*, Jamaica. Ad Rhenum reperi, in agris etiam Bafileæ C. B. Ad *Olon* fecundum viam publicam. In *Valefia.*

Herba fucculenta, procumbens, ramofa. Folia fylveftri anguftiora, integra, elliptica, eundo latiora. Flores in alis congefti, feffiles. Petala ex flavis viridia. Semen cornu ammonis fimile, rotundis nodis infcriptum *v)*.

Edulis *x)* planta in acetariis, refrigerat *y)*. Succus ad fervores utilis, etiam ad eryfipelas in ultimo inteftino ex duro ftercore natum *yy)*. Ad renum calidam intemperiem: ad ftranguriam a Cratone laudatur *z)*. Syrupo recentem ftirpem præferrem *zz)*. Verrucas impofitam erodere lego.

SAXIFRAGIA Linn. n. 559.

SAXIFRAGIA Tournefort. t. 129. & GEUM ibid.

Cum Sedo habitu adeo convenit, ut pleræque fpecies pro Sedis a vetuftioribus fcriptoribus habitæ fint. Calyx *a)* quinquepartitus, flore brevior. Petala quinque *b)*, elliptica vel ovata. Stamina decem. Fructus bilocularis *c)*, fepto duabus magnis placentis aucto, feminibus exiguis plenus, tubis duabus, quæ ad fe invicem curvæ per maturitatem magis & magis divergunt *d)*. Huic fructui calyx ima fua campana in nonnullis fpeciebus adnafcitur *e)*, atque fummus fructus balfamico circulo oblinitur *f)*, ut ex fummo flore fegmenta calycis recedant, & petala oriantur atque ftamina. His nomen Saxifragiæ *g)* manfit. Aliis calyx & petala circum imum fructum prodeunt, eaque funt Tournefortii Gea.

I. FLORE CIRCA BASIN GERMINIS NATO.

GEUM Tournefort.

969. SAXIFRAGA foliis lanceolatis, ciliatis, compactis, caule unifloro.

Sedum

m) Ανδραχνη herba valde refrigerans & ftyptica Suidas p. 188. Andrachne agria, illecebra, pufilla, latioribus foliis, quam Sedum, & cacumine breviori, in petris nafcens Plin. L. XXV. n. 109. An Sedum 966.
n) Tournefort. D.C.
o) B.A.
p) Ovatum E.
q) F.G.
r) G.I.
s) Ad dodecandrias Linn.
t) Champlain. p. 77.
v) Hooke *microgr.* obf. 31.
x) Plin.
y) Ad Nicolaum p. 181. b. Inter repellentia Celsus II. c. 31 Adftringens Dioscorid. L. II. c. 117. &c.
yy) Oribas. *Synopf.* l. c. 19.
z) *Epift. V.* p 261.
zz) ibid. p. 275.
a) Geum ad A. Saxifraga ad D.
b) Geum A. B. Saxifraga A. A. B. C.
c) Saxifraga F. G.
d) Vide Gea E.
e) Saxifraga D.
f) A.B. Saxifragæ.
g) Uniloculare Linn. fed vide etiam iconem Milleri, & obfervationem Rosenii.

Sedum alpinum quartum COLUMN. *Ecphraſ. II.* p. 66. 67.
Sedum muſcoſum I. B. III. p. 695. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 142. *t.* 21. *f.* 2. *It. I.* p. 10.
Saxifraga foliis ciliatis, *inflexis*, *imbricatis*, *caule nudiuſculo*, *unifloro* LINN. *I.* p. 572.
Saxifraga Bryoides JACQUINI.

Paſſim in alpinis, in monte *Scheidek*, *Gotthardo*, *Furca*; monte *Gaſtern* In *Grandvire*, *Fouly*, *Salanſe*, *Bernhard*, *Schönbühl*, *Simplon*. In *Speluga*, *Septimo* montibus & alpibus *Surenenſium*.

Ex radice repentes roſulæ fere ſimiles, ſed multo minorum foliorum lanceolatorum, arguto acumine, ora ciliata, colore ex luteo viridi. Cauliculus ruber, ſimplex, trientalis, uniflorus, aliquot foliolis adſperſus, flore magno, petalis petiolatis, longis, ellipticis, lineatis, pallide luteolis, maculis rotundis, aureis, notatis. Siliquæ in medio flore, ut de Gei ſit genere.

970. SAXIFRAGA foliis duris, ciliatis, caule ramoſo, paucifloro.
Icon GESNERI *faſcic. I. n.* 27.
Sedum alpinum, *foliis crenatis*, *aſperis* C. B. *prodr.* p. 132.
Sedum alpinum, *hiſpidum*, *fere ſpinoſum*, *flore pallido* I. B. III. p. 695.
Sedum minimum alpinum, *villoſum*, *alterum* PARKINSON. p. 738.
Saxifraga Sedi foliis crenatis, *aſperis* I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 140. *t.* 20. *f.* 3.
Saxifraga foliis caulinis lanceolatis, *alternis*, *ſpinoſo ciliatis*, *caule inferne procumbente* LINN. p. 575.

In ſummis alpibus, *Gotthardo*, mont. *Furca*, *Grimſula*, *Scheidek*. A *Gotthardo* ad *Weſen* & ad pontem *Zollbrüke* vallis *Lepontiæ* deſcendit. In monte *Fouly*, circa *Praborgne*, in montibus *Simplon*, *S. Bernhard*, *Valorſine*, *Servant*, *Salanſe*. In monte *Septimo*, adusque ripas lacus *Silienſis*.

Roſulas ad terram habet obſcuriores, & caules juniores, quaſi gemmas, in alis foliorum ciliatorum ſeſſiles. Ex repente caule eriguntur floridi caules dodrantales, debiles; trifidi, quadrifidi. Folia oblonga, acuta, oris duriuſcula cilia emittentibus. Flores in longis, nudisque ramis unifloris, ex ſumma planta tres in univerſum, & quatuor. Calyx viridis, oris albis. Petala obſolete alba, ungue luteo: apices miniati. Valde ſimilis præcedentis.

971. SAXIFRAGA foliis ellipticis, ciliatis, caule ſimplici, folioſo, paucifloro.
α. Varietas vulgatior, flore pallido, croceis punctis maculato, minus pulchra.
Sedum alpinum I. CLUS. *Pannon.* p. 484. 485.
Sedum minus alpinum, *luteum* RAI *Catal. Angl.* p. 263.
OEDERI *t.* 72.
β. Varietas alpina, flore toto aurantio, maculis ſaturatioribus, pene purpureis, calyce & fructu purpureis.
Sedum minus, *floſculis luteis*, *vel croceis*, *ſplendidis*, *maculoſis*, *pulcherrimis* GESNER. *mont. Fract.* p. 64. & in poſthumo faſciculo I.
Sedum alpinum, *floribus luteis*, *maculoſis* C. B. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 341.
α. β. Saxifraga foliis caulinis linearibus alternis, *ciliatis*, *radicalibus aggregatis* LINN. *I.* p. 575.

Varietas lutea in montanis & ſubalpinis riguis frequens; etiam in planitiem deſcendit, & in monte *Belpberg*, ad cataractas rivulorum, & demum in inſulis Arolæ, v. gr. *Hunzikerau* reperitur.

Flore aurantio unice alpina eſt, in *Gemmio*, M. *Gotthardo*, *Ovannaz*, *ſur Champ*, *Chapuiſe*, *Javernaz*, ad arenoſa circa glaciales moles vallis *Grindelwald*, & in M. *Steineberg* &c.

Radix perennis, repens, ramoſa. Caules plurimi, ex una radice ſimplices, dodrantales, erecti. Folia ad terram reclinata, elliptica, acuta, margine rarius aut preſſius ciliato. Summus caulis in petiolis unifloris & bifloris flores gerit quatuor, ad duodecim. Petala elliptica, lanceolata. Stamina aurantiis antheris. Fructus ima parte continuus, ſurſum in duos conos continuatur, qui in tubas terminantur, ad Sedi ſimilitudinem. Circulus circa germen balſamicus.

*972. SAXIFRAGA foliis ellipticis, caule unifloro t. 11.
Hirculus qui Chamæciſti genus DORTMANN. apud CLUS. *cur. poſt.* p. 5. 6.
Sedum paluſtre, *luteum*, *bicorne*, *Nardi Celticæ foliis Hiſt. Oxon. III.* p. 477.
Saxifraga foliis caulinis, *lanceolatis*, *alternis*, *nudis*, *inermibus*, *caule erecto* LINN. *I.* p. 576.
Saxifraga anguſtifolia, *autumnalis*, *flore luteo*, *guttato* BREYNE *Cent. c.* 48. *ic.* 38. *petalis valde latis*, *& petalis acuminatis* EJUSDEM ibid. *ic.* 106.
Conf. ROSEN. *obſſ.* p. 18. cujus planta ad nos miſſa, noſtra eſt.
Icon OEDERI *t.* 120.

Cl. Gagnebin hanc plantam detexit *à la Chaux d'Abelle*, *Mairie des Brenets Neocastrensium.* Deinde filius meus Consilio Bellico a Secretis, reperit *à la Chetelaz* prope *Bellelai*, in paludosis semper montanis & torfaceis, cum Legatis nostris a manu esset. Etiam in paludosis *de la Brévine* & *à la Chatagne.*

Cauliculi non ramosi, fere uniflori, biflori, pedales, sub flore hirsuti. Folia alterna, elliptica, non ciliata; ima latiora, ovata. Calyx expansus ellipticus, subhirsutus. Flos magnus, petala inter nostras Saxifragias amplissima, ovato lanceolata, dilute flava, maculis in priori medietate croceis, etiam nullis *h*). Fructus luteus, ovatus, bicornis, nitens. Cornicula tubarum de more ad se invicem curva. Semina grandiuscula, ovata, acuminata, lucida.

A præcedente abunde differt: folia nunquam ciliata habet, flores pauciores, latiores, lineatos, calyces reflexos, qui Clusianæ recti.

973. SAXIFRAGA foliis rhomboideis, acute serratis, caule nudo, ramoso.

Sanicula montana minor Clus. *Pannon.* p. 441.
Sanicula alpina aliquatenus adfinis I. B. III. p. 708.
Sanicula myosotis. alpina, floribus albicantibus, fere umbellatis Pluknet. p. 331. *t.* 38. *f.* 2. & tab. 222. *f.* 4.
Icon Oederi *t.* 23.
Saxifraga foliis serratis, caule nudo, ramoso, petalis acuminatis Linn. *I.* p. 572.

Ad rivulos alpinos ubique, nusquam in montanis.

Radix perennis, aspera, ramosa, plures producit foliorum cespites. Ea crassula, ut Linnæus vocat cuneiformia, rhomboidea, primis lateribus integris, & longioribus, ulterioribus acute serratis. Caulis in quovis cespite unicus, foliolis paucis & exiguis adspersus; in summitate in aliquot ramos nudos & paucifloros finditur. Calycis segmenta revoluta. Petala lanceolata, lineata, alba, macula in origine semilunari & guttulis purpureis adspersa, cum lacinia nectarifera *i*). Staminum antheræ miniatæ. Ovarium carnei coloris.

974. SAXIFRAGA foliis petiolatis, obtusis, caule fragili, nudo, ramoso.

Gesneri *fascic. t. XII. n.* 37.
Cotyledon altera Matthioli p. 1123. foliis nimis abundat.
Cotyledon altera olim Matthioli I. B. III. p. 684.
Geum rotundifolium minus I. R. H. Scheuchzer. *It. VII.* p. 134.
Saxifraga foliis cuneiformibus, obtusissimis, repandis, caule nudo paniculato Linn. *I.* p. 574.

Abunde in omnibus alpibus; descendit a *Gotthardo* ad *Wesen*, & a rupibus Aquilejensibus ad rupem *la Praisse* proxime *Roche.* Non tamen montana.

Radix multiceps gerit rosulas foliorum patulas. Petiolata sunt, dura, crassula, ora alba, cartilaginea, obtuse crenata, orbiculata, retusa, subtus, ut in hortensi, rubra. Ex centro planæ rosulæ. Caulis perfragilis, dodrantalis, spicam raram floralem, absque foliis gerit, in longis & teneris, ramosis petiolis. Calyx reflexus. Fructus albus, curvis repandis tubis. Petala alba, elliptico lanceolata, luteis punctis rariter guttata. Rosæ radicales, ut in Sedis, alios cespites generant.

975. SAXIFRAGA foliis reniformibus, acute serratis, hirsutis, petiolatis, caule ramoso.

Gesneri *fascic. I. t.* 10.
Sanicula montana I. Clus. *Pannon.* p. 440.
Sanicula alpina, seu guttata quibusdam Camerar. *Epit.* p. 764.
Geum rotundifolium majus, I. R. H. Scheuchzer. *It. IV.* p. 334. *VII.* p. 512. Miller. *t.* 141.
Saxifraga foliis caulinis reniformibus, dentatis, petiolatis, caule paniculato Linn. *I.* p. 576.

In scrobibus rupium & humectis umbrosis Juræ & Alpium vulgo provenit.

Multo major planta, cubitalis, ramosa. Folia hirsuta, reniformia; ima longe petiolata, obtuse circumserrata, deinde ad caulem pauca, petiolata, acutius serrata, denique meræ ligulæ. Caulis erectus, brachiatus. Flores in petiolis bifloris, trifloris, de alis foliorum prodeuntibus, stipulis filiformibus. Petala alba, elliptica, lanceolata, punctata, punctis exterioribus rubris, interioribus flavis. Fructus lacteolus; tubæ de more se in juniori flore respiciunt, in adulta repandæ refugiunt.

h) In junioribus Gunnerus p. 10.

i) Linn. *Flor. Suec.*

II. PETALIS EX SUMMO FRUCTU NATIS.

SAXIFRAGÆ TOURNEFORTII.

976. SAXIFRAGA foliis radicalibus reniformibus, obtuse dentatis, caulinis palmatis.
Icon GESNERI *lign.* 156. cum bulbillis.
Saxifraga alba DODON. p. 315. 316. BLAKWELL. *t.* 56.
Saxifragia rotundifolia alba, *radice granulosa Ic. Reg.*
II. Flore pleno *Act. hafn. III.* obs. 81. BLAKSTONE *fascic.*
III. Caule fasciato *Act. hafn.* ibid.
I. III. *Saxifraga foliis caulinis reniformibus*, *lobatis*, *caule ramoso*, *radice granulata* LINN. *I.* p. 576.
Passim in Helvetia, non tamen vulgatissima. Omnium copiosissimam reperi circa *Gäbistorf*, circa *Arnex* supra *Urbam*, & Basileæ inter *S. Margret & Gundeldingen.* C. B. ultra *novam Domum*, *hinterm Birsfelde.* Amat arenosa, quæ nobis rara sunt.
Radiculis intermisti bulbilli, qui depacti plantam reparant. Folia subhirsuta, firmula, ad terram longe petiolata, reniformia, obtuse serrata, ad caulem profundius divisa, palmata. Caulis cubitalis, parum foliosus, brachiatus, ramis pene aphyllis, præter filiformes ligulas. Flores magni, longe petiolati, petiolis viscidis. Calyx subhirsutus, viscidus: petala longa, elliptica, alba, venis viridibus. Fructus manifesto bilocularis. Semina oblonga. Stamina duorum, de more, ordinum.
Non certum est, esse eam Saxifragam *k*), quæ secundum veteres lapidem frangebat. Etiam LOBELIUS eas laudes renovat. Mitis mihi videtur, subacida, Sedis adfinis. Sal *l*) fixus mere lixivus est. A pecore repudiatur, neque in usu est *m*).
Bulbiferam COLUMNÆ I. p. 318. 319. LINNÆUS & SEGUIER *Supplem.* p. 207. pro varietate habent.

977. SAXIFRAGA foliorum ora cartilagine, caule triplicato ramoso, petalis immaculatis. †
GESNERI *fascic. I. n.* 28.
Sedum serratum, *flore albo*, *multiflorum* DODART. *mémoir.* p. 131.
Cotyledon pyramidalis, *late crenato & retuso folio polyanthos* BOCCONE *Mus. di Fis. t.* 5. *n.* 4. *di piant.* p. 109. *t.* 86. nimis confusa icon.
Saxifraga Sedi folio, *flore albo*, *multiflora* I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 141.
Icon OEDERI *t.* 241. & SEGUIER. p. 449. *t.* 9. *f.* 1.
LINNÆUS cum sequente conjungit.
Formosa planta in adscensu vallis *Schöllinen* vulgo provenit; tum in montis *Gotthard* adscensu ex valle *Ursaria & Lepontina*, inque ea ad Bellitionem usque; sic a *Speluga* adusque *Chiavennam*, & passim in Rhætia. Circa *Suazz* vallis *Misaucinæ*, circa *Formazz* vallis *Oscellanæ*, in valle *S. Nicolai* Valesiæ, &c.
Ex radice multicipite cespes foliorum ovatorum, latiusculorum, sine subito acuminato, crassulorum, limbo albo, cartilagineo, dentato: ad caulem aliqua folia ciliata. Caulis purpureus, foliis nudus, sed ramosissimus, ramis divisis & subdivisis, seu duplicato ramosis, viscidis: ita panicula fit copiosissima. Petala elliptica, lineata, alba, nisi rubor se admisceat, imprimis in ungue.

978. SAXIFRAGA foliorum ora cartilaginea, serrata, petiolis paucifloris, petalis punctatis.
α. Foliis longiusculis.
Aizoon serratum CORD. p. 92.
Cotyledon altera MATTHIOL. p. 1123.
Sedum serratum I. B. III. p. 689. *album bicorne longiori folio*, *marginibus argenteis Hist. Oxon. III.* p. 478. *t.* 9. *f.* 25.
BARRELIER. *ic.* 1309. 1311. 1312.
β. Foliis brevioribus & latioribus.
Cotyledon minor, *foliis subrotundis*, *serratis* C. B. *prodr.* p. 133.
Sedum montanum roseum, *serratum*, *foliis subrotundis* BARRELIER. *ic.* 1310. & 392. *n.* 3.
α. β. *Saxifragia foliis radicalibus aggregatis*, *lingulatis*, *cartilagineo serratis*, *caule paniculato* LINN. *I.* p. 570.
In saxosis alpium & Juræ ubique, & cum rupibus in planitiem descendit, circa *Roche*, & in toto Aquilejensi Gubernio, vicinaque Valesia copiosissima.

k) In NICOLAUM p. 162. *l*) GMELIN. *Comm. Petrop.* T. V. p. 285. *m*) SCHREBER. III. *Saml.* p. 75.

Radix multiceps rosulas, ut in Sedis, generat foliorum, quæ juniora connivent, matura expanduntur. Duriora sunt, quam priori, crassula, limbo albo, cartilagineo, serrato. Caulis nudus, præter pauca folia, paniculam gerit ramosam. Petioli villosi, viscidi, ab uno ad quatuor flores gerunt. Petala ovata, minutis punctis rubris guttata. Operculum flavum ovarii de more crenato circulo terminatum. Interseptum manifestum, cum maximis receptaculis.

979. SAXIFRAGA foliorum ora cartilaginea, rarissime dentata, petalis maculosis t. 16. adde SEGUIER. *Supplem.* p. 199. n. 2.

Geum alpinum majus viscosum, hirsutum, foliis oblongo rotundis, atrorubentibus & croceis floribus SCHEUCHZER. *It. II.* p. 134.

Saxifragia foliis radicalibus aggregatis, lingulatis, cartilagineo serratis, caule racemoso LINN. *I.* p. 570.

In monte *Uetliberg & Cronberg*, isto Abbatiscellanorum J. GESNER. *An der Utigerfluh* & in monte *Grüsisberg*, sub *Thunio*, Cl. KOCH, a quo pulchram plantam habeo.

Satis priori similis. Folia ovata, & elliptica, obtusa habet, limbo ad originem potius plumoso & ciliato, quam serrato, in progressu limbo cartilagineo, levi, aut rariter certe dentato, non inciso. Caulis aliquantum foliosus, villosus, viscidus, cubitalis, paniculam erigit ex petiolis ramosis, ramis quadrifloris. Calyx subhirsutus & viscidus: petala elliptica, acuminata, sature aurantia.

980. SAXIFRAGA caule reptante, foliis quadrifariam imbricatis, cartilagineis, ciliatis.

α. Varietas flore purpureo, gratissimi coloris kermesini.

Sedum montanum, ericoides C. B. *prodr.* p. 132. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 342.

Plantula Sedo saxatili similis MARTENS *Spizberg* F. F. p. 46.

Saxifraga alpina, ericoides, flore purpurascente SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 428.

Icon OEDERI *t.* 34.

β. Varietas flore cæruleo, quæ potius eadem est, sed adultior, planta.

Sedum alpinum, ericoides, cæruleum C. B. *prodr.* p. 132. I. B. III. p. 694.

Saxifragia alpina, ericoides, flore cæruleo I. R. H. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 140. *t.* 20. *f.* 3. *It. VII.* p. 518.

Icones GESNERI *fasc. I. t.* 32. 33.

γ. Flore *albo* Icon GESNERI.

Conjunctim *Saxifraga foliis ovatis, quadrangulo imbricatis, ramis procumbentibus* LINN. *Lapon. t. 2. f.* 1.

Saxifraga foliis caulinis ovatis, oppositis, imbricatis, summis ciliatis LINN. *I.* p. 571.

In alpium altioribus lapidosis ubique, imprimis etiam in dorso septentrionali, *Grimsula, Gemmio, Enzeinda, Chapuise, Richard*: in monte *Neunenen*, ad glaciales rupes vallis *Grindelwald*, &c. In monte *Gotthardo*, alpibus Rhæticis, *Speluga*, mont. *S. Bernhard*, *Fouly*, &c.

Pulchræ plantæ elegantiam difficile est aut verbis exprimere, aut penicillo. Ex radice lignosa, projecta, innumeri caules procumbentes, breves, & paucarum unciarum. Foliis teguntur imbricatis quatuor ordinum, ad angulum obtusum plicat[illegible], durissimis, apice cartilagineo, pilis per oram ciliatis. Per ætatem tamen paulum laxantur, & minus imbricata, tamen ut se contegant, ovata sunt, ciliata, fere Serpylli, conferta, non vere imbricata. Ii cauliculi uniflori sunt, flore summo cauliculo insidente. Calyx ciliatus. Petala ovata, junioribus lætissime purpurea, senescentibus magis cærulea.

Varietatem insignem Cl. BELLARDUS adtulit foliis calvis, quadrangulari caule, sed patulis magis rosulis.

*981. SAXIFRAGA foliis imbricatis, ovatis, caulibus reptantibus, bifloris *Emend. III.* n. 188. †

Nova planta, paulo rarior, & summarum alpium solarum est, ut in præcipite via *Grandvire*, sul culmine *Dent de Morcle*, in mont. *Meuveran*, *Martinets*, *Pra-pioz*, utroque colore, in *Oberstafel* Valesiæ superioris, in *Sempronio*, mont. *S. Bernhardo*, *Fouly*, in vicina Sabaudia.

Huic rosulæ foliorum imbricatæ & densæ, rara tamen sunt, & rariter ciliata, rotunda præterea, non complicata, fine lato, absque ullo acumine, ovata, solida, glabra. Caulina similia, conjugata, non reflexa. Flores bini, in quoque caule sibi proximi, plerumque albi, tamen etiam cærulei. Petala longa, elliptica.

982. SAXI-

982. SAXIFRAGA foliis craffis, duris, recurvis, fubtus fulcatis, bafi ciliatis.

Icon GESNERI *n.* 30.

Sedum alpinum, minimum, foliis cinereis, flore candido SCHEUCHZER. *It. I.* p. 49. *It. II.* p. 141. *t.* 21. *f.* 2,

Saxifraga alpina, minima, foliis cæfiis, deorfum recurvis I. R. H. SEGUIER. p. 449. *t.* 9. *f.* 2.

Saxifraga foliis linearibus, fubtus punctatis, aggregatis, recurvatis, caule nudo, multifloro, LINN. *I.* p. 571.

In alpibus editioribus & faxofis, *Gotthardo, Scheidek, Joch, Intrame, Wetterhorn, Mettenberg,* mont. vallis *Gaftern & Kienthal. Sur Champ, Richard, Enzeindaz, Prapioz, Audon, Fouly, Cheville, Simplon.* In monte *Gamor Abbatiscellanorum* J. GESNER. In *Oberftafel Valefiæ.* In monte *Früla* Rhetiæ transalpinæ. In *Pilato* M.

Radix caulem Hypni refert, repens, longa, ramofa, fquamis fufcis tecta. Cefpites denfiffimi, foliolis facti duris, oblongis, acutis, per medium fulcatis, obtufe lanceolatis, deorfum apice reflexis, glaucis, ad petiolum ciliatis, ad lentem vitream fubtus vage punctatis, valido inferiore nervo. Cauliculi præter ligulas aliquas nudi, quatuor unciarum, uniflorus, etiam triflorus & quinqueflorus, flores fert lacteos, petalis rotundis, lineatis.

*983. SAXIFRAGIA foliis compactis, plicatis, pungentibus, caule vifcido paucifloro, *Emend. VI.* n. 39.

Saxifragia alpina, Saxifragæ alpinæ flore BURSER.

Saxifraga alpina foliis glaucis, acutis, monanthos, caule foliofo SEGUIER. *Supplem.* p. 201. *t.* 5. *f.* 2. ut video ex planta a MORENIO miffa.

Saxifraga foliis imbricatis, fubulatis, levibus, caule fubnudo, unifloro LINN. p. 572.

Huc refert C. B. *Sedum minimum* 3. LOBEL. p. 376. Sed CHERLERUS id Sedum verfus *Münchenftein*, circa *Langenbruk* & in rupe *Maurnarterfluh* reperit, ut aliud effe neceffe fit.

Rofulæ foliorum ad terram denfæ. Craffa ea, dura, conica, pungentia, extus convexa, & eminente linea diftincta, intus concava. Caulis nudus, femipedalis, triflorus, quadriflorus, etiam fexflorus, vifcidus, ligulis paucis, oblongis & vifcidis adfperfus. Calyx vifcidus. Petala fpeciofæ magnitudinis, alba, ovata, rectis, pallidis lineis diftincta.

984. SAXIFRAGA foliis hirfutis, ellipticis, & tridentatis, caule paucifloro *It. Helvet. II.* n. 69. p. 292. t. 2.

α. Folio tridentato.

Sedi alpini III. Fr. *Gregorii varietas foliis incifis* COLUMN. *Ecphraf. II.* p. 66. 67.

Sanicula montana minor, feu Sedi alpini III. Fr. *Gregorii fecunda varietas* PLUKNET. p. 331. *t.* 222. *f.* 2.

Saxifraga cefpitofa JACQUINI.

β. Varietas foliis integris, ellipticis

Sedi alpini III. Fr. *Gregorii varietas foliis integris* COLUMN. ibid.

Sedum alpinum, flore pallido GARIDEL. p. 438. *ic.* 91.

Saxifragia alpina, androfaces villofæ habitu HALLER. *Comm. Lit. Noric.* ann. 1736. *t.* 1. *f.* 3.

Saxifraga foliis lanceolatis, obtufis, pilofis, caule nudo, bifloro LINN. *I.* p. 571.

In omnibus alpibus Aquilejenfibus, Valefiacis, Rhæticis, *Stokhorn, Neunenen, Gotthardo,* &c.

Folia ad terram conferta, libera, elliptica, obtufa, hirfuta, non craffula, apice plerumque obtufo, raro tridentato. Caulis ligulis adfperfus, trientalis, uniflorus & pauciflorus. Petala obfolete ex virefcentibus alba, lineata.

*985. SAXIFRAGA foliis mollibus, ellipticis, fubhirfutis, caule paucifloro *Emend. IV.* n. 29. †

An forte *Saxifraga alpina, minima, foliis ligulatis, in orbem circumactis, flore ochroleuco,* SEGUIER. *Supplem.* p. 405. *t.* 5. *f.* 3? fed noftræ omnia funt oblonga.

Primum reperta copiofiffime *au Dard*, inter *Sex de Champ & Sex de Culand* vallis *Ormond deffus.* Inde variis locis, in Valefiæ monte *Schönebühl*, & fupra *Bagnes* ad rupes glaciales, & in glacialibus *du Mont Rouge.*

Radices mufcofæ, graciles, longæ, fufcæ, cefpites faciunt denfiffimos, fed repandos, grati odoris & aromatici. Folia peculiaris teneritatis, accedentis ad chartam fericeam Chinenfem, floresve artificiales fericeos: eorum pars inferior ficca, fufca, imo cauli adhæret: cæterum fubhirfuta, oblonga, elliptica funt: in caule pauca, fimilia. Caulis trientalis & paulo ultra, biflorus & triflorus, hirfutus. Calyx hirfutus, fegmentis obtufis. Petala ex petiolo dilatantur, alba, fubluteola, ovata. Character reliquus Saxifragæ.

986. SAXIFRAGA foliis petiolatis, trilobatis, caule erecto, ramoso & folioso.
Paronychia III. TABERNÆM. p. 805.
Saxifraga foliis caulinis cuneiformibus, trifidis, alternis, caule erecto, ramoso LINN. *I.* p. 578.
Paronychia rutaceo folio BLAKWELL. *t.* 212.

Frequens in tectis, muris vetustis, arvis macilentis.

Multum ludit statura & foliis. Radix magna. Caulis ab uncia, ad quatuor uncias, erectus, ramosus, viscosus, sæpe ruber. Folia radicalia longe petiolata, trilobata, ad caulem fere sessilia, tridigita, quinquedigita, etiam simplicia, elliptica. Petioli ex omnibus foliorum alis uniflori, biflori. Petala alba, breviter elliptica. Ovarium a calyce separari potest.

Sapor vires Sedi mites, aquosas, subacidas promittit. In cerevisiam infusa, apud BOYLEUM, ad icterum laudatur.

*987. SAXIFRAGA caule folioso, multifloro, foliis palmatis, hirsutis *Emend. III.* n. 187. †
Saxifraga foliis palmatis, caule dense folioso, florigero Cl. ALLIONE p. 12. *t.* 3.

In asperrimis alpium, ut in præcipiti semita *la Grandvire*, & in monte *Fouly*, *Sempronio*, *Pané - Rossaz* nascitur.

Altior est, quam Saxifraga tectorum: rosulam ad terram facit foliorum latiorum, palmatorum, ovatorum, deinde tridentatorum, hirsutorum: sic ad caulem late palmatorum, tamen etiam simplicium. Habitus similis, sed altior, semipedalis, insigniter ramosus & multiflorus. Petala ovato lanceolata, alba, aut tribus lineis rosei coloris percursa. Aliquando adeo frequentes sunt cauliculi, & copiosa folia, ut totum caulem abscondant, quo iconem ALLIONII refero.

Possit esse *Sedum tridactylites alpinum, majus, tertium* C. B. *Prodr.* p. 131.

Adeoque *Saxifraga foliis caulinis cuneiformibus, apice dentatis, caule adscendente, subvilloso* LINN. p. 579.

Habitus, nisi flore differret, est OLDERI t. 68.

Fateor me nondum audere pro propria habere planta, etsi in alpibus altius, quam circa urbes nascatur: & differat foliis non petiolatis, sed ex lato & latescente principio palmatis, longe minus profunde dentatis.

Saxifragia alba, petræa PONÆ p. 183. a nostra abunde differt *n*). Eam in horto alui *o*), foliis longe villosis, frequenter quinquelobis, flore longe majori.

988. SAXIFRAGA foliis integris & trifidis, caule subnudo, paucifloro *It. helv. II.* t. 1.

Multiformis planta & pene inextricabilis.
Icon lign. GESNERI p. CXLVII.
Icon GESNERI *fascic. I. n.* 31.
Sedum tridactylites alpinum minus C. B. *prodr.* p. 131. ex fide horti sicci. SCHEUCHZER. *It. II.* p. 49.
Tridactylites alpina I. B. III. p. 762. ubi utrumque foliorum genus describitur.
Saxifraga Pyrenaica, foliis partim integris, partim trifidis SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 518.
Saxifraga foliis partim integris, partim trifidis SEGUIER. *I.* p. 451. *t.* 9. *f.* 4.
& *Saxifraga alpina minima* SEGUIER. ibid. p. 450. *t.* 9. *f.* 2.
Annon & *Saxifragia alpina muscoides, foliis superioribus oblongis, inferioribus rotundioribus & circumactis* SEGUIER. *Supplem.* p. 203. *t.* 5. *n.* 3. nam similia habeo ex monte *Scheidek.*
Saxifragia foliis radicalibus aggregatis, linearibus, integris trifidisque, caule erecto, subnudo, subbifloro LINN. *I.* p. 578.

Nihil frequentius est in Alpium montibus, etiam in Pyrenæis legit Cl. GAGNEBIN.

Radix dura, lignosa, longa, educit rosulas foliorum confertas, quæ multæ in unum cespitem latissimum confluunt, quo tota rupes obducatur. Eædem non reflectuntur, ut sequenti. Folia variabilia, semper viridia, ad lentem vitream subhirsuta, glabra; cæterum modo integra ligulata, modo integra ovata, modo breviter in apice solo obtuse aut acute tridentata, qualis est icon GESNERI, modo petiolo parallelogrammo, lineato, in apice acute trilobata: integra autem & trifida in eodem cespite miscentur. Constanter caulis humilis, trientalis, paucis & integris, rarissime trifidis, ligulis adspersus; in apice flores fert, unum ad tres. Summus caulis & calyx hirsutus, & frequenter viscidus. Flos semper parvus, ochroleucos, subviridis; petalis ovatis, per ætatem rubore vitiatis, ut etiam totus caulis autumno rubeat. Varia est magnitudine, perexiguus, iterum majusculus, simili in planta.

Flores magnos, albos, ad rupes maris mediterranei Cl. NEUHAUS legit, in planta cæterum simillima. Similis etiam est, sed magno flore diversa icon OEDERI t. 71.

n) WILLICH. obss. p. 30.

o) *Catal. hort. Gotting.* p. 136.

989. SAXIFRAGA foliis petiolatis, trifidis, caule subfolioso, viscido.

α. Varietas absque gemmulis.

Sedum tridactylites alpinum majus C. B. *prodr.* p. 13.
Sedum alpinum VII. CLUS. *Pannon.* p. 491.
Sanicula aizoides tridactylites, alpina minor PLUKNET. p. 331. *t.* 17. *f.* 7.
Saxifraga muscosa, trifido folio SCHEUCHZER. *It. II.* p. 141.
Saxifraga hypnoides JACQUIN.

β. Varietas cum gemmulis in alis foliorum.

Sedis affinis, trisulca, flore albo I. B. III. p. 696.
Saxifraga foliis caulinis linearibus, integris trifidisve, stolonibus procumbentibus, caule erecto, nudiusculo LINN. *I.* p. 579.

Altiorum alpium est. In *Gotthardo* legi, provenit etiam in *Fouly*, *S. Bernhardo*, mont. supra *Bagnes*, mont. vallis *S. Nicolai*, *Speluga*, *Pilato*. Eamdem in Hercyniis montibus legi, ex quibus C. BAUHINUS habuit. Varietatem β. ex plantis siccis C. B. habui.

Proxima priori, non perinde densas rosulas facit, & magis reflexas: folia semper habet longe petiolata, petiolo lineato, acute tridentata, nunquam integra: præterea argutissime trifida. In Hercynia evidentius, in Helvetia obscurius hirsuta sunt. Caulis altior, semipedalis, dodrantalis, tamen ex decumbente subrectus, qua decumbit foliosus, superne etiam foliis trifidis adspersus, glaber aut hirsutus, pariter, ut priori, viscidus, sed ramosus magis & multiflorus. In varietate β. gemmæ novorum ramorum, ex convolutis foliis factæ, ovatæ, oblongæ & acuminatæ, nitentes, alis foliorum imorum insident. Conjunxit *Jacobus* PETIVER iu epist. ad RAJUM.

Valde certe priori vicina, etsi non putes, si extrema exempla conferas, hinc acutifolia in sylva Hercynica, alta, hirsuta, foliosa; inde Veronensia & nostra humillima, integrifolia, foliis ovatis, caule nudo, unifloro. Sed inter utraque media exempla dantur, uniflora, humilia, lineato tamen petiolo, & foliis acute bifidis.

990? SAXIFRAGA caule folioso, ramoso, foliis glabris, palmatis.

An *Sedum tridactylites alpinum majus* 2. C. B. *prodr.* p. 131?
Saxifraga pyrenaica tridactylites latifolia I. R. H.
Saxifraga foliis caulinis, palmato multifidis, sparsis, laciniis acutis, caule erecto LINN. *I.* p. 578.

Ab ILL. viro J. GESNERO accepi, & in H. S. SCHEUCHZERI vidi. Locus ignoratur.

Continuo a prioribus speciebus, & potissimum a 987. distinguas habitu foliorum & caulis toto glabro: cum qua cæterum caule folioso, ramoso, & ad singulas alas petiolum florigerum educente satis convenit. Petioli uniflori: flos, quem recentem non vidi, fere qualis est in n. 987. & n. 988. Folia palmata, non petiolata, multo latiora, & rosulæ ut in 987.

III. EPICARPIÆ.

AGRIMONIA LINN.

AGRIMONIA TOURNEFORTII t. 155.

Duæ sub fructu squamæ, ovato lanceolatæ. Conicus iste, aculeis superne tectus *p*) lappaceis; ex apice profert calycem quinquedentatum, & ex intervallis quinque petala *q*) elliptica. Fructus operculo balsamico tegitur, ut in Saxifraga, ex eo duæ tubæ repandæ. Stamina decem *r*), tamen etiam duodecim. In fructu duo loculi *s*) & totidem semina, quorum alterum sæpe abortat.

991. AGRIMONIA foliis pinnatis, pinnulis alterne minimis.

Agrimonia BLAKWELL. *t.* 21.
Eupatorium FUCHS. MATTHIOL. p. 1014.
Agrimonia foliis caulinis pinnatis, impare petiolato, fructibus hispidis LINN. *I.* p. 643.

β Varietas odorata LOBEL. *adverf.* p. 308. nobis non provenit *t*).

In sepibus, ad vias, in sylvulis abunde.

Radix verno tempore prius quam caulis erumpat, odorata. Caulis hirsutus, erectus, non ramosus, firmus, cubitalis. Folia hirsuta, mollia, pinnata, pinnis acute cir-

 cumserratis,

p) TOURNEFORT. D.E.F.
q) A.
r) FABRIC. *butisbas.* p. 60.
s) TOURNEF. E. LINNÆUS vocat calycem coarctatum.
t) In *Valaire* BODÆUS p. 887.

cumferratis, fex & feptem parium, minimis intermiftis, extremo impare. Flores in longam raramque fpicam, in petiolis patulis, unifloris & bifloris, flavi iidem.

Planta adftringens, terrea, cum acoris fignis *v*); hinc pro vulneraria habetur, quæ vafa rupta confolidet, utilis in hæmorrhagiis, alvi fluxu, etiam in hepatico fluore *x*), renum ulceribus, & quoties tonum confirmare oportet. Hinc in nervorum morbis, cum vifcerum laxitate conjunctis, laudatur. Infufa cum Agrimonia aqua fcirrhos hepatis fe fuperaffe CHOMELIUS, ejusque vifceris tonum fe reftituiffe LOBELIUS. Decoctum eodem fine adhibetur, & cataplasma, illud in gargarismo utile. Eodem injecto ulcus veficæ fanavit, quem modo citavimus, CHOMELIUS *y*). Aquam ad calculum C. HOFMANNUS laudat, fed planta nihil videtur volatile habere. Foliis impofitis vetufta tibiarum ulcera fanari SCULTETUS *z*).

PENTAPTERIS.

MYRIOPHYLLUM PONTEDER. *antholog.* p. 199.

VAILLANT. *Mem. de l'Acad. des Sciences* ann. 1719. p. 23. t. 2. f. 3. LINN. n. 1066.

PENTAPTEROPHYLLON DILLEN. *nov. plant. gener.* p. 125. t. 7.

Flores diverforum fexuum in eadem planta. In fumma ftirpe frequentes mares, in ima feminæ. Fructus obtufe parallelepipedos *a*), quatuor fulcis percurfus, quadrilocularis, tetrafpermos: ex fummo apice educit calycem breviffimum, quadrifidum, lanceolatum *b*), petala quatuor linguiformia, cava, calyce majora *c*), extimum majus. Stamina octo, brevibus filamentis *d*). Tubæ quatuor plumofæ, feffiles, ex angulis fructus. In maribus fructus deficit, in feminis ftamina nulla funt.

Solos Androgynos viderunt VAILLANTIUS, DILLENIUS, PONTEDERA, nullos olim LINNÆUS, quos nunc in *verticillata* admittit.

992. PENTAPTERIS floribus alaribus.

Millefolium aquaticum flofculis ad foliorum nodos LOESEL. p. 165.

Myriophyllum aquaticum minus VAILLANT. l. c.

Myriophyllum floribus omnibus verticillatis LINN. *II.* p. 1410.

II. Varietas laeuftris, denfioribus verfus fummitatem pinnis, colore rubro MERRET. p. 78. Olim GESNER. *ic. lign.* 10.

III. *Millefolium aquaticum, pennatum, minus, foliolis fingularibus latiufculis, flofculis fubjectis; Hift. Oxon. III.* p. 627. *f. XV. t.* 4. *f.* 7.

IV. In horto ficco C. B. fuit cum nomine.

Millefolium aquaticum, umbellatum, coriandri folio C. B.

In foffis abunde circa *Payerne*, *Morat*, *Gampelen*, Bernam, inter *Muri & Wittighofen*. Lacuftre in lacu *Seedorfenfi*.

Caulis radicatus, fæpe aliquot orgyarum longitudine per aquas fluitat, & in fumma parte glomere foliorum cavo terminatur, erigitur autem ad pedem, aut paulo minus. Folia fena, quina, qualia fequenti. Flores verticillati, duodecim parium, quos nuper meros androgynos reperi, olim, uti dixi, imos feminas, fuperiores mares; fedent autem in alis foliorum fubnudi, dum juniores; magis inter folia abfconfi, quando ea maturefcunt.

993. PENTAPTERIS fpica nuda.

Millefolium aquaticum, pennatum, fpicatum C. B. in MATTH. *Prodr.* p. 73.

Myriophyllum aquaticum majus VAILLANT. l. c.

Myriophyllum floribus masculis, interrupte fpicatis LINN. *I.* p. 1409.

Aliquanto rarius. Bernæ abundat in ftagno prope *Rohthauß*. I. B. Genevæ circa Nofodochium. Neocaftro mifit Cl. DIVERNOI.

Caulis altius de aquis fe effert, per intervalla nodofus. Ex nodis radiculæ, & folia quina, ut in priori, facta nervo, ex quo multa capillarium pinnarum paria prodeunt, extremo impare. Floralis caulis longiffimus, nudus de aquis erigitur, fed foliorum per intervalla verticillis cinctus, quorum eadem eft natura. In hac fpecie, ut olim in priori, flores fuperiores perfecte mafculos, inferiores femininos reperi.

OENOTHERA

v) GEOFROI III. p. 48.
x) POTER.
y) *Supplem.* p. 148.
z) *Obf. poft.* 25.

a) DILLEN. E.F.A.
b) VAILLANT. c. b.
c) IDEM a. a. d.
d) IDEM a. DILLEN. A.

OENOTHERA a) Linn. n. 469.

ONAGRA T. 156.

Fructus longus, quadrilocularis *b*), quadrivalvis *c*), polyspermos, coronatur calyce unifolio *d*), quadrifido. Petala quatuor reflexa *e*). Ex eo calyce stamina octo. Tuba crasso apice, quadrifido. Semina non papposa, angulosa *f*).

*994. OENOTHERA foliis ovato lanceolatis, planis, caule hirsuto.
Lysimachia Americana Columnæ ad Recchum p. 882.
Hyoscyamus Virginianus P. Alpin. *Exot.* p. 324. 325.
Oenothera foliis lanceolatis, planis Miller. *t.* 189. *f.* 2. *caule muricato subvilloso* Linn. *I.* p. 492.
II. Varietas humilis Leopold. *flor. Ulmens.*

Nihil vulgatius in sylvis Bernensibus, ut inter viam ducentem ad *Ostermannigen*, & inter Suburbium *die Schoshalde*. In sylva *Bremgarten*, qua itur ad villam *Drakau*. Ad viam regiam prope *Marnan*. Nuperam, & ex America advenam, civem Bauhini non habent.

Caulis subhirsutus, angulosus, trium pedum, ad sex usque, erectus, ramosus. Folia ex ovatis lanceolata, nervo conspicuo, ora serrata. Flores in alis sessiles, in spicas continuantur. Calyx monophyllos, ex prælongo tubo reflexus. Petala patula, emarginata, lutea, odore Primulæ graviori. Tuba simplex in quatuor clavas fissa. Fructus teres, quatuor sulcis inscriptus. Semina angulosa, difformia.

Radices hyberno tempore in acetaria *g*) recipiuntur, dum incipiunt verna folia producere. Etiam cum carne coquuntur *h*)

EPILOBIUM C. Gesner. Linn. n. 471.

CHAMÆNERIUM Tournefortii t. 157.

Omnia Onagræ, sed fructus tetragonus *i*), gracilior & longior. Semina pappo coronata *k*), ad septum quatuor alis instructum adnata *l*). Calyx brevior *m*). Clava tubæ in juniori planta integra videtur, in adulta fere quadrifida.

I. FLORE REGULARI, FOLIIS PRÆTER FLORALIA CONJUGATIS.

995. EPILOBIUM foliis semiamplexicaulibus, lanceolatis, hirsutis.
Lysimachia purpurea Fuchs. p. 491.
Lysimachia siliquosa, hirsuta, flore purpureo majore C. B. *Hist. Oxon. II.* p. 270. *t.* 11. *f.* 3.
Epilobium foliis lanceolatis, serratis, decurrenti amplexicaulibus Linn. p. 494.

Ad aquas & inter cyperos & arundines abunde, inque fossis.

Caulis trium pedum, ad sex usque, cum tota planta subhirsutus, ramosus. Folia sessilia, & semiamplexicaulia, elliptica, lanceolata, argute serrata. Siliquæ hirsutulæ, sessiles, biunciales. Calyx lanceolatus, per ætatem reflexus. Petala cordiformia, purpurea. Summus caulis pene umbellam florum gerit.

?995. β. *Lysimachia siliquosa, hirsuta, parvo flore, major* C. B. *Prodr.* p. 116. & *minor* II. ibid.
Lysimachia siliquosa, parvo flore Rai. Hist. Oxon. *II.* p. 270. *t.* 11. *f.* 4.
II. Flore albo Ponteder.

Similibus omnino locis.

Habitus cubitalis & ultra, & omnia minora. Siliqua biuncialis, coronata flore quadruplo minori, dilute carneo, cordiformibus petalis.

Linnæus cum priori conjungit, memorabilem varietatem.

996. EPILO-

a) Οἰνοθήρα radicem vinosam habet, folia Amygdali majora, roseum florem; montana amat Theophrast. L. IX. c. 21. Similia Plinius L. XXVI. n. 69.
b) Tournef. H.
c) I.G.
d) C. longe tubuloso.
e) e.
f) k.
g) Reichart. *Gartenschaz III.* p. 187. Camerar. *Eph. Nat. Cur. Cent. VII.* obs. 16. Kramer. &c.
h) Hoppe *von Erdapfeln.*
i) Tournef. L. M.
k) N.N.N.P.
l) O.
m) F.G.

996. EPILOBIUM foliis ovato lanceolatis, glabris, dentatis.
Pseudo Lysimachium purpureum primum DODON. p. 85.
Epilobium foliis oppositis, ovatis, dentatis LINN. *I.* p. 494.
Nihil vulgatius ad sepes, locisque aquosis.
Caulis erectus, bipedalis, ramosus, teres, subhirsutus. Folia ovato lanceolata, argute dentata, nervosa, glabra, nervis tamen subtus subhirsutis; inferiora conjugata; superiora alterna. Siliquæ subhirsutæ. Petala carnei coloris, profunde cordiformia.
Hujus varietates sunt.
β. Foliis nitidis, glabris, tenerioribus, nervis tamen subhirsutis.
Lysimachia ramosa, glabra, Violæ surrectæ foliis splendentibus BOCCONE *mus. di piant.* p. 32. *t.* 16.
II. Foliis ternatis BOCCONE p. 22. *t.* 5.
III. Quaternis PONTEDER. *Compend.* p. 119.
Trifoliam legi in descensu montis *Scheidek*, & circa *Chasseron* quadrifoliam Cl. DIVERNOI.

997. EPILOBIUM foliis lanceolatis, glabris, dentatis.
Lysimachia minor TABERNÆMONT. p. 854. aliis placet *siliquosa* II. EJUSD. p. 855. cum prioris folia nimis brevia sint.
Epilobium foliis lanceolatis, denticulatis, imis oppositis, caule tetragono LINN. *I.* p. 494.
In aquosis passim.
Vereor, ut satis diversum sit. Caulis equidem obtuse tetragonius, cæterum ramosus. Folia elliptica, glabra, denticulata, etiam integra; inferiora conjugata; superiora alterna. Flos exiguus. Petala cordiformia. Siliquæ tomentosæ. Tuba simplex, clava non fissa *n*).

998. EPILOBIUM foliis glabris, ellipticis, integerrimis.
Lysimachia siliquosa minor TABERNÆMONT. p. 856.
Epilobium glabrum, angustifolium DILLEN. *Catal. Giess.* p. 128.
Epilobium foliis oppositis, lanceolatis, integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto LINN. *I.* p. 495.
Cubitalis, vix ramosa, pauciflora, ellipticis, obtusis foliis, angustis, vix quatuor lineis latioribus, in[illegible] biuncis longitudine, sed etiam angustioribus, glabris. oris integris, flore fere paulo prioris 996.. Siliquæ tomentosæ.
Vereor, ut satis diversa sit, fossarum & paludum hospita.

999. EPILOBIUM foliis glabris, ovatis.
Chamænerium alpinum, Alsines foliis SCHEUCHZER *Itin. II.* p. 132. *It. IV.* p. 332.
An *Lysimachia siliquosa, nana, Brunellæ foliis* BOCCONE *Mus. di piant.* p. 161. *t.* 108?
Epilobium foliis oppositis, ovato lanceolatis, integerrimis, siliquis sessilibus, caule repente LINN. *I.* p. 495.
In montibus & alpibus, locis riguis. Etiam in montanis, *à la Chaux d'Abelle.*
Caulis procumbens, inde erectus, dodrantalis & minor. Folia glabra, raris dentibus notata; inferiora ovata, superiora paulo angustiora, acutiora. Flores in summo caule perpauci, etiam unicus, dilute purpureis, cordatis, petalis. Siliquæ glabræ, longissimæ, quadruplo folio longiores.

II. FLORE DIFFORMI.
FOLIIS ALTERNIS.

1000. EPILOBIUM flore difformi, foliis lanceolatis, transversim nervosis.
Chamænerium GESNERI DE BRY *florileg.* *t.* 42.
Rosebay Willowherb. EDEN T. 42.
Icon OEDERI *t.* 289.
Epilobium foliis sparsis, lineari lanceolatis, floribus inæqualibus LINN. *I.* p. 493.
In sylvis cæduis abunde, speciosa planta, ut in sylva *Bremgarten.*
Caulis erectus, firmus, foliosus, parum ramosus, nisi superne. Folia glabra, subtus incana, inordinata, elliptico lanceolata, nervo conspicuo, tum transversis lineis parallelis, oris integris, sæpe undulatis. Flores in longas spicas, ex petiolis purpureis, nutantibus, germinis longitudine. Calyx læte purpureus, lanceolatus. Petala ita disposita, ut superiora, ab inferioribus, insigni hiatu distent, per quem tubam

n) WILLICH. obss. p. 37. RAI.

tubam emittunt, læte cæterum purpurea, leviſſime emarginata. Stamina omnia deorſum nutant, quatuor rectius, quatuor difformiter. Tuba deorſum curva.

Hujus plantæ ſtolones eſculenti ſunt *o*). Infuſum ſtupefacit *p*). Medulla edulis eſt, quam ſiccatam coquunt, ita dulcis fit: & ex ea bonam cereviſiam parant, & cum Sphondylio acetum: denique addunt Sphondylio, ut ubertatem vinoſi ſpiritus augeant, quem ex hoc Sphondylio obtinent *q*). Bonum eſſe pabulum *r*).

Pappus nuper ſub nomine *Swenska bomull* celebrari cepit. Siccant in fornace ſiliquas, extrahunt, ita pappum obtinent, ſemen excutiunt, dum lanam pectunt, ita pappus flagello fractus, & cum goſſypio miſtus, texi poteſt, & cum caſtoris pilo in tibialia & vittas parari *s*). Quæ autem ſemina pectine excutiuntur, non ſunt fecunda, & debent integræ ſiliquæ ſeri *t*).

1001. EPILOBIUM flore difformi, foliis linearibus. ✝

Pſeudolyſimachium purpureum minus DODON. p. 65.

Lyſimachia Chamænerion, dicta alpina C. B. *Prodr.* p. 116.

Chamænerion alpinum anguſtifolium, flore purpureo I. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 33. *It. IV.* p. 332.

Flore albo & variegato I. R. H.

Alpina quidem planta eſt, quam in *Prapioz & Ovanna* legerim, & ad glaciales rupes vallis Grindeliæ, ſub monte *Wetterhorn*, & in monte *Audon.* Deſcendit autem cum torrentibus in glareas planitiei, & immenſam copiam reperi in alveo torrentis *la Tiniére* prope *Villeneuve;* in torrente *Baye de Clarens;* ad torrentem *grande Eau* Aquilejæ, in torrente *la Vevaiſe*, in alveo fluvii *Morge* prope *Gundes*, & ad oram lacus Neocomenſis, ad extrema littora prope *Colombiers.* C. B. circa *Cliben & klein Huningen*, ad Rhenum, ad *Wieſam*, juxta vineas *Crenzachenſes;* ſic circa pagum *Speluga.* Etiam in valle *Urſaria*, *Chiavennæ*, *&c.*

Radix craſſa, lignoſa, multiceps. Caulis cubitalis, pedalis, tot ramis, quot fere ſunt foliorum alæ; totus idem ligneſcit. Folia linearia, nervo depreſſo, oris contractis, ſimpliciſſima, raro ſerrata, pulpoſa, & ſubtus reticulata, alia omnino, quam prioris fabrica, a qua certo diſtingui debet. Flores fere prioris. Calyx purpureus, niger. Siliquæ tomento albæ.

IV. PETALORUM NUMERO IN EADEM PLANTA VARIO.

HYPOPITYS DILLEN. *nov. gen.* p. 134. t. 7.

OROBANCHOIDES TOURNEFORT. *Mem. de l'Acad.* ann. 1706. p. 85.

MONOTROPA LINN. n. 536.

Habitus aphyllos. Flos perpetuo connivens, in cylindrum fictus. Prima bractea ampla, ovalis. Deinde calycis folia quatuor, breviora, & minori parte flava, ſerrata, lanceolata. Tunc petala quatuor *a*) longiora, parallelogrammo ungue, ſegmento florali flavo, ovato, ſerrato *b*); cæterum cava *c*), retrorſum verſus petiolum gibba *d*), duabus appendicibus aucta. Stamina octo, duorum ordinum. Tuba ſine lato, infundibuli forma *e*). Fructus ovatus *f*), ſulcatus, quadrilocularis, quadrivalvis *g*), ſeminibus ſcobiformibus *h*). Hujuſmodi flores numeroſiores ſunt, & in ſpicæ floralis parte inferiori ſedent. In ſuperiori & in aliis frequenter flores pentapetali, etiam majori petalorum numero *i*), ſtaminibus decem, & fructu quinqueloculari *k*), & calyce quinquefolio.

1002. HYPOPITYS ſpica florida nutante.

Orobanche, quæ hypopitys dici poteſt C. B. *Prodr.* p. 31.

o) LINN. GUNNER.
p) GMELIN. *flor. I.* p. 218.
q) *Natur. hiſt. of Kamtſchatka* p. 88. add. GMELIN. l. c.
r) GUNNER.
s) WÆSTBEK. proprio libello p. 28. 32. 40. GUNNER p. 41
t) WÆSTBEK. p. 30.
a) Nobiscum RUPPIUS & OEDERUS, etiam DILLENIUS & TOURNEFORT, niſi quod calycem pro petalis numeret.
b) DILLEN. O. O. TOURNEF. D.
c) ibid. OEDER. TOURNEF. C.
d) TOURNEF. OEDER.
e) K. & OEDER.
f) TOURNEF. E.F.
g) M.
h) H.
i) WILLICH. obſſ. p. 37.
k) Nunc deſcribit LINNÆUS.

Orobanche hypopitys lutea MENZEL. *pugill. rar. t.* 3. *f.* 5.
Orobanche Verbasculi odore PLUKNET. p. 273. *t.* 209. *f.* 5. PLOT. *Natur. hist. of Oxfordshire* p. 146. *t.* 9. *f.* 6.
Hypopitys RIVIN. *tetrapet. irreg.*
Icon OEDERI *t.* 232.
Monotropa floribus lateralibus octandris, terminali decandro LINN. *l.* p. 555.

In sylvis abiegnis frequens, inque fagetis, putrescentibus foliis stratis. Bernæ *im Südelbach*, inter *Sandrein & Spiegel*; inter *Almedingen & Eiche*. *Auf der Wasserfalle l*), in monte *Crenzach*. Circa *Ferriére*. In valle *Frenieres* abunde.

Radix innascitur fagi, & abjetis radicibus, succulenta, squamis facta imbricatis, semipatulis. Caulis & tota planta flavescunt, & ille quidem squamis ovatis adspergitur, geritque spicam floridam, cernuo vertice, dum floret, inde erectam. Odor Primulæ veris, etiam in matura planta fortissimus.

RUTA *a*) TOURNEFORT. t. 133.

LINN. n. 523.

In plerisque floribus calyx quadrifidus *b*), patens. Petala quatuor, petiolata *c*), patula, cava, ovata, in nostris per oras lacera *d*). Stamina octo, quatuor recepta in cavitatem petali sui, quatuor *e*) ex intervallis. Fructus cingitur glandula circulari, punctis sive foveis octo notata; cæterum quadricollis est *f*), & hians, septo *g*) in quatuor loculos divisus. Semina numerosa. Tuba stella quadrifida *h*) coronata. In nonnullis supremis floribus petala *i*) quina sunt, & decem stamina, & quinque loculi, & decem pori melliferi. Etiam alio modo numerus ludit.

*1003. RUTA foliis duplicato pinnatis, lobulis ovatis.
Ruta sylvestris major C. B. MORISON. *&c.*
Ruta foliis decompositis, petalis laceris, floribus lateralibus quadrifidis LINN. *l.* p. 548.
Ruta sylvestris n. 2. Du HAMEL *II. ic.* 61.
Eadem est cum sativa, quam vide apud BLAKWELL. *t.* 7.
Dubia icon GESNERI *lign.* 148. An hanc velit, an sequentem?

Maxima copia in rupibus sub *Agaunensis Eremitæ sacello*.

Radix lignosa, ramosa. Caulis durus, cubitalis & altior. Folia glauca, pulposa, punctata, ad umbelliferarum modum divisa, duplicato pinnata, pinnulis ovatis, lateralibus aliquanto minoribus. Flores flavi, in racemi speciem dilatati & semiumbellati. Capsulæ fructus exasperatæ. In regionibus calidis in arborem excrescit, ut Macherunte *k*).

Hæc planta potius acrior est, & odoratior, quam hortensis. Vires ab eo penetrabili odore jam antiquissimo tempore sperarunt, quæ PYTHAGORÆ *l*) encomiis inclaruerit. Recens acris est, ut nuda manu tractata pruriginem faciat *m*) & tumorem; sicca mitescit. In sale fixo sulfur *n*) est. Aqua destillata vires habet, inque eam odor plantæ, oleumque una essentiale, in frigore coagulabile, transit *o*). Acetum cum Ruta infusum dudum celebre fuit. Vires videtur habere stimulantes, hystericas, ut etiam dudum odore Rutæ sylvestris rustici epilepsiam *p*) levare adgressi sint. Non satis tamen in officinis nota est. Ad oculos *q*) olim celebris fuit, nescio, quo scopo.

*1004. RUTA foliis duplicato pinnatis, linearibus, lanceolatis. †
Ruta montana CLUS. in *append. ult.*
Ruta sylvestris CAMERAR. *Epit.* p. 495. *minor* TABERNÆM. p. 134.

Unice in *Pilato* monte provenit, a Cl. CAPPELER detecta.

A priori diversissima, caule ramoso, bipedali, foliis multo tenuius divisis, laciniis ultimis linearibus, acutissimis, tamen etiam punctatis. Flores similes, e luteo virides *r*).

MOSCHA-

l) *Basler Merkw.* p. 188.
a) Ῥυτη cum Hyssopo & Origano ARETÆUS *cur. acut. I.* c. 1.
b) TOURNEF. C.
c) A.
d) A.B.
e) ad A.
f) E.
g) H.
h) ad A.
i) SLEVOGTIUS habet petala 3.4.5.6. & totidem loculos.
k) JOSEPHUS *Judaic.* Vidit arborescentem CARDANUS *subtilit.* L. VIII.
l) Marem & feminam facit PLIN. L. XX. c. 13.
m) COLUMELLA L. XI. c. 3.
n) GMELIN. *Comm. Acad. Petrop. V.* p. 287.
o) NEUMAN. T. II. P. IV. p. 131.
p) TRALLIANUS L. I.
q) PYTHAGORAS l. c.
r) LOEFLING. *resa* p. 140.

MOSCHATELLINA Tournefortii t. 68.

ADOXA Linn. n. 501.

Ob disparem partium floris numerum cum Ruta reliqui, etsi flore differt. Flores in cubicas spicas, quinquefloras, quatuor flores laterales, unum, qui cubum claudit. Calyx cuique trifidus *s*). Flos monopetalos, quinquefidus, segmentis ovato lanceolatis *t*) summo fructui innatus. Stamina decem *v*), ex tubo floris nata. Tubæ quinque *x*), fructus quinquelocularis, pentaspermos, per ætatem mollis, baccatus. Flos supremus solus quadrifidus *y*), quatuor loculis, & tubis, & octo staminibus est, ex calyce bifido *z*); vidi tamen etiam octo flores in uno cubo fuisse.

1005. MOSCHATELLINA.

Moschatella Cord. *hist.* p. 172. b.
Minimus Ranunculus septentrionalium, herbido muscoso flore Lobel. p. 674.
Fumaria bulbosa, seu tuberosa, minima Tabernæm. p. 39.
Adoxa Linn. p. 527.
Oederi *ic.* 94.

In Helvetiæ sepibus frequens, Bernæ, inter *Holligen*, & viam versus *Küniz*, *im breiten Rein*. Circa *Aquilejam*, *Roche*, Genevæ *à la Bâtie* I. B. C. B. circa *novam domum* & versus *Riehen*. *Au mont Milledeux*, *& à la Combe de Valanvron* Gagnebin.

Radix fit filamentis, quæ per intervalla nova germina, quasi denticulos producunt. Caules simplices, semipedales. Folia glauca, tenera, ternata, eorum quodque trilobum, lobis petiolatis, lateralibus semibilobis, medio semitrifido, lobis omnibus latis & rotundis. Scapi florigeri aphylli, flosculi pallidi, quorum duo tantum, vel tria, semina maturescunt. Odor validus moschi.

V. BACCIFERÆ.

PARIS Linn. n. 500.

HERBA PARIS Tournefort. t. 117.

Nostra numeri quaterni adprime tenax est. Folia quatuor: calycis patuli folia quatuor, flore longiora, longe lanceolata. Petala ligulata, longa, patula, quatuor. Stamina bis tot, corniculo inter loculos educto. Fructus pene globosus, quatuor sulcis distinctus, mollis, quadrilocularis, multis in gemello ordine seminibus *a*). Tuba in quatuor antennas fissa. Sæpe numerus variat, ut tria, quatuor, quinque, etiam sex sint folia. Tunc una numerus foliorum, calycis, petalorum, staminum, clavarum tubæ, loculorum fructus mutatur, exemplo, quanto major rationis, quam numeri sit dignitas.

1006. PARIS Linn. I. p. 526.

Uva versa Dorsten. p. 304.
Herba Paris Matthiol. p. 1193. I. B. III. p. 613. Garidel. p. 227. *ic.* 49. Blakwell. *t.* 286. Oeder. *t.* 139.

In umbrosis nemoribus & sepibus abunde.

Radix crassum tuber est. Caulis unicus, non ramosus. Folia ovato lanceolata, lineata, ut in Liliaceis. Flos ex viridi pallens. Bacca nigra.

Odor & sapor aliquid virulenti habet & narcotici. Quare extus admota tuberibus pestilentialibus *b*) & inflammationibus *c*) medetur.

Succum dat refrigerantem, cujus effectus Opii *d*) similis est, ad oculorum inflammationes utilis *e*). Semine Paridis ad drachmam dato duos fatuos semistultos intra 20. dies

s) Tournef. D.
t) A.
v) ad A. Octo, novem, decem Guettard. Stamina ista antheras habent uniloculares Burkhart. *epist.* p. 151
x) Tournef. ad A. Monogynia Fabric. p. 58.
y) Tournef. B. *Basler merkwürd.* T. IV. p. 378. Sæpius trifidus, etiam quadrifidus Scepin. p. 35. Quadrifidus Guettard. *Plantes autour d'Estampes II.* p. 95.
z) Hunc describit Linnæus.
a) Tetracocca Fabric. *butisbac.* p. 47.
b) Gesner.
c) Tragus.
d) Gesner. *epist.* p. 326.
e) Welsch. *mictomim.* n. 25.

dies sanatos *f*) fuisse, exstant testimonia, & canem eodem Paridis pulvere sanatum, cum arsenicum sumsisset LOBELIUS *g*) auctor est.

Maligna tamen planta *h*), quæ gallinas enecat *i*). Cardialgiam inde & vomitum Cl. BURGHARD supervenisse vidit *k*).

Tinctoria sunt folia, sicca, lecta prius, quam planta floreat, in aqua cocta, filo in alumine macerato, una cocto *l*).

PHYTOLACCA TOURNEFORT. t. 154.

LINN. n. 588.

Calyx nullus. Petala quinque, concava, ovata *m*), apice sursum curvo. Stamina decem. Fructus mollis, compressus *n*), decem in nostris ovatis acinis, monospermis *o*), connatis. Tot tubæ quot loculi. Numerus staminum etiam alius est.

*1007. PHYTOLACCA fructu petiolato, decemfido.
Blitum Americanum MUNTING. *ic.* 112.
Amaranthus baccifer Circææ foliis COMMELYN. *Hort. Amstelod. I. f.* 66.
Phytolacca vulgaris DILLEN. *Hort. Eltham.* p. 318. *t.* 239. *f.* 309.
Phytolacca floribus decandris, decagynis LINN. *I.* p. 631.

Virginiæ indigena passim nunc in Helvetia transalpina nascitur, inter *Poco d'Adda* & *Morbinium*, vallis Tellinæ. Inter *Ripam & Chiavennam.* Circa *Osogne & au Cong*, vallis Lepontiæ.

Caulis cubitalis & ultra, folia ampla, patula, petiolata, ovato lanceolata, integra. Petioli purpurei, ramosi. Spicæ florum breviter petiolatorum caulem & ramos terminant. Flos herbacei coloris; baccæ sature purpureæ, tinctoriæ. Folia juniora peracria sunt, adulta mitescunt, ut edulia fiant. Ad cancrum imposita folia, nuper ex America commendata, aliquando bono eventu *p*) adhibita fuerunt, alias nullo *q*). Semen cani datum nihil nocuit *r*). Guttulæ succi aliquæ cani infusæ convulsiones fecerunt & tussim *s*), nullo majori malo sequente.

Color cæterum ex hac bacca *t*) contusa paratur Kermesinus.

VI. CORNICULATÆ.

His anthera in duo cornicula continuntur.

PYROLA TOURNEFORTII t. 132.

LINN. n. 554.

Calyx unifolius, quinquefidus *a*). Petala quinque subrotunda *b*). Stamina decem, longis filamentis plerumque inæqualiter disposita. Antheræ sursum in cornicula eductæ. Tuba recta aut incurva, apice quinquefido. Fructus quinquelocularis *c*), rotundus, quinque crenis divisus, plenus minutissimis seminibus *d*).

1008. PYROLA racemo unilaterali LINN. I. p. 567.
Pyrola II. tenerior CLUS. *pannon.* p. 505. 506.
Pyrola folio mucronato RIVIN. *pentapet. irreg. t.* 136.

Frequens in sylvis abiegnis. In sylvula supra villam *Bodenaker.* In sylvis mont. *Gurten.* In montibus *Crenzach*, *Mönchenstein*, *Wasserfall.*

Durities huic, & aliis nostris, fruticosa. Folia radicalia, petiolata, firma, nitida, ex ovatis lanceolata, minute dentata. Caulis simplex, non ramosus, neque foliosus, sed multiflorus. Flores omnes in eamdem partem conjecti. Stipulæ lanceolatæ. Calyx brevis, latis dentibus. Petala alba, ovata, sursum cava, conniventia. Stamina decem, bono ordine disposita. Tuba longa, recta, disco terminata fungoso, stellato.

1009. PYRO-

f) PANDECTARIUS, MATTHIOLUS p. 1094. Etiam AMATUS p. 415.
g) *Advers.* p. 106.
h) Monet I. B.
i) GESNER. *epist.* p. 99.
k) *Landekerbad* p. 58.
l) LINDER. p. 44.
m) TOURNEFORT. A. B.
n) D.
o) F.E.
p) *Mémoir. œcon.* ann. 1764. n. 3. Add. *Journ. Helvet.* ann. 1758. m. Aug.
q) ACRELL. *Chirurg. Händels* p. 27.
r) SCHULZ. *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann.* 8. p. 154.
s) SPROEGEL. *venen.* p. 24.
t) DONK. *Beschr. van new Nederland* p. 31.
a) TOURNEF. C.
b) A.B.
c) F.G.
d) H.

1009. PYROLA foliis subrotundis, tubis rectis *It. hercyn.* n. 3.
Pyrola secunda RAI *syll. exter.* p. 211.
Pyrola minor RIVIN. *pentap. irreg. t.* 134. DILLEN. *&c.*
Pyrola floribus racemosis, dispersis, staminibus pistillisque rectis LINN. *I.* p. 567. *Itin. Gottland.* p. 206.
OEDER. *t.* 55.

In Helvetia frequens, in sylvis montis *Gurten*, in sylva *Bremgarten*, circa villam *Kohlholz*, &c.

Folia radicalia petiolata, ex subrotundis obtusa, integra, aut minute serrata. Caulis aphyllos, nec ramosus, racemum fert densum, undique in ambitum sparsum. Stipulæ lanceolatæ. Petioli uniflori, penduli, viridi colore. Calycis semiquinquefidi dentes ovato lanceolati. Flos perpendicularis, sæpe semiconnivens, petalis lacteis, ovatis. Stamina introrsum recurvata, ut ovarium protegant, æqualiter disposita, antheris in breve cornu & obtusum productis. Tuba brevis, recta, sine lato, quinquepartito, stellato.

1010. PYROLA foliis subrotundis, tubis recurvis.
Pyrola CAMERAR. *Epit.* p. 723, I. B. III. p. 535. RIVIN. *t.* 134.
Pyrola folio rotundo RIVIN. *t.* 135. & *folio obtuso* ibid. *t.* 136.
Pyrola vulgaris BLAIR. *miscell.* p. 107.
Pyrolæ staminibus adscendentibus, pistillo declinato LINN. *I.* p. 567.
OEDER. *t.* 110.

In montosis, dumetis & pratis. Inter *Ilfingen* & mont. *Feuerstein*: versus *Lamblingen*. In ipsis pratis dominii Rupensis *aux Saugettes & Baunes*. A *Vaulion*.

Folia & habitus paulo prioris: isti paulo major. Folia vix serrata. Spica longior & laxior. Flos perpendicularis. Tuba *e)* incurva exit ex intervallo petalorum inferiorum, & sursum reflectitur. Stigma exiguum. Stamina sursum reflexa. Loculi eorum in corniculum perforatum producti.

Pyrolæ omnes adstringunt, & vulnerariæ sunt, in decoctis, & potionibus, atque fomentis. Laudantur ad pectoris ulcera & tubera chronica, medicis tamen vix notæ.

1011. PYROLA scapo unifloro *It. hercyn.* n. 21. LINN. I. p. 568.
Pyrola IIII. CLUS. *pannon.* p. 508. 509.
Pyrola III. minima EJUSDEM *hist.* p. CXVIII.
Pyrola flore singulari RIVIN. *t.* 137.
Icon OEDERI *t.* 8.

In *Pilato* monte I. B. Abunde reperi circa fluv. *Avançon* in aspera sylva, qua a pagulo *les Plans* adscenditur in montem *Pondenan*, longe lateque nascentem. *Bey Fühlen zwischen Roslen & Alpsigleten* GESNER. In itinere ad *Valorsine*. *In via mala*. Cl. RAMSPEK in mont. *Schilt*, *Galanda & Scheidek*.

Folia radicalia, petiolata, subrotunda, serrata, teneriora. Scapus nudus, uniflorus, trientalis, aut paulo ultra. Flos, quam prioribus major, nutans. Calyx albus, magnus, segmentis subrotundis. Petala lactea, ovato lanceolata, lineata. Stamina decem, binis rotundis corniculis coronata, in petala reclinata, sed inæqualiter, ut singulo non bina respondeant, sed unum, duo, aut tria *f)*. Tubæ corona quinquefida maxima. Odor Lilii convallium.

ERICA *g)* TOURNEFORTII t. 373.
LINN. n. 484.

Calyx primus viridis, quadrifolius, quo multæ species carent *h)*; alter coloratus, tetraphyllos, foliolis ovatis, nunquam patentibus *i)*. Flos monopetalos, profunde quadrifidus, calyce colorato minor. Stamina flore breviora, octo, apicibus sagittatis, & corniculis angustis duobus; cæterum tubam, ut in Vaccinio, circumstant. Fructus siccus, octo lineis percursus *k)*, rotundus, superne compressus, tetragonus *l)*, polyspermos. Tuba simplex, sine crassiori, tetragonio. Semina minima. Aliud genus a Tetralice esse jam RUPPIUS & FABRICIUS *m)*.

Qqqqq 2 1012. ERICA

e) ad A. & E.
f) Conf. LINN. *olanska resa* p. 145.
g) Erica frutex, non multum diversus a Myrica, longe minor DIOSCOR. L. I. c. 100. foliis pene & colore Rorismarini PLIN. L. XXIV. n. 39.
h) Omittit LINNÆUS.
i) TOURNEF. ad B.
k) D.
l) F.
m) II. p. 240.

1012. ERICA foliis imis adpressis simplicibus, floralibus calcaratis.
Erica prima MATTHIOL. p. 152. CAMERAR. *Epit.* p. 75.
Erica CRAMER. *t.* 52.
Erica antheris bicornibus inclusis, corollis inæqualibus, campaniformibus, mediocribus, foliis oppositis, sagittatis LINN. *I.* p. 501.
β. Flore albo *Hort. Aichstet. æstiv. ord. IX. t.* 3.
In Helvetia minus aliquanto vulgaris, quam in regionibus sabulosis. In sylvis tamen abiegnis passim abunde.
Trunci projecti, lignei, numerosos ramos semierectos emittunt, totos tectos foliolis firmis, brevibus, parum repandis, dorso convexo, ad ramos adhærentibus, conjugatis, sed duobus paribus proximis, ovatis, rugosis, linea distinctis & quatuor sulcis. In summis ramis folia conjugata, cruciata, superiorem partem habent, qualem folia inferiora: sed aliam inferiorem, calcari similem, acutam, linearem, retroversam, a caule remotam. Flores semiquadrifidi, ex purpura violacei, in summis ramis inter ejusmodi folia conferti prodeunt, in perbrevibus petiolis, & ad alterum latus fere inclinant. Calycis exterioris duo foliola breve calcar habent, duo lata sunt, utrinque ciliata: calyx coloratus quadrifolius, ovato lanceolatus, flore major, tamen immarcescibilis, cum fructu consenescit.
Exosus agricolis fruticulus, ob reptatrices radices incremento arborum infensus, apes abunde alit in Cellensi ditione; neque audio pulmoni nocere, ut suspicatum est *n*). Corium Erica quidem potest, ut cum querceo cortice, indurari. Pro lupulo in cerevisia *o*) adhiberi lego, non habet tamen aroma, nec amarorem; sed neque armenta nostra Ericam inter pabulum admitterent *p*). Utilitates, si quas habet, vide apud KALMIUM *q*). Mapalia pro bombycibus ex Erica fiunt.
In sylva montis præalti *d'Arbignon* peculiaris varietas crescit, quæ multum me torsit. Ei omnia folia calcar habent, & ima latiora, laxiora, a ramis distantia, & vere gnomoni similia sunt quorum pars ad sex lineas longa contra caulem descendit, longior & triquetra adscendit *r*). Est *Erica tertia Cortusi, quam ex alpibus helv. attulit* C. B. apud I. B. I. t. 2. p. 358.

1013. ERICA *s*) foliis patentibus, quaternis, acutis, caducis, corollis calyce longioribus, antheris eminentibus.
α. Planta adulta.
Erica IIII. CLUS. *pannon.* p. 33. 34.
Erica procumbens, ternis foliolis carnea C. B. SCHEUCHZER. *It. VII.* p. 513.
Erica antheris simplicibus exsertis, corollis ovatis sublongioribus, foliis quaternis, triangularibus, patentibus, glabris LINN. *I.* p. 504.
β. Planta hiberna, juniori flore.
Erica III. CLUS. *pannon.* p. 33. 324.
Erica procumbens, herbacea I. R. H.
Erica antheris bicornibus, inclusis, corollis campanulatis, mediocribus, secundis, foliis ternis, triquetris, patulis LINN. *I.* p. 501.
Vulgaris planta in omnibus subalpinis, descendit *Interlacum* usque, in collem *Rugen*, & ad lacum *Thunensem.* Ad lacum *Lauerzersee*, in M. *Pilato &c.* GAGNEBIN.
Fruticulo rami suberecti, pedales & ultra. Folia conferta, patentia, abiegnis similia, & pariter caduca, angusta, crassula, nervo eminente, peracuta, ex uno circulo quaterna. Flores in summis ramis, in longiusculis unifloris petiolis, fere ad eamdem sedem dispositi. Autumno flores se parare incipiunt ad sequentem annum. Calyx primus nullus; floralis flore major, decolor, flosque similis antheras tunc clausas includunt: eo in statu mense februario legi, ut flos perfectus esset, cæterum viridis, & stamina inclusa. Sed mense majo, perfecti nunc flores, & calyx, & petalon, purpura tinguntur, & stamina de flore nunc erumpunt. Tunc calyx coloratus folia habet lanceolata, flos autem longior est, & breviter quadridentatus adparet. Antheræ duo brevia cornicula educunt.

*1014. ERICA ramis erectis, tomentosis, foliis perangustis erectis, confertis, flores superantibus.
Erica I. CLUS. p. 41. *Corios folio.*
Erica antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis, longioribus, foliis quaternis, patentissimis, caule subarboreo, tomentoso LINN.

Inter

n) LANGE l. c. Ericam mel dare repertum DIOSCORIDES.
o) PLOT. *Natur. hist. of Staffordshire* p. 379.
p) ROHR. *phytotheol.* p. 422.
q) In diss. *de Erica.*
r) *Emend. III.* n. 197. *VI.* n. 49.
s) Tetralix inter spinas æstate florentes PLIN. L. XXI. n. 56

Inter *Ripam* & *Chiavennam* ad rupes, & inter *Poco d'Adda* & *Morbegno*.

Frutex erectus, sepedalis, ramosus, ramis erectis, tomento albo obductis. Folia copiosissima, erecta, non patula, glabra, pene subulata, totos ramos tegunt, in siccis rugosa. Flores numerosissimi in mediis ramis, ut nuperiora folia se super eos efferant, in petiolis ramosis, paniculatis. Calyx primus nullus, secundus perbrevia folia habet, lanceolata. Flos brevis, latus, ad tertias quadrifidus: idem albus, cum fructu contabescit, quem juniorem non vidi.

RHODODENDRON LINN. n. 548.
CHAMÆRHODODENDROS TOURNEFORTII t. 373.
LEDUM MICHELI.

Calyx quinquefolius, minimus *a*). Flos tubulosus *b*), faucibus patentibus, quinquefidis. Stamina decem, duorum ordinum, ex ambitu ovarii nata, libera, non connata, antheris superne perforatis & apertis. Fructus ligneus, ovato pentaëdros *c*), quinquelocularis *d*), polyspermos *e*). Tuba cylindrica *f*), globulo terminata.

1015. RHODODENDRON foliis ellipticis, glabris, subtus rubiginosis.
Montana Allobrogum lentiscifolia, *Chameleæfolia*, *vel Oleastrifolia*, *minus odora*. *Chamærhododendros* LOBEL. *adverſ.* p. 155. *ic.* p. 366.
Evonymos Theophrasti LUGDUN. p. 272.
Chamærhododendros alpina, *glabra* SCHEUCHZER. *It. I.* p. 34. DU HAMEL *arbres I.* p. 160. *f.* 1.
Rhododendron foliis glabris, *subtus leprosis*, *corollis infundibuliformibus* LINN. *I.* p. 562. conf. JACQUINI *obſſ. t.* 16.
β. Flore albo, rara varietas. In monte *Javernaz*. ILL. DE SAUSSURE etiam misit.

In alpinis lapidosis vulgaris, ut focos in valle Ursaria alat. In Juræ mont. altioribus rarior.

Frutex distortus, cubitalis & ultra, difformis, ramosus. Folia sicca, dura, ovata, acuminata, margine contracto, subtus rubra, aut ferrugine & punctis innumeris minutissimis adspersa. In summis ramis petioli uniflori, oblongi, in racemum congesti. Flores tubulosi, ortu tumidiori, laciniis repandis, subrotundis, igneo colore, luteis punctis vario.

Gallis abundat SCHEUCHZER. *It. II.* t. 19. f. 1. 2. 3.

Alit, ut ex alpicolis audio, phasianos illos spurios, Urogalli minorem speciem, & ab eo nomen habent. Quare avibus nocere minus credas *g*). Leporem equidem foliis Rhododendri pastum convivis funestum fuisse WELSCHIUS *h*). In *Ponto* duæ species sunt ejus plantæ, quas credit TOURNEFORTIUS *i*) Græcis XENOPHONTIS comitibus nocuisse, infecto melle. Rhododaphnen accusat PLINIUS *k*), & Ægolethron.

1016. RHODODENDROS foliis ovatis, ciliatis, subtus punctatis.
Balsamum alpinum Gesneri LOBEL. p. 367.
Ledum alpinum CLUS. *pannon.* p. 73. 74.
Nerium alpinum, *quibusdam*, *aliis Ledum hirsutum* I. B. III. p. 21. 22. BOCCONE *oſſerv.* p. 113.
Chamærhododendros alpina villosa SCHEUCHZER. *It. I.* p. 34.
Rhododendron foliis ciliatis, *nudis*, *corollis infundibuliformibus* LINN. *I.* p. 562.

In alpinis etiem plurimis locis reperi, etsi aliquanto rarius est quam prius, in monte *d'Anſez*, *Enzeinda*, in monte inter *Habcheren* & *Tſchangnau*, in *Gemmio*, *Gotthardo*, *Pilato*, &c. Inter *Juræ* montis juga, solus mons *Thuiri* hanc stirpem alit.

Omnia fere eadem, folia tamen colore lætiori, margine ciliato, magis ovata, subtus punctis fuscis majoribus & paucioribus notata. Flores similes, minores, rosei coloris dilutioris, albis pustulis notati.

ANDROMEDA

a) TOURNEF. C.
b) ibid. B.
c) D.
d) E.
e) I.
f) C.
g) HASSELGREN. *pan. Suetb.* p. 9.
h) *Miſcel. Nat. Cur.* n. 87.
i) TOURNEFORT. *Voyag. du Levant. III.* p. 73.
k) L. XI. c. 13.

ANDROMEDA Linn. n. 549.

POLIIFOLIA Buxbaum. *Comm. Acad. Petrop. II.* p. 145. & *Cent. V.* p. 28. t. 49. f. 1.

A Chamærhododendro differt flore ventricoso, contracto, floris laciniis parum profunde incisis, fructu subrotundo, quinque sulcis percurso. Calyx acutis laciniis stellatus. Stamina duas aristas emittunt. Semina nitida, ovata, compressa.

1017. ANDROMEDA foliis alternis, lineari lanceolatis Linn. *Lapon.* p. 163. t. 1. f. 2. *It. hercyn.* n. 36.
Viti Ideæ adfinis, Polyfolia montana I. B. I. P. I. p. 525.
Erica humilis, Rorismarini folio, Unedonis flore, capsula cistoide Pluknet. p. 136. *t.* 175. *f.* 1.
Erica palustris, flore purpurascente, pendulo, petiolo floris longo, rubro, Rorismarini folio, Rudbek. *Catal. stirp. Lapon. in Act. Suec.* 1720. p. 97.
Icon Oederi *t.* 54.
Andromeda pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis alterne lanceolatis, revolutis Linn. *I.* p. 564.

In torfaceis vulgo, circa *Gümlingen*, *im Löhr*. In paludosis *la Chaux d'Abelle* Gagnebin, &c.

Fruticulus erectus, pedalis. Folia dura, elliptica, alias tota linearia, alias modice in medio latiora, oris contractis, fine lanceolato, superne viridia, inferne glauca, nervo divisa, eminente. Petioli florigeri in summa planta longi, nutantes, uniflori, purpurei. Calyx coloratus, farinosus. Flos pene globosus, ex albo purpureus, quinque lineis percursus, ora valde contracta.

ARBUTUS Linn. n. 552.

UVA URSI Tournefort. t. 376. &

ARBUTUS Tournefort. t. 368.

Calyx exiguus, quinquefolius *a*). Flos ex ovato *b*) contractus, ore breviter quinquedentato. Stamina decem, ungue latiusculo, antheris gemellis, utrinque perforatis. Fructus intra florem, mollis, rotundus *c*), pentaspermos *d*). Tuba crassa, fine crassiori, piloso. Semina dura.

1018. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis duris, integerrimis Linn. I. p. 566.
Uva Ursi Clus. *hist.* p. 79. Scheuchzer. *It. VII.* p. 520.
Myrtillus πετροῤῥεπης Richer.
Icon Oederi *t.* 33.
& Gherardi *e*).

Non rara in Helvetiæ sabulosis sterilibus. Abunde legi supra vineas *Sugy & Nan*, in monte *Vuilly*: tum in mont. *Luan*, *d'Ansez*, ubi, ut passim in valle *Ormond dessus*, & supra *les Plans*, & M. *Prapioz* vulgo nascitur. Rajus in monte *Jura* & colle *la Batie* prope Genevam; tum in monte *Saleve*. Scheuchzerus in *Gemmio* monte. C. B. in monte prope fanum *S. Christianæ*. In glareis *Pilati* montis. Supra montem *Gotthard* Cherler. *A' la Chenau au droit de Cortebert* Gagnebin tum *entre Lignières & la Neuveville*.

Frutex procumbens, ramosus, foliosus, pedalis & ultra. Folia solida, dura, venosa, ex petiolo latescentia & ovata. In summa planta densi & breves racemi florales. Stipulæ lanceolatæ. Petioli colorati, uniflori, sibi vicini, prodeunt ex involucro dentato. Calycis segmenta alba, rubra *f*), subrotunda, profunde divisa. Flos læte subpurpureus, segmentis brevibus, replicatis, ovatis. Tubæ finis crassus, pilosus. Bacca rotunda, umbilico depresso, rubra, macilenta, intus materie sabulosa farta, in qua in quinque loculis semina angulosa quinque *g*) & quatuor. Staminum aristæ sessiles.

Planta tota austera est, & adstringens *h*); succus foliorum fauces constringit & amarus est. Infusum amarum, adstringit: extractum aquosum odore est melleo, amarum, adstringens *h**), & balsamicum quid exhalat *i*), dum spissatur. Infusum

a) Tournefort. t. 370. C.
b) B.
c) E.
d) F.
e) De *Uva Ursi* conf. p. 7. 9.
f) Oeder.
g) A tribus ad octo Girardi.
h) Murray de *Uva ursi* p. 21.
*h**) Cartheuser. II. p. 485. 486. ed. nov.
i) Murray p. 24. Cartheuser.

fusum spirituosum amarum, extractum amarum, oleosum, rancidum *i**). Resina etiam ex ea planta viridis, ceræ odore, habetur *k*). Decoctum amarum est, & raucitatem fauciumque ardorem potum relinquit *l*). Dum ignis admovetur, aqua obtinetur *m*) acida, tum acidus liquor *n*), postea oleum spissum, terra *o*), & sal volatilis oleosus alcalinus: in cineribus subfixus est & terra *p*).

Oleum nullum in aqua est, & eadem *q*) paulum lactescit.

Liquor acidus calculos humanos adgreditur, diminuit, & quod solvere non potest, tamen emollit *r*), neque inter 150. calculos *s*) ullus fuit, quem hic liquor non solveret.

Neque videtur interno in usu vires suas amittere, cum neque cum sanguine, neque cum bile mistus, vim solventem deponat *t*). Videtur mucum de calculo educere, sic solvere terræ vincula, & in universum lapillum diminuere, parte soluta, & emollito, quod non solutum superest *v*). In ventriculum animalium injectus ad uncias duas, vomitum *x*) fecit, ventriculum contraxit, pylorum inflammavit, ita clausit, ut nihil dimitteret, & intestina inania essent *y*). In vesicam urinariam impulsus nihil nocuit, & ne valide quidem lotium movit *z*). Etiam in aquoso infuso *a*) calculi mollescunt, equidem & in aqua simplici.

Interno usu in hominibus nunquam nocuit *b*). In vitiis viarum urinæ, in ardore lotii, & in hæmorrhoidibus utiliter *c*) adhibita est; etiam cum sabulum in urina *d*) esset, multusque dolor; & ab ejus usu expulsus calculus, dolorque urinæ cum stranguria vere superatus fuit *e*).

Monspelii *f*) primum inclaruit, ut ad nephritidem pulveris semidrachma mane sex octove diebus alternis sumeretur.

Multum ea herba Ill. de Haen usus est, pariter ad semidrachmam *g*), ad ulcera renum, ureterum, vesicæ, & calculi suspicionem. Deinde data ad drachmam calculi dolores sustulit, etsi calculum non solvit *h*): & ulcus vesicæ eodem remedio Vir Ill. sanavit *i*). Alio in exemplo, cum ulcus in viis esset urinariis cum calculo, tamen malum *k*) levavit, & calculi effectus mitigavit *l*). Ab Ill. Werlhofio adhibita Uva ursi in dysuria *m*), ex calculis renum minoribus & sabulo nata, officium præstitit. Cl. Taube Uvam ursi cum virga aurea miscuit, cumque aqua infudit; ea nephriticos paroxysmos superavit, ut calculi decederent *n*): simileque exemplum ipse *o*) Cl. Murray vidit, & levamen certe, quoties vera sanatio non obtinebatur *p*). In nonnullis vesicæ morbis feliciter adhibitam fuisse ex Anglia discimus *q*).

Salutares etiam effectus Cl. Buchodz confirmat *r*) redditarum ab ejus usu arenularum, lapillorum, sublati mictus sanguinei *s*). In hectico utique malo, & pulmonis ulcere, frustra sumta fuit *t*).

Neque omnibus in malis vesicæ *v*) sufficit. Ego quidem inutiliter adhibui, cum solum hordei decoctum mala levaret. Quare ab Ill. F. Boissier *x*) adeo non laudatur, ut mucum vesicæ abradere moneat, & dysuriam facere, & lutulentas urinas abunde cogere effluere *y*). Pro roborante medicamento a Linnæo *z*) habetur, non absque veri specie.

Ex Hudsoni sinu adlata, cum Nicotiana, ad fumum trahendum *a*) miscetur. Loco ligni indici adhiberi potest, ad pannos nigro colore imbuendos *b*), cum vitriolo mista. Cl. tamen Lewis expertus est, fuscum potius, quam nigrum, colorem dare *c*). Ad ejus radices cocci adhærent, in arte tinctoria non inutiles *d*).

 1019. ARBU-

*i**) Cartheuser.
k) p. 25.
l) p. 29.
m) Girardi p. 28.
n) p. 29.
o) p. 30.
p) p. 31. Murray p. 33.
q) p. 33.
r) Girardi p. 42. 43.
s) ibid. p. 91.
t) ibid. p. 46. sqq.
v) p. 40.
x) p. 50.
y) p. 56. 57.
z) p. 50. sqq.
a) Murray p. 54. 55.
b) Girardi p. 95.
c) p. 111. 112.
d) p. 114.
e) p. 126.
f) Barbeyrac. *form. med.* p. 163.
g) *Rat. med. II.* p. 203.
h) ibid. III. p. 156.
i) ibid. p. 194.
k) ibid. IV. p. 234.
l) ibid. VI. p. 173.
m) Murray p. 39.
n) p. 42. 43.
o) p. 142.
p) p. 46.
q) *Mus. med. I. Supplem. & III.*
r) Hasenoehrl. p. 69.
s) *Plant. Lotharing.* T. VI. p. 390.
t) ibid. p. 392.
v) Haen V. p. 147.
x) Nosol. IV. p. 165. 200.
y) p. 165.
z) *Censur. medic. offic.*
a) Idem k. *swenska wetensk handl.* 1743. p. 292. sqq.
b) ibid. 1753, *trim. II.* Linn. *Olanska resa* p. 10.
c) Murray p. 64. 65. Taube *hist. nat. Cell.* p. 75.
d) *Von farben* p. 168.

1019. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugosis, serratis LINN. I. p. 566.
Vitis Idæa prima CLUS. *pannon.* p. 77. 78. *hist.* p. 61.
Vitis Idæa foliis oblongis, albicantibus SCHEUCHZER. *It. I.* p. 52.
Icon OEDERI *t.* 73.
Uva Ursi Galeni ZANON. *t.* 178.

SCHEUCHZERUS ad radicem montis *Titlisberg.* Nos abunde in montibus Gubernii Aquilejensis *Javernaz*, *Chapuise*, supra *les Plans*, *à la Varaz*, *Ovannaz*, *d'Arbon*, *Pané Rossa*, *les Martinets*, *Prapioz*, *Serin*, *d'Arbignon*, *Fouly.* *A' la Montagne Chaude* supra *Villeneuve.* GAGNEBIN *à la Chenau de Cortebert* & *à S. Imier* IDEM.

Frutex cubitalis, decumbens: folia petiolata, petiolo paulatim dilatato, hinc ovato lanceolata, utrinque venosa & reticulata, dentata & subhirsuta, autumno pulchre rubescunt. Flores in summa planta congesti, in petiolis perbrevibus, unifloris. Calyx planus, semiquinquefidus, stellatus. Flos albus, ora virescente, in basi decem costis percursus, campanulatus, sed conicus, contractus, segmentis quinque ovatis, replicatis. Stamina non ex flore, sed ex fructus ambitu. Antheræ gemellæ, spadiceæ, ex quoque loculo breve cornu. Tuba cylindrica, apice crassiori. Bacca magna, cærulea, umbilico depresso, polysperma, seminibus compressis, sapore non ingrato.

VACCINIUM *e)* LINN. n. 483.

VITIS IDÆA *f)* TOURNEFORTII t. 377. &

OXYCOCCUS TOURNEFORT. t. 431.

Bacca rotunda, compressa, quatuor lineis inscripta. Coronatur calyce brevissime quadrifido, acuto, etiam circulari *g)*. Ex summo etiam ovario flos pene globosus *h)*, faucibus contractis, breviter quadrifidis. Ex eodem stamina octo, perforata, corniculis duobus. Tuba simplex. Semina multa *i)*. Hæc ludunt quinque segmentis calycis & floris, & decem staminibus. Species etiam datur, in qua flos ad basin usque in quatuor partes finditur, segmentis lanceolatis, revolutis, facie certe valde diversa, ut melius putem separari.

1020. VACCINIUM foliis rugosis, ovato lanceolatis, serratis, caule anguloso.
Myrtillus MATTHIOL. p. 231. CAMERAR. *epit.* p. 135.
Vaccinia BLAKWELL. *t.* 463.
Icon MERIANÆ *LXIV.*
Vitis Idæa DU HAMEL *II. t.* 107.
Heidelbeere Cl. CRAMER *t.* 48. *f.* 1. 2. foliis non bene integris.

II. Albo fructu RUPP.

I. II. *Vaccinium pedunculis unifloris, foliis serratis, ovatis, deciduis, caule angulato*, LINN. I. p. 498.

Nihil vulgatius in sylvis abiegnis.

Fruticulus angulosus, alis eminentibus, erectus, pedalis, & paulo ultra. Folia levia, nervosa, ex ovatis lanceolata, ora crenata. Flores in summa planta penduli, ex petiolis unifloris sparsi. Fructus coronatur exiguo, rotundo calyce: & flore globoso, albo, purpura tincto, ora contracta, quinquedentata, denticulis reflexis. Stamina circa tubam pene connata, corniculata. Bacca ex cæruleo nigra, polysperma, seminibus ovatis, compressis.

Fructus dulcis est, & adstringens, cum odore caseoso, mihi ingrato. In cibum utique recipitur, pultesque dat, multis non displicituras. Inter medicamenta ob vires adstringentes est, contra dysenterias, & diarrhoeas tabidorum *k)*.

Nimis fere adstringit, cum ei decocto pene funesta tormina, inflationes *l)* & alvi constipationem proprius testis imputet *m)*. Ad morbos pectoris C. HOFMANNUS laudabat.

e) Vaccinia in Gallia purpuræ tingendæ causa, ad servitiorum vestes, plantantur PLIN. L. XVI. c. 18. Non ergo idem est Hyacinthus PETIT. *miscell.* L. III. c. 20.

f) GALENI Uvam Idæam esse *Vitem Idæam orientalem maximam*, *Cerasi folio* TOURNEFORTIUS *Voyag. au Levant. III.* p. 67. cui decem stamina.

g) TOURNEF. t. 377. D.

h) A.

i) G.

k) SCHELHAMMER. *Art. med. univ. III.* p. CCXCIII.

l) SCOPOLI p. 274

m) *Bresl. Saml.* ann. 1722. m. Octobr.

dabat. Mallem vires ei tribuere ſcorbuto *n*) oppoſitas, ut horæo fructui. Bonum inde ſpiritum deſtillari STUTGARDIENSES *o*). Aquam ſitim maxime ſolari *p*).

Tinctoriæ vires in Septentrione innotuerunt. Cum lana, in alumine macerata, tuſæ coctæque baccæ violaceum colorem *q*) dant. Cum earumdem baccarum ſucco, alumine, & cupri micis (*Kopperslag*), filum incoctum cæruleo tingitur, intenſius, ſi gallæ quernæ additæ fuerint *r*). Ex iisdem baccis contuſis, cum quadrupla portione calcis, viridis æris, & ſalis ammoniaci, filtratis, & in veſica ſuſpenſis, color fit purpureus *s*). Denique ex iisdem cum alumine & pauco ære uſto (*Kopperaska*) coctis, donec craſſeſcant, fit purpura tinctoria, pro pictoribus *t*).

1021. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis integerrimis, ovatis, venoſis.
Vitis Idæa II. CLUS. *pannon.* p. 77. 79. *hiſt.* p. 61.
Vitis Idæa, foliis ſubrotundis exalbidis C. B. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 52.
Icon OEDERI *t.* 231.
Vaccinium pedunculis unifloris, foliis integerrimis, ovalibus, baſi ciliatis LINN. *I.* p. 499.

In torfaceis circa *Gümligen*, *Löhr*, *Chaud d'Abelle* & *des Pontins*, &c. Sed etiam in alpium rupes adſcendit, ibique focum alit, in monte *Gotthardo*, valle *Urſaria*, *Gemmio*, &c.

Frutex pedalis & bipedalis, erectus, ramoſus, ſuperne folioſus. Folia teneriora, venoſa, glabra, elliptica, ambitu obtuſo, vel ovato. In ſumma planta, ex petiolis unifloris & bifloris, flores nutantes. Calyx, in quo fructus, exigua nunc craſſitie conſpicuus, quadrifidus, ſegmentis ſubrotundis. Flos ovalis, albus, cum admiſto colore roſeo, denticulis reflexis, quatuor, etiam quinque, ſtamina habet octo & decem, ariſtis binis, tenuiſſimis, erectis: ſtamina adeo non ex flore naſcuntur, ut eo delapſo cum calyce videam ſupereſſe. Fructus quadrilocularis, polyſpermos, frequenter abortat. Edulis eſt, ſed dicitur inebriare *v*).

1022. VACCINIUM foliis perennibus, ovatis, ſubtus punctatis, oris contractis.
Vitis Idæa rubra CAMERAR. *Epit.* p. 136.
Icon OEDERI *t.* 40.
Vaccinium ſeu Vitis Idæa GIRARDI *t.* 2.
Vaccinia rubra DODON. p. 770.
Vaccinium racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis, revolutis, integerrimis, ſubtus punctatis LINN. *I.* p. 500.
Cransbeeren CRAMER. *t.* 48. *f.* 3. 4.
β. *Fructu albo* LINN.

Vulgo in ſylvis abiegnis paulo altioribus.

Caules ramoſi, inclinati, pedales. Folia ovata, laurina, dura, margine introtracto, ſubtus albida & punctata, ad petiolum acutiora. In ſumma planta petioli florigeri congeſti, penduli, colorati, breves. Cuivis petiolo duæ ſtipulæ coloratæ. Calyx foliolis quatuor lanceolatis. Flos, ut in prioribus, carneo colore. Stamina longe corniculata *x*). Fructus ruber, polyſpermos.

Baccas non ingrate acidas edunt in ſylva Hercynia, in Suecia: eædem in aceto condiuntur, a noſtris quidem neglectæ. Vaccinium video ad ambuſta laudari. Foliorum infuſum theæ ſimile in Palatinatu ſuperiori ad catarrhos adhibetur *y*). Colore rubro leviori tingere GUNNERUS *z*).

1023. VACCINIUM caule proſtrato, foliis ovato lanceolatis, acutis, flore quadripartito.
Oxycoccus CORD. *hiſt. II.* p. 146. b.
Vaccinia paluſtria DODON. *pempt.* p. 770.
Icon OEDERI *t.* 80.
Atoca Americanorum Du HAMEL *II.* p. 364.
II. Latifolia MENZEL. I. R. H.
Vaccinium foliis integerrimis, revolutis, ovatis, caulibus repentibus, filiformibus, nudis LINN. *I.* p. 500.

In torfaceis

n) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann. II.* obſ. 222.
o) *Anzeig. III.* p. 220.
p) ROSEN. *Kinderkrankh.* p. 64.
q) K. *swenska wetensk. Acad.* 1746. p. 247.
r) LINDER. *Färgekonſt* p. 62.
s) IDEM ibid. p. 60.
t) IDEM p. 40.
v) Du CHOUL *Pilat.* p. 88. &c. Leviter, aut certe capitis dolorem facere LINN. *Flor. Suec. II.* p. 128. GORTER. *Flor. Ingr.* p. 58.
x) FICHTELBERG. p. 94.
y) JETZE *von weiſſen Haſen. Bresl. Saml.* ann. 1722. m. Jul.
z) *Flor. Norveg.* p. 51.

In torfaceis circa *Löhr* & *Gümligen*. Gagnebin *à la Chaux d'Abelle*, &c. Circa Solodurum Cherler.

Elegans planta, lignoſo cauliculo longe repit. Folia firma, alterna, diſſita, elliptica, ſed acute lanceolata, ſubtus incana, ora contracta. Extremi rami edunt duos tresve petiolos florigeros, longos, coloratos, ſtipulatos, unifloros. Calycis *a*) foliola quatuor ſubrotunda. Flos coccineus *b*), quatuor ſegmentis longis, acute lanceolatis, ſe revolventibus *c*). Stamina octo, longis corniculis. Bacca rubra, quadrilocularis *d*), polyſperma *e*).

Dodonæus baccas eſſe edules, & Ruſſi poſt gelu edunt *f*). Cum peracidæ ſint, a noſtris negligantur.

An hæc ſunt *Vaccinia paluſtria*, quæ in placentis eduntur, & valde refrigerant *g*)?

Ex America adlatæ baccæ cum ſaccharo condiuntur *h*).

VII. FLORIBUS TUBULOSIS.

THYMELÆA Tournefort. t. 366.

DAPHNE Linn. n. 485.

Flos nudus, tubuloſus, quadrifidus *a*). Stamina octo, intra floralem *b*) tubum continentur. Fructus in imo flore, qui in baccam fit ovatam *c*), unico ſemine fetam. Tuba ſimplex & brevis.

1024. THYMELÆA *d*) ſpica cylindrica, ſuperne folioſa.
Chamelæa Germanica Dodon. *purg.* p. 130.
Meſereum Passæus *hyem.* I.
Daphnoides Camerar. *Epit.* p. 937.
Daphnoides flore purpureo Trag. p. 59. 1074.
Icon Gesneri in *faſcic. I. n.* 10. p. 9.
Icon Oederi *t.* 268. Cramer. *t.* 47.
Daphne floribus ſeſſilibus, ternis, caulinis, foliis lanceolatis, deciduis Linn. *I.* p. 509.
β. *Flore albido* Hale *Eden t.* 31. bacca lutea.

In omnibus ſylvis, primo vere. In alpes adſcendit, ut in *Gemmio* viderim.

Flores in ſpicam cylindricam profert, cauli circumpoſitos, in petiolis breviſſimis, unifloris. Purpurei ſunt, decidui, odori, tubo hirſuto. Bacca rotunda, rubra, ovata. In ea nux etiam rotunda, in qua ſemen, ex ovato acuminatum. Poſt floris eruptionem folia ſe ſuper flores *e*) efferunt, tenera, levia, longe elliptica, nervo eminente.

Tota planta acerrima eſt & adurens. Sapor baccarum non ingratus videtur, ſed poſt horam elapſam ardor cum dolore in gula ſuccedit, per duodecim horas duraturus *f*). Odor ipſe ſyncopen facit *g*). Miro conamine feminæ Ruſſicæ ſibi Mezereo marcidas genas inflant *h*). Radix per aures trajecta in oculorum *i*) morbis laudatur. Folia cum vino decocta non vomitum, neque alvum movere, neſcio, an ſatis firmo experimento uſus, G. H. Welsch *k*). Radice cum aqua decocta cancroſum in gena ulcus ſuperatum *l*). Baccas duas, tres Lapones devorant, ad vomicam oeſophagi *m*) rumpendam, ſatis hactenus recte. Semina ſex, ad octo, draſtica vi alvum movent, minori tamen flagitio, ſi integra; adeo enim acre eſt ſemen contuſum, ut canem celeriter enecuerit, inflammato ventriculo *n*). Quare ab ejus fructus uſu, vomitus motos, febrem ardentem & hypercatharſes pene funeſtas obortas, minus mireris *o*). Alias quindecim grana ſumta diuturna, integri menſis, tormina reliquerunt *p*). Ferreis ergo Fennorum ſtomachis acceptum referas, ſi novem grana ad tuſſim *q*) ſumere ſuſtineant,

a) Tournefort. C. C.
b) A. Potius longiora habet ſegmenta.
c) Non eſſe tamen tetrapetalon Linn. *philoſ: botan.* p. 58
d) Tournef. E.
e) F.
f) *Flor. Ingric.* p. 59.
g) Threlkeld. *hibern.*
h) Du Hamel II. p. 365.
a) Tournef. A.
b) B.
c) C.
d) Meſereum foliis Olivæ, baccis nigris Mesue p. 71. b. Habet & alias ſpecies Saladin p. 280. b. Noſtra non eſt Thymelæa Bellon. *Probl. XIX.* cum folia Lini non habeat. Eſſe putabat Sylvius, Mesue interpres, & Dessenius p. 503.
e) Florem in gemma latentem cum ſtaminibus Grew. t. 63.
f) Bradley *new improv.* p. 106.
g) Lange *remed. domeſtic.* p. 173.
h) *Flor. Ingric.* p. 60.
i) Barbeirac. *form. medic.* p. 451.
k) *Mictomimem.* n. 37.
l) Perry *nervous diſeaſ.* p. 343.
m) Montin. *medic. Lap. Lulenſ.* p. 20. Etiam ad ranas, ut putant, deglutitas p. 21.
n) Lange p. 171. 172. 173.
o) *Act. Helvet. V.* p. 331. A duodecim baccis mors Linn. *Flor. Suec. II.* p. 128.
p) Buchwald. p. 77. add. *Breſl. Saml.* ann. 1718. m. febr.
q) Herkepæus *hauhiſokn.* p. 63.

ſuſtineant, ad febrem intermittentem etiam 27. Iidem hoc pharmaco ad atrophiam abutuntur *r*). Arabes, ſi idem eſt eorum *Mezerem s*), decocto utebantur, & ad aſciten trochiſcis *t*). DESSENNIUS obſtetricem noverat, quæ etiam in gravidis feminis id pharmacum propinabat *v*). Baccis ſpiritus frumenti acrimoniam augeri, gulam autem inflammari lego *x*). Medici veriores, in tanta abundantia tutiorum medicamentorum, his venenis merito abſtinent.

1025. THYMELÆA *y*) foliis ellipticis, perennantibus, floribus ex alis nutantibus.
Laureola DODON. *purg.* p. 132. BLAKWELL. *t.* 62. STERBEEK. *venenur.* p. 283.
Piper montanum PASSÆI *hyern.* T. I.
Daphnoides cum bacca, & cum flore TABERNÆMONT. p. 1074. 1075.
Icon GESNERI in *faſcic. I. n.* 9.
Daphne racemis axillaribus, foliis lanceolatis, glabris LINN. *I.* p. 510.

In Helvetia non rara. Circa *Roche* ubique, ut verſus *le Grand Clos.* In Jura monte frequenter in ſylvis, ſupra *Bonmont*, ad viam regiam inter *Wallenburg & Langenbruk*: inter *Waſſerfall & Hubel z*); *aux Corchereſſes* Cl. GAGNEBIN. In montibus *Münchenſtein*, *Waſſerfall*, *Falconario* legi. I. B. *à la Baſtie* prope Genevam.

Fruticis bipedalis rami lenti, erecti. Folia conferta, dura, perennia, elliptica, alias acuta, alias obtuſa, in roſulas ramos terminantes congeſta, deinde fere reflexa. Flores in petiolis ſtipulatis ſeſſiles, inter folia prodeunt, ſubvirides, inodori, parvi, cum fructu marceſcentes. Tuba apice plumoſo. Bacca nigra, monoſperma, acuminata. Fervor & venenum idem. Daphnoidis drachmas *a*) tres alvum ducere. Oleum dant preſſæ, lene ad primum guſtum, inde fauces inflammans & pene ſuffocans, malo per horas *b*) durabili.

1026. THYMELÆA foliis ellipticis, calveſcentibus, floribus aggregatis, ſeſſilibus, hirſutis.
Icon GESNERI *n.* 7. *faſc. I. & lign.* 180.
Chamelæa leucanthorepes RICHER.
Chamelæa alpina, incana LOBEL. *adverſ.* p. 158. *ic.* p. 370.
& *Chamelea hirſutæ nomine data* I. B. I. P. I. p. 569.
& *Chamelæa pumila, ſaxatilis, flore pallido, Italica* BARRELIER. *ic.* 234.
Thymelæa incana, Mezerei folio & facie, ſurculis admodum fragilibus PLUKNET. p. 366. *t.* 229. *f.* 3.
Daphne floribus ſeſſilibus, aggregatis, lateralibus, foliis lanceolatis, obtuſiuſculis, ſubtus tomentoſis LINN. *I.* p. 510.

RAJUS in ſylvoſis, ad latera montis *Saleva*: ad ejus montis latus occidentale, inter lapides deciduos, Gen. DE SAUSSURE. *An der Brühl* Rhætiæ Cl. DICK. Cl. etiam GAGNEBIN *aux Rochers de Moron paroiſſe des Planchettes.*

Suffrutex *c*) cubitalis, cortice cinereo, paulum rugoſo, ramis inordinatis, ut fere Thymelææ ſolent. Folia, quæ prima prodeunt, in ſummis ramis roſulam efficiunt, ovatis longiora, elliptica, obtuſa, pallide viridia; juniora hirſuta, ut adulta tamen calveſcant. Flores in foliorum alis, inque roſulæ, quam dixi, centro conferti, in petiolis perbrevibus, unifloris. Credas te videre fructum ovalem, hirſutum, flore tubuloſo, brevi, coronatum, cujus ſegmenta quatuor, lanceolata, acuta, extus hirſuta ſunt, & cum fructu marceſcant. Accuratius tamen inſpectus flos non adhæret ad fructum, & eum diſtinctus continet, albus & ſubhirſutus, rubrum enim non vidimus. Stamina intus prima quatuor, ſuperius alia bina, iterumque bina. Tuba ſimplex, brevis, craſſiuſcula.

1027. THYMELÆA foliis glabris, linearibus, ariſtatis, floribus ſeſſilibus, umbellatis.
Icon GESNERI *faſcic. I. n.* 6.
Daphnes ſpecies minor in altis montibus EJUSDEM *epiſt.* p. 846.
Thymelæa minor CORD. *hiſt.* p. 189. *Sylv.* p. 221. b.
Cneorum MATTHIOLI p. 46. CLUS. *pannon.* p. 54. 55.
Thymelæa alpina, linifolia, humilior, flore odoratiſſimo I. R. H. SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 141.

 II. Flore

r) HAARTMANN. *gangbare Siukdom* p. 594.
s) SERAPIO p. 84. F.
t) RHAZES de antidotis L. 37.
v) p. 504.
x) CRAMER.
y) Thymelæa virgas edit pulchras, tenues, binorum cubitorum: folia chamelææ anguſtiora, & pinguiora, viſcoſa, grumoſaque, ſi mordeantur, flore *candido*, fructu myrti in modum rotundo, qui inter initia viret, & tandem rubeſcit; involucrum fructus durum, foris nigrum, intus album. Bilem ducit &c. DIOSCOR. L. IV. c. 167. Non videtur noſtra. Daphnoides baccis eſt e nigro rufis, molliore folio quam Laurus, frutex ramoſus, guſtatu accenditur os & gula PLIN. L. XV. c. 30. Poſſit noſtra eſſe.
z) *Basler merkwürd.*
a) PLIN. L. XXI. n. 80.
b) SWIETEN. I. p. 638.
c) *Emend. IV.* n. 34.

II. Flore albo I. R. H.

I. II. *Daphne floribus congestis, terminalibus, sessilibus, foliis lanceolatis, nudis* LINN. *I.* p. 511.

In Germania planitiei sylvas tenet, circa *Francofurtum*: nobis alpina est & montana. In montibus *Sweitzensium* GESNERUS. In *Fismat* Uriorum alpe SCHEUCHZERUS. In monte *Lunæ* HUBERUS. In monte *Frãla*, & in *Spelugæ* via prope diversorium Cl. DICK; in monte *Galanda* Cl. RAMSPEK. In monte *Regio* Switzensium, in *Hohenmesmer & Tieffenkasten* Abbatiscellanorum J. GESNER. In rupibus prope *Moron, proche les Corps de Garde* GAGNEBIN, & *à la Chaux* prope *Brevine.*

Fruticulus *d*) humilis, tamen ramosus, vix semipedalis. Folia in summis ramis congesta, linearia, paulum lanceolata, alias cis finem latiora, elliptica, nervo medio aristato. Flores purpurei, odorati, inter summa folia, in umbellam. Stipulæ sub flore primæ ovato lanceolatæ, reliquæ subulatæ. Tubus floris longus, segmenta quatuor, ex ovatis lanceolata: stamina quatuor brevibus filamentis, statim sub floris faucibus; quatuor alia paulo inferius. Fructus in imo flore hydriæ similis, tuba crassa, in uncum paulo angustiorem terminata.

Folia acria.

STELLERA LINN. n. 488.

THYMELÆÆ spec. TOURNEFORT.

Proxima Thymelææ, flore nudo, octostemone, cum fructu contabescit, & ab eo in crescente dilatatur. Semen unicum, siccum, rostratum. Numerus quinarius in aliis speciebus. Maluissem nostræ Passerinæ nomen servasse.

1028. STELLERA foliis linearibus, floribus quadrifidis LINN. I. p. 514.

GESNERI *ic.* 108.

Passerina TRAG. p. 535.

Lingua passerina TABERNÆMONT. p. 828.

Linaria altera Botryoides, montana COLUMN. *Ecphras.* p. 81. 82.

Basileæ inter stipulas, sed copiosissime circa *Orbe*, *Moncharan*, *Valeire & Mathod.* Inter segetes *près d'Areuse*, & in agris vallis *S. Imier.*

Humilis, duriuscula tamen plantula, semipedalis, erecta, foliis alternis, linearibus, stipula ovato lanceolata, sub flore sessili, floribus in alis foliorum sessilibus, unico, duobus, teneris, subviridibus, ore contracto, conico, in ima parte a succrescente semine in globum distento, ibi subhirsuto. ILL. FABRICIUS duo segmenta floris duobus latiora esse monet *e*).

VIII. FLORIBUS DIFFORMIBUS. I. MONOPETALIS.

ARISTOLOCHIA *a*) TOURNEFORT. t. 71.

LINN. n. 1022.

Difficillimum fuit huic plantæ locum invenire. Ad diplostemones accedit staminum numero ad loculos duplo.

Fructus subrotundus, sex lineis percursus *b*), etiam longus, coronatur flore monopetalo, deciduo, nudo, tubuloso *c*), tubo prope ovarium ventricoso, porro hinc exsecto *d*); inde in ligulam educto *e*). Idem fructus placenta informi superne terminatur, in qua breviter petiolata stella, cava, sex radiorum *f*). Ei adhærent stamina sex sessilia, quorum quodlibet quadrilocularem *g*) antheram habet, & pro gemino stamine haberi potest. Fructus *h*) sexlocularis, polyspermos. Semina angulosa *i*).

*1029. ARISTOLOCHIA foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus, confertis, LINN I. p. 1364.

Aristolochia Clematitis vulgaris CLUS. p. LXXI.

Aristolochia multiflora RIVIN. *t.* 116. *monop. irreg.*

Aristolochia Clematitis BLAKWELL. *t.* 255. DODON. *purg.* p. 16. MILLER. *t.* 51.

Non

d) *Emend. VI.* n. 50.

e) *Butisbac.* p. 92.

a) Aristolochia tertia longa, quæ Clematitis; ramulis tenuibus, foliis refertis subrotundis, minori sempervivo similibus: flores rutæ: radices longiores, tenues, crasso cortice & odorato DIOSC. L. III. c. 4. Aristolochia Αριστη λεχουσαις, nobis malum terræ. Unum radicibus rotundis, foliis inter Malvam & Hederam, &c. PLIN. L. XXV. p. 54. IX. c. 22.

b) TOURNEF. G. F.

c) A. F. *d*) A.

e) B. *f*) F.

g) MALPIGHI f. 172.

h) TOURNEF. H. *i*) I. I.

Non nimis credo veram esse civem. In vineis tamen circa *Lassarraz*, *Bonneville*, *Douanne* & alibi passim provenit.

Radix longe serpens, teres, fibrosa. Caules prostrati & recti, cubitales & ultra. Folia alterna, distantia, cordiformia. Flores aliquot conjuncti, in petiolis unifloris, ex alis foliorum penduli, ex luteis virent, fere emarginati.

Sapor acris, amarus, vehemens, ut etiam vicinia sibi vina gallica corrumpere dicatur *k*). Odor una acris, penetrabilis. Extractum spirituosum amarissimum, subacre, durabili acrimonia, aquosum subsalsum, amaricans *k**). Radicis vires externe vulnerariæ sunt, & alexipharmacæ, ad ulcera vetusta, cum carie, & ad carnes fungosas compescendas utiles *l*); tum pulveris, tum vini cum radice cocti. Intus sumta radix vires vitæ languentes excitat, in cachexia, ad retentos menses, ad lochia eliminanda, ad subigendum illud lentum virium cibum coquentium vitium, ex quo podagra *m*) nascitur. Potest ad drachmam dari, nam magna dosi vomitum movet *n*), & alioquin longo usu ventriculi villosam membranam abstergit, & *o*) delet, ut in infuso ad roborandum ventriculum parato Monasterii celebri *p*) experiendo constitit. In hæmorrhoidibus internis decocta cum radice aqua pota, & in clystere adhibita, etiam ulcera sanavit *q*). Essentia in podagra sumitur, fere ad octoginta guttas *r*). Eadem a Biennensi pharmacopola Witsio in arcanis antipodagricis habita est. Eadem porro, quando color partem fluidiorem dissipavit, rubram melluginem relinquit, quæ cum saccharo in syrupum coquitur *s*), ad podagram utilem. Antidotum in Aristolochia adversus viperæ morsum alii quæsiverunt *t*).

1029 (†). ARISTOLOCHIA foliis cordatis crenulatis, subtus reticulatis, petiolatis, floribus solitariis Gouan. Linn. II. p. 1361.
Pistolochia Dodon. *purg.* p. 19. *pempt.* p. 325. Clus. *hort.* p. LXXII.
Aristolochia polyrrhizos I. B. III. p. 561.

Battiranus Botanicus, in monte *Zeze* vallis Tellinæ.

Radices etiam teretes, numerosæ. Caules angulosi, male subrecti. Folia petiolata, cordata, obtusa, per oram serrata. Fructus petiolatus, solitarius, ovatus, lineis sulcatus. Flos minor, tubo & principio petali flavo *v*), fine latiori, ex sanguineo nigro.

II. DIFFORMES POLYPETALÆ.

FRAXINELLA Tournefort. t. 243.

DICTAMNUS Linn. n. 522.

Calyx profunde quinquefidus, caducus, segmentis acutis *a*), hinc ternis, inde binis. Petala quinque, in semicirculum disposita *b*), petiolo longo, ipsa ex ovatis acuta, venosa. Quatuor petala sursum eriguntur, unum descendit, & inferius etiam stamina septem ad *c*) decem, sursum curva, arcte congesta. Sub antheris globuli viscidi *d*). Fructus unilocularis videtur, fit tamen siliquis quinque separabilibus *e*), superne latioribus, bivalvibus, in fine suo *f*) cornutis, polyspermis, quæ per maturitatem elasticæ aperiuntur *g*). Semina nitida. Tuba simplex, deorsum versa.

1029**. FRAXINELLA Clus. *Pannon.* p. 54. *hist.* p. 99. Dodon. *purg.* p. 83. Rivin. *pentap. irreg.* t. 132.
Icon ænea Gesneri *n.* 165.
Dictamnus albus, *Fraxinella* Blakwell. *t.* 75.
Dictamnus Linn. p. 548. Miller. *t.* 123.

Siliquæ etiam & petala in folia degenerant *h*).

Albam separat Cl. Ludwig. *de colore plant.* Sed ea non est spontanea.

Circa

k) Clusius. Nagnol.
*k**) Cartheuser *mat. med. nov.* I. p. 515.
l) Burghard. *vener. Krankh.* p. 1030.
m) Hengstman. *specif. German.* p. 22.
n) Chomel.
o) Boerhaave.
p) *Bresl. Saml.* ann. 1724. m. Januar.
q) Chomel.
r) Ad arthritidem Burggrav. *dict.* p. 1031.
s) Bennet. *theatr. tabid.* p. 187.
t) *Phil. Transf.* n. 212.
v) Nigroluteum Maranta p. 23. qui sibi inventam tribuit.
a) Tournefort. D. D.
b) A. A.
c) Decem E. E. E. Novem *anc. mem.* T. X. p. 12.
d) Ic. Blakwell.
e) F.
f) F. G.
g) *Anc. mem.* X. p. 40.
h) *Anc. mem.* l. c.

(†) Error in Numeris ex mala divinatione numeri plantarum natus est, cum diversis in civitatibus utrumque volumen necesse esset prelo subjicere.

Circa Basileam, ubi olim LOBELIUS. Circa *Scaphusiam* in monte *Randen.* In Valesia inter *Loueche* & *Viege* ad viam regiam.

Speciosæ plantæ caulis erectus, ad duos & tres pedes, & ultra, adscendit. Rami angulosi, adscendentes. Folia pinnata, extremo impare, viscida, nitida, firma, ovato lanceolata, per oram argute dentata, fere septena. Flores in speciosas spicas, ex petiolis unifloris & bifloris, rubiginosis & viscidis, in spontanea planta subpurpurei, cum tota planta odorati, odore quodam Citri, quem plurimum amo *i*).

Vires utique promittit non debiles, etsi non est Dictamnus *k*) veterum Creticus. Ipse exhalans vapor in loco obscuro flammam concipit *l*). Vis princeps est in cortice, & in oleo essentiali, quod copiosum inest *m*), & cum aqua adscendit, plantæque odorem retinet. Una sal concretus adscendit. Infusum spirituosum aquoso amarius est, & plus habet virium, recte etiam ipsa planta datur *n*); idem menses & lochia pellit. Aqua *o*) cosmetica est. Nondum autem vires pro dignitate exploratæ sunt. Recentem radicem virus olere CRANZIUS *p*). Vetustam inutilem esse facile credo *q*).

IX. TRICOLOBÆ & DYCOLOBÆ.

His de numero staminum denario duo aut tria deficiunt.

I. TRICOLOBÆ.

HIPPOCASTANUM TOURNEFORTII t. 382.

ÆSCULUS LINN. n. 462.

Adeo nunc invaluit hæc arbor, ut ubique ad vias reperiatur, perinde ut Juglans, & eodem jure debeat pro indigena reputari.

Calyx exiguus, campaniformis, quinquedentatus, obtusus, lacer *r*). Petala quinque *s*) ex calyce nata, patula, tria, etiam duo, superiora maculata; duo, etiam tria, inferiora parva, omnia flaccida, snbhirsuta, quasi sericea, per oras plicata. Stamina septem, longis filamentis. Tuba simplex, fine crasso *t*), Castaneæ persimilis, hispidus. Fructus trilocularis, trivalvis: in quovis loculo semina duo; quorum aliqua abortiunt.

1029***. HIPPOCASTANUM.

Castanea folio multifido CLUS. *hist.* p. 7. *App. alt.* p. 1.
Æsculus floribus heptandris LINN. p. 488.
Wilde Castanie CRAMER. *t.* 23.
Duas varietates constantes facit MICHELI *præf. ad hort. flor.* p. LII.

Ante 200. annos ex oriente adlata.

Arbor speciosa, ramosa, disciplinæ capax. Folia pulchra, septena, rhomboidea, circumserrata, medium maximum, lateralia minora. Flores in erectos perpulchros racemos, albi, flavo, aut rubro, distincti.

Arbor fere inutilis, nisi ad ambulacra. Tandem reperi, oves integris seminibus pasci, & bene ab eo cibo habere. Deinde cum aqua cocta, etiam cortem nutriret. Cum eadem in saponaceum gluten abeunt, quo lintea utiliter eluuntur, ut saponis compendium fiat. Denique in Italia propositum est, corticem, loco Peruvianæ Cinchonæ, in febribus intermittentibus exhibere; neque tentamen successu caruit *v*).

II. DICOLOBÆ. DUOBUS STAMINIBUS DEFICIENTIBUS.

ACER *a*) TOURNEFORTII t. 386.

LINN. n. 1155.

Calyx *b*) quinquefidus, coloratus. Receptaculum balsamicum *c*), tuberculosum, rotundum,

i) BOCCONE *mus. di piant.* p. 53.
k) Esse P. HESSUS p. 38.
l) NOLLET *Cours de Physique IV.* p. 300.
m) CARTHEUSER. *mat. med.* p. 482.
n) NEUMAN.
o) C. DE HONESTIS in MESUEN. p. 150. b.
p) *Mater. med. I.* p. 145.
q) LEWIS *mat. med.*
r) TOURNEF. D.
s) A. *t*) E. *v*) ZANICHELLI *de Hippocast.*

a) Acer secundum elegantia citro. *Album*(1029*****)trans alpes, & in transpadana nascitur. Alterum crispo macularum decursu in Rhætia. Græci faciunt campestre, non crispum, & montanum crispum, & tertium Zygias, rubente ligno fissili PLIN. L. XVI. c. 15.
Σφενδαμνος acer, arbor solida & sicca SUIDAS III, p. 416.
b) TOURNEF. C.
c) ad C.

dum, intra calycem. Ex eo petala quinque *d*), elliptica, calycis longitudine. Stamina octo, etiam decem. Tuba bicornis *e*). Duæ capsulæ monospermæ, educunt ad latus suam quæque alam, recurvam *f*), multo suo semine majorem. Nostris flores fere semper androgyni; alii scriptores non solum mares & feminas in eadem cum fecundis planta invenerunt, sed etiam mares in tota stirpe solos *g*).

1029****. ACER foliis quinquelobis, dentibus acutis, intervallis lunatis, racemis erectis.
Acer major CAMERAR. *Epit.* p. 63.
Acer montanus orientalis, *Platani foliis atrovirentibus* PLUKNET. p. 7. *t.* 252. *f.* 1.
Acer platanodes MUNTING. *phytogr. f.* 11. MILLER. *t.* 8.
Icon GESNERI *fasc. t.* 17. p. 15.
Leine CRAMER. *t.* 7.
Acer foliis quinquelobis, *acuminatis*, *acute dentatis*, *glabris*, *floribus corymbosis*, LINN. *II.* p. 1496.

Passim in sylvis montanis circa *Münchenstein*, prope arcem *Falkenstein*, circa *Dornach*: inter *Grüti* & *Gempen*, in monte *Muteto*. Inter *Bruntrut* & *Biel*. *Au Coutil*, *en allant à Pertuis* GAGNEBIN, & in prato *des Mailles au droit de Renans*. In monte *Uetliberg*, circa thermas Fabarias.

Arbor minus, ut puto, excelsa, quam proxima 1029*****. Folia *h*) teneriora, glabra, subtus venosa, quinquelobata & septilobata, ora non serrata, sed argute & profunde dentata. Racemi erecti, minus, quam sequenti, multiflori. Flores majores, nobis androgyni, calycis segmenta ovata, petala petiolata, latiora, ovata, ex albo viridia. Ea petala ex basi circuli balsamici nascuntur. Inter stamina octo tumores rotundi. In scrobe anuli balsamici sedet ovarium, immaturum thlaspideum. Partes floris diruptæ latescunt.

1029*****. ACER foliis quinquelobis, acute serratis, racemis pendulis.
Platanus TRAG. p. 1125. b.
Icon GESNERI *lign.* 163. *æn.* 163.
Acer major DODON. *pempt.* p. 840.
Grand Erable, ou *Faux Sicomore Spectacle de la Nature II.* p. 459.
Icon GESNERI *fasc. I. n.* 18.
Icon 9. DU HAMEL. & *t.* 6. CRAMERI.

II. Rotundioribus foliorum segmentis RAI *Syllog. exter.* p. 49. circa Genevam: EHRMAN. *Alsat.* & TRAGUS, ut puto.
Acer foliis quinquelobis, *inæqualiter serratis*, *floribus racemosis* LINN. *II.* p. 1495.

III. Folio utrinque viridi EHRMANN.

Arbor excelsa, in sylvis & montanis frequens.

Album lignum & venosum. Folia quinqueloba, lobis extremis minimis, medio maximo, ora acute, sed brevibus dentibus, alterne majoribus, serrata, inferne modo pallida, modo hirsuta, nervis notabilibus inscripta. Flores in densos racemos pendulos congesti, exigui, manifesto androgyni, ut nonnulli flores abortent. Calycis folia acutiora. Flos multo minor: nuces huic, & reliquis junioribus, fere hirsutæ.

Huic materies levis, ad tornatorum opera utilis. Tuberum *i*) vetusti aceris magna est pulchritudo, quæ crispis venis variegantur.

Etiam in Europa ex hoc Acere toto anno dulcis succus fluit *k*), Betulini hactenus similis. Ex eo succo, ut ex Americano, Saccharum parari potest *l*), parcius equidem *m*).

1029******. ACER foliis semitrilobis, obtusis, lobis lateralibus emarginatis.
GESNERI *Icon æn.* 164.
Acer TABERNÆM. p. 973. *minor* DODON. p. 840.
Acer vulgare, *minore folio* I. B. I. P. II. p. 166.
Erable Spectacle de la Nature II. p. 462.
& *Petit Erable* p. 466.
Ic. T. 29. CRAMER.

d) 1.2.3.4.5.
e) E.
f) G H.
g) v. n. 1029******.
h) DU HAMEL t. 11. n. 5.
i) Tuber Aceris est venis excellens PLIN. L. XVI. c. 16. add. CRAMER.
k) LISTER. *Phil. Trans. abr. II.* p. 686. *Fränk. Anmerk. IV.* p. 40.
l) K. *swenska wetensk. handl.* 1754. *trim. III.*
m) BIRCH. IV. Nullum DU HAMEL p. 55.

II. Fructu rubente RAI *Syn. III.* p. 470.
Acer foliis lobatis obtusis, emarginatis LINN. *II.* p. 1497.

Hic frutex est, in sepibus & in sylvis frequens.

Cortex rugosus, fissus, scaber. Folia conjugata, cruciata, longe petiolata, semitriloba *n*), lobis lateralibus obtuse semibifidis, medio semitrifido, omnibus laciniis obtusis; superiora magis semiquinqueloba. Dantur tamen etiam folia acutiora, majora, præcedentis similiora. Summus ramus quilibet fert racemum florum, ex longis petiolis compositum, minus multiflorum, quam priores. Flores subvirentes, in nostra androgyni, tamen ut etiam mares a Cl. viris visi sint, etiam in propriis arboribus soli. Stamina etiam dena vidi, ex propriis nata foveolis. Discus ille fungosus, stella octo radiorum inæqualium inscribitur, & ex radiorum intervallis stamina prodeunt. Dantur & flores, quorum fructus abortiunt *o*).

Ad aliqua instrumenta adhibetur, ut ad recipiendos tubos stlopetarios, *zu Flinten-Schäften p*).

n) Conf. Du HAMEL.

o) Omnes flores masculos esse BOEHMER. p. 154. Mares floribus sterilibus vidit VAILLANTIUS. In Cretico Acere flores mares Du HAMEL I. p. 30. In Canadensi p. 31.

p). CRAMER.

FINIS TOMI PRIMI.

BERNÆ.

Ex Officina DAN. BRUNNERI & ALB. HALLERI.



